Digitized by Google

XIII
D
47

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIII
D
47
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EVANGELIORUM FESTIVALIUM DISPOSITIO TRIPARTITA SEXENNALIS,

ITA ADORNATA, UT AD MINIMUM SEX ANNORUM CONCIONANDI MATERIAM UBERRIMAM FIDELI VERBI MINISTRO SUPPEDITET;

Edita ſtudiô & operâ

M. CHRISTOPHORI DAUDERSTADII, Eccleſiæ Friburgenſis ad Unſtrutam P. & vicinarum Superintendentis:

PARS TERTIA.

Adjectas habens tabulas ſingularum diſpoſitionum analyticas, cum Indice rerum & verborum juſto.

Cum Privilegio Elector. Sax.

Sumtibus JOHANNIS NAUMANNI Biblip. Hamburg.

JENÆ, Imprimebant Georgius Sengenwaldt & Caſparus Freyſchmiedt/ Anno M.DC.XLVI.

Digitized by Google

Bigæ Virorum Honoratiſſimorum:

Excellentiſſimo, Experientiſſimo ac Splendidiſſimo,

Dn. Eliæ Lujæ, Medicinæ

utriusq; Doctori Celeberrimo; Reip. Weiſſenfelſenſis Archiatro & Phyſico Eminentiſſimo:

Nec Non

Prudentiſſimo & Conſultiſſimo,

Dn. Mauritio Horn, Con-

ſuli ejusdem Reipubl. Ampliſſimo ſimulq; Pharmacopœo Solertiſſimo:

VIRIS graviſſimis, Dnn. Fautoribus, Patronis & Amicis, mihi honorandis & ſuſpiciendis S. cum debita honoris præfatione, & prolixa precum officiorumq; oblatione P.

Digitized by Google

PRÆFATIO

PEricopas Dominicales, Excellentiſſime Dn. Doctor, & Prudentiſſime Dn Conſul, Viri Eminentiſſimi & Graviſſimi, Fautores, Patroni & Amici honoratiſſimi - colendiſſimi! *Pericopas, inquio, Dominicales, quas publici juris annò ſuperiori proximò iterum feci, diſpoſitionibus & meditationibus meis qualibuscunq; illuſtratas, excipiunt jam tertiò locò feſtivales; iis in textibus Evangeliſtarum occupatæ, quæ diebus feſtis ad populum Eccleſiarum noſtrarũ prælegi & homileticè explicari conſueverunt. Feſtivitates autem noſtras (ut præliminare hocce adjiciam) ita celebramus, ut cum B. Auguſtino* non obſervemus tempora, ſed quæ illis ſignificantur temporibus. *Meminimus enim in omnibus Eccleſiarum noſtrarum feſtis commonefactionum Apoſtolicarum*: In libertate, quâ lib.
CHRISTUS vos liberavit, ſtate, & ne rurſus jugo ſervitutis im- cont.
plicemini. Ne quis vos judicet *(damnet)* in cibo, aut potu, aut Adimãt.
in parte diei feſti, aut novilunii, aut ſabbatorum, quæ ſunt um- Manich.
bra rerum futurarum, corpus autem CHRISTI. *Quin* πάντα Gal.
πρὸς οἰκοδομὴν γενέσθω: πάντα εὐσχημόνως, καὶ κατὰ τάξιν γενέσθω. 5, 1.

Sanctionibus hiſce Apoſtolicis inhærentes, quòd feſtivitatum anniverſariarum ſolemnitates, neq; ἐν ὑπερβολῇ cum Papiſtis, neq; ἐν ἐλλείψει cum Calviniſtis delinquimus; ſed mediâ inſiſtentes viâ eos admittimus dies ſacros, qui de inſignioribus nos DEI beneficiis erudiunt. Col 2. 16.17. 1 Cor. 14,26 40.

Ferias *olim dixerunt Latini, à ferendis, uti Aretio placet, epulis, quòd in hiſce diebes epulæ ex pecudum frugumq; proventibus, fierent. Græcis feria dicitur* ἑορτή, παρὰ τὸ ἐρῶ, τὸ ἐπιθυμῶ, *quia omnes* αὐτῆς ἐρῶσι. *ferias h. e. otium amant: vel quia* Numini dies ſacra curæ eſt, eamq; non vult ab hominibus violari, *Euſtathius, eodem annotante* ἑορτὴν *dictam putat*, ὅτι δι' ἧς τὰ ἑά, τοῦτ' ἐστι τὰ ἀγαθὰ ὄρνυται τοῖς ἀνθρώποις; *conciliatô enim Numine bona impetrari piè credimus. Hebræis eſt,* מועד *indictio, feria indictiva, à R.* יָעַד *indixit, conſtituit tempus, convocavit: diebus enim feriatis ad ſacrorum* Problam. Aret. p. 571

tractationem populus convocatur. Item חג *ſolemnitas, à tripudio, in feſtis enim diebus præ gaudio choreæ olim, & aliæ ceremoniæ inſtitui ſolebant.*

Eſt igitur ἑορτὴ, *feſtum,* χρόνος ἱερὸς κτ̄ νόμους, *h.e.* tempus ad DEI cultum religioſè exercendum, vel ab ipſo DEO, vel ab hominibus juſtâ ratione inſtitutum.

Patet ex brevi hac diei feſti deſcriptione, quid de feſtivitatũ ac ſolemnitatũ ejusmodi publicarũ autore & origine ſit ſtatuendum; morẽ nimirùm iſtum, quem Eccleſia obſervat, alia atq; alia ſubinde feſta, ſtatis anni temporibus, celebrandi, non ab humana tantùm auctoritate eſſe profectum, ſed à divina inſtitutione ortum ac originem traxiſſe ſuam.

Proſtat hiſtoria V. T. teſtis omni exceptione major. Ibi enim memoriæ proditum eſt, quòd, quoties inſigni aliquò beneficiò DEUS populum ſuum adfeciſſet, toties diem aliquem feſtum quotanis celebrandum inſtituerit. Item per exempla, ſi ullâ hâc in re probatione opus videretur. Nota eſt piis omnibus inſtitutio Sabbathi, de condito mundo nos erudientis: Paſcha, de liberatione ex piſtrino illo Ægypti Judæos admonentis: Pentecoſtes, legis divinæ promulgationem in memoriam revocantis: feſti tabernaculorum, de peregrinatione per deſerta, annos 40. integros continuatâ, poſteritatem informantis.

Quis verò noſtrûm tàm ab omni rerum ſacrarum cognitione eſt alienus, ut fines feſtivitatum, ſub Chriſtianiſmo introductarum, ignoret? Dies enim Dominica in locum Sabbatiſmi judaici invecta, admonet nos beneficii, reſurrectione Salvatoris noſtri JESU CHRISTI *nobis exhibiti: feſtum Paſchatos de* CHRISTI *morte & generis humani redemtione: Pentecoſte de gratioſa ac miraculoſa Spiritûs Sancti effuſione monet: feſta Apoſtolorum exempla fidei, conſtantiæ & virtutum Chriſtianarum, infirmitatum quoq; humanarum ſuppeditant. Longum foret, ſi cetera ad hunc modum examinare inq; medium producere vellem.*

Quæ cùm ita ſint, laude profectò digna eſt Eccleſiæ conſuetudo, feſtiſitatum quoq; anniverſariarum ratiõẽ habens accuratam, de earundemq; conſervatione ſtudioſè adlaborans. Cauſas certè devotionis hujus habet numerò plurimas, pondere graviſſimas, quas inter

chorum

ehorum ducit illa, Vt DEI cultus religioſè celebretur. *In hunc enim finem feſtorum dierum obſervatio* πρώτως καὶ κυρίως *eſt inſtituta, ut hiſce diebus à rebus curisq́ terrenis vacui, uni DEO vacaremus.*

Reliquis diebus videmus animos hominum variis vitæ hujus negotiis diſtractos & occupatos; à DEO verò rebusq́ divinis quodammodò abalienatos. Feſtis ex adverſo diebus, rebus aliis omnibus relictis, divina meditari debet homo Chriſtianus, audire verbum DEI, lectioni Scripturarum ſacrarum incumbere, precibus fidelium intereſſe. Ita DEUS rectè à nobis colitur; ita ad cœleſtium beneficiorum contemplationem, ad DEI laudes & amorem inflammamur; ita ſacra feſta dignè celebrantur, immò ad regni cœleſtis gaudia mentes hominum præparantur.

Principali huic feſtorum inſtitutorum & conſervatorum cauſæ ſuccenturiatam quaſi operam præſtant minùs illæ principales, de juventutis in vera pietate inſtitutione, de hominum ac jumentorum cura & commoditate. *Quemadmodum enim pauperioribus, ſuos plerunq́ liberos, ad labores & operas manuarias enutrientibus, feriæ ad id proſunt, ut concionibus ſacris, precibus, aliisq́ piis exercitiis, Catecheticis maximè adeſſe queant, ne planè illi obbruteſcant, & barbariem in rebus animæ induant: Ita non tàm admiratione, quàm prædicatione digna eſt Numinis divini* Providentia, *quâ vires etiam hominum juxta ac jumentorum ſolicitè curat, ut ad labores, ſumptâ requie, corpora poſtmodum ſint habiliora. Vires enim laboribus perpetuis ferendis non ſufficiunt: nam &* arcus,

Si nunquam ceſſes tendere, mollis erit.

&

Quod caret alternâ requie durabile non eſt;
Hæc reparat vires, feſſaq; membra levat.

His limitibus & hiſce cancellis divina nos incluſit Providentia, *à qua tamen multis humana ferocia & petulantia modis digreditur. Taceo pontificios immenſam feſtorum dierum molem in Eccleſiam ex*

Digitized by Google

humana intentione, ſuperſtitione ac traditione invehentes, quam noſtræ Eccleſiæ rectè emendârunt, otioſorum hominum ſolatia tollentes, & impietatis, nec non ἀνθρωπολατρείας, fomenta, cum omni ſanctorum ψευδωνύμων, ac tutelarium Deorum Dearumq́ʒ ἀποθεώσει, deteſtantes, abrogantes. D. Gerhardus p. m. multiplicationem feſtorum inter peccata Eccleſiæ Romanæ *retulit.*

Tom. 5 LC. p. 1156.

Silentiô prætereo Calviniſticos Ariſtarchos, qui omnes fermè dies feſtos ab Eccleſiis ſuis exſulare jubent. Nullam ipſis facimus injuriam. Audiat modò & perpendat pius Lector verba Lamberti Danæi: Divis, ſanctis, idolis & defunctis dies Feſtivitatesq́ʒ conſecrare, planè idololatricum eſt & damnatum. Vnus enim DEus colendus eſt. *Tolerari hæc ſanô ſenſu poſſunt; ſed quæ poſt aliqua ſequuntur, impietatem manifeſtam ſpirant:* Nobis hodie eosdem dies obſervare *(loquitur de feſto Nativitatis, Epiphaniæ, paſſionis, mortis, reſurrectionis & adſcenſionis CHRISTI;)* nihil neceſſe eſt, quibus cum Ethnicis aut CHRISTUM paſſum vel natum negantibus, res nôn eſt. Itaq́ʒ neq́ʒ dies iſtos colere aut obſervare neceſſe eſt, aut etiam operæ preciũ. *(NB.* **Es verlohne ſich nicht der Mühe/ daß man Weinachten/ Oſtern** &c. **halte.**) *Hæc ille ibi; & talis eſt Spiritus Calviniſticus; tranſeat ad ſuos, vel ſues.*

Ethic. Chriſt. lib. 2. c. 10. f. 159.

Ego illud ſolummodò juſtis non querimoniis, ſed lacrymis dignum calidiſſimis reputo, quando noſtrates quoq́ʒ Libertini novi, nullâ ferè ampliùs religionis, ſacrorũ, feſtivitatũ curâ ſeriâ tangi ſe patiuntur; quin feſtos dies in profeſtos & nefaſtos convertere jampridẽ animadvertuntur; dum nullò tempore licentiùs vivunt, belluantur, debacchantur, per omne nefas graſſantur, quàm quò divinorum beneficiorum, in ſalutem noſtram abundè collatorum memoriæ ac recordationi vacandum meritò fuerat.

Laterem lavant Jebuſitæ, noſtras inde Eccleſias damnare auſu planè temerariò præſumentes, quòd pietas (eheu!) in impietatem, religio in morum licentiam degenerare velle videatur. Diaboli hæc ſunt Zizania, à quibus ager ille Dominicus, h.e. vera JESU CHRISTI Eccleſia nunquam omni ex parte eſt immunis. Suô ſe ſuosq́ʒ cœtûs modulò ac

pede

pede metiri æquum foret, quippè qui eorundem, immò longè pejorum ac nocentiorum, cum manifeſta conjunctorum ὑποκρίσει, criminum rei nullò negotiò peragi poſſent, ſi temporis ac inſtituti hujus ratio pateretur.

Prodeat tantùm unicus teſtis hujus rei domeſticus, Ludovicus Granatenſis, de ſuis etiam hominibus eandem querelarum telam pertexens. Sic enim ille: Quis autem hoc in loco juſtis lacrymis innumerabilium hominum abuſum deflere queat? Usq; adeò enim vulgus Chriſtianorum DEI & Eccleſiæ conſilium invertit, ut nullô die licentiùs vivat; quondoquidem hoc die non DEO divinisq; rebus, ſed Veneri & Baccho fœdiſſimam ſervitutem ſerviat: hunc diem ad epulas & convivia, ad ludos præſtolantur: in quibus ſanè ludis & rixæ & contentiones & juramenta, & perjuria, & interdum etiam horrendæ blasphemiæ in DEUM ſanctosquè (*loquitur ſuô ſtilô*) jactantur. Hoc die puellæ ſe diligentiùs comunt & ornant, variisque pigmentis naturæ colorem adulterant, ut formoſus diaboli laqueus efficiantur; cùm ſcriptum ſit: propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Hoc die adoleſcentulorum greges, urbem inambulantes turpiſſima inter ſe colloquia miſcent, & laſcivos oculos per cuncta ejus loca circumducunt, quibus corruptô ſaltem adfectu pravisq; deſideriis animas ſuas polluant. Quid verò illos referam, qui ab hac oculorum petulantia non in profanis modò locis, ſed in ſacris etiam minimè abſtinent; dum eos vel vagos & curioſos, vel etiam (quod eſt multò gravius) impudicos in templis circumducunt? Quid hoc eſt aliud, quàm ſacra DEO loca vertere in lupanaria? Hoc eſt ſcelus illud, quod per Prophetam Dominus exaggerat, cùm dicit: Et faciebatis malum in oculis meis!

Concion. Dominical. & Feſti. Vit. p. 867. — *Sir. 9, 9.* — *Eſa. 65, 12*

Sed quid opus diutiùs hiſce enarrandis immorari? Tollatur abuſus, & maneat uſus Dierum feſtorum legitimus, Sic DEI honori & Eccleſiæ οἰκοδομῇ rectiſſimè velificabimur, cui pro talento & modulo conceſſo ut ſubſervirem, exiguas has meas lucubratiunculas, cum auctario tabularum ſynopticarum, in publicum iterum extrudere juſſus ſum.

Hunc verò meum laborem, ſplendidiſſimo & honoratiſſimo Veſtro nomini *ſacrum eſſe volui, nullam ob cauſam aliam, niſi ut publicum pietati Veſtræ teſtimonium perhiberem, ſingularem Ve-*

ſtrum

Digitized by Google

ſtrum erga verbi divini miniſtros amorem prædicarem, ſavorem de-
mum veſtrum mihi conciliarem, &, quod caput rei eſt, in interiorē ve-
ſtrā amicitiam, tùm mei, tùm meorū causâ me inſinuarē. Accipite igi-
tur, Viri honoratisſimi, *hoc quicquid eſt chartacei muneris, mei erga*
vos amoris & obſervantiæ teſſeram infallibilem, ſerenâ fronte vultuq́;
ſerenô, illud duntaxat Vobis habentes perſuaſiſſimum, me ſincerè vos
amare, æſtimare & ὁλοψύχως venerari. Quòd ſi munus oblatum diſ-
plicuerit, (quod tamen abſit, de veſtra ut pietate ſtatuam;) animus
certè offerentis & voluntas in Vos propenſa, haut ingrata erit futura.
Nihil addo amplius, niſi ut benignis oculis δώρημα hocce ſacrum in-
tueamini, & me meosq́; veſtrô poſthac quoq́; favore ac patrociniô di-
gnos judicetis. Benè in Domino JESU valete, Patroni & Fauto-
res optimi, honoratisſimi, *ſub DEI præpotentis præſidio ab omni*
malo, quà corpus quà animam ſecuri deliteſcentes. Dab. Friburgi d. 7.
Febr. annô, quem Clauderianum numerat votum:

IoVah faC, InſtItVat paX Vt reDIVIVa
trIVMphos.
Amen!

Exc. Ampl. & Prud.
V. V.

addictiſſimus & devotiſſimus

M. Chriſtophorus Danderſtadius,
P. & Superintendens.

TABULARUM SYNOPTICARUM SUPER DISPOSITIONES EVANGELICO-FESTIVALES

Pars tertia.

IN FESTO THOMÆ APOSTOLI,

Joh. 20, 24. 30.

DISPOSITIO I.

Evangeliũ agit de tribꝰ nim. de

- *Thomæ incredulitate; ubi notetur,*
  - *qui fuerit, ratione*
    - *nominis;*
    - *functionis.*
  - *quid fecerit: peccavit τῇ ἀπιςίᾳ.*
  - *cur non crediderit: cauſa adſignatur triplex*
    - *Thomæ abſentia;*
    - *moroſa ejusdem αὐτοσοφία ſeu δοξοσοφία:*
    - *immodeſta pertinacia; peccavit tripliciter*
      - *ex incredulitate dubitando de*
        - *Apoſtolorũ adſertione;*
        - *Angelorũ concione;*
        - *CHRISTI promiſſione;*
      - *dubitationẽ apertè profitẽdo: in eadẽ perſeverando.*
- *Chriſti bonitate ſeu longanimitate; ubi obſervetur*
  - *temporis ſignificatio, die demũ 8 adparet in-*
    - *negligentiæ Thomanæ punitionem:*
    - *fidei Apoſtolorũ reliquorum probationem:*
    - *deſiderij ardentioris exſuſcitationem:*
    - *calamitatum noſtrarũ adumbrationem:*
    - *glorificationis noſtræ delineationem.*
  - *loci determinatio:*
  - *perſonarum notatio:*
  - *ipſa Chriſti adparitio, in qua occurrit*
    - *modus;*
    - *ſermo: legitur*
      - *in genere, pax vobis;*
      - *in ſpecie; ubi*
        - *reſurrectionem demonſtrat*
          - *manus, pedes & vulnera oſtendendo;*
          - *palpandũ ſe ſiſtendo;*
          - *verba eadem repetendo;*
        - *incredulitatem Thomæ taxat.*
- *Thomæ poſt converſionem credulitate; notabis hîc*
  - *Thomæ confeſſionem; Deum fatetur ex*
    - *intuitu;*
    - *adfatu;*
    - *contactu;*
    - *verborum prolatorum præſcitu.*
  - *confeſſionis Thomanæ adprobationem, quâ innuit*
    - *fidei ratihabitionem:*
    - *titulorum oblatorum admiſſionem.*
  - *Adprobationi ſubjunctam correctionem.*

Secundâ Diſpoſitio habetur Dominicâ Quaſimodogeniti.

Propoſitio μονομερὴς, de digna ad feſtum Nativitatis Chriſti præparatione, quæ conſiſtit in

- *frequenti cœtûs Eccleſiaſtici viſitatione, vel aſſociatione, quam Thomas negligens in incredulitatem iſtam incidit:*
- *fidei aliorum informatione, quod reliquos feciſſe diſcipulos legimus:*
- *jucunda viſionis Chriſti delectatione: Videamus autem in Chriſto opus*
  - *incarnationis;*
  - *redemtionis:*
- *cauta peccatorum Thomanorum devitatione: grave fuit peccatum ratione.*
  - *perſonæ;*
  - *formæ;*
  - *objecti: peccata Thomana in ſpecie fuerunt.*
    - *incredulitas;*
    - *contradicendi ſtudiũ & voluptas;*
    - *ruditas, adfectata;*
    - *pertinax cordis duritas.*
- *advenientis Chriſti obſervatione: venit ad homines, ut*
  - *fidelis Paſtor;*
  - *dulcis Salvator;*
  - *fortis perruptor;*
  - *ſuavis Mediator;*
  - *hominũ pacificator: pacem enim ille*
    - *reſtauravit;*
    - *annunciari curavit,*
    - *ipſe prædicavit;*
    - *Apoſtolis mandavit;*
    - *pretioſè comparavit;*
    - *in teſtamento ſuo legavit.*
  - *ſalutaris Doctor.*
- *vulnerum Chriſti exoſculatione:*
- *ſeriâ vitæ emendatione, quæ fiat*
  - *peccatum non defendendo:*
  - *impietati & incredulitati renunciãdo:*
  - *in Chriſtum firmiter credendo: Fides deſcribitur h. l. à*
    - *raritate:*
    - *neceſſitate;*
    - *creſcendi facultate;*
    - *efficacitate.*
  - *meritum ejus nobis adplicando:*
- *publica Chriſti confeſſione:*
- *veræ beatitudinis adprehenſione.*

IN

Matth. 23, 34. ad finem.

DISPOSITIO I.

Evāgeliū agit de tribus:

- *ſumma Jeſuli benignitate ac bonitate, quæ probatur effectu tripliciː*
  - *continuatâ fideliū Eccleſiæ Doctorū miſſione; in qua notetur*
    - *particula δεικτικὴ, cujus vis eſt,*
      - *auditores ad attentionem exſuſcitare;*
      - *benignitatem Chriſti exaggerare;*
      - *crudelitatem Judæorum taxare;*
      - *rem certò futuram indicare.*
    - *cauſa efficiens, ſive perſona mittens:*
    - *ſubjectū, vel perſonæ mittendæ*
      - *Prophetæ;*
      - *Sapientes,*
      - *ſcribæ.*
    - *objectum, quibus mittenda.*
  - *miſerabili lamentatione: Jeruſalem, Jeruſalem! Repetitur nomen, ad*
    - *dilectionem conteſtandam:*
    - *ingratitudinem exaggerandam:*
    - *dolorem & συμπάθειαν declarandam.*
  - *multiplici ad regnum gratiæ vocatione: Oppoſitio eſt inter*
    - *Chriſti conatum, perſpectum in*
      - *vocationis multitudine;*
      - *gratiæ oblatæ amplitudine;*
      - *Jucunda ſimilitudine.*
    - *Judæorum contemtum.*
- *deteſtādâ mundi erga opt. puerulū perverſitate, quā declarabit,*
  - *legatos à Chriſto miſſos trucidādo. Illuſtr. diſtributione ſpecierum; occidentur alij*
    - *crucifixione;*
    - *flagellatione, vel ignominioſâ caſtigatione;*
    - *lapidatione;*
  - *gratiam oblatam malitioſè repudiando.*
- *horēdâ pœnarū ſubſecuturarū gravitate, huc refertur*
  - *reatûs attractio: verba textûs continent*
    - *ipſam prædictionem, ſive pœnæ denunciationem:*
    - *prædictionis confirmationem; factam ὅρκῳ:*
    - *pœnæ denunciatæ adpropinquationē.*
  - *extrema deſolatio ſeu devaſtatio:*
  - *templis abjectio.*

DISPO-

Duo in hoc Evangelio conſiderabimus:

- τῶν προφητοφονούντων ingenium: huc ſpectat
  - deprædicanda Chriſti in curando populo Judaico diligentia & benevolentia; cujus eſt,
    - idoneos Verbi præcones mittere, quos dicit
      - Prophetas;
      - Sapientes;
      - Scribas.
    - filios regni colligere. Officium hocce Chriſti exprimitur ſimilitudine gallinæ, cujus collatio conſiſtit in
      - pullorum excluſione;
      - ardenti dilectione;
      - vocis mutatione, accommodatione;
      - alarum dilatatione;
      - pullorum calefactione;
      - nutritione, alimentatione;
      - deductione;
      - defenſione;
      - multa paſſione;
      - am ſſorum inquiſitione.
  - deteſtanda populi Judaici malitia & ἀχαριστία:
  - horrenda DEI vindicta & ὠμμεία, in qua occurrit,
    - juſtiſſima DEI pro tanta ingratitudine ultio:
    - ultionis modus ac ratio:
    - ſancta CHRISTI adſeveratio.
- miſerabile Judæorum fatum vel excidium, quod exhibet Chriſtum
  - Hieroſolymam increpantem, per
    - beneficiorum exprobrationem;
    - ingenij hæreditarij deteſtationem, quod produnt Judæi
      - Prophetas occidendo;
      - ſervos DEI lapidando;
  - Hieroſolymæ adhuc dum bene (fruſtrà licèt) cupientem:
  - pœnas atrociſſimas interminantem; ſcilicet
    - πανωλεθρίαν ſive totalem devaſtationem;
    - excæcationem;
    - præſentiæ & gratiæ Divinæ privationem.

DISPOSITIO III.

- *Propoſitio nominis; quid diebus hiſce feriatis pios cogitare, meditari & agere conveniat: nimirùm perpendant ſeriò*
  - *ſummam Jeſuli pro Eccleſia curam ac ſolicitudinem; quam declarat,*
    - *verbi præconis concedendo;*
    - *de futuris calamitatibus præmonendo;*
    - *imminens fatum deplorando.*
    - *ſui notitiam revelando, in imagine gallinæ: hinc*
      - *gallinam agit Chriſtus*
        - *vitam communicando largiter;*
        - *omnia patiendo libenter;*
        - *diligendo ardenter;*
        - *lugendo miſerabiliter;*
        - *nutriendo fideliter;*
        - *vocando ſuaviter;*
        - *defendendo fortiter.*
      - *pulli nos ſum9*
        - *in vitæ principio;*
        - *in multiplici periculo:*
        - *in tutiſſimo refugio, per*
          - *pænitētiæ exercitium;*
          - *verbi ſtudium;*
          - *Sacramētorum uſum;*
          - *precū officium.*
        - *in tranquillitatis ſtudio.*
  - *deteſtandam mundi ingratitudinem, quam præ cæteris prodiderunt Judæi*
    - *factô vel effectu, h.e. ſanguinariâ internecione, per*
      - *crucifixionem;*
      - *lapidationem;*
      - *flagellationem;*
      - *in exilium profligationem.*
    - *contemtu, i.e. oblatæ gratiæ reprobatione.*
  - *pænarum denunciatarum certitudinem: Minatur enim contemtoribus ſuis*
    - *reatum;*
    - *vaſtatam domum;*
    - *averſum vultum.*

Joh. 21, 20. ad finem usq; Cap.

DISPOSITIO I.

- *Tria proponit Evãgelium:*
  - *Chriſti cum Petro colloquium, cujus partes duæ*
    - *Petri in integrum reſtitutio.*
    - *Martyrij vel mortis prædictio, in quâ notẽtur tria:*
      - *Chriſti juſſio vel præceptio, de ſequendo, reſpicit*
        - *docendi officium:*
        - *mundi præmium:*
        - *cruentum mortis ſupplicium.*
      - *Curioſa Petri inquiſitio, continens*
        - *πολυπραγμοσύνης occaſionem;*
        - *ſequentis deſcriptionem;*
        - *ipſam quæſtionem.*
      - *Severa Petri correctio, facta*
        - *reprehendendo;*
        - *culpando;*
        - *arguendo;*
        - *ſequelam imperando; ſequere me*
          - *docendo;*
          - *vigilãdo;*
          - *mortẽ tolerãdo.*
  - *Apoſtolorum poſt colloquium; cujus notatur*
    - *occaſio, ex verbis Chriſti malè intellectis:*
    - *falſæ opinionis confutatio. Error ortus eſt ex*
      - *ſiniſtra collectione:*
      - *verborum Chriſti detorſione:*
      - *vitæ Johanneæ prorogatione.*
  - *Johannis de ſe ſcriptisq; ſuis teſtimonium, conſtans*
    - *dictorum ἐξηγήσεως ſive ἐπιδηλώσεως:*
    - *authoris αὐτοψίας:*
    - *dicendorũ παραλείψεως. Scribi DEUS voluit verbum ob*
      - *vitæ humanæ brevitatem:*
      - *hominũ numeroſitatem:*
      - *cuſtodiæ à traditionibus exſpectandæ infidelitatem*
      - *memoriæ humanæ imbecillitatem:*
      - *cœleſtis doctrinæ ſtabilitatem:*
      - *hæreticorum perverſitatem:*

DISPO-

Digitized by Google

DISPOSITIO II.

ex Joh. 1, 1-15.

Agit Evangelium de duobus fidei articulis; de

- *Vera JESU CHRISTI Deitate: in conſideratione venit*
  - *ſubjectum, JESUS CHRISTUS, DEI filius, qui dicitur Λόγος, ratione*
    - *principii;*
    - *officii;*
    - *beneficii.*
  - *prædicatum, probat λόγον eſſe DEUM, ab*
    - *æterna ejus generatione; fuit in principio; ubi obſervetur*
      - *principii ſignificatio:*
      - *perſonalis ſubſiſtentiæ deſcriptio:*
      - *τῆς ὁμοουσίας denotatio.*
    - *omnipotente rerum omnium creatione:*
    - *gratioſa hominis lapſi reparatione, qua innuitur nomine*
      - *Vita: eſt enim Chriſtus Vita,*
        - [illegible];
        - [illegible];
        - [illegible];
      - *lucis: lucet λόγος*
        - *per incarnationem in mundum veniendo:*
        - *noctem claritate ſua colluſtrando:*
        - *Voluntatem Patris faciendo;*
        - *peccati noctem fugando.*
- *manifeſtationis & incarnationis Majeſtate Manifeſtavit ſe λόγος triplicitur:*
  - *Baptiſtam præcurſorem præmittendo; is deſcribitur a*
    - *communi naturæ infirmitate;*
    - *Vocantis majeſtate;*
    - *nominis bonitate;*
    - *officii dignitate.*
  - *Beneficiis homines adficiendo. Hic tria revelantur:*
    - *quæ & qualia ſint iſta beneficia occurrit h. l. beneficium*
      - *illuminationis, cujus notatur*
        - *ſubjectum;*
        - *objectum;*
        - *effectum eſt contemtus.*
      - *præſentationis ſeu converſationis: in mundo erat:*
      - *creationis & conſervationis:*
      - *gratioſæ viſitationis; in propria venit.*
      - *adoptionis obſervetur*
        - *beneficii univerſalitas;*
        - *efficientis authoritas;*
        - *ipſa adoptionis poteſtas.*
    - *Quinam beneficiis iſtis fruantur: nim.*
      - *eum recipientes;*
      - *in nomen ejus credentes.*
    - *Unde facultas fruendi dependeat: obtingit illis*
      - *non*
        - *per carnalem nativitatem;*
        - *per arbitrii poteſtatem, vel carnis voluntatem:*
      - *ſed*
        - *per regenerationis ſalubritatem:*
        - *per fidei ſinceritatem.*
  - *in carnem veniendo; ſeu Naturam humanam aſſumendo. Notetur hic*
    - *ſubjecti & prædicati conſideratio:*
    - *utriuſque, Verbi & carnis copulatio:*
    - *ſubjecti determinatio:*
    - *ab Unione dependens communicatio:*
    - *ſpontanea ſalutis noſtræ cauſa facta exinanitio.*

Digitized by Google

DISPOSITIO III.

Ex Joh. 1, 1. 15. & 21, 15 ſeqq.

Propoſitio μονομερὴς *quô pactô nos gratos JESULO* νεογνῷ *per Nativitate & Incarnatione ſalutiferum, exhibeamus: nimirùm,*

- *perſonam JESULI piè contemplando, quæ duabus conſtat naturis;*
  - *divinâ, quæ probatur*
    - *internè, ab*
      - *æternâ* τῦ Λόγυ *exiſtentiâ:*
      - *perſonali ejus ſubſiſtentiâ, & à Patre differentiâ:*
      - *ipsâ* τῦ λόγυ *eſſentiâ.*
    - *externè, ab operũ Divinorũ eminẽtia;*
      - *rerum omnium creatione;*
      - *verũ creatarum conſervatione;*
      - *hominum reparatione, facta per*
        - *vivificationem: dat n. ille vitã*
          - *naturæ;*
          - *gratiæ;*
          - *gloriæ;*
        - *illuminationẽ: eſt etiã lux ratione*
          - *eſſentiæ;*
          - *efficaciæ;*
        - *verbi prædicationem, inchoatam per Joh. Bapt.*
        - *gratuitam adoptionem.*
  - *humanâ, quæ patet ex ſecundo requiſito.*
- *Beneficia natalitia devotè conſiderando, concluſa aphoriſmô Joh. 1, 14. in quo agitur, de*
  - *ſacroſanctâ verbi incarnatione*
  - *verbi inter homines converſatione:*
  - *gloriæ divinæ manifeſtatione vel adparitione: gloria enim* λόγυ
    - *viſa olim, in Incarnatione, gloria*
      - *potentiæ;*
      - *ſapientiæ;*
      - *juſtitiæ;*
      - *miſericordiæ.*
    - *videtur hodieq́; gloria Chriſti, in*
      - *precatione;*
      - *adflictione;*
      - *tentatione;*
      - *mortis inſultatione.*
  - *gratiæ & veritatis collatione.*
- *JESULUM ardenter amando: Joh. 21, 15. 16. 17.*
- *Crucem patienter ferendo: 18. 19.*
- *CHRISTUM libenter ſequendo: Pſal. 19.*
- *Curioſitatem Petrinam fugiendo: 20. 21. 22. 23.*
- *Verbo ſcripto conſtanter inhærendo. 24. 25.*

IN

Digitized by Google

Matth. 19, 27. ad finem usq.

DISPOSITIO I.

Evangeliũ præſens complectitur tria:

- *curioſam Petri quæſtionẽ, pro cujus intellectu notetur*
  - *temporis conditio; τότε:*
  - *auctoris, vel cauſa efficientis ſignificatio; Petrus:*
  - *quæſtionis proponendæ occaſio:*
  - *ipſa quæſtio, quã proponit Petrus*
    - δεικτικῶς;
    - ἀντιθετικῶς;
    - ἐνδεικτικῶς, *probârunt ſuam Chriſto fidem*
      - *omnia deſerendo:*
      - *Chriſtum ſtudioſe ſequendo.*
- *nervoſam Chriſti reſponſionem; in qua obſervetur*
  - *ſolemnis Chriſti adſeveratio, facta jurando:*
  - *objecti deſignatio, vel Apoſtolorũ ab effectu deſcriptio:*
  - *temporis denotatio, quod dicitur*
    - *regeneratio;*
    - *ſeſſio CHRISTI in gloria:*
  - *Ipſa promiſſio, vel promiſſæ retributio, quæ conſiſtit in*
    - *ſedendo:*
    - *judicando: judicabunt Apoſtoli*
      - *non judicandi poteſtatem cũ Chriſto eandem exercendo;*
      - *ſed adſidendo vel adſiſtendo;*
      - *ſecundum Evangelium pronunciando;*
      - *teſtificando;*
      - *adprobando;*
      - *alios convincendo;*
      - *fidei & pœnitentiæ ſuæ exemplum producendo:*
- *gratioſam ejuſdem pollicitationem, ea continet*
  - *ſubjecti deſcriptionem:*
  - *rerum deſerendarum enumerationem:*
  - *ipſam retributionem, quæ*
    - *terreſtris;*
    - *cœleſtis.*
  - *Epiphonematicã concluſionem, de*
    - *multis vocatis;*
    - *paucis electis.*

- *Propoſitio* διμερής: *Contemplabimur enim,*
  - *Petrum de remuneratione ſolicitè quærentem: obſervatione meretur*
    - τὸ τῆς ζητήσεως [illegible]:
    - τὸ ζητούμενον
    - τὸ αἴτιον *abſeſtu; duas n. quæſiti adſignat rationes*
      - *omnium deſertionem:*
      - *Chriſti ſectationem: ſecuti erant Apoſtoli Chriſtū,*
        - *vocationi & mandatis ejus parendo;*
        - *ad præſcriptum ipſius vivendo;*
        - *doctrinam Chriſti amplectendo;*
        - *veſtigia ipſius legendo.*
  - *Chriſtum benignè reſpondentem; promiſſione partim*
    - *ſpeciali, qua declaratur* περιστατικῶς:
      - *quomodo promittat:*
      - *quibus promittat:*
      - *quando ſint accepturi, in extremo die, qui dicitur* παλιγγενεσία, *ob*
        - *filiorū DEI manifeſtationem;*
        - *perfectam Sanctificationem.*
      - *quid premij Apoſtoli ſint conſecuturi:*
        - *ſedebunt;*
        - *judicabunt;*
    - *generali: docetur enim*
      - *quid deſerendum:*
      - *quomodo deſertio facienda; propter nomen Chriſti:*
      - *q.d premij inde: duplex*
        - *externum;*
        - *internum.*

Digitized by Google

Propoſitio μονομερὴς, de modo exilia, perſecutiones & miſerias fortiter ferendi & perferendi: nimirùm

- *Terrena omnia deſpicatui habendo. Abregationem ſui ſuadeat*
  - *diſcipulorũ Chriſti proprietas:*
  - *ipſa neceſſitas;*
  - *ſumma utilitas.*
- *CHRISTUM unicè ſectando: Moveat nos ad ſequendum Chriſtum*
  - *mandantis auctoritas;*
  - *officij Chriſti ſublimitas;*
  - *decreti immutabilitas;*
  - *verorum Chriſtianorum proprietas;*
  - *ipſa rei neceſſitas;*
  - *exemplorum conformitas;*
  - *multiplex commoditas.*
- *Reparationem omnium cum patientia exſpectando:*
- *Gloriam cœleſtem attendendo:*
- *Propter Evangelium JESU CHRISTI cariſſima quæq; deſerendo:*
- *Bona potiora & meliora reſpiciendo:*
- *Vitam æternam firmiter credendo.*

IN FESTO PURIFICATIONIS MARIÆ;

Luc. 2, 22. 23.

Digitized by Google

DISPOSITIO I.

Contemplamur in hoc Evãgelio tria:

- ipſã Jeſuli præſentationẽ, h.e. Moſaicã Mariæ purificationem quæ monſtrat
  - cauſam impulſivam προκαταρκτικὴν, temporis impletionem:
  - cauſam formalem, vel præſentationis modum:
  - cauſam finalem geminam,
    - τὸ παραστῆσαι:
    - τὸ δοῦναι τὴν θυσίαν:
  - amplificationem, ab authoritate legis Moſaicæ, de
    - primogenitis
      - offerendis;
      - redimendis:
    - puerperis, ex Lev. 12.
- Proſopographicã Simeonis deſcriptionem in qua notatur
  - προσωπικὰ ubi deſcribitur à
    - patria;
    - nomine;
    - moribus, fuit
      - δίκαιος:
      - εὐλαβής:
      - exſpectans conſolationem Iſraëlis:
    - cauſa efficiente iſtorum donorum:
    - ſpeciali Spiritûs Sancti effectu:
  - πρακτικῶς; narratur enim, quòd
    - in templum venerit;
    - puerum in ulnas acceperit;
    - bene dixerit.
- Valedictoriam ejusdem concionem; ſive egregiã de Chriſto teſtificationem: habetur in ea,
  - Simeonis ad moriẽdum προθυμία ſive alacritas: ſpectatur
    - exordiũ, in quo obſervetur
      - tempus, νῦν:
      - modus diſcedendi, ἀπολύεις;
      - decorum perſonæ, ſervum tuum;
      - promiſſio divina, ſecundum verbum tuum.
      - adjunctum. in pace:
    - ratio exordij ab eventu; quia viderunt
  - Perſona ſive Meſſiæ dignitas. Oſtendit à.
    - cauſam efficientem; DEUM: &c.
    - ſubjectum, quibus paratum:
    - finem, ut ſit
      - lumen: dicitur ita ratione
        - illuminationis, per doctrinam;
        - adplicationis, per fidem;
        - renovationis, per novam obedientiam;
        - reſtitutionis per reſurrectionem.
      - gloria plebis Iſr. ita dictã quatenus
        - ex Judæis natus;
        - ad ipſos primùm miſſus.

DISPO-

Digitized by Google

- *Conſiderabimus hac vice duo;*
  - *Evangelij prælecti hiſtoriã, qua nobis ob oculos ſtatuit,*
    - *Mariam Legi ſe Moſaicæ ſubmittentem; & quidem dupliciter;*
      - *de puerperarum purificatione, quæ lata à DEO videtur, ob*
        - *amiſſarum virium recuperationem:*
        - *peccati originalis commonefactionem:*
        - *obedientiæ muliebris probationem:*
        - *ſeriam peccatorum deprecationem:*
        - *publicam gratiarum actionem, pro*
          - *pignoris donatione;*
          - *clementiſſima ex partu liberatione;*
          - *conjugij conſervatione;*
          - *ſobolis ad imaginem DEI formatione.*
        - *miniſterij conſervationem.*
      - *de primogenitorum oblatione. Legi huic ſubjecit ſe Chriſtus, in*
        - *ſanctificationis pro nobis factæ ſignificationem:*
        - *primogenituræ ſuæ demonſtrationem:*
        - *vaticinij impletionem. Hagg. 2, 8 Mal. 3, 1.*
    - *Simeonem ulnis obviis Jeſulũ excipiẽtem. Occurrunt hic*
      - *perſonalia, ubi commẽdatur nobis Simeon à*
        - *patriæ eminentia;*
        - *nominis excellentia;*
        - *ſingulari ſanctimonia; ſanctus fuit, tum*
          - *theoreticè;*
          - *practicè:*
        - *inhabitantis Sp. S. gratia.*
      - *realia; referuntur enim de ipſo effecta quædam; quòd*
        - *in templum venerit:*
        - *Chriſtum agnoverit;*
        - *ulnis eum ſuis exceperit;*
        - *Deo gratias egerit vel benedixerit.*

- *Simeonis* δοξολογίαν, *quæ continet,*
  - ἐπιθυμίαν, *votum ſeu deſiderium, cujus occurrit,*
    - *objectum; dirigitur ad* DEUM, *qui* δεσπότης, *ratione*
      - *creationis,*
      - *poteſtatis:*
    - *ſubjectum:* DEI *ſervus: ita ſe vocat ob*
      - *modeſtiam;*
      - *diligentiam;*
      - *obedientiam;*
    - *momentum, vel tempus; nunc: ipſum votum; cupit* ἀπολύεσθαι.
  - αἰτιολογίαν, *in qua ratio gemina:*
    - *verbi & promiſſionis impletio; verbum illud eſt*
      - *generale;*
      - *ſpeciale;*
    - *Meſſiæ viſio.*
  - χριστομαρτυρίαν, *quâ dicitur* CHRISTUS,
    - *Domini ſalutare, quia ſalutem*
      - *recuperat;*
      - *confert: dicitur ita ob*
        - *perſonæ majeſtatem;*
        - *ſummam poteſtatem;*
        - *fidei conformitatem.*
    - *Gentium luminare: lumen dicitur ob*
      - *habitationis ſuæ claritatem;*
      - *peccati vacuitatem;*
      - *amabilitatem;*
      - *ſplendoris communitatem;*
      - *odij gravitatem;*
      - *penetrationis ſubtilitatem;*
    - *Judæorũ regale, propter*
      - *promiſſionem;*
      - *incarnationem;*
      - *converſationem;*

DISPO-

Digitized by Google

De vero feſtum præſens legitimè celebrãdi modo; quem adſequimur,

- *purificationis Legem piè conſiderando;*
- *noſtra omnia DEo conſecrando & offerendo: nimirum*
  - *nos ipſos;*
  - *liberos noſtros, per*
    - *Baptiſmi adminiſtrationem;*
    - *devotam orationem;*
    - *legitimam educationem.*
  - *omnia noſtra bona.*
- *Simeonis virtutes & facta ſtudioſè æmulando; in quorum cenſu ſunt,*
  - *vera in pietate devotio:*
  - *juſtificatio, quæ conſiſtit in*
    - *ſeria peccatorum agnitione;*
    - *firma fidei in Chriſtum conceptione;*
    - *ſincera nova obedientiæ declaratione.*
  - *ſolida in Chriſto conſolationis exſpectatio:*
  - *Spiritus Sancti inhabitatio:*
  - *aſſidua templi viſitatio:*
  - *Chriſti per fidem amplexatio:*
  - *ardens & indefeſſa precatio.*
- *Ad beatam emigrationem quotidie nos præparando. Huc ſpectat,*
  - *accurata temporis conſideratio:*
  - *dimiſſionis petitio:*
  - *Domini profeſſio; habemus Dominum*
    - *potentiſſimum;*
    - *benigniſſimum;*
    - *juſtiſſimum.*
  - *verbi divini obſervatio:*
  - *tranquilla pacificatio:*
  - *beata Chriſti viſio.*

Matth. 11, 25. ad finem

DISPOSITIO I.

Evangelium mõſtrat tria:

- *devotam Chriſti gratiarum actionem, in qua occurrit*
  - *temporis notatio:*
  - *Chriſti oratio, ſive gratiarum actio. Conſideretur,*
    - *quis gratias agat:*
    - *cui gratias agat; Patri, quẽ Dominum vocat cœli & terra, propter*
      - *creationem;*
      - *rerum creatarũ conſervationem;*
      - *admirabilem gubernationem;*
      - *rei, de qua loquitur, declarationem.*
    - *propter quid; materia eſt, partim*
      - ἀποκρύψεως;
      - ἀποκαλύψεως;
    - *cur ita gratias agat; ob* εὐδοκίαν *paternam.*
- *rotundam perſonæ ſuæ deſcriptionem, quam demonſtrat à*
  - *naturarum duplicitate: ad*
    - *divinitatem ſpectat, quòd*
      - *DEum Patrem ſuũ nominat:*
      - *Patrem ſolus nôſſe dicitur.*
    - *humanitatem referendum, quod ſibi omnia tradita eſſe dicat.*
  - *communicatâ ſibi divinâ Maieſtate: huc facit*
    - *potentia;*
    - *ſcientia, ſapientia & notitia divina.*
- *amicam invitationem, quâ jubet fideles ſuos,*
  - *venire: ubi expendatur,*
    - *quis vocet? Chriſtus:*
    - *quid agat? invitat:*
    - *quem vocet? omnes*
      - *laborãtes:*
      - *oneratos.*
    - b
  - a

jugum

- b
  - *quò vocet? ad ſe.*
  - *cur & quô fine? reficiam vos,*
    - *à maledictione legis liberando:*
    - *ærumnas vitæ hujus mitigando:*
    - *vires ſubminiſtrando.*
- ***jugum tollere, vel***
  - *Novi Teſtamenti;*
  - *doctrinæ;*
  - *Legis;*
  - *novæ obedientiæ;*
  - *crucis.*
- ***diſcere, virtutes duas***
  - *πρᾳότητα;*
  - *ταπεινότητα. Amplif. αἰτιολογίᾳ triplici;*
    - *quietis ſuavitate;*
    - *jugi commoditate;*
    - *oneris levitate;*

DISPOSISIO N.

- ***Propoſitio*** *διμερὴς; cõtinet enim Evangelium*
  - *devotã Chriſti ἐξομολόγησιν, gratiarum actionem, quã ingrediuntur quinq;:*
    - *ἐξομολογήσεως occaſio, præbita ex 70. diſcipulorum reditu:*
    - *Ipſa gratiarum actio:*
    - *ἐξομολογήσεως ratio:*
    - *ejusdem adprobatio:*
    - *dictorum declaratio, quâ tria ſibi tribuit,*
      - *omnipotentiam:*
      - *veri DEI notitiam:*
      - *communicandi licentiam.*
  - *jucundam ejus ἐκφώνησιν ἢ προσφώνησιν, invitationem, vocationem vel adclamationẽ; proponit a. nobis*
    - *invitatoriũ, cujus notatur*
      - *objectum; universale:*
      - *præmium, reficiã vos. Reficie autem nos Chriſtus,*
        - *ſuô obſequiô;*
        - *ſuô auxiliô;*
        - *verbi alloquio;*
        - *ἐθελουσίας beneficiô.*
    - *monitorium*
      - *ad jugum Chriſti ſuſcipiendum;*
      - *ad exemplum Chriſti imitandum, ob rei*
        - *ſanctitatem;*
        - *utilitatem;*
        - *commoditatem;*
        - *facilitatem.*

Digitized by Google

Thema eſt, de ordine ſalutis divinitùs conſtituto, qui conſiſtit in

- *ſalvifica Evangelij revelatione:*
- *accurata εὐδοκίας gratuita contemplatione:*
- *Sancta JESU CHRISTI agnitione: Oſtenditur in textu,*
  - τὸ ὁμοούσιον, *quod Chriſtus æqualis ſit Patri;*
  - τὸ κοινωνητόν;
  - τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ.
- *grata vocationis benigniſſima acceptatione:*
- *profunda miſeria noſtra æſtimatione:*
- *temporanea crucis portatione: Jugum enim dicitur Chriſti, ratione*
  - *impoſitionis;*
  - *conjunctionis;*
  - *probationis;*
  - *defatigationis;*
  - *refrenationis;*
  - *ſolutionis: Leve autem & ſuave ratione*
    - *præceptionis;*
    - *ſublevationis.*
    - *collationis, cum cum cruce Chriſti;*
    - *compenſationis.*
- *voluntaria diſciplinæ adprehenſione. Diſcere in hac ſchola debemus*
  - *divini amoris diſciplinam;*
  - *ad DEUM veniendi ſapientiam;*
  - *futurorum providentiam.*
- *manſuetudinis & humiliationis Chriſti imitatione.*

Digitized by Google

DISPOSITIO I.

Evangeliũ præſens partes complectitur tres:

- *Angeli ad Mariam virginem acceſſionem; in qua notetur*
  - *tempus;*
  - *cauſa effic. principalis;*
  - *cauſa inſtrumentalis;*
  - *locus;*
  - *perſona, ad quam miſſus Angelus; & deſcribitur ea à*
    - *ſexu;*
    - *adjuncto deſponſationis;*
    - *genere vel familia;*
    - *nomine.*
- *ſingularem Angeli expeditionem, in qua duo membra:*
  - *Angelica ſalutatio; ubi obſervetur*
    - *Angeli ingreſſus:*
    - *ſalutationis propoſitio;*
    - *ſalutationis Angelicæ ratio à*
      - *cauſa efficiente;*
      - *effectu.*
    - *ſalutationis operatio in Maria ταραχὴ, cujus cauſa*
      - *majeſtatica Angeli adparitio.*
      - *inſolita illius oratio & ſalutatio:*
      - *propria ratiocinatio.*
    - *ſalutationis interpretatio.*
  - *Legationis commemoratio, hic occurrit*
    - *particula attentionis, ecce:*
    - *cauſa materialis, ex qua naſciturus;*

a

- b
  - *Filij naſcituri deſcriptio, ratione*
    - *nominis;*
    - *perſonæ, futurus*
      - *Deus, & magnus ratione*
        - *perſonæ;*
        - *officij;*
        - *regni.*
      - *bono.*
    - *officij, quod futurum*
      - *ſacerdotale;*
      - *propheticum.*
      - *regium.*
- *Ulteriorem myſterij declarationem, in qua ſpectatur*
  - *cauſa προκαταρκτικὴ vel occaſio:*
  - *ἀπορία vel dubitandi ratio:*
  - *modus conceptionis miraculoſus, cujus adnotatur*
    - *cauſa efficiens ſeu operans principalis:*
    - *cauſa materialis:*
    - *cauſa formalis:*
    - *effectum vel conſequens operis, quod illuſtratur*
      - *exemplô Eliſabethæ:*
      - *DEI omnipotentiâ*
    - *eventus triplex*
      - *Mariæ morigeratio:*
      - *ejusdem conſenſio & impragnatio:*
      - *Angeli diſceſſio.*

DISPO-

Digitized by Google

- *Propoſitio dupplex; partes enim habet duas:*
  - *Evangeliſtæ præloquium, per circumſtãtias quinq;:*
    - *temporis notatio:*
    - *legati vel perſonæ miſſæ ſignificatio:*
    - *mittentis conſideratio:*
    - *loci determinatio:*
    - *objecti vel perſonæ commendatio, à*
      - *ſexu virginali;*
      - *nexu conjugali;*
      - *nomine ſingulari.*
  - *Angeli cum Mariâ colloquium; in quo obſervãda venit*
    - *Angeli ſalutatio:*
    - *Mariæ territæ cõſolatio; ubi notitur*
      - *cauſarum enarratio; terrorem incuſſit,*
        - *Angeli viſio;*
        - *ejuſdem oratio;*
        - *interna mentis cogitatio.*
      - *terroris depulſio.*
    - *conceptionis denunciatio; explicat hîc Angelus*
      - *myſterium conceptionis:*
      - *myſterium partûs vel generationis:*
      - *myſterium nominis:*
      - *myſterium perſonæ, ratione cujus dicitur magnus, quoad*
        - *officium;*
        - *divinitatem;*
        - *humanitatem;*
        - *unionem;*
        - *regiam dignitatem;*
        - *regnum deſcribitur ab*
          - *amplitudine vel extenſione;*
          - *duratione.*
    - *Mariæ interrogatio:*
    - *Plenior nuncij explanatio, quam facit*
      - *modum conceptionis indicando:*
      - *finem exempló El.ſab. ba confirmando:*

a b

a b

omnipotentiam DEI prædicando:

Fidelis Mariæ declaratio, facta per
- gratiæ divinæ admirationem:
- ſui in DEI voluntatem oblationem.

DISPOSITIO III.

Thema, de ratione feſtum præſens decenter ac reverenter celebrandi, quod fiet,

- opera diei hujus piè conſiderando:
- fidem noſtram de adventu Meſſiæ ſolidè confirmando; quam roborat
  - temporis infallibilitas;
  - nuncij dignitas;
  - loci ſingularitas;
  - matris proprietas.
- beneficia Incarnationis devotè ponderando; cujusmodi ſunt
  - Angelica gratulatio;
  - gratuita reconciliatio;
  - divina inhabitatio;
  - cœleſtis benedictio.
- timorem omnem planè relegando:
- ipſum conceptionis myſterium accuratè enucleando: Fuit enim myſterium
  - præfigurale, quondam adumbratum
    - Adæ ex gleba terræ formatione;
    - promiſſionis primæ promulgatione;
    - valedictoriâ Jacobi concione;

a b c

legis

a

- b
  - c
    - legis Levitica ſancti-one;
    - Virga Aaronica germinatione;
    - Rubi ardentis adparitione;
    - Porta clauſa viſione.
  - peculiare:
  - mirabile, quod patet ex
    - virginis impragnatione:
    - nominis ſingularis impoſitione:
    - perſonali unione:
    - regni adminiſtratione:
    - myſterij tanti declaratione:
    - ſubſecuta communicatione:
    - rei per exemplum confirmatione.
- rationem in obſequium fidei captivando.

FERIA

DISPOSITIO I.

- *Propoſitio τεμμερὴς: contemplabimur in præſentis Evangelij enarratione*
  - *Diſcipulorum Emauntícorum peregrinationem; ubi attendenda*
    - *perſonarum peregrinantium denominatio:*
    - *temporis denotatio:*
    - *loci determinatio:*
    - *profectionis cauſa & ratio:*
    - *eventûs inopinati adſignatio, ubi notetur*
      - *occaſio;*
      - *Chriſti adparitio: adparet ut*
        - *viator peregrinus;*
        - *homo ignotus.*
  - *Chriſti cũ ipſis conjuncti ſermocinationẽ, in qua continetur*
    - *Chriſti ἐρώτησις, quærit de*
      - *colloquij materia;*
      - *triſtitiæ cauſa.*
    - *Cleophæ ἀντερώτησις.*
    - *Ejuſdem διήγησις, quæ continet,*
      - *colloquij materiam;*
      - *ſuam ſociiq́ de Chriſto ſententiam; quòd*
        - *fuerit Propheta;*
        - *δυνατὸς ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ;*
        - *in utroq́ excelluerit.*
      - *paſſionis hiſtoriam;*
      - *graviſſimam querimoniam, de*
        - *ſpei fruſtratione;*
        - *promiſſionum annihilatione;*
        - *ſui conſternatione, ob*
          - *corporis crucifixi amiſſionem;*
          - *Angelorum viſionem & concionem:*
          - *diſcipulorum αὐτοπτῶν comprobationem:*
    - *Chriſti ἀπόκρισις, quæ & ipſa habet*
      - *ἐπίπληξιν, duram increpationẽ, quâ exprobrat illis,*
        - *intelligentiæ ruditatẽ;*
        - *cordis tarditatem.*
      - *ἀπόδειξιν, juſtam declarationẽ; oportuit Chriſtum pati ac mori, ob*
        - *Patris cœleſtis decretum & ordinationem:*
        - *generis humani redemtionem:*

a b c *Scri-*

- b
  - c
    - ſcripturarum impletionem.
  - βεβαίωσιν, confirmationem.

- Chriſti manifeſtationem: Ea complectitur
  - Acta extra diverſorium tria:
    - Chriſti ſimulatio, facta, ut
      - diſcipulorum cogitationes repraſentaret:
      - adſcenſionem & ad Patrem reditum praſiguraret:
      - adfectum diſcipulorum excitaret:
      - adflictorum cogitationes adumbraret:
      - diſcipulos ſuos probaret:
    - Diſcipulorum coactio;
      - factis;
      - verbis;
        - propoſitio;
        - ratio.
    - Chriſti in manſionem conſenſio.
  - Acta in diverſorio quatuor:
    - cœnatio;
    - Chriſti agnitio vel manifeſtatio;
    - Chriſti diſparitio;
    - mutua diſcipulorum confeſſio.
  - Acta in urbe Hieroſolyma tria:
    - diſcipulorum ad cœtum regreſſio:
    - novorum relatio:
    - reciproca manifeſtationis narratio; narrant illi
      - τὰ ἐν ὁδῷ πεπραχθέντα καὶ λεχθέντα:
      - τὰ ἐν πανδοχείῳ γενόμενα.

- *Propoſitio* διμερὴς: *conſiderans*
  - *Cleopham cum ſocio ſuo Emaunta exſpaciantem: occurrit*
    - *itineris Emauntici deſcriptio, petita* ἀπὸ
      - τοῦ χρόνου;
      - τοῦ τόπου;
      - τῶν [illegible];
      - τῶν πραχθέντων;
      - τῶν λεχθέντων.
    - *Chriſti adſociatio facta*
      - *quando;*
      - *quomodo;*
        - *adpropinquando;*
        - *ſimul ambulando;*
        - *oculos tenendo. Illuſtratur L. C. de modo alliciendi Chriſtum;*
          - *à malis nos ſeparando;*
          - *concordiæ ſtudendo;*
          - *de DEo rebusq; ſacris conferendo;*
          - *paſſionis & mortis Chriſti nõ obliviſcendo.*
  - *Chriſtum diſcipulis Emaunticis ſeſe manifeſtantem. Revelationis*
    - *antecedentia;*
      - *interrogatio Chriſti blanda & humana:*
      - *reſponſio Cleophæ ſatis auſtera & inhumana:*
      - *Chriſti inſtantia.*
      - *Cleophæ ſententia, quæ continet*
        - *frigidam de Chriſto confeſſionem:*
        - *tepidam de morte ejus diſſertationem, per*
          - *commiſerationem;*
          - *tacitam indignationem:*
          - *deſperationem.*
        - *dubiã de reſurrectione ipſiq; adſertionem, cujus teſtes producunt*
          - *mulieres;*
          - *Angelos;*
          - *diſcipulos;*

a b

con-

a

- b
  - *Errori oppoſita à Chriſto homilia, conſtans*
    - *increpatione graviſſimâ:*
    - *informatione dilucidiſſimâ:*
    - *confirmatione adſertionis firmiſſimâ.*
- *Concomitantia vel conjuncta, h.e. ipſa φανέρωσις, in qua obſervetur*
  - *Chriſtus profectionem ulteriorem ſimulans:*
  - *Cleophas manſionem ſuadens; per*
    - *propoſitionem:*
    - *rationem:*
  - *Chriſtus ad menſam ſeſe revelans,*
    - *cum ipſis adcumbendo;*
    - *panem accipiendo;*
    - *benedicendo;*
    - *panem frangendo;*
    - *fractum panem porrigendo;*
    - *oculos aperiendo;*
    - *ex conſpectu eorum ſe ſubducendo.*
- *Conſequentia: diſcipuli enim Chriſtô agnitô*
  - *egregiam de Chriſto confeſſionem edunt:*
  - *Hieroſolymam redeunt:*
  - *novum reſurrectionis teſtimonium audiunt:*
  - *ſuam quoq; hiſtoriam referunt.*

d 2 DISPO:

Digitized by Google

DISPOSISIO III.

Thema: de diſcipulis Paſchalibus, quos decet & æquum eſt.

- *ab impiis ſeceſſionem facere:*
- *de rebus ſacris ſapè multumq; & conferre & audire:*
- *paſſionem Chriſti ejusq; beneficia aſſiduè meditari:*
- *accuratè ſeipſum examinare. Triplex in diſcipulis defectus deprehenditur;*
  - *elatio;*
  - *ignoratio;*
  - *deſperatio, orta ex*
    - *principum authoritate;*
    - *Chriſti paupertate;*
    - *paſſionis diuturnitate;*
    - *mulierum garrulitate.*
- *correptiones juſtas æquo animo & ſuſcipere & perferre:*
- *ardenter ac diligenter orare; quia imminet veſpera.*
  - *mundi ſecularis;*
  - *gaudij ſpiritualis;*
  - *vitæ temporalis.*
- *verbum pradicatum non faſtidire:*
- *verbo pradicato fidem adhibere. Chriſtus paſſionem & reſurrectionem ſuam probat, ex*
  - *vaticinorum antiquitate:*
  - *typorum & figurarum perſpicuitate:*
  - *regni ſui ſtabilitate:*
  - *impoſſibilitate.*
- *Chriſtum hoſpitio excipere:*
- *temporalia negligere:*
- *beneficia CHRISTI agnoſcere:*
- *alios erudire.*

FERIA

Luc. 24, 36. 48.

DISPOSITIO I.

Continentur in hoc Evangelio tria:

- *ipſa Domini JESU Chriſti adparitio; in qua notetur*
  - *tempus;*
  - *modus; adparet Chriſtus*
    - *medium ſeſe ſiſtendo;*
    - *jucundiſſimo Apoſtolos verbô ſalutando; pax vobis.*
  - *effectus, ſpectri ſuſpicio, quam adfert*
    - *conſcientiæ morſus;*
    - *incredulitatis ſenſus;*
    - *miraculoſus ingreſſus;*
    - *falſæ opinionis ſcrupulus.*
- *reſurrectionis comprobatio: probat eam Chriſtus*
  - *loquendo;*
  - *manus pedesq́; oſtendendo;*
  - *palpationem manuum permittendo;*
  - *in conſpectu omnium comedendo.*
- *Paſchalis coram diſcipulis habita concio, in qua occurrit,*
  - *concionum præteritarum repetitio, renovatio:*
  - *vaticiniorum propheticorum allegatio & explicatio:*
  - *intellectûs reſeratio:*
  - *expreſſa neceſſitatis ſignificatio:*
  - *paſſionis & reſurrectionis Chriſti fructificatio; prædicatio: ubi docet,*
    - *quid prædicare debeant; ſc.*
      - *pœnitentiam ex lege:*
      - *remiſſionem ex Evangelio:*
    - *quomodo prædicari velit: in nomine ſuo:*
    - *quibus ſit prædicandum:*
      - *Judæis,*
      - *gentibus:*
    - *per quos: Apoſtolos ut teſtes Chriſti.*

Digitized by Google

DISPOSITIO II.

- *Propoſitio* διμερὴς, *ob partes Evangelij duas; quarum*
  - *Prior Chriſtum nobis ſiſtit redivivum, reſurrectionis ſuæ veritatem demonſtrantem. Obſervetur*
    - *occaſio:*
    - *Domini adparitio;* θυρῶν κεκλεισμένων:
    - *Amica ſalutatio:*
    - *Diſcipulorum trepidatio & perturbatio:*
    - *falſa perſuaſio ſive imaginatio:*
    - *veritatis demonſtratio: orationis notetur*
      - *Exordium eſt* ψεκτικὸν ἢ ἐπιδεικτικόν:
      - *Propoſitio: Ego ipſe ſum:*
      - *confirmatio; rei veritatem probãs*
        - *verbis;*
        - *ſignis;*
        - *factis;*
      - *confutatio falſæ imaginationis.*
  - *Poſterior Chriſtum concionantem & verba ad diſcipulos facientem exhibet; quod facit*
    - *Eadem repetendo;*
    - *ad ſcripturas V.T. provocando:*
    - *facultatem intelligendi ipſis largiendo:*
    - *decreti divini immutabilitatem oſtendendo, ob*
      - *ſcripturæ veritatem;*
      - *mortis & reſurrectionis ſuæ neceſſitatem.*
    - *Miniſterij inſtitutionem perſequendo. Deſcribitur illud à*
      - *cauſa efficiente primaria:*
      - *partibus* συστατικαῖς, *Lege & Evangelio:*
      - *ſubjectis perſonis:*
      - *cauſis adjuvantibus.*

DISPO-

Thema; de modo theſauros Paſchales conſequendi & retinendi. In conſiderationem venit

- *Subjectum, theſauros Paſchales exhibens; quales ſunt,*
  - *mediatio;*
  - *pacificatio;*
  - *conſolatio; ſolatur fideles ſuos Chriſtus*
    - *paſſione ac morte ſuâ ignominioſâ;*
    - *reſurrectione ſuâ glorioſâ.*
  - *verbi prædicatio;*
  - *intellectûs reſeratio;*
  - *miniſterij inſtitutio;*
  - *gentium vocatio.*
- *Prædicatum, modum oſtendens theſauros iſtos conſequendi & retinendi. Hic noſtrûm fuerit,*
  - *de Chriſto ſæpè multumq; cogitare & conſabulari;*
  - *pacem oblatam amplexari, & ſibi per fidem adpropriare:*
  - *vulnera Chriſti reverenter exoſculari:*
  - *aliis de noſtro libenter communicare:*
  - *ſcholam Chriſti diligenter viſitare;*
  - *ſcripturas perſcrutari:*
  - *miniſterium venerari.*

IN FESTO PHILIPPI ET JACOBI

Johan. 14, 1, 15.

DISPO.

Digitized by Google

- *Propoſitio τριμερὴς: Evangelium enim continet*
  - *perturbationi diſcipulorum à Chriſto oppoſitam conſolationem, cujus eſt*
    - *propoſitio; ne turbetur cor veſtrum:*
    - *confirmatio à*
      - *fidei proprietate;*
      - *ſummæ abitus ſui utilitate*
        - *vitæ æternæ reparatione:*
        - *æterna in manſionibus cœleſtibus habitatione:*
        - *fidelium in reditu Chriſti adſumtione & introductione:*
        - *communis felicitatis participatione.*
      - *viæ vel ſequendi facilitate.*
  - *Thomæ de via ad vitam æternam ſciſcitationem: in qua habetur*
    - *Thomæ objectio, conſtans*
      - ἀγνοίᾳ;
      - ἐρωτήσει.
    - *Chriſti reſponſio*
      - ὁριστικῇ, *viam definiens:*
      - ἐξηγητικῇ ἢ ἐπιδηλωτικῇ, *viam declarans:*
      - ἀποδεικτικῇ, *ſuam cum Patre* ὁμοουσίαν *demonſtrans. Illuſtratur* προσαναλήψει.
  - *Philippi de vera Patris cœleſtis cognitione interrogationem; cujus obſervetur,*
    - *occaſio:*
    - *Philippi interrogatio ſive petitio:*
    - *Chriſti reſponſio, conſtans*
      - προοιμίῳ ἐπιτιμητικῷ, *præfatione reprehenſoria:*
      - προθέσει παιδευτικῇ, *propoſitione informatoria:*
      - κατασκευῇ ἀποδεικτικῇ, *confirmatione demonſtratoria, ab*
        - *eſſentiæ divinæ unitate:*
        - *doctrinæ & miraculorum identitate. Ampl.*
          - ἀνακεφαλαιώσει;
          - προτροπῇ;
          - ἐπαγγελίᾳ operum;
            - *miraculorum patratio;*
            - *precum exauditio;*
          - συμπεράσματι ἀναφορικῷ.

Digitized by Google

DISPOSITIO II.

Propoſitio [illegible]; audiemus enim

- Chriſtum diſcipulos perturbatos conſolatione dulciſſimâ erigentem: ubi notanda
  - occaſio ex antecedentibus petenda:
  - ipſa diſcipulorum conſolatio, petita à
    - neceſſario, h.e. propriâ fidei naturâ & adfectione:
    - utili, habitaculi cœleſtis præparatione: manſiones dicuntur ob
      - rerum omnium ſufficientiam;
      - permanentiam;
      - diſtinctam gloriam.
    - jucundo; i.e. reditûs futuri pollicitatione;
    - utili alio, h.e. diſcipulorum adſumtione;
    - facili, i.e. loci ac viæ cognitione.
- Chriſtum cum Thoma & Philippo colloquentẽ. Colloquium
  - primum exhibet nobis
    - Thomam de via & loco ignorantiam ſuam profitentem:
    - Chriſtum à carnalibus ad ſpiritualia eum revocãtem,
      - viam ad cœlum monſtrãdo: dicitur inde
        - via, ratione
          - ſui;
          - noſtri
            - viam ignoratam docendo;
            - viã interclusam aperiendo;
            - à via perditionis abducẽdo;
            - in viam ſalutis deducendo;
            - viam hoſtibus præcludẽdo;
            - viam per mortem in cœlũ monſtrando.
        - veritas
          - οὐσιωδῶς;
          - ἐνεργητικῶς
            - veritatẽ Evangelii proferendo;
            - promiſſiones exſolvendo;
            - mendaciũ damnando.
        - vita, ratione
          - eſſentiæ:
          - efficientiæ,
            - creando;
            - conſervando;
            - gubernando;
            - in peccatis mortuos vivificando;
            - à morte reſuſcitando;
            - vitam æternam donãdo.
      - modum indicando, per Chriſtum enim pervenitur ad
        - eſſentiæ voluntatisq; divinæ notitiã;
        - Patris cœleſtis gratiam:
        - vitæ æternæ gloriam.
      - Locum vel metam ſignificando.
  - ſecundũ inſinuat nobis.
    - Philippum, Patrem ſibi oſtendi petentem:
    - Chriſtum
      - de Patris viſione & notitia Philippum erudiẽtem,
        - ignorantiam illius craſſam reprehẽdendo:
        - modum videndi Patrem exponendo:
        - abſurditatem & ruditatem perſtringendo:
        - ſuam cum Patre ὁμουσίαν probando ab
          - eſſentiæ vel naturæ unitate;
          - doctrinæ qualitate;
          - operũ cõmunitate.
        - fidem requirendo.
      - ad conſolationem interruptã redeũtem: ſolatur eos,
        - abitûs ſui utilitate copioſâ:
        - precũ exauditione gratioſâ:
        - Patris glorificatione fructuoſâ.

Digitized by Google

Thema: de modo ad cœleſtes mãſiones ex hac vita emigrandi: Imitemur diſcipulos,

- Triſtitiã & animi perturbationem ex corde penitùs ejiciendo. Turbatio eſt duplex:
  - mala
    - accidia;
    - invidiæ;
    - impatientia.
  - bona, ex
    - peccatorum perpetratione:
    - proximi compaſſione:
    - iniquorum perſecutione.
- Verâ fide Chriſto unicè adhærendo:
- In verbum revelatum & articulos fidei ſtudioſè inquirendo:
- Firmô ſolatiô animum muniendo & erigendo: Argumenta conſolationis ſumuntur à
  - Chriſti Deitate;
  - habitaculi cœleſtis
    - ſuavitate;
    - æternitate.
  - via ad cœlum veritate;
  - unanimi perſonarum in Divinitate voluntate:
  - paſſionis & reſurrectionis Chriſti utilitate, quæ conſiſtit in
    - operum vocationis felicitate;
    - precum fructuoſitate:
- Correptiones æquô animô ferendo.
- Indeſinenter orando:
- Omnia dicta & facta ad DEI gloriam dirigendo.

Marc. 16, 14. ad finem.

DISPOSITIO I.

- *Propoſitio* τριμερὴς; *ob tres Evangelii partes:*
  - *ſingularem Chriſti adparitionem, ubi in cōſiderationem venit;*
    - *temporis notatio:*
    - *objecti deſignatio:*
    - *modi ſignificatio:*
    - *facti commemoratio, continens* ψόγον; *exprobrat diſcipulis in*
      - ἀπιστίαν;
      - σκληροκαρδίαν.
    - *cauſa enarratio.*
  - *ſolemnem diſcipulorum ablegationem: huc ſpectat*
    - *mandati promulgatio*
      - *de eundo;*
      - *de prædicando: inſinuatur*
        - *officium Apoſtolorum:*
        - *materia prædicationis:*
        - *objectum.*
    - *miniſterii Apoſtolici operatio, quoad*
      - *fidem;*
      - *Baptiſmum.*
    - *doctrinæ per ſigna cōfirmatio, ubi notetur*
      - *terminorum ſimplicium enucleatio:*
      - *ſignorum ſpecificatio; cujuſmodi ſunt*
        - *diabolorum ejectio:*
        - *linguarum novarum communicatio:*
        - *beſtiarum venenatarum ſine noxa tractatio:*
        - *poculorum venenatorum absq; læſione bibitio:*
        - *morborum per* χειροθεσίαν *curatio.*
  - *glorioſam Chriſti ad cœlos adſcenſionem. Narratur*
    - *quis aſcenderit; Dominus:*
    - *quando contigerit:*
    - *quomodo aſcenderit: inſinuatur*
      - *terminus à quo;*
      - *terminus ad quē.*
    - *quô eventu factum: Conſequentia in*
      - *diſcipulis*
        - *exeuntibus;*
        - *prædicantibus:*
      - *Chriſto*
        - *diſcipulis cooperante;*
        - *ſermonem prædicatum per ſigna confirmante.*

Digitized by Google

DISPOSITIO II.

- Propoſitio διμερὴς continens
  - Valedictionē, in qua notetur
    - dura ac ſevera diſcipulorum increpatio, quam meriti fuerunt
      - τῇ ἀπιστίᾳ;
      - τῇ σκληροκαρδίᾳ.
    - nova muneris Apoſtolici delegatio: oſtenditur hic,
      - ubi docere debeant;
      - quid docendū: Evangelium
        - ſtrictè
        - latè acceptū:
      - quibus Evangelium proponendum:
      - quid præterea agendum: additur
        - promiſſio gratioſa;
        - cōminatio ominoſa.
    - promiſſionis factæ adſecuratio.
  - Glorioſam adſcenſionem, deſcriptam per 4 circumſtantias, quarum
    - 1. tempus;
    - 2. modus, ἀνελήφθη;
    - 3. terminus;
    - 4. effectus, qui conſiſtit in
      - verbi prædicatione:
      - Chriſti cooperatione:
      - ſignorum ſubſequentium patratione:
      - doctrinæ confirmatione.

DISPOSITIO III.

- Thema: de fructibus & beneficiis Aſcēſionis Chriſti, in Evāgelio monſtratis:
  - Benigna infirmorum (Apoſtolorum) ſuſceptione:
  - Miniſterii Evangelici inſtitutione:
  - Potenti Eccleſiæ defenſione & protectione:
  - Perpetua pro miſeris peccatoribus interceſſione:
  - Futura piorum in cælos introductione: pro nobis enim adſcendit, ut
    - glorioſus Triumphator:
    - devotus Interpellator:
    - naturæ noſtræ exaltator:
    - potens Gubernator & Dominator. Hodieq; enim adparet in cōſpectu DEI
      - miniſterii curam gerens:
      - efficaciter in Eccleſia operans:
      - Eccleſiam defendens:
      - pro eadem orans.
      - Noſtrum eſt ei offerre
        - fidei firmitatē;
        - animi hilaritatem;
        - ſedulitatem;
        - cœli cupiditatē.

DISPOSITIO I.

In Evangelio præſenti conſiderabimus tria:

- *Dilectionis divinæ immenſitatem, quæ explicatur,*
  - *occaſionis commemoratione; petendâ ex præcedentibus.*
  - *dilectionis divinæ per circumſtantias certas deſcriptione;*
    - *quis diligens; DEUS:*
    - *quid dilectum; Mundus; huc ſpectat* { *factum; / objectum.*
    - *cujus impulſu:*
    - *quomodo:*
    - *cur & quô fine; notatur*
      - *finis* ᾧ — *perditionis remotio*
      - *finis* οὗ — *vitæ æternæ reparatio.*
- *Juſtificationis & ſalvationis noſtræ qualitatem, per cauſas demonſtratam. Hujus*
  - αἴτιον ποιητικὸν *eſt DEUS, diligens ſine*
    - *perſonæ acceptatione:*
    - *ulla mutatione:*
    - *hypocritica ſimulatione:*
  - αἴτιον κινητικὸν, *ſola gratia:*
  - αἴτιον ἐνεργητικὸν, σωστικὸν ἢ ἱλαστικὸν, *cauſa meritoria, Filius DEI:*
  - αἴτιον τελικὸν, *vita æterna:*
  - αἴτιον ὀργανικὸν *ex parte hominum fides.*
  - *Amplificantur hæc omnia* ἐπιμονῇ ἢ ἐξηγήσει, *quâ indicatur*
    - *finis miſſionis vel Incarnationis:*
    - *ſubjectum ſalvationis & damnationis per antitheſin.*
    - *cauſa damnationis, incredulitas.*
- *Damnationis cauſalitatem; verſ. 19. 20. 21. quæ verba continent*
  - *propoſitionem:*
  - *culpæ à DEO remotionem: CHRISTUS eſt Lux:*
  - *cauſæ in homines tranſlationem, quos damnat propria* { ἀπιστία; / κακία:
  - *perverſitatis iſtius rationem à*
    - *vitæ humanæ qualitate & conditione:*
    - *naturali hominis mali adfectione & operatione.*
  - *expolitionem à contrario.*

Digitized by Google

Duo tractantur in hoc Evangelio:

- *de cauſis ſalutis efficientibus, procreantibus & promoventibus. Attendatur*
  - *aphoriſmi vel Evangelii hujus breve-longi occaſio:*
  - *cauſarum ſalutis efficientium commemoratio: indicatur cauſa*
    - *primaria eſt DEI dilectio, quæ exaggeratur à*
      - *diligentis Majeſtate:*
      - *dilectorum univerſalitate:*
      - *dilectionis qualitate:*
      - *dilectionis immenſitate.*
    - *meritoria vel promerens, Filius DEI:*
    - *adplicatoria, inſtrumentalis, adprehendens donum; conjuncta cum finali*
  - *uberior cauſæ finalis explicatio.*
- *de cauſis ſalutem hominum impedientibus & remorantibus;*
  - *incredulitate, cujus ponitur*
    - *propoſitio: homo non credens damnatur:*
    - *ratio à*
      - *contrario;*
      - *cauſa damnationis proxima:*
  - *impietate, quæ demonſtratur effectu triplici;*
    - *Chriſti odiô;*
    - *operum malorum ſtudiô;*
    - *turpi lucifugiô.*

Digitized by Google

DISPOSITIO III.

Thema: DEUM velle, & quidem ſeriò velle omniū hominū ſalutem; quod liquet ex

- *dilectione DEI ardentiſſima;*
- *ſatiſfactione* CHRISTI *ſufficientiſſima;*
- *amolitione damnationis æternæ certiſſima;*
- *miſſione Filii miſericordiſſima:*
- *promiſſione vitæ æternæ fideliſſima:*
- *revelatione mediorum accuratiſſima:*
- *remotione cauſarum damnationis pleniſſima:*
- *hominum pereuntium accuſatione graviſſima: dicitur enim quòd impii ſint*
  - *tenebrarum ſectatores;*
  - *malorum operum patratores;*
  - *lucis oſores;*
  - *correptionis & emendationis excuſſores, cùm cōtrà pii ſint*
  - *veritatis factores:*
  - *lucis amatores. Uſus horū eſt contra*
    - *indignitatem;*
    - *iniquitatem;*
    - *calamitatem;*
    - *prædeſtinationis anxietatem*
    - *mortis & inferni horribilitatem*
    - *cui opponitur*
      - *DEI dilectio;*
      - *Filii donatio;*
      - *vita æt. participatio*
      - *mediorū ordinatio:*
      - *ſalvandorum & damnandorū diſcretio.*

FERIA III. PENTECOSTES; Joh. 10, 1. 12.

DISPOSITIO I.

Propoſitio generalis occaſione a

- *Ovilis ſpiritualis cōtemplatio*
  - *locus, i. e ſtabulum, cui cōfertur Eccleſia ratione*
    - *viſibilitatis;*
    - *ſalutis & ſecuritatis;*
    - *vilitatis, in oculis, non* DEI, *ſed mundi;*
    - *unitatis;*
    - *nobilitatis.*
  - *oſtium, cujus uſus eſt*
    - *aditum recludere, quod præſtat Chriſtus,*
      - *oviculis, quibus eſt janua ad*
        - *Eccleſiam;*
        - *Patris cœleſtis gratiam;*
        - *æternam gloriam.*
      - *paſtoribus.*
    - *contenta cuſtodire.*

Digitized by Google

* eſt enim Evangelium hoc in

- a tione, cui conveniunt tria: b
  - Oſtiarium, h. e. Spiritum ſanctum, qui officiô ſuô defungitur,
    - oſtii curam habendo:
    - verum oſtium, Chriſtum, monſtrando:
    - de Chriſto teſtificando:
    - intra ædes nos admittendo:
    - hoſtes arcendo.
  - Paſtorum tàm bonorũ quàm malorum depictione. Subjũgit enim Chriſtus,
    - gravem adſeverationem:
    - Boni paſtoris deſcriptionem, per προσκείμενα certa: proprium ejus eſt,
      - per januam veram introire,
        - ad ſalutarem Chriſti cognitionem:
        - ad legitimam vocationem
      - januam per oſtiarium apertam invenire, quod facit Sp. S.
        - legitimè vocando;
        - donis neceſſariis inſtruẽdo;
        - Chriſtum clarificando;
        - intellectum reſerando;
        - laboribus benedicendo;
        - corda auditorum inclinãdo;
        - caritatem paſtoribus infundendo.
      - nominatim oves ſingulos vocare:
      - oviculas ad paſcua ſana educere;
      - gregem eductũ præire,
        - ſalutaria docendo:
        - inculpatè vivendo:
        - noxia avertendo.
      - plurimum oviculis cõducere: commoda paſtorum ſunt
        - ovium ſalus;
        - felix ſucceſſus.
    - Contrariam mali paſtoris delineationem; cujus proprium eſt,
      - per oſtium ad ovile non intrare:
      - aliunde irrepere:
      - ſuum commodum ex aliorum incommodo quærere:
      - ſaluti ovicularum nocere:
      - falſa docere:
      - ante Chriſtum venire.
  - Ovicularum conſolatione: ſunt enim illæ
    - per Chriſtum ingredientes;
    - vocem paſtoris audientes & dijudicantes:
    - paſtori obſequentes:
    - alienum non audientes:
    - beneficiis paſtoris gaudentes, talia ſunt
      - ipſe Spiritus S.
      - liberrimus ad Patrem acceſſus:
      - animæ ſalus:
      - paſtus:
      - vitæ æternæ fructus.

- Evangelium præſens conſiderat
  - Parabolæ πρόθεσιν ſive propoſitionem, in qua notetur
    - Juramenti ſanctitas:
    - Malorum paſtorum pravitas;
      - à vera janua aberrare:
      - in animas ovicularum graſſari:
    - Boni Paſtoris qualitas, poſita in
      - legitima per oſtium ordinariũ ingreſſione;
      - januæ apertione:
      - promta ovium obſecundatione;
      - diſtincta ovium adpellatione:
      - ovicularum ad paſtum eductione:
      - gregis commiſſi anteitione.
    - Genuina ovicularum proprietas;
      - Paſtoris veri vocem audire libenter:
      - vocanti obtemperare, & præeuntem ſequi decenter:
      - vocem Paſtoris nôſſe differenter:
  - Parabolæ ἔκθεσιν ſive expoſitionem: obſervetur
    - expoſitionis occaſio:
    - oſtii deſignatio: Chriſtus ita dicitur propter
      - immiſſionem
        - in Eccleſiam;
        - ad gratiam;
        - in cœleſtem patriã.
      - emiſſionem;
      - munitionem.
    - malorũ paſtorum objurgatio & damnatio. Comparantur illi
      - furibus, quia rapiunt
        - DEI gloriam;
        - animas hominum;
        - DEI verbum.
      - latronibus, quia
        - vaſtant fidem;
        - deprædantur homines;
        - hæreſes introducunt.
    - veri Paſtoris primarii cum malis comparatio:
      - verus Paſtor confert
        - ſalutem;
        - proſperũ ſucceſſum;
        - uberiora Sp. S. dona;
        - vitam æternam.
      - malus Paſtor
        - furatur;
        - mactat;
        - perdit.

Thema; de mediis retinẽdi Spiritum ſanctum. Retinebimus eum,

- *in gremio veræ Eccleſiæ manendo:*
- *januam extra Chriſtum aliam non quærendo:*
- *falſos Doctores, ut alienos paſtores fugiendo:*
- *pro januæ apertione indeſinenter orando:*
- *vocem Paſtorũ audiendo, vocantis nos*
  - *per Legem ad pœnitentiam;*
  - *per Evangelium ad gratiam;*
  - *per crucem ad patientiam, novam obedientiam & vitæ melioris fiduciam ac conſtantiam:*
- *Paſtorem ſequendo:*
- *infirmitatem propriam agnoſcendo:*
- *egrediendo & ingrediendo:*
- *optima quæq; in Chriſto ſperando, in quo habemus,*
  - *gratuitam peccatorum remiſſionem:*
  - *maledictionis ſublationem:*
  - *diaboli devictionem:*
  - *mortis abolitionem:*
  - *inferni deſtructionem:*
  - *Spiritus ſancti donationem:*
  - *Patris cœleſtis reconciliationem:*
  - *pacis amiſſæ recuperationem:*
  - *juſtificationem:*
  - *plenariam ſatisfactionem:*
  - *vitæ demum æternæ hereditationem.*

Digitized by Google

DISPOSITIO I.

Propoſitio [illegible] conſiderabimus feſti & Evangelii

- *τὰ ἱστορικὰ, ubi expẽdatur*
  - *nativitas Johannis miraculoſa; in qua notetur*
    - *tempus;*
    - *eventus;*
    - *concurſus, veluti gratulationis cauſa:*
  - *circumciſio ejusdem glorioſa: obſervationem meretur,*
    - *temporis adnotatio:*
    - *nominis impoſitio. Incidit hîc,*
      - *cognatorum & vicinorum intentio:*
      - *matris depulſio:*
      - *cognatorum & vicinorum contradictio:*
      - *controverſia deciſio:*
      - *nominis ſignificatio:*
      - *hominum admiratio:*
      - *Zachariæ reſtitutio:*
      - *hominum obſtupefactio:*
      - *operis divulgatio.*
  - *educatio fructuoſa, quæ conſiſtit in,*
    - *ſtaturæ & ætatis adcretione:*
    - *donorum Sp. S. augmentatione:*
    - *ſegregatione.*
- *τὰ εὐχαριστικὰ, in quibus occurrit,*
  - *præfatio, in qua habetur αἴτιον*
    - *ποιητικὸν κύριον;*
    - *ὀργανικὸν;*
    - *εἰδικόν.*
  - *ipſa gratiarum actio cõſtans*
    - *προτάσει, propoſitione:*
    - *βεβαιώσει confirmatione ab effectis: DEUS beneficit,*
      - *benignè nos viſitando,*
        - *non ira & indignationis,*
        - *ſed gratia & dilectionis* — *viſitatione:*
      - *potenter nos liberando:*
      - *cornu ſalutis erigendo; ſic dicitur Meßias, ob*
        - *defenſionem;*
        - *convocationem;*
        - *auctionem;*
        - *durationem.*
    - *ἐξηγήσει, beneficii expoſitione, à cauſis*
      - *impellentibus, cujusmodi ſunt*
        - *immota DEI veritas:*
        - *ſumma noſtra neceſſitas, quæ conſiſtit*
          - *in noſtra infirmitate;*
          - *in hoſtium atrocitate;*
        - *infinita ipſius miſericordia & bonitas:*
        - *fœderis & juramenti ſanctitas.*
      - *finalibus, videlicet*
        - *noſtra liberatione;*
        - *reciproca obligatione, ubi dicendum*
          - *quis requirat;*
          - *quid requirat;*
          - *quàm diu;*
          - *quomodo,*
            - *ἀφόβως;*
            - *ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ.*
- *τὰ προφητικὰ, vaticinatur Zacharias de officio filii, quod facit,*
  - *prophetando;*
  - *viam parando;*
  - *prædicando: prædicatio Johannis conſiſtet in*
    - *gratuita peccatorũ remiſſione:*
    - *paterna DEI miſeratione:*
    - *ſalutifera Filii Incarnatione:*
    - *exoptata pacis reparatione.*

Digitized by Google

Evāgeliū conſiderat duo:

- *τὰ γενέθλια, Johannis nativitatem, qui magnus dicitur ob*
  - *naſcendi maturitatem;*
  - *vicinorum bilaritatem;*
  - *circumciſionis ſolemnitatem;*
  - *nominis ſingularitatem; circa ὀνοματεσίας obſervetur*
    - *cognatorum & vicinorum opinio;*
    - *matris correctio;*
    - *cognatorum exceptio;*
    - *cauſæ dijucatio;*
    - *effectûs cõſecutio in*
      - *cognatis & vicinis;*
      - *patre Zacharia;*
      - *reliquo populo*
        - *rei inſolentiam timẽte;*
        - *divulgante;*
        - *obſervante.*
  - *peculiarem felicitatem, quòd*
    - *creverit;*
    - *corroboratus ſit Spiritu;*
    - *fuerit in deſerto.*
- *τὰ χαρίσματα Zachariæ, ſeu cantici ſuavitatem; in quo agitur*
  - *de ſummo Chriſti beneficio, cujus eſt*
    - *propoſitio:*
      - *viſitatio;*
      - *populi liberatio:*
      - *Meſſiæ incarnatio:*
    - *confirmatio, i.e. beneficii ſeptuplicis commemoratio:*
      - *oraculorum divinorũ completio:*
      - *hoſtium debellatio.*
      - *miſericordiæ declaratio*
        - *fœdus cũ patribus faciendo;*
        - *juramentô fidem confirmando.*
      - *timoris remotio, illuſtrata causâ finali,*
        - *noſtrô ſervitiô;*
        - *pietatis ſtudiô.*
  - *de filioli recens nati officio: ubi tria obſerventur;*
    - *officii Johannis delineatio, quòd futurus*
      - *Propheta Altiſſimi ſanctiſſimus:*
      - *præcurſor Meſſiæ certiſſimus.*
    - *ſpecifica officii per partes explicatio; parabit viam,*
      - *legem præfractis acuendo;*
      - *Evangelium pœnitentibus proponendo.*
    - *uberior ejusdem per cauſas tres dilatatio; quales*
      - *miſericordia DEI viſceralis;*
      - *viſitatio orientalis:*
      - *fructus inde emergens ſalutaris.*

Digitized by Google

Thema: de modo feſtum Johan. piè ac legitimè celebrandi; nim.

- Johannis nativitatem ſanctè conſiderando, hanc commendat,
  - parentum dignitas;
  - temporis opportunitas;
  - partûs felicitas;
  - congratulantium hilaritas.
- Circumciſionem Johannis piè contemplando? eam verò nobilitat,
  - temporis deſtinati obſervatio:
  - vicinorum & amicorum conventio:
  - de nominis impoſitione concertatio:
  - cognatorum admiratio:
  - loquelæ reſtitutio.
- Beneficia DEI devotè celebrando: DEUM benedicit Zacharias ob
  - paternam viſitationem;
  - factam redemtionem;
  - ſalutiferam cornu excitationem;
  - exſpectatam diu vaticiniorum impletionem;
  - potentem de manu hoſtium liberationem;
  - certā miſericordiæ promiſſæ exhibitionem, ubi diſſeritur de fine miſſionis, reſpectu
    - DEI:
    - noſtri;
- Miniſterium Johannis ſtudioſè obſervando; quod erat,
  - docere vel prædicare:
  - Meſſiæ præcurſorem agere:
  - viam Domino parare:
  - ſcientiam ſalutis dare:
  - remiſſionem peccatorum annunciare:
  - errantes illuminare:
  - pedes hominum in via pacis conſolidare.

Digitized by Google

Matth. 16, 13. 21.

DISPOSITIO I.

Evãgelium proponit tria:

- *Diſcipulos varia de Chriſto judicia referentes; ubi*
  - *temporis adnotatio;*
  - *loci adſignatio;*
  - *rei ipſius occaſio, conſtans*
    - *accuratâ Chriſti interrogatione;*
    - *liberâ & ingenuâ Apoſtolorum reſponſione.*
- *Petrum confeſſionem de Chriſto egregiam edentem. Notatur*
  - *Chriſti* ζήτησις;
  - *Petri* ἀπόκρισις, *quâ confitetur*
    - *perſonæ unitatem:*
    - *naturarum dualitatem:*
    - *unionis perſonalis ſingularitatem:*
    - *officii ſublimitatem.*
- *Chriſtum Apoſtolorum de ſe cõfeſſionem comprobantem:*
  - *Petrum beatum prædicando; cujus occurrit*
    - *ſubjectũ, cujus ponuntur nomina;*
      - *Simon;*
      - *Bar-Jona;*
      - *Petrus.*
    - *prædicatum:*
  - *cauſam beatitudinis efficiẽtem adſignando,*
    - κατ' ἄρσιν:
    - κατὰ θέσιν:
  - *ſolum, verum ac unicum Eccleſiæ fundamentum monſtrando:*
  - *invictum Eccleſiæ robur (i.e. conſervationem) pollicitando:*
  - *miniſterium verbi commendando:*
  - *colloquium prohibitione concludendo.*

Digitized by Google

DISPOSITIO II.

Propoſitio ἀμερὴς; complectitur enim Evangeliſm,

- Chriſti ἐξέτασιν, i.e. in profectûs diſcipulorum inquiſitionẽ: occurrit
  - locus:
  - inquiſitionis modus: quærit dupliciter;
    - de judiciis aliorũ: Nota
      - quis quærat: Filius hominis, ita dictus ob
        - incarnationem;
        - exinanitionem;
        - vulgatã exiſtimationem;
        - ſingularem generationem.
      - quid quærat:
      - quomodo quærat
      - cur quærat: ut habeat anſam,
        - ad veram ſui confeſſionem provocãdi;
        - rectiùs eos informandi:
        - contra ſcandalum muniendi:
        - in doctrina & fide confirmandi:
        - explorandi:
        - vulgi de ſe judicia propalandi.
      - quid reſponſi ab Apoſtolis tulerit.
    - de judicio Apoſtolorum: ubi attende,
      - confeſſorem, qui Simon Petrus:
      - confeſſionis tenorẽ, ubi adſtruit
        - Chriſti divinitatem;
        - ejusdem humanitatem;
        - naturarum unionem & communionem;
        - officii dignitatem; Unctus eſt in
          - Prophetam;
          - Sacerdotem;
          - Regem:
        - προσδιορισμοῦ ſingularitatem.
- Ejusdem ἐπίκρισιν, examinis vel reſponſionis æſtimationem, quæ continet,
  - σύστασιν, quæ ambitu ſuo cõplectitur
    - Petri beatitudinem:
    - confeſſionis originem, ubi
      - cauſas falſas rejicit;
      - veram cauſam ponit.
    - fructûs amplitudinem.
  - ὑπόσχεσιν quadruplicem, de
    - Eccleſiæ exædificatione:
    - ejusdem conſervatione & defenſione:
    - miniſterii ſub delegatione & commiſſione:
    - muneris commiſſi fructificatione.

DISPOSITIO III.

Thema: De confeſſorum Chriſti requiſitis; qualia ſunt,

- *ſedula* Chriſti *inquiſitio:*
- *cauta falſorum dogmatum devitatio:*
- *firma veræ doctrinæ amplexatio:*
- *juſta rationis captivatio:*
- *vera Eccleſiæ vera agnitio & adhæſio: Cognoſcitur ex proprietatibus*
  - *beatificatione:*
  - *ſolida in Chriſto fũdatione:*
  - *multiplici paßione & perſecutione:*
  - *valida protectione & miraculoſa cõſervatione:*
- *quotidiana peccatorum deprecatio & depoſitio.*

IN FESTO VISITATIONIS MARIÆ;

Luc. 1, 39. 57.

DISPOSITIO I.

Propoſitio triparti-

- *Mariæ ὁδοιπορίαν, ſive itinerarium: indicatur;*
  - *tempus ſuſceptæ peregrinationis;*
  - *locus, ſive terminus ad quem;*
  - *modus peregrinationis peractæ,*
    - *ſurgendo;*
    - *eundo;*
    - *feſtinando.*
  - *finis; cupit Maria*
    - *fidem ſuam confirmari:*
    - *cum Eliſabetha de re tota communica- (re:*
    - *cognatæ de benedictione gratulari:*
    - *operam eidem miniſterialem præſtare.*
  - *actus;*
  - *eventus;*
    - *Johannes ad ſaltum excitatur:*
    - *mater illuſtratur.*

Digitized by Google

*

…ta: comprehendit enim Evangelium

- *Mariæ & Eliſabethæ* προσομιλίαν, *vel colloquium; habetur b. l.*
  - *Mariæ encomium;*
  - *Chriſto perhibitum teſtimonium; in quo*
    - *confeſſionem edit de Meſſia;*
    - *adventum Mariæ miratur;*
    - *officium Meſſiæ declarat, quòd ſit benedictus*
      - *activè;*
      - *paſſivè.*
  - *Rei geſtæ indicium;*
  - *Fidei Marialis præconiũ;*
  - *Futurorum præſagium.*
- *Mariæ* ψαλμῳδίαν *ſeu canticum, in quo eſt*
  - *gratiarum actio, cujus notetur*
    - *ſubjectum recipiens vel agens,*
      - *primarium;*
      - *ſecundarium;*
    - *ſubjectum occupans vel objectum; Dominus, DEUS, Salvator;*
    - *fortuna, poſita* ἐν τῷ μεγαλύνειν καὶ ἀγαλλιᾶν*;*
  - *Beneficiorum, tàm ſingularium & perſonalium, quàm communiũ & univerſalium enarratio. Celebrat enim Maria*
    - *ſui evectionem;*
    - *ſui beatificationem;*
    - *magnarum rerum operationem, per*
      - *potentiam;*
      - *ſanctimoniam;*
    - *miſericordiæ continuationem ſeu durationem;*
    - *potentiæ declarationem;*
    - *ſuperborum diſperſionem;*
    - *potentium vel magnatum depoſitionem;*
    - *humilium exaltationem;*
    - *famelicorum exſaturationem;*
    - *divitum exinanitionem;*
    - *Eccleſiæ collectionem, inſtaurationem;*
    - *miſericordiæ recordationem;*
    - *veritatis in promiſſis obſervationem;*

g

Digitized by Google

- Propoſitio bipartita: complectitur enim Evangelium
  - Hiſtoriam, h. e. primam N.T. Synodum; Mariæ & Eliſab. cõventum. Habes hic
    - Mariam peregrinantem: expendenda venit
      - occaſio;
      - temporũ notatio;
      - modi determinatio;
      - loci ſignificatio;
      - Mariæ ſalutatio.
    - Johannem tripudiantem:
    - Eliſabetham concionantem. Obſervetur
      - Eliſabethæ illuminatio;
      - Marianæ felicitatis commendatio;
      - Egregia de Meſſia teſtificatio;
      - Modeſta Eliſabethæ humiliatio;
      - Rei arcanæ manifeſtatio;
      - Mariæ beatificatio.
  - Mariæ δοξολογίαν vel hymnum, qui conſtat
    - Propoſitione:
    - Confirmatione, h. e. beneficiorũ commemoratione, quæ duplicia
      - ſpecialia ſeu particularia; beneficiũ puta
        - ſalvationis;
        - exaltationis;
        - magnificationis & mirificationis, quòd
          - ſe peccatricem miſerã reſpexerit;
          - matrem ſeſe Meſſiæ fecerit;
          - de Spiritu ſancto gravidam reddiderit:
      - generalia ſeu communia omnibus hominibus: prædicat enim
        - ſummam DEI miſericordiam:
        - immenſam DEI potentiã, quam exerceat
          - ſuperbis diſpergendo;
          - potẽtes de gradu dejiciendo;
          - humiles evehendo;
          - eſurientes paſcẽdo;
          - divites exinaniendo:
        - firmam in ſervãdis promiſſis conſtantiam, quam præſtitit
          - Iſraëlem ſuſcipiendo:
          - miſericordiæ recordando:
          - promiſſiones ſpeciales explẽdo.

Thema: *de modo rectè ac dignè feſtum præſens celebrandi:*

- *In operibus* DEI *non ſcandalizando:*
- *De Meſſia adventu nihil quidquam dubitando:*
- *Eccleſiam veram rectè cognaſcendo:*
- *Virtutes muliebres imitando: ubi præ ceteris elucet,*
  - *pietas;*
  - *erga proximum caritas;*
  - *caſtitas;*
  - *humilitas;*
  - *confeſſionis ſinceritas;*
  - *credulitas;*
  - *œconomica ſedulitas.*
- DEUM *pro acceptis beneficiis glorificando; cui attribuit*
  - *ex ſua parte*
    - *gratuitam ſui reſpectionem;*
    - *Meſſiæ, ſe matre, adparitionem;*
    - *magnalium divinorum exhibitionem.*
  - *ex hominũ vel mundi totius parte,*
    - DEI *benignitatem;*
    - DEI *poteſtatem declaratam in*
      - *humilium promotione;*
      - *ſuperborum confuſione;*
      - *tyrannorum dejectione;*
      - *pauperum cibatione:*
    - DEI *veritatem.*

Digitized by Google

IN FESTO JACOBI APOSTOLI.

Matth. 20, 20. 24.

DISPOSITIO I.

Propoſitio tripartita: contemplabimur enim

- *Matris in petendo imbecillitatem, deſcriptā per circumſtantias:*
  - *quis, i. e. perſona ſupplicans:*
  - *quid; petitū proponitur*
    - *ἀορίστως;*
    - *ὡρισμένως;*
  - *ubi;*
  - *quibus auxiliis; matre auxiliante:*
  - *cur, vel quô prætextu; cauſa fuit*
    - *perverſa de regno Chriſti imaginatio;*
    - *ambitio;*
    - *ſanguinis cognatio.*
  - *quomodo; προσκυνοῦσα:*
  - *quando.*
- *Johannis & Jacobi temeritatem: nota h. l.*
  - *ruditatis & ignorantiæ exprobrationem, quæ continet*
    - *benignitatis argumentum:*
    - *veræ ignorantiæ documentum:*
    - *cauſarum additamentum; proficiſcitur enim ex*
      - *ambitionis adfectu:*
      - *concionum neglectu:*
      - *carnis inſtinctu:*
      - *ſpiritûs defectu.*
  - *novam de cruce interrogationem, quæ dicitur calix, qui eſt vel*
    - *tribulationis & paſſionis;*
    - *benedictionis & gratiarum actionis;*
    - *lætificationis;*
    - *ultionis.*
  - *temerariam diſcipulorum reſponſionem:*
- *Chriſti in reſpondendo & informando dexteritatem. Occurrit*
  - *crucis prædictio:*
  - *dictorum reſtrictio vel correctio.*

Digitized by Google

DISPOSITIO II.

Propoſitio bipartita: Evangelium autē continet duo;

- *Matris & filiorum* αἴτησιν, *petitionem, ubi occurrit,*
  - *temporis notatio:*
  - *perſona agentis vel ſupplicantis deſignatio:*
  - *petitionis modus, forma ac ratio:*
  - *ipſa petitio, propoſita*
    - *ſtrictè;*
    - *apertè.*
- *Chriſti* ἀπόκρισιν, *reſponſionem: reſpondet autem Chriſtus,*
  - κατ' ἐπιτίμησιν, *ruditatem ignorantiamq́ Apoſtolorum redarguendo:*
  - κατ' ἐρώτησιν, *ex ipſis quærendo:*
  - κατὰ πρόῤῥησιν, *crucem omniúq́ generis ærumnas illis prædicendo.*

DISPOSITIO III.

Thema: de peregrinatione Chriſtiana, in qua feliciter perficienda opus eſt, ut

- *Chriſto adhæreamus:*
- *diligenter oremus:*
- *terrena præ cœleſtibus negligamus:*
- *in precibus non impingamus: precemur autem*
  - *pœnitenter;*
  - *fiducialiter;*
  - *ardenter;*
  - *inſtanter & indefinenter;*
  - *decenter & humiliter;*
  - *conditionaliter & differenter.*
- *calicem Domini non reformidemus:*
- *præſumtuoſam confidentiam vitemus:*
- *ante coronationem fortiter dimicemus:*
- *in DEI voluntate ac diſpoſitione unicè acquieſcamus.*

Matth. 22, 24. 31.

DISPOSITIO I.

Evangeliũ proponit tria:

- *Odioſam Apoſtolorum contentionem; in qua notanda venit,*
  - *temporis lociq; obſervatio:*
  - *jurgii occaſio:*
  - *perſonarum contendentium deſignatio:*
  - *ipſa contentio, h. e. materia ſeu quæſtio:*
  - *contentionis modus ac ratio.*
- *Amicam contentionis compoſitionem*
  - *dominatum politicum illis planè derogando:*
  - *humilitatis ſtudium contrarium Apoſtolis commendando:*
  - *ad exempli ſui imitationem ipſos provocando.*
- *Diſcipulorum commendationem & conſolationem: ubi habetur*
  - *conſtantiæ Apoſtolicæ præconium:*
  - *Apoſtolorum ſolatium, de regni futuri adſociatione: indicat autem*
    - *arctiſſimam capitis cum membris conjunctionem;*
    - *promiſſionis confirmationem;*
    - *regno præviam tribulationem;*
    - *regni promiſſi conditionem.*
  - *promiſſum Apoſtolis præmium, quod conſiſtit,*
    - *in convivando;*
    - *in ſedendo;*
    - *in judicando.*

- *Propoſitio bipartita: oſtendit enim Evangelium*
  - *Chriſtum Apoſtolorũ contentioſam ambitionem cohibẽtem: occupatur in*
    - *Apoſtolorum contentione, ad quam ſpectat*
      - ἀφορμὴ *occaſio; petita ex*
        - *Chriſti de regno ſuo concione;*
        - *ſingulari ejus erga Johannem adſectione;*
        - *proditoris ſignificatione & inquiſitione.*
      - μορφὴ *forma contentionis, vitioſa & culpabilis, ratione*
        - *perſonarum contendentium:*
        - *Chriſti;*
        - *quæſtionũ;*
        - *modi;*
        - *originis;*
        - *temporis;*
        - *iterationis.*
      - ὕλη, *materia contentionis eſt de Majoriſmo.*
    - *Contentionis diremtionem factam:*
      - κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν *inculcãdo*
        - *regnorum mundanorũ proprietatem;*
        - *regni Chriſti diverſitatem.*
      - κατ' ἔκθεσιν, *quæ ex adverſo urget humilitatem:*
      - κατὰ μίμησιν, *quâ ſui exempli ſublimitatem proponit.*
  - *Chriſtum Apoſtolorum conſtantiam prædicantem & compenſationem promittentem: hinc eſt*
    - σύστασις, *quâ Apoſtolorum laudat in omni fortuna conſtantiam.*
    - ὑπόσχεσις, *de gratuita conſtantiæ compẽſatione, ubi notetur,*
      - *quis promittens;*
      - *quibus promiſſum;*
      - *quid promiſſum;*
      - *quomodo;*
      - *cur & quô fine; ut*
        - *edatis & bibatis;*
        - *ſedeatis;*
        - *judicetis per*
          - *verbum:*
          - *exemplũ;*
          - *adſenſum.*

Thema: de ratione pacificè & tranquillè in hoc ævo vivendi, ut in futuro æternùm gaudere queamus. Adſequemur hunc ſcopum,

- *humanam fragilitatem & infirmitatem ſubindè cogitando:*
- *contentionum ac ſimultatum ſemina non ſpargendo, ſed pro virili tollendo:*
- *πολυπραγμοσύνην vitando:*
- *ordines à DEO conſtitutos non confundendo:*
- *modeſtè ſeſe humiliando aliisq; ſubmittendo:*
- *ſortem Chriſtianorum in hac vita conſiderando; & ob eam crucem non recuſando:*
- *in fidei ſimplicitate, vitæ integritate & confeſſionis veritate perſeverando:*
- *futura in vita æterna gloria nos præſervando.*

Digitized by Google

Matth. 9, 9. 14.

DISPOSITIO I.

Contemplabimur in Evangelii præſentis enarratione tria:

- *Matthæi vocationem, in qua notetur,*
  - *perſona vocans:*
  - *perſona vocata, deſcripta in*
    - *genere; homo:*
    - *ſpecie, ratione*
      - *conditionis:*
      - *nominis:*
  - *vocationis forma; facta*
    - *videndo;*
    - *compellando.*
  - *effectus vocationis; ſecutus eſt Chriſtum.*
- *Phariſæorum murmurantium accuſationem: obſervetur*
  - *accuſationis frivolæ occaſio, quam præbuit,*
    - *Matthæi convivium, cujus additur*
      - *tempus;*
      - *locus;*
      - *finis geminus,*
        - *grati animi indicium:*
        - *proximi juvandi ſtudium:*
    - *Chriſti cum peccatoribus & publicanis conſortium.*
  - *ipſa accuſatio: hic attende,*
    - *quinam fuerint Chriſti obſervatores & accuſatores:*
    - *quid culpârint:*
    - *apud quos accuſationem inſtituerint:*
    - *quibus verbis hoc fecerint:*
- *Apologeticam Chriſti reſponſionem; triplici argumento ſe defendentis; ab*
  - *officii ſui ratione; Medicus eſt:*
  - *teſtimonii prophetici allegatione:*
  - *exegeticâ officii ſui explicatione, quâ*
    - *finem miſſionis ſuæ involvit:*
    - *falſum & verum finem opponit:*
    - *juſtos κατὰ δόξαν rejicit:*
    - *Phariſæorum ψευδερμηνείαν repudiat:*
    - *adverſarios reprehendit:*
    - *modum converſionis oſtendit:*
    - *pœnitentiam requirit.*

Digitized by Google

De duobus dicendum nobis venit capitibus:

- *de Matthæo ad diſcipulatum Chriſti vocato: ubi in conſiderationem veniunt,*
  - *προηγούμενα, vocationis antecedentia: huc facit*
    - *hiſtoriarum cohærentia;*
    - *loci circumſtantia;*
    - *vocati προσωπογραφία, ratione*
      - *adpellationis:*
      - *functionis:*
  - *ἅμα ὄντα, conjuncta, i.e. ipſa vocatio:*
  - *ἑπόμενα, conſequentia, veluti effectus; cujuſmodi ſunt,*
    - *Matthæi obedientia;*
    - *ejuſdem erga Chriſtum reverentia; finis convivii fuit,*
      - *amorem erga Chriſtum conteſtari:*
      - *gratitudinem declarare:*
      - *obedientiam ſignificare:*
      - *prius vitæ genus deteſtari:*
      - *alios Chriſto lucrari.*
    - *commenſalium frequentia:*
    - *Scribarum ac Phariſæorum invidentia.*
- *de Chriſto, juſtâ ſe apologiâ defendente: conſtat autem argumentô triplici, â*
  - *ſimilitudine, quâ Medico ſe comparat:*
  - *operis ſui pulcritudine:*
  - *officii ſui amplitudine.*

Digitized by Google

Thema eſto, pœnitentiarius Chriſtianus, cujus eſt,

- *miſeram & corruptionem ſuam conſiderare:*
- *miſericordiam DEI ponderare:*
- *vocationi divinæ obtemperare; h.e. ſequi Chriſtum*
  - *celeriter;*
  - *convenienter;*
  - *lætanter;*
  - *perſeveranter.*
- *vitam emendare:*
- *gratitudinem declarare:*
- *ſalutem proximi procurare:*
- *gratiæ ac converſionis hoſtes non curare:*
- *Medicum cœleſtem indagare & ſectari:*
- *hypocriſin devitare:*
- *miſericordiæ opera præſtare:*
- *de propria juſtitia deſperare:*
- *officium Chriſti magni æſtimare.*

Digitized by Google

DISPOSITIO I.

Propoſitio διμερὴς; Evangelium enim exponit,

- *Diſcipulorum interrogationem, cum adnexa Chriſti reſponſione: huc ſpectat*
  - *temporis obſervatio:*
  - *interrogantium deſignatio:*
  - *ipſa quæſtio; quis ſit maximus:*
  - *gemina Chriſti reſponſio;*
    - *πραγματικὴ ἢ παραδειγματικὴ, realis vel exemplaris:*
    - *ῥηματικὴ, verbalis, requires*
      - *obſecundationem;*
      - *converſionem;*
      - *puerorum adſimilationem:*
      - *humiliationem.*
- *Parvulorum commendationem, quæ continet,*
  - *συςάσεως occaſionem:*
  - *ipſam commendationem, quæ 4. conſtat membris:*
    - *propoſitione;*
    - *confirmatione, ab*
      - *honeſto vel utili;*
      - *periculoſo ſive inutili, ubi eſt*
        - *ſubjecti limitatio:*
        - *prædicati determinatio:*
        - *pœnæ denunciatio.*
    - *amplificatione vel dilatatione, in qua notetur,*
      - *Chriſti exclamatio:*
      - *neceſſitatis ſignificatio:*
      - *graviſſima in ſcādali authores invectio & pœnarū comminatio:*
      - *ſcandali præcavēdi modus & ratio.*
    - *concluſione.*
- *Brevem ſed nervoſam de Angelis concionem, quâ habetur,*
  - *mandati gravitas:*
  - *Angelorum officioſitas:*
  - *eorundem dignitas.*

Digitized by Google

Partes enarrationis conſtituimus duas:

- Graviſſimam Chriſti παραίνεσιν:
  - quando? poſt
    - glorioſam Chriſti trãſfigurationem?
    - paſſionis ac mortis ſuæ prænunciationem?
    - tributi perſolutionem.
  - à quibus?
  - quid quæſitum?
  - unde quæſtio vel diſceptatio oborta? à
    - rabioſa ſatanæ crudelitate:
    - humana infirmitate:
    - ſomnii vanitate.
  - quid reſponſi tulerint? quæſtionem reſolvit Chriſtus,
    - cor perſcrutando:
    - puerulum exempli locô producendo:
    - graviter ipſos monendo, de
      - converſione;
      - puerorum imitatione;
      - animi ſubmiſſione.
- Suaviſſimam parvulorum σύςασιν; nō ſunt contemnendi, ob
  - promiſſionis ſingularitatem:
  - ſcandali atrocitatem: occurrit
    - ſcandali noxa;
    - ſcandali pœna, quam exaggerat
      - ἐκφωνήσει ἀπειλητικῇ:
      - προκαταλήψει ἐκθετικῇ.
    - ſcandali devitandi forma.
  - imitationis divinæ dignitatem; idq́ confirmat
    - Angelorum miniſteriô;
    - ſuô ipſius officiô.

Digitized by Google

Thema: de hominibus, quibus Angeli cohabitare gaudent: Amant enim homines,

- *omni ambitione & invidiâ carentes:*
- *alios conſulentes:*
- *verè reſipiſcentes:*
- *parvulos imitatione adſequentes, in*
  - *humilitate;*
  - *puritate vel caſtitate;*
  - *ſimplicitate, quæ conſpicitur in*
    - *terrenorum deſpicientia:*
    - *filiali obedientia:*
    - *firma animi confidentia:*
    - *ſcandali carentia.*
  - *ſatietate;*
  - *credendi facilitate;*
  - *hilaritate;*
  - *liberalitate;*
  - *placabilitate.*
- *juventutem diligentes, ſuſcipientes, promoventes:*
- *ſcandalum fugientes:*
- *in alterius gratiam mali nihil facientes:*
- *neminem contemnentes:*
- *Angelos reverentes; quorũ ſedulitas patet ex*
  - *diligenti mandatorum* DEI *exſecutione:*
  - *ſervituti Chriſto debita exhibitione:*
  - *ſolicita piorum protectione.*

Digitized by Google

IN FESTO SIMONIS ET JUDÆ,
Joh. 15, 17. 26.

DISPOSITIO I.

Propoſitio tripartita: habetur in Evangelio,

- *mutuæ dilectionis ſuaſio. Attende*
  - *quis ſuadeat:*
  - *quibus præcipiat:*
  - *quid fieri velit:*
  - *quando præceptum hoc propoſuerit: in ultima cœna, ad*
    - *naturæ corruptionem indicandam:*
    - *temporum noviſſimorum conditionem inſinuandam:*
    - *falſam Apoſtolorum perſuaſionem avertendam:*
    - *dilectionis curam majorem excitandam:*
    - *fidei fructificationem exaggerandam.*
  - *quomodo diligere debeant:*
  - *cur: ratio eſt triplex; à*
    - *relatione:*
    - *diſcipulorum conditione ac functione:*
    - *paterna ſui adfectione.*
- *fidelis adverſus ſcãdalum crucis, odium maximè, præmonitio; cujus notetur*
  - *propoſitio; nolite animũ abjicere, ſi mundus odio vos habeat:*
  - *confirmatio, ab*
    - *exempli Chriſti conformitate;*
    - *mundi proprietate;*
    - *rei contrarietate;*
    - *Chriſti & diſcipulorum imparitate;*
    - *honeſtate;*
    - *cauſæ proximæ veritate;*
    - *ignorantia adfectata, quæ demonſtratur ex*
      - *διδασκαλία ſeu doctrina prædicatione;*
      - *θαυματουργία miraculorum operatione:*
    - *objecti paritate;*
    - *prædictionis infallibilitate.*
- *odio & cruci oppoſita conſolatio, ex*
  - *Chriſti ſive adſimilatione ſive conſociatione:*
  - *mundi abrenunciatione;*
  - *noſtra in Chriſto & per Chriſtum electione;*
  - *certa Chriſti prænunciatione:*
  - *relationis inter Dominum & ſervum conſideratione:*
  - *cauſæ æſtimatione:*
  - *paſſionis μετοχῇ ſive communicatione:*
  - *pœnæ irrogatione.*

Digitized by Google

DISPOSITIO II.

- Propoſitio biparti ta; audie mus
  - Chriſti præſagium, in quo obſervetur,
    - προθεραπεία, præparatio; denuò inculcat dilectionem, ad
      - cordis humani depravationem, / caritatis commendationem — innuendã.
    - προκαταγγελία ἢ προφητεία, quã prædicit Apoſtolis
      - mundi odium;
      - exilium vel exterminium;
      - verbi prædicati repudium, vel faſtidium.
  - Diſcipulorum ſolatium, quibus præponit,
    - proprii exempli imitationem:
    - mundi & Apoſtolorum oppoſitionem:
    - priſtini præcepti recordationem:
    - cauſæ veræ manifeſtationem:
    - miſerandam perſecutorum conditionem,
      - à ſpontanea ignorantia:
      - ab adſectata malitia:
    - cauſæ ſuæ cum DEO Patre conjunctionem:
    - vaticinii prophetici impletionem.

DISPOSITIO III.

- Thema: de modo feſtum præſens & alia omnia celebrandi;
  - mutuæ dilectioni ſtudendo:
  - odium mundi negligendo:
  - à mundo exeundo, ſeceſſionem faciendo:
  - rebus mundanis cor non adponendo:
  - electionem in Chriſto factam extollendo:
  - verbi prædicati reminiſcendo:
  - ad obſequium Domini nos parando:
  - verbi contemtum patienter ferendo:
  - propter nomen Chriſti adverſa quævis tolerando:
  - peccatum inexcuſabile (in Sp. S.) cavendo:
  - adventum, verba & facta Chriſti attendendo:
  - Scripturarum complementum intuendo & exſpectando. Veni Domine JESU. Amen.

Digitized by Google

I. N. S. T. A.

IN FESTO B. ANDREÆ APOSTOLI, EVANGELIUM

Matth. 4. à verſ. 18. ad 23.

DISPOSITIO PRIMA.

PEricope præſentis Evangelii tota eſt Generis Demonſtrativi, in deſcriptione quippe vocationis quatuor Apoſtolorum unicè occupata. Propheticum enim Servator Chriſtus in terris exorſurus munus, diſcipulos quoque ſibi, certos quaſi doctrinæ ſuæ teſtes vocare voluit: Joh. 15, 17. teſtes nimirum dictorum factorumque omnium, per univerſum terrarum orbem velut architectos & fabricatores Eccleſiæ emittendos, qui nobiliſſimum hoc templum ex omnibus nationibus conſtruerent. Pelarg. quæſt. in Matth. p. 60 Apoſtoli architecti Eccleſiæ.

Ceterum Apoſtolorum quoque feſtivitates, diſpoſitionibus Evangelicis antehac à nobis evulgatis, rogatu multorum addituri, illud penſi loco habebimus, quòd de viris Apoſtolicis multa huc repetere ſupervacaneum exiſtimaverimus: factum enim hoc eſt ab aliis præcellentiſſimis viris, unde cuivis, quæ placuerint, in uſum ſuum transferre licebit: Et quæ hodieque habentur, incertis plerunque conjecturis innituntur: magis inſuper neceſſaria ex textibus Evangelicis ad populum poſſunt ac debent doceri. Fabulas itaque, quæ à Pontificiis ſcriptoribus extra ſcripturam magno numero ac conatu in feſtis Apoſtolorum coacervantur, & ad populum narrantur, fabularum architectis & amatoribus relinquentes, ad textuum potiùs Evangelicorum enarrationem mentem, cogitationes ac meditationes noſtras dirigemus, pauciſſima de Apoſtolis dicturi, eum ſolùm in finem, ut aliqua ex parte legentium quorundem deſiderio fiat à nobis ſatis. 1. 2. 3.

Andreas itaque, cujus memoria pridie Calend. Decembr. ab Eccleſia recolitur, unus fuit ex duodecim Apoſtolis, quos in ſui miniſterium Evangelii Dominus noſter Jeſus Chriſtus elegit. Patria ejus fuit Bethſaida, Patrem habuit cum Simone Petro communem Andreæ vocatio. Patria. Parens.

Digitized by Google

Jonam. Sectatus initiò Johannem Baptiſtam, Chriſti poſtmodùm diſcipulus factus, Joh. 1, 40. & ſeq. tandem verò in Collegium Apoſtolorum & ipſe cooptatus eſt, Matth. 10, 2.

Hiſtoria.

Ἀξιομνημόνευτα de ipſo ſacra N.T. ſcriptura commemorat, quòd 1. à Chriſto Salvatore, miraculosè 5000 virorum cibaturo, in conſilium præ cæteris fuerit adhibitus, Johann. 6, 8. 2. petitum Græcorum, Chriſtum videre cupientium, ad Magiſtrum ſuum retulerit; Johann. 12, 22. 23. 3. de templi Hieroſolymitani mundique deſolatione extrema quæſierit, Marc. 13, 1. 2. 3. Ἄγραφα ſunt & ab hiſtoriæ potiſſimùm Eccleſiaſticæ ſcriptoribus, ruinoſo quandoque fundamento innixis, mutuata, quòd Scythis prædicaverit, in Græciam etiam pervenerit & Byzantii docuerit. Euſeb. lib. 1. c. 13. Conferat, qui volet, centurias hiſtoriæ Eccleſiaſticæ D. Oſiandri, Centur. 1. lib. 2. c. 28.

Nos ad textûs præſentis enarrationem acceſſum facientes, tres illius conſtituimus in prima hac diſpoſitione partes; quarum

I. *Chriſtum vocantem;*
II. *Apoſtolos vocatos;*
III. *Vocationis effectum* ſive eventum contemplabitur.

Χάριν παράσχου Χριστὲ τοῖς ἐμοῖς πόνοις!

PARS I.

In primæ partis enarratione in conſiderationem venit;

I. *Vocantis eminentia;* is verò dicitur Jeſus, Dei & Mariæ Filius, mundi totius Salvator θυμηρέστατος, noſter Propheta, Rex & Sacerdos. Ad Propheticum autem & Sacerdotale ejus munus ſpectat, Eccleſiæ de idoneis Verbi Doctoribus proſpicere.

Miniſtros verbi conſtituere ſpectat ad officium Chriſti Propheticum.

II. *Temporis loci& circumſtantia.*

Quando vocavit hos, quos præſentis Evangelii monſtrat pericope diſcipulos?

1. *Secundo miniſterij ſuo anno.* Privatus hactenus vixerat; jam ad miniſterium ſeſe publicum adplicat, ſuſcepto priùs à Johanne Baptismate, novâ illâ novæ profeſſionis teſſerâ; à Patre inſuper cœleſti, voce cœlitùs delatâ, ad docendi munus ſolemniter inauguratus; in deſerto quoque jejunio & precibus ad id confirmatus; ubi ſimul ſpecimen futuræ victoriæ, ex Satanæ regno reportandæ, edidit ſatis laudabile & conſpicuum.

2. *Johanne præcurſore vel carceri incluſo, vel Herodis gladio planè vivis miſerabiliter exemto.* Alios itaque in ipſius locum ſufficiendos Salvator ratus, telam prædicationis, à Johanne non ita

pri-

pridem exorſam, continuat. Μετανοεῖτε, inquit, inſtat enim regnum cœlorum: intelligit regnum illud Meſſiæ, quod concione Evangelii in terris erat conſtituendum.

Locum quod ſpectat, contigit hoc ipſum factum juxta mare Galilææ. Ponitur Synecdoche generis pro ſpecie, intelligitur lacus Genezareth, mare aliàs Tiberiadis dictus. Joh. 6, 1. Hebræos autem quamlibet aquarum congregationem appellare mare ex alibi dictis manifeſtum eſt.

III. Singularis Dei providentia, videndi vocabulo ſignificanter expreſſa. Quandoquidem enim divina illa Providentia in ſui complexu comprehendat etiam παντεποψίαν τοῦ θεοῦ, inde ſynecdochicè non rarò in ſcripturis vocabulo viſionis tota divinæ Providentiæ actio intelligitur; per viſionem autem illam neutiquam nudus & otioſus adſpectus accipiendus.

Viſionis vocabulum pro Providentia.

Cumque cura Eccleſiæ ſpeciali Dei Providentiæ ſubjaceat, nihil prohibet, quò minus etiam hanc Apoſtolorum vocationem à Providentiæ divinæ nutu ac decreto dependiſſe ſtatuamus, τῷ γὰρ θεῷ μέλει περὶ πάντων, Sap. 12, 13. Et notum eſt, per oculum vel oculos Dei notari Providentiam, Zachar. 3, 9. & 4, 10. & 5, 6. & 9, 1. Pſal 33, 18.

Eccleſiæ cura ad ſpecialem Dei Providentiam ſpectat.

Oculus Dei notat providentiam.

IV. Vocationis ſententia, quæ exprimitur hiſce verbis: *Sequimini me, & faciam vos piſcatores hominum.*

1. Propoſitio immediatam atque adeò merè divinam complectitur vocationem, quà ipſe Dei Filius immediatè ſuà voce hos piſcatores auguſto & ſacroſancto muneri Eccleſiaſtico deſtinavit.

2. Confirmatio continet rationem à fine, quem vocationi ſubeſſe oportet. Vocat igitur à labore ad laborem ſimilem, piſcatores eſtis, piſcatores manebitis; non autem iidem erunt piſces, non eadem retia, non eadem navis.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. De Sanctorum feſtivitatibus ita tenemus, ut neque in exceſſu cum Papiſtis, neque in defectu cum Calvinianis delinquendum, ſed mediâ inſiſtendum viâ arbitremur.

Feſta quomodo probentur.

II. Apud Pontificios immoderata eſt dierum feſtorum moles, in quibuſdam horrenda idololatria, cum manifeſta conjuncta ſuperſtitione, ut in feſto corporis Chriſti.

Calviniſmi de feſtis. III. Cinglio-Calviniani contra; feriarum cumprimis Apoſtolicarum oſores juratiſſimi, feſtivitates fermè omnes è medio ſuſtulerunt, ſolum diem Dominicum, cum paucis aliis, obſervantes; qua tamen in re conſtituenda inter ipſos nondum planè convenit. Benedictus Aretius in Prolem. locò 123. fol. 373. Noſtræ, inquit, Eccleſiæ ſervant diem Dominicum, in memoriam reſurrectionis Dominicæ: diem nativitatis Domini: Paſchatis diem: diem Palmarum: Pentecoſten: Annunciationis Mariæ: reliquas ferias *omnes* intermittunt, cùm illæ non tàm rebus divinis, quàm otio, ebrietati aliisque vitiis inſervirent.

Feſta Apoſtolorum cur retineantur. IV. Nos præter hebdomadales & anniverſarias, etiam Mariæ & Apoſtolorum feſtivitates, liberè tamen, retinemus, moti rationibus, tum generalibus, tum ſpecialibus.

V. Cauſæ generales feſtivitatum inſtitutarum & retentarum ſunt;

1. *Cultus divini conſervatio*, tertio Decalogi præcepto à Deo mandata, Levit. 23, 2. & ſeq. Deut 16, 9.
2. *Salutis animarum procuratio*, Col. 3, 16.
3. *Virium* tàm in hominibus, quàm jumentis *reparatio* ipſius Jehovæ exemplo confirmata, Gen. 2, 3.
4. *Apoſtolica comprobatio*, Act. 13, 15. & ſeq. & 20, 20.
5. *Beneficiorum* divinitùs in nos collatorum *publica celebratio*.

VI. Speciales cauſæ feſta Apoſtolorum aliorumq; verè ſanctorum concernunt, quæ in quibuſdam Eccleſiis hodieque obſervari conſveverunt, tum ut ſolemnes Deo agantur gratiæ pro beneficiis per illorum miniſterium Eccleſiæ præſtitis; tum ut ipſorum fides, conſtantia, confeſſio cæteræque virtutes aliis ad imitationem proponantur. Vide plura in præfatione D. Meisneri, quam præmiſit meditationibus feſtivitatum. Item D. Cunrad. Theod. h. l.

VII. Addimus feſtis cautiones ſive conditiones nonnullas, ut ſint

Feſtorum conditiones

1. *Pia*, unius ac ſolius Dei gloriæ prædicandæ & ampliandæ deſtinata;
2. *libera*;
3. *utilia* inſervientia nimirùm
   1. *ædificationi*;
   2. *ordinis* Eccleſiaſtici *conſervationi*; &
   3. *rudiorum informationi*.
4. *Rariora*, parciùs repetita, h.c. certis quibuſdam intervallis diſtincta, ne è veſtigio alterum ſuccedat alteri.

IIX

Digitized by Google

IIX. Execramur Pontificiorum idololatriam, quâ præcipiunt, ſanctorum feſta eo fine coli debere, ut ipſi ſancti hoc cultu publicè adficiantur, ſolemniùs adorentur & invocentur.

IX. Sanctos novimus decenter honorandos, non religiosè adorandos, multò minus ut Mediatores, intercesſores & opitulatores invocandos, Matth.4,10. 1.Tim.2,5. Eſa.64,16. *Sancti ſunt honorandi, non invocandi.*

X. Monemur de ſolicita & indefeſſa Chriſti cura, quam in Eccleſia ritè conſtituenda, promovenda & conſervanda ille adhibet, Pſalm.46,5. & 125,2. Eſaiæ 41,10. & 43,1.2. & 46,3.4. & 54,10. Matth.16,18. Luc 12,32. Eph.4,11.

XI. De officio Chriſti Paſtorali & Sacerdotali, quo functus is eſt fideliter, *Officium Chriſti Paſtorale & Sacertotale.*

1. *Evangelium* in Paradiſo *promulgando*: Gen.3,15.
2. *Patriarchas & Prophetas Eccleſiæ præficiendo*, 2. Par. 36,15. Jer. 7,25. & 25,4. & 35,15. Oſe.12,10. Amos 3,7. Matth. 23,34. Luc. 1,70. 1.Pet. 1,10.
3. *In carne adſumta prædicando*, Ebr.1,1.2.
4. *Miniſterium per Apoſtolos confirmando*, Matth. 10,2. Johan. 13,1.18. Matth.28,19. Marc.16,15. Joh.17,18. & 20,21. 1.Cor. 4,1. Eph. 4,11.

XII. De doctrinæ Apoſtolicæ certitudine; ex ipſius enim Chriſti ore hauſerunt, quæ alios docuerunt, ſcriptisque ſuis poſt ſe reliquerunt Apoſtoli, Johann. 1,1. & ſeqq. Luc.10,24. Johann. 21,24. 2.Pet.1,16. *Apoſtolicæ doctrinæ certitudo.*

XIII. Non ergò audiendi ſunt Pontificii, fidem ſcripturæ (ut Propheticæ ſic &) Apoſtolicæ detrahere magno, ſed irrito conatu, laborantes, Apoc.22.19. *Pontifici fide ſcripturæ detrahſit.*

XIV. Vocatio Apoſtolorum ad docendi miniſterium fuit immediata, ac proinde ipſi ſunt αὐτόπται. Johann. 16,13. Eph. 2, 20. Ebr. 1,1.2. Matth. 9,9. Johann. 1,43. Actor. 9,4. Gal. 1,1. & ſeq. Rom. 1,1. *Apoſtoli immediatè vocati.*

XV. Immediatæ huic vocationi ſucceſſit, doctrinâ Apoſtolorum jam confirmatâ, vocatio miniſtrorum Eccleſiæ mediata, quæ & ipſa, ſi legitimè procedatur, pro divina meritò eſt habenda, Actor. 14,23. 1.Tim. 1,3.4. & 4,14. 2.Tim.2,2. & 3,10.11.14. Tit.1,5. Act.20,28. 2.Cor.5,20. *Vocatio mediata etiam divina.*

XVI. Ad tam arduum verò munus nemo temerè ſeſe ingerat, ſed cum timore Domini non niſi legitimè vocatus accedat: in utero matris ad hoc deſtinatos eſſe cogitans eos, quorum operâ

Deus uti voluerit, Sir.7.4. Ebr.5,4.5. Jac.3,1. Jer.1,5. Gal.1,15.16. Act. 13,2.15. Rom.10,15.

Miniſteriũ eſt piſcatura.

XVII. Miniſterium docendi in Eccleſia eſt, definiente Chriſto, piſcatura ſpiritualis, quâ è mari mundi hujus mortuo in regnum Dei capiuntur & congregantur hamo verbi homines, Matth. 13. 47. Jer. 16, 16. Ezech. 47, 10. Vide Dominicam 5. poſt Trinitatis.

Vocationis legitimæ neceſſitas.

XIIX. Dignitas miniſterii inde prominet, quod ipſum Deum habet auctorem. Vid. Domin. Quaſimodog.

XIX. Monentur Eccleſiæ miniſtri, de legitimæ vocationis neceſſitate; Matth. 20,6.7. Rom.10,15. Act.13,15. quæ abſolutè neceſſaria eſt cuivis, volenti partes miniſterii in Eccleſia ſuſcipere, idque ratione mandati divini, non ratione ordinis & decori tantùm, quod volunt Photiniani, Jer. 14, 14. & 23, 21 & 27, 9. 14. 15. Actor. 20,28. Eph. 4,11. Ebr.5,4. 1.Pet.5,3. Vide D. Paul. Tarnov. de S.S. miniſterio lib.1.cap.8.& ſeqq.

Miniſterii neceſſitas unde probanda.

XX. Miniſterii neceſſitas ex eo colligitur, quòd Chriſtus ipſe fideles ſibi ad prædicationem Evangelii adſcivit ſocios, Luc. 16,27.29. Rom.10,6.& ſeq. 2.Cor.5,20.

VVeigelianorũ, Photinianorum & Anabaptiſtarũ error de vocatione ad Miniſterium.

XXI. Stolidi ſunt cum Weigelianis Photiniani & Anabaptiſtæ, quorum hi & iſti mediatam miniſtrorum Verbi vocationem minùs eſſe neceſſariam, illi immediatam ſibi vocationem imaginantur & exſpectant, Luc. 16, 27. 28. 29. Rom. 10, 15. Jer. 23, 21, Eſa. 8, 20.

XXII. Diſcipuli Chriſti non affectent politicam jurisdictionem, ſed ſint piſcatores hominum, Ezech.3,17. Luc. 22,26.

Jeſuitæ Papam anteponunt Magiſtratui.

XXIII. Diſpiciant itaque Eſauitæ πολυπράγμονες, ſi quo pacto Monarchicum Papæ primatum excuſare valeant, qui idolum illud ſuum Rom. Imperatori anteponunt, poteſtatem ipſi adſignantes Imperatores & Reges ab officio dejiciendi utrumque etiam gladium illi tribuentes, & in judiciis conſtituendis Canones ejus legibus Cæſaris longè præferentes Nos ad ſecundam accedimus Evangelii partem.

PARS II.

Audivimus Chriſtum vocantem, proximum eſt, ut Apoſtolos quoque vocatos contemplemur. Illi autem deſcribuntur quadrupliciter:

1. A nominis venuſtate. Primus dicitur Simon, quod eſt, ſi interpreteris, auditor, obediens; cognomento Petrus, cujus nomi-

Digitized by Google

minis ratio exponitur, Matth. 16, 18. *Secundus* vocatur Andreas, nomen ſortitus, ἀπὸ τῆς ἀνδρείας, à fortitudine vel animi magnitudine. Tales enim Eccleſiæ miniſtri requiruntur, qui promtè audiant, dicto obtemperent, & in obeundo munere forti ac magno prædìti ſint animo. *Tertius* dicitur Jacobus, latinè ſupplantator, Gen. 27, 35. *Quartus* Johannes, gratioſus, gratis à Deo donatus.

Miniſtrorũ Eccleſiæ requiſita.

2. A cognationis & familiæ honeſtate. Habemus geminum par fratrum: Simon & Andreas erant fratres: Johannes & Jacobus item. Ejuſmodi volebat Chriſtus diſcipulos. Qui enim naturâ fratres erant; illos etiam profeſſione, pacis & concordiæ ſtudio, quin & conſenſu volebat eſſe fratres, h. e. conjunctiſſimos. Poſterius par fratrum parentum etiam mentione cohoneſtatur. Jacobi enim & Johannis pater Zebedæus, mater Salome fuiſſe legitur. Honeſtis itaque omnes orti erant parentibus. Binos verò & binos cur vocaverit, aliæ ab aliis rationes adſignantur, nonnullis Judæos & gentes ſubinnui; aliis mutuum collegarum auxilium ſignificari contendentibus. Res eſt non fidei, ſed quæſtionis.

Fratres debent animo & voluntate eſſe conjunctiſſimi.

3. A vitæ conditione & qualitate. Erant enim piſcatores; q. d. literarum rudes, ſimplices, pauperes, in aulis Principum non verſati, in rebus & controverſiis Theologicis minùs exercitati; ſed qui in ſchola Chriſti & Spiritûs ſancti tantum profecturi erant, ut toti terrarum orbi admirationi eſſent futuri. Idque muneris Eccleſiaſtici dignitati adeò nihil quicquam detrahit, ut ad commendationem potiùs doctrinæ Evangelicæ faciat plurimùm, quæ cùm per rudes laicos, ad tantam amplitudinem, ſit propagata, meritò vim Dei agentis omnium hominum oculis & animis exponat.

Apoſtoli cur Piſcatores ſint nominati.

4. Ab effectu ſive laborioſitate. Invenit Chriſtus futuros hosce Apoſtolos non otioſos, ſed negotioſos, piſcationi nimirùm ſuæ vacantes. Prius fratrum par in piſcibus capiendis, poſterius in retibus reſarciendis eſt occupatum. Quod dum faciunt, ecce! ἀπροσδοκήτως & tale planè nihil cogitantes ad Chriſti diſcipulatum vocantur. Quæ enim Johann. 1, 39. deſcribitur, Andreæ & Petri vocatio, generalis illa fuit, ad pietatem, verbi auditum, fidem & agnitionem Chriſti, omnibus credentibus communis. Hanc vocationem Hugo facit primam, & nominat vocationem ad Chriſti familiaritatem, quæ in communi vita nihil mutat, nec requirit, ut relictis communis vocationis laboribus, per

Andreæ & Petri vocatio generalis.

omnia

omnia loca Chriſtum ſectetur & omnia relinquat. Ideoque Simon & Andreas in doctrina Evangelii mediocriter inſtituti, reverſi ſunt ad officium piſcarionis conſuetum. Jam ſpecialem accipiunt vocationem ad diſcipulatum, ut ſint ſectatores & quaſi individui Chriſti in peregrinationibus comites, miraculorumque ſpectatores adſidui, ab ipſo quaſi domeſticâ inſtitutione ad munus docendi publicum informandi. Prima vocatio generalis contigit, poſt exactos 40 dies in deſerto; Secunda hæc ſpecialis, poſt annum fermè integrum eſt ſubſecuta: tertia ad Apoſtolatum ſpecialiſſima, Matth. 10. deſcripta, anno miniſterii tertio contigit, uti annotavit Sethus Calviſius in opere ſuo Chronol. fol. mihi 305.

Vocatio ſpecialis.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

Chriſtus cur binos Apoſtolos ad miniſteriũ vocaverit.

I. Binos vocando, innuere voluit Chriſtus, mutuum in miniſterio auxilium requiri, Luc. 5, 7. Exod. 6, 26. & 31, 6. Num. 11, 16. & ſeqq. Col. 1, 6. 2. Cor 6, 1. Rom. 16, 3. 9. 21. 2. Cor. 8, 23. Phil. 2, 25. & 4, 3. Col. 4, 7. 11. 1. Theſſ. 3, 2. Eccl. 4, 9.

Labor vocationis omnibus incumbit.

II. Commendatur hoc loco labor vocationis in omni vitæ genere, Gen. 3, 17. & 19. Pſ. 128, 2. Prov. 6, 6. & 10, 4. & 14, 4. & 20, 4 Eccl. 5, 11. Job. 5, 7. Sir. 29, 29. Act. 18, 3. & 20, 34. 1. Cor. 4, 12. & 7, 20. 24 Eph. 4, 18. 1. Theſſ. 2, 9. & 4, 1. 2. Theſſ. 3, 8. 12. 2. Tim. 4, 5.

Miniſtri Chriſti non ſint otioſi.

III. Miniſtros Verbi Chriſtus vult eſſe non otioſos, ſed negotioſos, Num. 12, 7. Ebr. 3, 5. 1. Cor. 4, 1. 2. 2. Tim. 2, 15. 1. Pet. 4, 10.

IV. Libenter itaque in ſe recipiant omnis generis labores, quibus hominum æternam poſſunt promovere ſalutem, Sir. 3, 22. Prov. 27, 23. Rom. 12, 7. 1. Pet. 4, 11. & 5, 2. Matth. 20, 12. 2. Cor. 11, 27. 28 2. Cor. 4, 8. 1. Tim. 5, 17. Apoc. 2, 1. 2. Act. 20, 28.

πολυπςαγμοσυνη vitanda

V. Πολυπςαγμοσυνην, autem, ceu peſtem nocentiſſimam, fugiant. Eſt enim in omni vitæ genere, Eccleſiaſtico cumprimis, admodum damnoſa, Sir. 3, 24. & 7, 4. 6. & 11, 10. & ſeqq. 1. Theſſ. 4, 11. 1. Pet. 4, 15.

VI. Bis ſtulti ſunt cum Anabaptiſtis Weigeliani, qui Doctores Evangelii labore manuum panem acquirere poſſe immò debere, ſomniant: obſtat tùm miniſterii dignitas; tùm expeditionum reliquarum gravitas ac multiplicitas, Sir. 38, 25. & 39, 1. Matth. 10, 10. 1. Cor. 9, 11. Gal. 6, 6.

VII. Vo-

Digitized by Google

VII. Vocatio Chriſtianorum eſt duplex, una generalis ad Chriſtianiſmum; altera ſpecialis, ad certam functionem, ſive Eccleſiaſticam, ſive Politicam, ſive Oeconomicam. Utraque hoc loco ſuum habet fundamentum, Eſa.41,9. Joël.2.32. Matth.20,16. Rom. 8,30. 1.Cor.1,9.24,26.& 7,15. Galat.1,6. 1.Theſſ.2,12. Apoc.19,9. Sir. 11,21. Exod.31,2. Marc.6,7. Rom.1,1. 1.Cor.17,21.

Vocatio Chriſtianorum duplex ejusq; fundamentum.

II.X Fratres vocavit diſcipulos, innuens concorditer Verbi miniſtros, ceu fratres inter ſe vivere, amare & converſari debere, Joh.17,11. Pſ.133,1.2. Rom.12,16. & 15,6. Gal.5,12.

Miniſtri verbi debẽt in officio concorditer inter ſe vivere.

IX. Quadruplices verò in ſacris literis dantur fratres:

Fratres quadruplices.

1. *Natura*, ut Eſau & Jacob, Gen.27,6. Simon & Andreas, Johannes & Jacobus.
2. *Gente*, Deut.15,7. & 17,15.
3. *Cognatione*, de eadem oriundi familia, Geneſ.13,8. Matth. 12,46.
4. *Mente & affectu*, quâ ratione omnes Chriſtiani fratres dicuntur.

Sint unum, { doceant / maneant } unum, fateantur & unum,

Qui unum de Chriſti nomine nomen habent!

X. Fideles in parvo, ſuper multa & magna plerunque à Deo conſtituuntur, Matth.25,21. Luc.16,10.11.12.

XI. Opificia artesque manuarias identidem Deo placere, inde patet, quòd ex opificibus ſuos ſibi Chriſtus delegit Apoſtolos, Gen.4,22. Exod.31,3.4. & 36,30. & ſeqq. 1.Reg.5,2. Eſa.54,16. 1.Par. 4,14.21.23. Marc.6,3. Act.18,4. Sir.38,36. Sap.13,11. & 15,7. 1.Cor.12,21 Act.10,34.

Opificia & artes manuariæ Deo placent.

XII. Opificum autem iſtorum eſt;

Opificum officium.

1. *Sedulò laborare*, Eſa.44,12.13. Sir.38,28.32. Gen.3,17. Pſ.118,2.
2. *Conſtituto tempore fidem ſervare*, Sir.38,28. Sap.15,9.
3. *Rebus ſeſe alienis non immiſcere.* Sir.11,10. Pſ.37.3. Luc.5,2.

XIII. Apoſtolos ob ſingulare ſuum meritum ceteris fuiſſe in electione hac prælatos, Baronii quidem vox eſt, ſed caret fundamento ex ſacris ſcripturis petito: eâdem itaque facilitate rejicitur, quâ adſeritur, Eſ.55,1.2. Rom.11,6. 1.Cor.15,10.

XIV. Piſcatores potiſſimùm ſibi Apoſtolos ſelegit Chriſtus;
1. *in vaticiniorum Propheticorum complementum*; vide part. 1.
2. *in myſterij argumentum.* Retia jam Johannes piſcatoria

reſarcit: poſt Chriſti adſcenſionem idē in verbi puritate contra Ebionem & Cerinthum adſerenda præſtare coactus fuit.

3. in miniſterij delineamentum. Vide Domin. V. Trinit.

Chriſtus cur ſecundū Juliani Apoſtatæ opinionem piſcatores elegerit.

XV. Blaſphemus quondam fuit Julianus apoſtata, qui cauſam falſam evomens, ideo Chriſtum piſcatores elegiſſe mentiebatur, quòd aptiores putaret, quos fraudibus ac technis ſuis circumveniret; unde huic ſuccenturiatus Porphyrius, fatuos, propter tam promptum obſequium, appellitabat diſcipulos.

Chriſtꝰ cur viles & indoctos ad miniſteriū vocaverit.

XVI. Indoctos verò, abjectos & contemtos coram mundo vocavit Chriſtus,

1. Patris cæleſtis imitatione, 1.Cor.1,26. Pſal.113, 6.7.

2. Certa inductus ſignificatione, ut inde

1. regni ſui conditio pateret: Joh.18.36.

2. donorum origo eluceret, 1.Cor.3,6. & 4,7.

3. hoſtium confuſio conſtaret, Act.4,13.1.Cor.2,1.Jud.7,10.2 Cor. 10,4.5. Eſa.55,8.

XVII. Non propterea ſtudia literarum negligenda, quia laicos Chriſtus vocat. Ab Apoſtolis ad alios Eccleſiæ Doctores concluditur, quoad hunc caſum, per quatuor terminos, 1.Timoth.4,13. 2.Tim.3,15.

Miniſterio verbi utplurimum tenuioris ſortis homines præficiuntur.

XIIX. Miniſterium Verbi hodieque maximam partem à tenuioris ſortis hominibus adminiſtratur, Pſal.113,7. Luc.1,52. 1.Cor. 1,26. 2.Cor.4,7. 1.Reg.19,19.20. Amos 7,14. Matth.9,9.

XIX. Noſtrum eſt vilitate perſonarum non offendi, 2. Cor. 4,7. Matth.11, 6.

Jeſuitarum error de fraudibus piis.

XX. Sophiſtas agunt cum Calvinianis Jeſuwitæ, qui pias ſuas, quas vocant, fraudes inde palliare conantur, quòd in piſcatura inſidiæ, ad piſcium capturam factæ ac ſtructæ, à nemine improbentur, immò neceſſariæ ſint, Pſ.25,21. & 125,5. Matt.5,37. Sir.34,8.

Requiſita in deligendis verbi miniſtris.

XXI. In miniſtris verbi deligendis præ ceteris ſpectetur,

1. Ortus honeſtas, Deut.23,2.

2. Doctrinæ & profeſſionis puritas, Matt.7,15. Actor.20,28. 1.Johan.4, 1.

3. Privata pietas, 1.Tim.4,7.

4. Laborioſitas, 2.Tim.2,15. 1.Cor.15,10. 2.Cor.11, 23.

5. Paſſibilitas, Matth.10.22. Joh.16,2.20.

6. Ad pacem colendam pronitas: fratres ſunt, 2.Timoth.2,24. 1.Tim.3,3.

7. Satiabilitas, 1. Tim.3,3.4. Phil.4,12. Pſ.84, 11.

PARS

PARS III.

Reſtat vocationis ſive eventus ſive effectus, qui in vocatis per Verbum Chriſti efficaciſſimum fuit animadverſus. Deprehenditur enim in quatuor hiſce piſcatoribus;

1. Sancta ſimplicitas, quæ inde potiſſimùm elucet, quòd in cauſas vocandi non inquirant, ſolo τῷ ὅτι contenti.

2. Vera & ſincera pietas. Pietatis enim eſt ac fidei, ſolo Dei Verbo acquieſcere. Neque enim expedit, omnium rerum cauſas nos habere cognitas atq; exploratas.

3. Obſequendi facilitas, quam demonſtrat

1. Temporis adnotatio. De utroque enim fratrum pari legitur, quòd εὐθέως continuò, protinus, ſubitò, omni abjectâ morâ, nihil cunctati, nihil ſoliciti de eventu, nihil diffidentes de impletione promiſſionis, nec priùs de rebus ſuis diſponentes, ſed mox totos ſe vocantis providentiæ & poteſtati committentes Apoſtoli, vocantem Chriſtum fuerint ſecuti.

2. Modi determinatio. Relictis enim omnibus, quæ in mundo poſſidebant, grata & chara habebant, dicuntur Chriſtum ſecuti. Illuſtratur diductione generis in ſpecies. Relinquunt, priores quidem retia; poſteriores verò navim etiam & patrem Zebedæum. Inæqualia relinquunt, quia inæqualia poſſidebant. Ante annum enim Chriſtum audientes viderant quoſdam ita fuiſſe vocatos, ut relictis omnibus ſectarentur Chriſtum; ideò & ipſi eandem ſibi viam ac ſequendi rationem ineundam eſſe arbitrati ſunt.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Simplicitas ſemper digna favore fuit, Pſ.25,21. Gen.20,5.6. Pſ.116,6. & 101,2. 1.Par.29,17. Matth.6,22. & 10,16. 2.Cor.1,12. Eph.6,6. Rom.16,19. *Simplicitas ſemper meretur favorem.*

II. Pietas & fides diſcipulorum commendatur, imitatione vel maximè digna. Fidei enim natura eſt Verbo adhærere, nihil quicquam de eventu dubitare, Sir.2,18. & 33,3. Roman.4,20. 2.Par.20,20. Pſ.33,4. Num.23,19. Ebr.11,11. 1.Pet.1,33. Geneſ.15,6. Ebr.13,9. 1.Joh.5, 10. *Fidei natura.*

III Corda hominum ſunt in manu Dei, ut quò velit, ea flectere queat facillimè, Exod.3,11. & 4,10. Jer.1,7. *Corda hominum regit Deus.*

IV. Hinc ſtatim ipſius probatur Omnipotentia: Unde Deum *Dei omnipotentia.*

Deum illum verum eſſe liquidò conſtat. Solus enim Deus hominum inflectere ſenſus & corda valet, Gen.31,24. & 43,14. Prov. 15,1. & 16,1. & 21,1. Marc.11,3.6. Vide Dom. I. Adventus.

Homines omnes debent Chriſto obediētiā præſtare Chriſtum quo pacto ſequamur.

V. Omnes homines Chriſto obedientiam præſtare tenentur, in vocatione *1. tùm generali*,

1. mundana omnia deſerendo, Luc.14,26.

2. Chriſtum unicè ſequendo, Matth.9,9. & 16,24. Luc.14, 33. Johan.14,5.

1. in fidei ſinceritate, Joh.3,16. & 8,12. & 12,36.

2. in vitæ integritate, Matth.11,29.

3. in omni adverſitate, Luc.24,26. Joh.21, 20. Matth.10,38. Rom.8,29. 2.Tim.2,11.

4. in mortis acerbitate, Luc.2,29. Phil.1,21.

2. tùm ſpeciali:

Miniſtri Eccleſiæ nō recuſent oblatam vocationē.

VI. Miniſtri enim Eccleſiæ oblatam divinitùs vocationem ob frivolas cauſas haud ſuſcipere recuſent, Exod.3,11. & 4,1.10.13. Sir.10,29. & 20,32. Jon.1,4. & 2,1. 1.Reg.19,19.20.

VII. Si vocatio eſt tenuior, agnoſcamus dona noſtra tenuiora eſſe, quàm ut ſublimiori Eccleſiæ loco ſatisfacere queamus, Joh. 3,27. Sir.3,22. & 7,5. Rom.12,3.

Quiſq; ſorte ſua ſit contentus & officium ſtrenuè faciat cetera Deo commendet.

IIX. Ornet autem quisque eam, quam nactus eſt, ſpartam, de benedictione Dei, & promotione, ſi Deo ita viſum fuerit, ulteriori nullus planè dubitans, Luc.19,12.13. Matth.25,21. 1.Timot.3,13. Prov.16,3. Pſ.37,5. Sir.2,6. Apoc.2,10.

IX. Obedientia verò illa Deo debita, non eſt abſoluta, ſed certo Dei Verbo, juſtitiæq; divinæ normâ determinata ac limitata, Eſa.8,20. Deut.4,2. Eſa.12,3. Deut. 12,8. 1. Pet.4,11. Deut.12,32. Proverb.21,2.

Mundana propter Chriſtū ſūt deſerenda.

X. Propter Chriſtum mundana omnia libenter & prompto animo deſerenda. Luc.14,26.27. Matth.10,28.29.

XI. Neque tamen inde infertur vel Anabaptiſtica deſertio, vel Papiſtica facultatum abjectio. Loquitur enim Salvator ἀφορισμῷ de illa abdicatione, quæ fit

1. propter Evangelium, Marc.10,29.

2. propter nomen ejus, Matth.19,29.

Facultatum terrenarum deſertio, quando ſit conceſſa.

XII. Patet inde, deſertionem facultatum terrenarum tum demum placere Deo & eſſe neceſſariam, quando Deus vocat ad alia: non autem in hominis arbitrio poſitum eſſe, tanquam opus conſilii Evangelici, ſingularis perfectionis ac meriti, temeritate hypocri-

eriticâ omnibus facultatibus ſeſe abdicare, h. e. pro denario aliquot centena milia lucrari. Quomodo facultates terrenas deſecant Monachi Lojolitici, fundi Eccleſiaſtici calamitas, monaſteria eorum, plus quàm Attalicis & Regalibus referta opibus, abundè docent. Pauperes ſunt, ſed ſine omni defectu. Vide de hac materia D.Chemn.part.2.L.C.cap. de paupertate. Item. harm.Evang. cap.132. & D.Gerh.Tom 3.p.565.& ſeqq.

XIII. Omnia relinquere paratus eſt homo verè pius, quoad amorem, non quoad poſſeſſionem, 1.Cor.7,31.

XIV. Anabaptiſtarum deſertio deſtituitur vocatione, quæ in Apoſtolis erat perſonalis ac planè ſingularis: nititurque falſo principio, non poſſe piè teneri facultates proprias, Exod.20,15. Prov.5,15. Sir.44.6.

DISPOSITIO SECUNDA.

PROPOSITIO διμερής.

Chriſtus cur in mundū venerit.

IN mundum venerat Chriſtus, non tantùm ut victima fieret pro hominibus, eorundemque peccata paſſione & morte ſuâ expiaret: verùm etiam docendo Evangelium, omne Dei conſilium ac voluntatem de ſalute noſtra aperiret. Sacris itaque initiatus, h.e. unctus in Prophetam, Sacerdotem & Regem, non oleo quidem externo, ſed oleo lætitiæ Spiritu ſancto, Pſalm. 45, 8. qui in Baptiſmo viſibili columbæ ſpecie ſuper ipſum requieverat; publicè item Patris cœleſtis voce proclamatus Dei Filius, ita ut jam conſtaret, eum reverâ eſſe Meſſiam; ſtatim poſt Baptiſmum, & tentationem in deſerto feliciter exſuperatam, docendi initium fecit; collegis ſibi quibusdam adſcitis, de quorum vocatione præſens Evangelii lectio pleniùs nos edocebit. Enarrationem ejusdem diſpeſcemus in duas partes:

I. Chriſtum vocantem; &

II. Andream cum ſociis obtemperantem contemplaturi.

PARS I.

Quoad primam partem, quatuor potiſſimum circumſtantiarum annotatione illa deſcribitur.

1. *Quis?* Jeſus Chriſtus θεάνθρωπος, mundo promiſſus ille Meſſias ac Salvator, de conſervando miniſterio, prædicando Evangelio, & promovenda his mediis hominum ſalute maximè ſollicitus.

2. *Quando?* Poſt inaugurationem & tentationem.

Quæſtio hic incidit, de vocatione Simonis & Andreæ, an non pridem Johann. 1, 40. fuerint vocati? Reſp. Vocati fuerant, non ut relictis rebus omnibus Chriſtum ſequerentur, & apud ipsũ adſiduè manerent, quod hic demum factum; ſed ut in illum crederent. Triplex enim fuit utriusque vocatio: Primò facti ſunt Chriſti amici: ſecundò ex amicis familiares ac diſcipuli: tertiò ex diſcipulis Apoſtoli. D. Pelargus quæſt. in Matth. fol. 61. ita: Tenendum duplicem diſcipulorum quorundam fuiſſe vocationem, priorem ad Chriſti notitiam atque familiaritatem, teſte Auguſtino; poſteriorem ad Apoſtolatum. Thomas triplicem facit; unam ad Chriſti familiaritatem, de qua Johann. 1, alteram ad diſcipulatum, de qua Luc. 5. tertiam, ut totaliter Chriſto adhærerent, de qua hoc loco Matthæus & Marcus 1. Addit ibidem, tres quosdam Petri vocationes adſerere; alios verò, unam tantùm eſſe, à tribus Evangeliſtis diverſis duntaxat circumſtantiis deſcriptam, vocationem. Chemnitium ſimiliter agnoſcere unam & vocationem & hiſtoriam, licèt variè deſcriptam, adſcriptâ regulâ; ne præter neceſſitatem eædem hiſtoriæ, propter variationem quarundam circumſtantiarum, quæ facilè conciliari poſſint, diſcerpantur in diverſas.

D. Calixtus in Con. p. 158.

Vocatio Apoſtolorũ triplex.

3. *Quos vocaverit?* Duo fratrum paria, qui deſcribuntur

1. *ab expreſſa nominis mentione:* Simon, alio quoque nomine vocatus Petrus; Andreas, Jacobus & Johannes. Vide præc. diſp.

2. *A relatione*, quòd fuerint fratres.

Simon & Andreas cur fratres à Chriſto ſint vocati

Quæritur cur fratres vocaverit? Cauſam, referente Pelargo, opinantur aliqui fuiſſe myſticam, utriusque nempè fœderis harmoniam, ut ſicut Vetus Teſtamentum in duobus fratribus, Moſe & Aarone initium ſumſit: ita Novum etiam in his, qui bini ad prædicandum mittebantur. Rectiùs alii φιλαδελφίαν, in docentibus neceſſariam, ut fraterno amore colligati prædicatores, Verbo & exemplo, Verbo & Sacramento doceant: alii minus docendi: ut geminam Chriſti naturam, duplicem Chriſti adventum; duplex teſtamentum ſibi exponendum meminerint.

3. *Ab occupatione.* Alii mittentes retia in mare piſcationi vacabant; alii retia reſarcientes ad novum ſeſe laborem præparabant. Theophylactus: *Pauperes, inquit, fuerunt, & quia non poterant emere nova, reparaverunt vetera.*

4. *A vi-*

4. *A vitæ profeſſione:* erant omnes piſcatores. Quia non ex Academiis oratores, ſed ex mari decreverat vocare piſcatores: ἁλιέας ἐ βασιλέας, ναύτας ἐ δημαγωγοὺς, uti habet Baſilius. Hi fuerunt diſcipuli Johannis. *Vivente adhuc Johanne acceſſerunt Chriſtum. Porrò ubi Johannem viderunt vinctum, reverſi ſunt ad piſcatoriam, & ſic veniens Chriſtus piſcatur eos.* Theoph.

4. *Quomodo?* Venite poſt me; (hæc propoſitio; q. d. ſequimini me poſthac, ego vobis longè præſtantius officium committam;) faciam vos piſcatores hominum: (hæc ratio, ab utili.) Lib. 2. Sedulius eleganter: Carm. p. 77.

Protinùs ergò viros ex piſcatoribus, aptos
Humanas piſcari animas, quæ lubrica mundi
Gaudia ſectantes, tanquam vada cærula ponti,
Cæcaq; præcipites tranant incerta profundi;
Diſcipulos jubet eſſe ſuos, talesq; ſupernæ
Concilíat vitæ, quos non ventoſa loquendi
Gloria, nec vana de nobilitate ſuperbus
Sangvis alat, ſed fama tacens, humilisq; refulgens
Mentenitor, cælo faciat de plebe propinquos.
Nam quæ ſtulta Potens elegit, & infima mundi,
Fortia confringens Deus & ſapientia perdens.

Juvencus:

Nunc (inquit) *piſces capitis maris æſtibus altis;*
Sed me ſi libeat ſectari, fortia votis
Provenient hominum præpulcrâ indagine lucra.

USUS I. Informatorius.

De miniſterio Eccleſiaſtico. Commendat hoc nobis, Miniſterii Eccleſiaſtici neceſſitas, unde dependeat.

1. *neceſſitas ex divina ejusdem ordinatione & conſervatione dependens.* Eſt enim docendi munus ab ipſo Deo inſtitutum & conſecratum, qui veluti primus concionator protoplaſtas docuit immediatè, Gen. 2, 15. & 3, 6. 15. idque commendavit certis poſtmodum hominibus, Patriarchis, Prophetis, Sacerdotibus, Evangeliſtis, Apoſtolis & aliis, 1. Cor. 1, 21. Ebr. 1, 1. Rom. 10, 14. Eph. 4, 11. 12. 1. Tim. 4, 16. Act. 10, 6.

Et ſicut ad noſtra usque tempora propagatum eſt: ita etiam conſervabitur usque ad diem extremum, Eſai. 40, 8. & 59, 21. & 61, 6. 7. Jer. 3, 15. Joel. 2, 23. Pſalm. 68, 27. Matt. 24, 14. 1. Cor. 11, 26.

2. Uti-

Utilitas.

2 *Utilitas*, quæ ex præſtantiſſimis miniſterii effectis perſpicitur, Luc. 1, 16. Actor. 26, 18. 2. Corinth. 5, 20. Matth. 5, 14. Galat. 3, 2. 1. Timoth. 4, 16. Placuit enim Deo, per externum miniſterium homines convertere, illuminare & ſalvare.

Dignitas.

3 *Dignitas*; quæ elucet

Miniſterii verbi cauſa efficiens.

1. *Ex cauſæ efficientis Majeſtate.* Ea verò eſt, unus ac ſolus verus Deus, Pater, Filius & Spiritus ſanctus, Pſal. 68, 12. 1. Cor. 12, 28. 2. Cor 5. 18 Sir. 45, 21. Eſa. 41, 27. Jer. 3, 15. Matth. 9, 38. Vide D. Gerh. Tom. 6. L. C. p. 76. & ſeq.

Miniſterii ſubjectum.

2. *Ex ſubjecti ſublimitate.* In myſteriis enim divinis tractandis unicè eſt occupatum, Amos 3, 7. Luc. 8, 10. Rom. 16, 25. 1. Cor. 2, 7. 13. & 3, 5. 9. & 4, 1. 2. Cor. 4, 7. Eph. , 19. Col. 1, 26.

Miniſterii objectum.

3. *Ex objecti præſtabilitate.* Verſatur enim Miniſterium circa animas hominum, Act. 2, 41. Matth. 6, 25. Ebr. 13, 17. Jac. 1, 21. Rom. 1, 16. 1. Tim. 4, 16. Ezech. 3, 18.

Miniſtri verbi cur piſcatores vocentur.

4. *Ex nominis varietate.* Taceo jam alias miniſtrorum Verbi appellationes, quæ in libellis methodicis & alibi paſſim ſunt obviæ: Evangelium Præſens vocat eos piſcatores hominum, Luc. 5, 10. idq; factum

1. *Propter divinam promiſſionem*; Jer. 16. 16.

2. *Propter typi adumbrationem*; Ezech. 47, 10.

3. *Propter idoneam applicationem: Profundum enim eſt hujus ſeculi mare, ex cujus limo, operâ miniſtrorum Eccleſiæ, trahendi ſunt homines in lumen cœleſtis habitaculi.* Hilarius. Vide Domin 5. poſt Trin. & alibi, de piſcationis cum miniſterio convenientiâ.

Materia.

5. *Ex cauſæ materialis qualitate.* Vocantur enim & conſtituuntur ad miniſterii adminiſtrationem non Angeli, ſed è medio noſtri homines, quorum operâ in conſilii Verbique ſui revelatione, nec non ſalute hominum ordinariè promovenda Deus utitur.

Deus cur homines & non Angelos ad miniſterium vocet.

Quæritur hoc loco de cauſis, cur hominibus per homines, non per Angelos, ſalutis aliàs noſtræ ſitientiſſimos & cupidiſſimos, Ebr. 1, 14. prædicari Evangelium voluerit Deus? Cauſæ à Theologis noſtris recenſentur ſeptem, partim Deum, partim nos homines concernentes: harum

1. eſt *Φιλανθρωπίας divinæ oſtenſio*, Deut. 33, 3. Pſal. 147, 3. Prov. 8, 31. 2. Cor. 5, 20. 1. Sam. 1, 30.

2. *Potentiæ divinæ manifeſtatio*, 2. Cor. 2, 14. 16. & 4, 7.

3. Dia-

3. *Diabolicæ ſuperbiæ confuſio*, Pſal.8,3. 1. Sam.17, 43.
4. *Infirmitatis noſtræ conſideratio*, Exod.19,16. Deut. 5,23. Dan. 10, 17.
5. *Novarum revelationum excluſio*, Deut.30,11. Roman.10,6. Gal. 1, 8. 9.
6. *Obedientiæ noſtræ probatio*, Luc.10,16. Gal.4,14. 15. 1. Theſſal. 4, 8.
7. *Συμπαθείας exſuſcitatio*, Gal.6,1. 2. Cor.5, 11.

6. Ex ea, quam divinitùs conceſſam habet, poteſtate. Hæc poteſtas Eccleſiaſtica eſt miniſterii forma. Quæ verò, qualis quanta ſit illa poteſtas, ſententiarum ſit divortium. Romanus Pompifex poteſtatem ſibi ſuoque clero arrogat abſolutam, tum Eccleſiaſticam, tum Politicam, eamque *αὐτοκρατορικὴν* in rebus Eccleſiæ (etiam Imperii) faciendi & ſtatuendi, quodcunque libuerit. Exercetur iſthæc poteſtas: Poteſtas.

1. in *δογματικῇ*, qua in Conciliis ſuis congregatos ab omni errandi periculo immunes eſſe fingitur, modò Pontificis inſtructionem & ſententiam ſequantur. Poteſtas Eccleſiaſtica Pontificum quomodo exerceatur.
2. In *ἑρμηνευτικῇ*, quâ abſolutam ſibi ſcripturæ pro lubitu interpretandæ licentiam ſumunt Pontificii, ita ut ſine ullo ex ſcripturis examine, interpretationibus & deciſionibus illorum ſit acquieſcendum.
3. In *νομοθετικῇ*, quâ ſuas traditiones, ſanctiones & conſtitutiones divinis planè exæquant, easque pari pietatis affectu obſervandas tradunt, coactivam in transgreſſores jurisdictionem ſibi vendicantes.
4. In *κριτικῇ*, quâ fulmen Excommunicationis vibrant in omnes, quicunque impietati, ambitioni & avaritiæ eorum obſiſtunt, ſubditos ab obedientia Magiſtratûs excommunicati abſolventes, pœnam Eccleſiaſticam cum civilibus confundentes, indulgentias pretiô vendentes, adeoque abſolutâ ſibi ligandi & ſolvendi poteſtatem rapientes. Fundamenta, quæ pro tyrannide iſthac ſtabilienda producunt ſtraminea, vide à D. Gerh. Tom.6. L.C.p.321. & ſeqq. nervosè conculcata.

Nos quemadmodum faſtum & tyrannidem Papalem totô animô totisque pectoribus execramur; ita non planè nullam miniſterio Eccleſiaſtico concedendam eſſe poteſtatem ſtatuimus: nimirùm

C 1po-

Poteſtas Eccleſiaſtica in noſtris Eccleſiis qualis exercenda.

1. *poteſtatem prædicandi Verbum & adminiſtrandi Sacramenta:*

2. *poteſtatem clavium legitimam*, quâ peccata vel remittuntur vel retinentur:

3. *poteſtatem decidendi obortas in Eccleſia controverſias:*

4. poteſtatem *ſtatuendi in cauſis matrimonialibus*, & quæ his omnibus ſunt conjuncta, Matth.18,17.18. Joh.20,23. 2.Cor.10,8. & 13,10. 1.Cor.2,13. & 5,4.7. 2.Theſſ.3,14. Marc.16,15. Matt.28,19.20. Papali faſtui & tyrannidi opponimus,

Argumenta quibus refutatur Pontificum poteſtas Eccleſiaſtica.

1. *manifeſtam contradictionem.* Contradictoria ſunt, eſſe miniſtrum, & eſſe Dominum Eccleſiæ, 1.Cor.3,21. & 2.Cor.4,5. Col.1,25.

2. *Chriſti adpropriationem:* Is enim ſolus eſt Dominus Eccleſiæ, Joh.13,13. 1.Cor.8,6. Matth.23,8.10. Joh.3,29. Col.1,8.

3. *Chriſti oppoſitionem* Joh.13,13.14.16.

4. *Ejusdem prohibitionem*, Matth.20,22. Luc.22,25.

5. *Denegatam uſurpationem*, 1.Petr.5,1.3. 2.Cor.1, ult. 1.Cor.1,12.13. & 3,5.22.23. Act.10,25.

Finis miniſterii.

7. *Ex cauſa finalis ſingularitate.* Finis miniſterii principalis & ultimus eſt Dei gloria; intermedius hominum converſio, reconciliatio & ſalvatio, Marc.16,16. Joh.5,33. & 8,49.51. & 10,9. & 17,4.6. Act.9,15. & 11,14. & 26,16. & ſeq. 1.Cor.3,5. Eph.3,8. & 4,11. & ſeqq. 1.Tim.4,16. 1.Cor.1,21. & 15,1. 2.Cor.5,18.20.

II. Monitorius.

Auditorũ officium erga verbi miniſtros.

Ut auditores debitam miniſterio exhibeant reverentiam, obedientiam, & ſuſtentationem neceſſariam, ac pro illius conſervatione Deum orent ἀδιαλείπτως, in hac potiſſimum mundi ſeneſcentis pravitate, & Satanæ, in Antichriſto Romano ſævientis, miniſteriique puritatem funditus exſtirpare adlaborantis, rabie. Noſtrum itaque eſt;

1. *Deo pro miniſterii inſtitutione gratias devotiſſimas agere*, Pſ.84,5. & 118,15.

2. *Fideles Eccleſiæ miniſtros debito honore afficere*, 1.Tim.5,17.18. 1.Theſſ.5,12. Sir.7,31. Gal.4,14. Luc.10,16. 1.Theſſ.2,13.

3. *Eosdem audire*, & juxta Verbum ab ipſis prædicatum vitam piè inſtituere, Act.10,33. Ebr.13,17. 1.Cor.11,1.

4. *Liberaliter ipſos & honeſtè alere.* Deut.12,19. & 16,10. Gal.6,6. 1.Cor.9,11. 2.Cor.6,10. Rom.15,26.

5. Pro Doctoribus vota Deo nuncupare. Ebr.13,18. Pſ.68,29. Matt. 9,38. Eph.6,19.

III. Dehortatorius.

1. Ne miniſterium Evangelii contemnamus, negligamus, aut malè tractemus. Deus enim graviter injuriam miniſtris ſuis illatam ulciſci ac punire ſolet. Luc.10,16. 1.Theſſ.4,8. Gen.6,3. & 19,6. Amos 5,10. 2. Par.36,16. Jer.1,19. & 5,12. & 11,21. & 15,10. & 18,18. & 20,8.11. 2. Reg.2,23. & ſeq. Matth.11,20. & ſeqq. & 23,35. Pſal.9,13. Act.9,4. Gen.7,22.& 19,24. Num.11,33.1.Reg.22,34.38.2.Reg.9,33.2.Par.24,25 Act.12,23. Amos 8,11.12. 2.Theſſ. 2,10.11. Num.12,2.10. & 16,2.33. Pſ.105,15. 1.Par.16,22. Zach. 2,8. Act. 6,14 Pſal. 2,12. & 89,33. Miniſtros verbi nemo contemnat.

2. Ne contemtâ & abjectâ miniſtrorum ſpecie offendamur. Deus enim humilia eligit Miniſtrorũ Eccleſiæ cõtemtu nemo patiatur offendiculum.

1. ut magna confundat;

2. ut doctrinam cœleſtem non ſuper humanam ſapientiam fundatam eſſe innuat;

3. ut Dei Majeſtas in virtute miniſterii tantò fortiùs eluceſcat. Vide præced. diſp. 1. Corinth.1,26. & ſeq. & 2,4. & ſeqq. 2. Cor. 4,7.

IV. Conſolatorius.

1. Ex eo, quòd Eccleſia Chriſto curæ. Eccleſia eſt Chriſto curæ.

2. Quòd fideles Verbi miniſtros ſua quoque manſura ſint præmia, Matth.5,11,12. Sap.5,1. & ſeqq. 1. Pet.5.4. Apoc.2,10. Matt.25,23. Luc.22,28. 29. 2.Timoth. 4,6.7.8. Matth.19,28. Apoc.3,21. Dan.12,3. Apoc.2,26.28. Joh.12, 26. Miniſtrorum Eccleſiæ præmia.

V. Refutatorius.

Schwenckfeldianorum, Enthuſiaſtarum, Anabaptiſtarum, qui omnes, quanti quanti ſunt, nil niſi ordinarii miniſterii Eccleſiaſtici ſunt contemtores, externum Verbi & Sacramentorum miniſterium, fidei ac ſalutis conferendæ medium eſſe negantes, contrà verò ad afflatûs & verbum internum homines remittentes. Miniſterii Eccleſiaſtici contemtores, qui.

His proximè accedunt Calviniani & Pontificii, quod demonſtrat D. Gerhard. Tom.6. L.C. pag. 400. & ſeqq. Quibus omnibus opponenda contrarium ſvadentia ſcripturarum teſtimonia, nimirùm Pſal. 19,8.9. & 119,92. 105. Eſa. 55,10.11. Jerem.23,29.

Matth.13,23. Marc.4,20. Luc. 8,15 Joh.5,39. & 6,63. 68. & 8, 31.15. & 17,20. Rom. 1,16. & 10,17. & 15,4. 1. Cor. 1,21. Eph.1,13. Coloſſ 1,6. 2.Tim.3,15.16. Ebr. 4,12. Jac.1,18.21. 1.Pet.1,23. Rom.4,15. 2.Cor.3,6. Hactenus prima pars tractationis propoſitæ.

PARS II.

SEcunda pars exponit, quales ſeſe vocati piſcatores erga Chriſtum vocantem geſſerint. Tanta nimirùm fuit in mentibus eorum vis verborum Chriſti, ut ei protinùs ſeſe morigeros & obſequentes per omnia exhibuerint. Continuò enim illi relictis omnibus ſecuti ſunt Chriſtum;

1. *Obedientiam maturando*; εὐθέως ſequuntur, diſſimiles illis Luc.9,57.& ſeqq. qui non niſi rebus omnibus probè diſpoſitis ſequi volebant. *Vide*, inquit Theophylactus, *obedientes homines! ſtatim ſecuti ſunt*. Unde manifeſtum, quòd hæc ſecunda vocatio ſit. Antea enim docti erant à Chriſto: deinde reliquerunt eum; nunc autem viſô ipſô ſtatim ſecuti ſunt.

2. *Omnia deſerendo*: retia, naves, Patrem ſeniô jam confectum. Apparet Zebedæum non crediſſe, & propterea reliquerunt eum. *Vides quando oportet relinquere patrem, nempè quando obſtat virtuti & pietati.* Theophyl.

Parentes quando deſerendi.

3. *Chriſtum ſtudioſè ſectando*. Theophyl. *Hi autem ut viderunt priores ſequentes Chriſtum, meritò ſecuti ſunt, imitantes illos.*

Lib. 1. de Evang. hiſt.

Huc refer verſus Juvenci:

Illi confeſtim firmatô pectore certi
Retibus abjectis, pariter præcepta ſequuntur,
Poſt geminos Jacobum Johannemq; marinis
Inſidias gregibus maculoſô innectere textu
Ut vidit, ſimilemq; dedit de littore vocem,
Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt,
Illicò ſectantes pulcerrima juſſa ſalutis.

USUS I. Informatorius.

Miniſterii efficacia.

De efficacia miniſterii. Quemadmodum enim Chriſti vox in vocandis hiſce Apoſtolis fuit ἐνεργητική: ita per Apoſtolorum Apoſtolicorumque virorum miniſterium ſe ad ſalutem hominum ſimiliter fore efficacem hoc quaſi præludio præſignificavit Act.2,37. & 16,17. & 17,11. Ebr.4,12. Eſa.51,16. 1.Cor.2,14. Luc.13,19. 1.Cor.3,8. 2.Cor.3,3.

Huc

Huc referenda ſunt omnia ſcripturæ dicta, in quibus ſpirituales Verbi miniſtris & divini effectûs tribuuntur. Dan. 12, 3. Luc. 1, 77. Joh. 1, 7. Act. 26, 18. Rom. 11, 14. 1. Cor. 3, 5. 9. 1. Cor. 4, 1. 15. Gal. 4, 19. Eph. 3, 8. 9. 1. Tim. 4, 16.

Quibus accenſemus ea lecta, in quibus Chriſtus ipſe ac Spiritus ſanctus dicuntur loqui in Apoſtolis, & aliis doctrinam Apoſtolicam proponentibus, Matth. 10, 20. 2. Cor. 13, 3. Rom. 15, 18. Act. 11, 14. & 9, 15. Marc. 16, 20.

II. Monitorius.

Ne ad functionem aliquam legitimè vocati odioſè repugnemus, ſi vel maximè cum aliqua rei familiaris jactura, vel quodam cum periculo conjuncta videatur, Exod. 3, 11. & 4, 1, 10. 12. Jer. 1, 6. 7. 8. 9. Sir. 10, 29. & 20, 32. Jon. 1, 7. & 2, 1. Vide plura in præc. diſp.

Officium nemo legitime vocatus repudiet.

III. Conſolatorius.

Pro verbi miniſtris, ne vel ob donorum tenuitatem, vel ob curarum, laborum ac periculorum pluralitatem animum abjiciant, 2. Cor. 3, 5. Pro. 16, 3. Pſ. 37, 5. Sir. 2, 6. & 10, 31. Pſal. 91, 11. Zach. 3, 7. Exod. 4, 12. Matth. 10, 30. 31.

Miniſtri verbi non ſint animo abjecto.

Fac tua, quæ tua ſunt, quæ recta vocatio poſcit;
Committas uni cætera cuncta Deo.

DISPOSITIO TERTIA.

PROPOSITIO μερομερής.

FEſtum Andreæ malè, impiè, ſuperſtitioſè & idololatricè celebratur à Pontificiis, fabulas de Andrea, plus quâm aniles recitantibus, eundemque religioſo adorationis cultu venerari mandantibus. Sanctum illum Andream (verba ſunt Parati ſerm. 2. de Andr.) libenter debemus venerari, quia poteſt nos à tentationibus liberare, & in neceſſitatibus ſubvenire: A quorum cultu abhorremus meritò.

Pontificiorum fabulæ de Andrea Apoſtolo.

Nos filum ſecuti Evangelii, verum feſtum Andreæ celebrandi *modum monſtrabimus, quo accuratè obſervato Dei nomen rectè ſanctificabitur.*

Nomen Dei quomodo rectè ſanctificandum.

Ἐξήγησις.

Rectiùs itaque Papicolis ſuperſtitioſis Andreæ feſtivitatem celebrabimus:

Miniſterii Autor. I. *Miniſterij authorem reſpiciendo.* Quis ille? Filius Dei unigenitus, quatuor hoc loco piſcatores collegio diſcipulorum ſuorum adſocians. Vide præced. diſp. D. Gerhard. Tom. 6. L. C. pag. 73. & ſeqq.

Porrò ambulans ad mare miniſtros verbi vocat Chriſtus, eo ipſo innuens, Eccleſiam N.T. nulli certo loco perpetuò eſſe alligatam, Act. 17,30. Matth. 24,23.

Mundus cur comparetur mari. Myſticè per mare intelligitur mundus. Quemadmodum enim in mari corporibus hominum multa, eaque præſentiſſima imminent pericula: Ita in mundo infinita ſtruuntur animabus hominum pericula, Ex hoc mari vocat nos Deus vocatione duplici:

1. unâ exteriori, per Verbi prædicationem: Matth. 10, 20. Luc. 11, 28.

2. alterâ interiori, per Sancti Spiritûs inſpirationem, Oſe. 2,14. loquar ad cor ejus. Hinc bonæ in hominis verè pii obortæ cogitationes

Cogitationes hominis verè pii

1. de vitæ præſentis inſtabilitate;
2. de mundi falſitate,
3. de mortis incertitudine;
4. de peccatorum ſpinoſitate;
5. de inferni acerbitate;
6. de futuræ gloriæ immenſitate. Hæc eſt vox Dei in corde loquentis, Rom. 8,26. Apoc. 3,20. Prov. 1,42. & ſeqq.

Concordia eſt res neceſſaria. II. *Fraternè invicem & concorditer vivendo.* Eam enim ob cauſam fratres ſibi adſcivit Apoſtolos. Concordiam autem fraternam ut Chriſtiani inter ſeſe omnes alant, in omni vitæ genere, eſt perquàm neceſſarium, Pſ. 133,1. Luc. 2,14. Marc. 9,50. 2. Cor. 13,11. Phil. 2,2. & 4,2. 1. Pet. 3,8. Eph. 4,3. Act. 4,32.

Juxta hanc vivamus unanimes, ut fratres & ſorores Chriſti, unum in cœlis Patrem habentes, 1. Cor. 1, 10. & 12,12. Eph. 4,25. 1. Petr. 4,10. Inprimis verò decet gubernatores in Eccleſia & Politia, piam colere & fovere Concordiam, Pſ. 68, 13. Phil. 3,16. Gal. 6,2. 2. Cor. 3,11. Sir. 25,1.2. Gen. 13,8.

Nullâ enim re magis ædificatur Eccleſia, quàm piâ miniſtrorum concordiâ, Pſalm. 133, 1.2.3. Pſalm. 68,12.13. & 85,11. Joh. 13,34. & 15,12. Rom. 12,4.10. & 15,6. 1. Cor. 1,10. 2. Reg. 20,19. 1. Tim. 2,2. Pſ. 122,7. Sir. 50,25. Jac. 3,17.

III. *Opem vocationis, ſuo loco & tempore, gnaviter faciendo*, Matth. 6,33. Vide Domin. 5. & 15. poſt Trinit.

IV. Ve-

Digitized by Google

IV. *Vocanti Chriſto non reſiſtendo*, ſed promto animo obſequendo. Luther in Poſt. Eccleſ. h.l. Es iſt ſich zu verwundern/ daß ſie ſo bald auff ſind geweſen / vnd Chriſto nachgefolget/ ohn Verheiſſung vnd Zuſage/allein daß ſie Fiſcher der Menſchen ſeyn ſolten. Aber was richtet Chriſtus Wort nicht aus/ wo es ins Hertz kömpt? Vide ibidem plura.

Non autem loquimur jam de generali vocatione, quæ fit ad regnum Chriſti, Rom.1,6. 1.Cor.1,2. Eph.4,1. 1.Theſſ.2,12. ſed de ſpeciali, quæ peculiarem reſpicit functionem, hoo loco Eccleſiaſticam ad Verbi miniſterium. Ea verò eſt *Vocatio ad miniſteriũ duplex.*

1. *immediata ſive extraordinaria*;

2. *mediata ſive ordinaria*. Deus enim ad quem jus vocandi & mittendi Eccleſiæ miniſtros pertinet, duplici illos ratione vocat, quibus publicum docendi in Eccleſia munus vult commiſſum, immediatè per ſeipſum; & mediatè per Eccleſiam. De utroq; modo vide iterum B. Lutherum d.l.

Incidunt hoc loco de vocatione miniſtrorum verbi quæſtiones aliquot, διασκέψει ac conſideratione crebrâ vel maximè dignæ.

1. *Quæritur, an immediata vocatio ſemper conjunctam habeat poteſtatem edendi miracula?* Reſp. Habuit olim plerunque, Exod.4,2. Num.17,8. 1.Sam.3,12. & 7,10. & 17,35.50. Matth.10,8. Luc.9,1. & 10,9. Marc.16,17. 2.Cor.12,12. non ſemper, hodie non tam neceſſaria, quàm ſuſpecta habetur, propter miraculorum falſorum copiam, Johann.10,41. Luc.3,2. Vide D. Gerhard. Tom.6. L.C. p.121. Dann es können falſche Propheten auch Zeichen thun/ wie Moſes ſagte zu den Jüden/ Deut.13. Ja der Teuffel kan auch Wunderzeichen thun/Luther. in Poſtill. Eccleſiaſtica. *Vocatio immediata an habeat poteſtatẽ edendi miracula.*

2. *Q. An vocatio immediata hodieq; ſit exſpectanda?* Negatur, *Vocatio immediata hodierno die an exſpectanda.*
1. *ob promiſſionis carentiam*, Eph.4,11.12. Act.14,23.
2. *Ob neceſſitatis inopiam*, 2.Tim.2,2. Tit.1,5. promiſit enim Chriſtus conſervationem miniſterii uſque ad conſummationem ſeculi, Matth.28,19. 1.Cor.11,26. Galat.1,8. Apoc.22,18.
3. *Ob periculi apparentiam*, Matth.24,24. 2.Theſſal.2,9. Vide D. Gerhard. Tom.6. L.C. p.124. D. Paul.Tarnov. in tractatu de miniſterio Eccleſ. p.73.

3. *Q. An mediata, quâ hodieq; gaudemus, vocatio non minùs ſit divina ac immediata?* Affirmatur; quia *Vocatio mediata an ſit divina ut immediata.*

1. *ad*

Digitized by Google

1. *ad Deum authorem refertur*, Num. 3, 11. 2. Par. 29, 11. Pſ. 68, 12. Eſ. 4, 27. Jer. 3, 15. & 23, 4. 1. Cor. 12, 28. Eph. 4, 11.

2. *Apoſtolica authoritate nititur*, Act. 14, 22. 1. Tim. 4, 14. 2. Tim. 1, 6. & 2, 2. Tit. 1, 5. 2 Cor. 5, 18. Actor. 20, 28. 1. Corinth. 3, 5. 6. Col. 4, 17.

3. *Salutaribus Dei promiſſis fruitur*, 1. Tim. 4, 14. 16. 2. Cor. 3, 6. Vide præced. Item D. Gerh. d. l. p. 125. & D. Tarn. p. 74.

Miniſterii legitimum an in Eccleſiis Evangelicis adhuc inveniatur.

4. *Q. An verum & legitimum ſit hodieq; in Eccleſiis Evangelicis miniſterium?* Reſp. Affirmatur contra Jeſuitas, Eccleſiam apud nos veram eſſe negantes, propterea quòd veri Paſtores ſive miniſtri apud nos ſint nulli; (ita libet illis ἀδολεσχεῖν, h. e. falſum & incertum per æquè falſum ac incertum probare, quod eſt τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖσθαι) & proinde nec verum miniſterium. Bellarm. lib. 2. de Eccleſ. cap. 8. & lib. 1. de Clericis cap. 3. Nos affirmamus;

Eccleſia vera an ſit apud nos Lutheranos.

1. *quia in Eccleſiis noſtris ſunt eſſentialia miniſterij requiſita*; quod conſtat partim ex illis ſcripturarum teſtimoniis, quæ agunt de miniſterio, miniſtrorumque vocatione, ordinatione & miſſione; partim ex adverſariorum confeſſione tacita & probationis defectu: Ergò etiam ipſum miniſterium.

2. *In Eccleſiis Evangelicis eſt effectus miniſterij, inſertio in Eccleſiam & ſalus hominum.* Ergò etiam ipſum miniſterium, illius cauſa inſtrumentalis ordinaria. Vide Tarnovium cap. 1. & 2. de miniſt.

Vocatio miniſtrorum Evangelicorum an ſit legitima.

5. *Q. An vocatio miniſtrorum Evangelicorum ſit legitima?* Reſp. Affirmatur: quia vocantur eo modo, quem Deus ipſe inſtituit & Eccleſiæ præſcripſit. Fit enim à tota Eccleſia & omnibus tribus illius ordinibus; quando ad Exemplum Eccleſiæ Apoſtolicæ & primitivæ homines idonei neceſſariisque donis à Deo inſtructi, ab ordinariis Presbyteris, Magiſtratu conſentiente, & populo ſuffragante, poſt vocationem legitimam, per impoſitionem manuum & preces ordinantur, & hac ratione cultui divino deſtinantur, conſecrantur. Nihil hac in parte moramur Eſauitarum φλυαρίας, qui ideo noſtrorum miniſtrorum vocationem ſuſpectam reddere, fruſtrà, conantur, quòd non ſint vocati à Pontifice Rom. non ordinati ab Epiſcopis, quibus ſolis jus vocandi & ordinandi competat. Videat, qui volet, D. Gerhard. ſect. 4. de miniſt. Tom. 6. L. C. à pag. 125. usque ad 182. Item Section. 9. pag. 219.

6. Q.

Digitized by Google

6. *Q. Qualis fuerit vocatio Lutheri?* Reſp. Fuit mediata:
1. quia ordinatus fuit Presbyter ab Epiſcopo ſuo anno Chriſti 1507. ubi in ordinatione & inauguratione ſua accepit poteſtatem docendi Verbum Dei.

Vocatio Lutheri an mediata.

2. Quia vocatus fuit anno 1508. à Johanne Staupitio Auguſtinianorum Generali, accedente Confirmatione & conſenſu Electoris Friderici, ad Presbyterium & Profeſſionem Theologicam in Eccleſia & Academia Witebergenſis.

3. In ſolemni Doctoratûs actu anno 1512. accepit poteſtatem veritatem doctrinæ cœleſtis, contra quoſvis ἑτεροδόξους vivâ voce & ſcriptis defendendi. Interim negari & illud nec poteſt, nec verò debet, aliquid extraordinarium ac peculiare in vocatione ejus concurrere quâ ratione vocatio ejus tum ordinaria fuit, tum extraordinaria. Ordinaria fuit ejus vocatio, miſſio & ordinatio; extraordinaria vocati, miſſi & ordinati excitatio ad revelandum & excidendum Anti Chriſtum. Gerhard. Tom. 6. ſect. 8. p. 200. & ſeqq. D. Tarn. lib 1. cap. 2. de miniſt.

7. *Q. Quibus potiſſimum in rebus vel partibus conſiſtat officium miniſtrorum Eccleſiæ?* Reſp.

Officiū miniſtrorum Eccleſiæ in quibus conſiſtat.

1. *In verbi cœleſtis prædicatione*, Matth. 28. 19. Marc. 16, 15. 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 9. Act. 20, 28. & 26, 18. 1, Tim. 5, 18.
2. *In Sacramentorum divinitùs inſtitutorum diſpenſatione*, 1. Cor. 4, 1. Matth. 28, 19.
3. *In diligenti pro grege commiſſo precatione*, Jac. 5, 16. Johan. 17, 20. Exod. 32, 11. Levit. 5, 6. & 16. 34. 1, Sam. 12, 23. Jer. 23, 3. & 37, 3. Dan. 9, 17. 2. Cor. 13, 7. 9. Eph. 1, 15. 16. 17. & 3, 14. Phil. 1, 4. 9. Col. 1, 3. 2. Theſſ. 1, 11. Act. 12, 5.
4. *In honeſta vita morumq́ gubernatione*, 1. Tim. 1, 18. & 3; 2. & ſeq. & 4, 7. 12. & 6, 11. 2. Tim. 2, 15. 22. Tit. 1. 7. 8. & 2, 7. Rom. 2, 21. Pſ 50, 16. 1. Cor. 9, 27.
5. *In diſciplina Eccleſiaſtica adminiſtratione*, Matth. 18, 15. Gal. 6, 1. 1. Tim. 5, 20. 21. Gal. 2, 14. 1. Cor. 5, 4. & ſeqq. 2. Cor. 2, 6.
6. *In rituum Eccleſiaſticorum obſervatione.* Rom. 14, 15. 1. Cor. 8, 9. & 14, 12. Gal. 5, 1. 1 Cor. 7, 23. Gal. 2, 4. 5.
7. In *pauperum curatione ægrorumq́ viſitatione.* Joh. 13, 29. 1. Cor. 16, 1. Gal. 2, 9. 10. Act. 6, 5.

V. *Præceptis & mandatis Domini obtemperando.* Fiat verò illud, non

Præceptis Domini quomodo obtemperandum.

1. coactè, quemadmodum de Pharaone legitur, Exod. 7, 8. 9, 10. capp.

2. nec hypocriticè, Matth. 21,28.29.30.

Sed 1. *læranter:*

2. *libenter:*

3. *incunctanter.* Auguſt. *Verus obediens mandatum non procraſtinat, ſed parat aures auditui, lingvam voci, oculos viſui, manûs operi, pedes itineri, & ſe totum intra ſe colligit, ut mandatum peragat imperantis.*

Deo ſoli ſerviendum.

VI. *Domini ſoli ſerviendo.* 1. Reg. 7,3. Matth. 6.24. Quidam ſerviunt.

1. diabolo per ſuperbiam;

2. corpori per gulam; Rom.16,18. Phil.3,19. Luc.16,19.

3. voluptati per luxuriam; Rom.6,12.16.

4. Mammonæ per avaritiam. Matt.6,24. 2.Pet.2,19

Verè-pii ſoli Deo adhærentes ſoli ipſi ſerviunt. Exod. 23,25. Deut. 6,13. & 10,20. Pſal.2,11. & 22,31. Sir.1,36. & 18. 23.

VII. *Mundo rebusq́; mundanis propter Chriſtum renunciando; vel ſeipſum abnegando.* Matth.16,24. Aliàs dicitur paupertas ſpiritualis, Matth.5,3. odium ſui ipſius, Luc.14, 26. Eſt autem abnegare ſeipſum, non alterius judicio & voluntati ſeſe accommodare; ſed renunciare

Abnegare ſeipſū quid

1. proprio amori; Eſa.28,20. Eph. 5,29.

2. proprio honori; Joh.5,44. Rom.1,30. 2.Tim.3,1. Pſ. 115, 1. Joh.12,26. Gal.5,26. & 6,3. Phil.2,3.

3. *propriæ voluntati;* Gal.5,17. Matth. 26,39. Luc. 11, 2. Matth. 6,10.

4. *propriæ voluptati;* Pſ.37,5. Exod.25,17. Deut.5,21. Sap.4,12. Tob.3,16. Sir.19,30.31. & 23,45. Gal.5,16.24. 2.Tim.2,12. Tit.2,12. 1.Pet.2,11. & 4,2.3.

5. *propriæ utilitati;* 1. Cor.13,5. Matt.20,28. Sir.13,5. & 38,8. 1. Cor.12,7. Phil.2,4.

6. *propriæ ſapientiæ;* 1. Cor.3,18. 2. Cor.10,5. Rom. 8,7. 1. Cor.2,14. Eſa. 5, 21. Jerem.9,23. 24. Rom.12, 16. 1. Corinth. 1,19.

7. *propriæ vitæ*, Job.2,4. Act.20,24. 1.Johann. 3,16. Matth. 10,39. & 16,25. Luc.9,24. & 14,26. Joh. 12,25. Luth. in Poſt. Eccl. Niemand wird Chriſtum erkennen/ es ſey denn ſach/ daß er alles verlaſſe/ vnd hange mit dem Hertzen vnd Begierde an keiner Creatur mehr.

Cauſæ quibus ad nos ipſos abnegandū impellimur.

Gravia videntur carni hæc omnia: notentur ergò cauſæ impellentes;

1. dicti-

Digitized by Google

1. *diſcipulorum Chriſti proprietas*; Matt.16,24. Marc.8,34. Luc.9, 23. Gal.2,20. & 5,24. 2. Cor.5,17.

2. *Summa neceſſitas*, Luc.14,26.33.

3. *Maxima utilitas*; ſic homo Deo adpropinquat, Jac.4,7.

IIX. Virtutes Andreæ imitando. Emicant præ cæteris in ipſo, Andreæ Apoſtoli virtutes.

1. *pietas*, quam perſpicere licet, Joh.1,38. ex diligenti Meſſiæ inquiſitione.

2. *Obſequendi facilitas*; non eſt inter procraſtinatores.

3. *In officio faciundo ſedulitas*, Sir.11,24. & ſeq. 1.Theſſ.4,11.

4. *Patientia & conſtantia*, quam ad mortem uſque declaravit B. Andreas, cujus hiſtoriam, paſſiones & martyrium, vide apud Oſiandrum in Centuriis, Item in Dreſſero de feſtis diebus, & Parato. Operetur has & alias virtutes in nobis Spiritus Dei ſanctus, cui cum Patre & Filio ſit laus, honor & victoria per infinita ſecula, Amen.

IN FESTO B. THOMÆ APOSTOLI, EVANGELIUM

Joh. 20. à verſ. 24. ad 30.

DISPOSITIO PRIMA.

VErſatur præſens Evangelium in genere cauſarum Demonſtrativo: continet enim hiſtoriam, de ſpeciali Chriſti apparitione, facta in gratiam Thomæ Apoſtoli, octavo à Reſurrectione glorioſa die. Aliena hæc videntur à tempore. Quæ enim circa Paſcha facta ſunt, ea hoc anni tempore tractantur, quo Adventus Salvatoris noſtri Eccleſiæ inculcatur, & ad τῶν γενεθλίων Jeſu Chriſti piam meditationem animi auditorum præparantur. Verùm enim verò ſi altiori mentis trutinâ rem ponderaverimus, nihil abs re dici, nihil ab inſtantis ſolemnitatis feſtivitate alienum proponi animadvertemus. Patet hoc ipſum

Feſtum D. Thomæ Apoſtoli cur ante nativitatē Chriſti celebretur.

1. *ex hiſtoriæ cum tempore conformitate.* Agitur jam de Adventu Chriſti, *tum* ad homines in mundum; *tum* contra homines impios; *tum* in homines per Verbi prædicationem, Sacramentorumque adminiſtrationem; quibus mediis omnia ſua bona ac beneficia nobis confert, immò in nos transfert, in cordibus noſtris

habitando, ſolatium, Spiritum S. & amorem ſui nobis infundendo, cujus rei in Thoma evidentiſſimum conſpicitur exemplum, qui hac ratione ex incredulo factus eſt credulus.

2. *Ex Adventus ſive Incarnationis utilitate.* Si enim quæras, cur & quo fine Verbum caro factum ſit? Reſpondet Salvator Luc. 19,10. Venit Filius hominis quærere & ſalvare, quod perierat: documentum iſtius rei converſio Thomæ ſuppeditat.

3. *Ex confeſſionis Thomanæ ſublimitate.* Ea enim in unum quodammodo faſciculum colligavit omnia, quæ de Immanuele noſtro ſcire & credere hominem pium par eſt.

Thomæ vocatio. Ceterùm Thomas, cujus memoriam d. 21. Decembr. cum Eccleſia & nos recolimus, fuit unus ex duodecim illis Jeſu Chriſti Apoſtolis, immediatè & ipſe à Filio Dei vocatus, ad docendum Evangelium ubique gentium, habens teſtimonium Spiritûs ſancti, quòd non erret. Matth. 10,3. Marc. 3,18. Luc. 6,15. Johann. 16, 13.

Hiſtoria Evangelica. In hiſtoria, quam vocamus, Evangelica, quinquies Apoſtoli
1. hujus fit mentio. Joh. 11,16. cohortatione ad collegas trepidantes inſtituta cum Magiſtro Jeſu ad Lazari reſuſcitationem commigrandū eſſe ſvadet, ſi vel maximè præſentiſſimū omnibus vitæ periculum imineat: Eamus & nos, inquit, ut moriamur cum eo. Johan.
2. 14,5. de ſalute ſua ſollicitus, in viam, quâ ad Patrem manſioneſque cœleſtes ſit eundum, ſtudioſè inquirit; hoc ipsô anſam præbens ſententiæ maximè Theologicæ: Ego ſum via, veritas & vita. Johan.
3. 20,24. & ſeqq. ſpecialis de ipſius ἀπιςίᾳ & converſione extat hiſtoria, præſentis feſtivitatis propria. Joh. 21, 2. cum reliquis Apoſtolis
4. piſcatum vadit ad mare Tiberiadis, ubi novâ φανερώσει diſcipulis ſuis, poſt reſurrectionem, vivum ſe conſpiciendum ſiſtit. Demum
5. Act. 1,13. connumeratur iis, qui poſt aſcenſionem Chriſti precibus pro dono Spiritûs S. impetrando incubuerunt. Plura de hoc Apoſtolo Scriptura non habet.

Fabulæ. Fabuloſa ſunt pleraque, quæ Romanenſes de ipſo narrant ſacrificuli. D. Johannes Pappus Epit. hiſt. Eccleſ. p. 27. ita habet: Thomæ Apoſtolo Abdias Babylonius Indiam adſignat. Nicephorus addit Æthiopas & Indos, extremamque Orientis oram, & ultimum Oceanum, nec non Taprobanam inſulam, gentemque Brachmanum. Lanceis tandem confoſſum eſſe propter conſtantem Evangelii profeſſionem plerique tradiderunt: quanquam alii gladiò percuſſum vitam finiiſſe adſerant. Confer D. Oſiandrum Hiſtor. Eccleſ. centur. 1. lib. 2. cap. 32. ſed tranſeat hæc. Nos textûs Evange-

ge-

gelici enarrationem ſuſcepturi tribus eam partibus includemus; dicturi

1. *de Thomæ incredulitate;*
2. *de Christi bonitate ſive longanimitate;*
3. *de Thoma poſt converſionem credulitate.*

PARS I.

Quoad primam partem, obſerventur pro meliori ejuſdem intelligentia tres circumſtantiæ, quarum mentionem Evangeliſta Johannes facere voluit.

I. *Quis fuerit?* Deſcribitur verò ille. — Thomæ nomen.

1. *ratione nominis:* Thomas, Hebr. תּוֹמִים gemelli, à radice תָּאַם geminus fuit, congeminatus eſt. *ἔτυμον* Evangeliſta ipſe exprimit, *quòd* dictus fuerit δίδυμος, geminus: *vel quòd* unô partu cum alio fratre uterino enixus; *vel quòd* in circumciſione hoc nomen arbitrariè à parentibus ipſi inditum fuerit. De patria ejus non conſtat: Galilæum autem & piſcatorem fuiſſe, ex Joh. 21, 2. probabiliter colligitur. Nonnulli Judam Thaddæum fuiſſe adſeverant, quô fundamentô ipſi viderint.

2. *Ratione functionis.* Fuit εἷς τῶν δώδεκα, Apoſtolus Jeſu Chriſti. Quæritur: cur duodecim dicantur, cùm Judas ſuſpenſus numerum duodenarium tum interruperit?

Reſp. 1. *Maxima pars retinet nomen totius.*

2. *Loquitur ita Apoſtolus,* reſpiciens ad Dei ordinationem, ex cujus intentione duodecim debebant eſſe Apoſtoli.

3. *Quia cùm hæc ſcriberentur,* verè duodecim erant, Matthiâ jamdudum in venerabile hoc collegium electô & cooptatô.

II. *Quid Thomas fecerit?* Peccavit enormiter per incredulitatem, peccatorum omnium matrem (heu) fœcundiſſimam. Mundus leve hoc judicat peccatum, immò cum Plautino illo tacitè collaudans inquit: Manûs noſtræ ſunt oculatæ, credunt quod vident: Verùm grande Thomam commiſiſſe peccatum, ex iis, quæ ſubſequentur luce meridianâ clariùs apparebit. — Factum.

III. *Cur non crediderit?* Vel: quomodo in tam grande peccatum, virô Apoſtolicô maximè indignum, prolapſus fuerit? Cauſa in textu enarratur à Johanne triplex. — Thomas cur non crediderit.

1. *Thomæ abſentia,* lapſui tam enormi ἀφορμὴν quaſi quandam, anſam & occaſionem præbens. Abſuiſſe enim ille dicitur

D 3 à cœ-

à cœtu diſcipulorum, cùm appareret Dominus & redivivum ſeſe exhiberet mulieribus, Simoni Petro, diſcipulis Emaunticis, reliquisque in timore Domini congregatis fidelibus. Tradunt nonnulli, abfuiſſe Thomam ab eo adhuc tempore, quô in horto, proditô à Juda Dominô, diſperſio diſcipulorum facta fuerat ad unum omnium: quæ ſupina Thomæ negligentia excuſari nullô poteſt modô.

2. *Moroſa ejusdem ſive αὐτοσοφία ſive δοξοσοφία*: ſibi ſolus ſapit, ſuisque pertinaciter innititur cogitatis, ſuo indulgens cerebro.

3. *Cum immodeſtia conjuncta pertinacia.* Reliquis enim diſcipulis, ſe Dominum vidiſſe redivivum, atteſtantibus, ille mendacii manifeſtè omnes arguit, immodeſtè ſatis reſpondens: niſi videro in manibus ejus veſtigia clavorum, & mittam digitum in veſtigium clavorum, & mittam manum meam in latus ejus οὐ μὴ πιστεύσω planè non credam: duplex negativa vim negationis auget. En tibi in malo προαίρεσιν! en impietatem! en contumaciam tantùm non inexpugnabilem! Poſtulat nimirùm ille non ſolùm demonſtrationem ocularem, ſed ſenſum quoque tangendi; immiſſurus eſt digitos εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων. Patet inde tripliciter Thomam peccâſſe:

Thomæ Apoſtoli triplex peccatum.

1. ex incredulitate dubitando;

1. de Apoſtolorum aſſertione;

2. de Angelorum concione;

3. de Chriſti promiſſione;

2. Dubitationem apertè profitendo, atque ita alios ſcandalizando:

3. In eadem pertinaciter perſeverando.

Porismata & Theoremata Theologica primæ partis.

Cœtus piorũ amandi.

I. Diſcamus amare cœtûs piorum, illisque libenter ac frequenter intereſſe. Pſal.100,4. Eſa.2,3. Ezech.33,30. Zach.8,21. Pſal. 27,4. & 42,2. & 122,1. Act.10,33. & 16,14. Exod.31,13. Levit.23,3. Jer. 17,24. Ezech.20,20. Matth.6,33.

Conventûs publicos Eccleſiæ deſerere multũ nocet.

II. Publicos Eccleſiæ conventûs deſerere, & à piorum conſortio ſeipſum ſegregare, maximo cum ſalutis eſt periculo conjunctum, Ebr.10,24.25. Pſ.26,6.7.8.

III. Pietatis ſingularis charitatisque Chriſtianæ opus eſt, de ſalutis negotio cum aliis ſermones conferre eosque erudire. Pſal. 34,12. Gen.18,19.

IV. Ne-

IV. Nemo hominum, quantumvis etiam ſanctorum & renatorum, ſine crimine vivit. Et

quamvis cuncta notes, quæ luſtrat ſigna Bootes,
non reperire potes, quem ſine labe notes.

1.Reg.8,46.Pſ.14,3. & 143.2. Prov.20,9. Eccl.7,21. Eſa.53,6. Joh 3, 6. Rom.3,9.10. 23. & 5,12. & 11,32. Gal.3,22. Eph.2,2. 1.Joh.1,8.Job.4,18 & 15,15. 16. Pſ.32, 6.

Nemo ſine crimine.

V. Converſatio cum bonis non improbanda, ſed expetenda, propter ſingularem, quem habet, uſum, Pſal.18,26.1.Corint.7,16. Prov.17,17.

VI. De incredulitate, cujus ea vis eſt & natura, ut ne in renatis quidem tollatur penitùs, Num.11,21. & 20,11. 2.Reg.7,2. Vide Dominicâ Cantate plura.

VII. Apparet ex hoc loco carnis humanæ ingenium. Quando res ex animi ſententia fluunt, exiſtimamus nos in fide ſatis eſſe firmos ac ſtabiles, perinde ut Thomas, Chriſto ἐν ἐξουσίᾳ docente, Luc.4,32. & edente miracula, ſe fide robuſtâ inſtructum opinabatur; qualis verò in adverſis fuerit, præſens hiſtoria abundè ſatis teſtatur, Joh.11,15. Pſ.30,7.8. Jer.17,9.

Carnis humanæ inconſtantia.

IIX. Fideles Eccleſiarum miniſtri ſuarum eſſe partium ſtatuant, errantes oviculas in viam revocare, Luc.15,4. 1.Pet.5,2. Ezech.34,4. Gal.6,1. 2. Ebr.13,17. Act.20,31.

IX. Monemur de cavenda ſtudiò, quantò fieri poteſt, maximò αὐτοσοφίᾳ Rom.12,16. Ebr.11,1. 2.Cor.10,5. Prov.3, 7. Eſa.5,21. 2.Cor.3, 18.

X. De ſecuritate excutienda. Lapſus enim majorum ſit terror minorum, Rom.11,21. 1.Cor.10,12. 1.Pet 5,18. Apoc.3,11.

Lapſus in incredulitatem eſt facilis.

XI. Facilis eſt lapſus in incredulitatem; præcipuè ſi

1. Verbum Dei negamus;
2. Motibus Spiritûs S. repugnamus;
3. Rationi humanæ obtemperamus: Pſal.37,31. & 119, 9. 11. & 105. 165. 2.Tim.3.16. Joſ.1,8. Gen.6,3. Ezech.2,6. Act.13,45. Eſ.3,8. & 45,24, 2.Tim.3,8. Act.7,51. 2.Cor.10,4.5.

XII. Fides non eſt res adeò facilis, quemadmodum Jeſuwitæ falsò ſibi imaginantur, atque eam ob cauſam Eccleſias noſtras odioſè traducunt, ac ſi viam in cœlum nimis facilem comminiſcamur. Diverſum teſtatur, poſt Thomæ exemplum, communis piorum omnium experientia; in tentationibus enim apparet demum, fidem non eſſe opus humanarum virium, ſed Dei donum. Joh.6,29. 1.Cor.12,6. 2.Theſſ.3,2. Phil.1,29. & 2,13. Joh.15, 5.

Fides res ardua.

XIII.

Fides poteſt facilè amitti.

XIII. Fidem facilè poſſe amitti exemplô Thomæ liquet. 1.Cor.9,27. Matth.13,5. 6.7. Ebr.6,4.5. & 10,26. 2.Pet. 2,20. 1. Tim. 4,1. Luc.17,5.

Errata Sanctorum in ſacris cur notata.

XIV. Cur ſanctorum πλημμελήματα & errata in literas ſacras ſint relata? Non certè ut inde anſa ſumatur, interdicendi laicis lectione S. Bibliorum: ſed ſcripta hæc ſunt;

1. in noſtri informationem, ut nimirùm inde diſcamus, quòd

1. ſolus Deus ſit ſanctus, atque ita omnis gloria ſoli Deo maneat. Eſa.42,8. & 48,11. Deut.32,3.4. Joſ.24,19. Pſ.99, 17. & 111,10. & 145,17. 1.Sam.2,2. Levit.11,45. & 19,3. Eſa.6,4. 1.Sam.6,20. Joh.17,11. 1.Pet.1,16. Apoc.3,7. & 6,10.

2. Omnibus ſanctis ſit neceſſaria peccatorum remiſſio. Pſal.32,6. Matth.6,12. Rom.7,17. Pſ.90,8.

3. Eccleſiæ admixti ſint multi infirmi & non-ſancti: arcam Nohæ ingrediebantur animalia munda & immunda. Gen. 7,8. Matth.13,25,47. Ezech.33,31. Jer.11,15. Tit.1,16. 2.Tim. 2,20. & 3,5 Matth.22,2.10. & 25,1. Eſa.48,1.2. Matth.15, 8. Joh.6,70. & 13,10. Rom.10,16.

4. Magni etiam viri lapſibus & infirmitatibus gravibus ſint obnoxii. Pſ.62,10. 1.Cor.10,12. Jac.3,2.

5. Infirmi ſint tolerandi. Eſa.42,3. Rom.14,1. Gal.6,1.1.Theſſ. 5,14. Act.20,35. Ezech.34,4. Act.17,30.

2. Ad noſtri conſolationem, verè cumprimis ac ſeriò pœnitentium omnium, 1.Tim.1,15.16. Ezech.33,11. Sap.12,19. 1. Tim. 2,4. 2.Pet.3,9.

3. Ad eorum refutationem, qui pro meritis operum, tanquam pro aris ac focis, acriter depugnant, Jac.2,10.

XV. Patet ex hac hiſtoria difficultas articuli de reſurrectione. Act.17,20. & 26,24.

Articuli de reſurrectione probatio.

XVI. Probant autem hunc articulum multa:

1. Scripturarum S. evidentia, Job.19,15. Eſa.26,16. Ezech.37, 12. Dan.12,2. 1.Cor.15,1.4.5. & ſeqq. 1.Theſſ.4,14. 1. Reg. 18,22, 2.Reg.4,32. & 18,21. Matth.9,25. Luc.7,15. Joh.11,43. Matth.27,52. Act.9,40.& 20,10.

2. Dei omnipotentia, Luc.1,37. Rom.4,17.21.

3. Dei juſtitia, 2.Cor.5,10. 2 Theſſ.1, 6.

4. Dei ſapientia, &c. Vide feſt. Paſch.

XVII. Solitariè vivendi ratio eſt periculoſa; ideoque fugienda, Eccl.4,10. 2. Cor.11,3. Gen.3,1. Matth.24,26.

XIIX.

Digitized by Google

XIIX. Ingens eſt differentia,inter peccatum Thomæ & proditoris Judæ. Ille enim ad Apoſtolos rediit, auditâ & admiſsâ tandem de Chriſto conſolatione: hic poſt proditionis perpetratum ſcelus nunquam reverſus eſt ad Chriſti diſcipulos, ſed ad juratos Chriſti hoſtes abiit, Matth.27,3.

Thomæ & Judæ proditoris peccatum quomodo differant.

XIX. Patet etiam inde, quorundam hominum converſionem eſſe vel faciliorem, vel difficiliorem, propter obſtaculorum imparitatem, Act.26,28.

XX. Patet denique ex prædictis, errare multùm Weigelianos,rationis humanæ ductum pro lumine, ad pietatem prælucente,prædicantes,Thomæque non crediturі(niſi videat & palpet)pertinaciam laudantes,ut fidem in homine naturaliter radicari,& miniſteriô Verbi nullatenus nitendum eſſe perſvadeant.

VVeigelianorũ error de Thomæ Apoſtoli incredulitate.

PARS II.

Secundâ Evangelii parte proponitur ſumma Chriſti erga Thomam errantem μακροθυμία καὶ φιλανθρωπία,quâ inexpugnabilem,uti videbatur,ejusdem pertinaciam ita ſanavit, ut ſubitò ex infideli & pertinaci egregius factus fuerit Chriſti confeſſor: idque effectum dedit,denuò in Thomæ gratiam apparendo. Expendendæ veniunt aliquot circumſtantiæ.

1. *Temporis ſignificatio:* contigit poſt dies octo: h.e. octavô à Reſurrectione Chriſti die,qui erat ἡμέρα κυριακή,Apoc.1,10. Aretius(quem etiam ſectatur in hoc puncto D. Gerhardus; cenſet, factum hoc in laudem ac honorem diei Dominicæ: hincque ortum procul dubio, ut Apoſtoli diem hunc cultibus divinis deſtinaverint,quia

Dies Dominicus cultibus divinis cur fuerit deſtinatus.

1. hac die Dominus noſter Jeſus Chriſtus reſurrexit;

2. reſurrectionem ſuam diverſis apparitionibus manifeſtavit.

Quæritur, cur octavô demum die Chriſtus apparuerit, Thomæque converſionem tardiùs operatus fuerit? *Reſp.* Liberrimam ejus voluntatem ſatis quidem nobis eſſe cauſæ: interim neque id abſurdè dicitur, factum hoc,

Chriſtus cur octavô die poſt reſurrectionẽ apparuerit, Thomæque converſionem operatus fuerit.

1. in injuſtitiam negligentiæ Thomanæ punitionem;

2. in fidei Apoſtolorum reliquorum probationem;

3. in deſiderii ardentioris exſuſcitationem;

4. in calamitatum noſtrarum adumbrationem; permittit enim Deus non rarò animum cum tentationibus confli-ctari;

5. *in glorificationis noſtræ delineationem:* Sex dies ſunt hujus vitæ; ſeptimus eſt quietis poſt mortem in ſepulcro; octavus erit dies manifeſtationis, 1. Cor. 13, 12.

2. *Loci determinatio:* Erant intus, h. e. in eâdem domo, quæ Johannis fuiſſe putatur. Intùs autem ſunt, vel

1. propter *metum Judæorum*; vel
2. propter *ſcripturæ lectionem*, Verbique divini meditationem; vel
3. propter *pias de Chriſto ſermocinationes.*

3. *Perſonarum notatio,* cum quibus Thomas tum converſatus fuerit; nimirum cum diſcipulis, quibus iterum ſeſe conſociaverat. Laude dignum eſt, quòd Thomam incredulum in conſortio ſuo ferant, amicè ipſum informantes.

4. *Ipſa Chriſti apparitio.* Notetur in ea

1. *Modus apparitionis,* factus foribus clauſis, in medio diſcipulorum. Vide quæ part. 2. Domin. Quaſim. de hoc apparitionis modo monuimus.
2. *Sermo apparentis:* neque enim mutus adparet, ſed loquitur,
    1. *in genere diſcipulis omnibus:* Pax vobis; quam ſalutationis formulam d. l. declaravimus. Confer D. Gerhard. in Harm. de reſurr. Chriſti, cap. 9. p. 268. & 269.
    2. *In ſpecie, oratione ad Thomam converſâ.* Hic
        1. *Reſurrectionis veritatem demonſtrat;*
            1. *manûs, pedes & vulnera oſtendendo;*
            2. *palpandum ipſi ſeſe ſiſtendo;*
            3. *eadem verba repetendo,* quibus ad reliquos diſcipulos Thomas uſus fuerat; Infer digitum tuum ὧδε huc, in ςίγματα & vulnera mea, quæ poſt reſurrectionem in corpore glorificato tui quoque causâ κατ' οἰκονομίαν retinui.
        2. *Incredulitatem Thomæ graviter taxat;* ne ſis incredulus, ſed credulus, Thomas (añotante Dn. D. Gerh.) dixerat; ού μὴ πιςεύσω: Chriſtus modò contrariò infert, μὴ γίνου ἄπιςος ἀλλὰ πιςός, ubi jucunda illa paranomaſia obſervanda, uti etiam quòd Chriſtus non ſolùm de actu credendi, ſed etiam habitu fidei loquatur, ut ſit ſenſus: Thomam non ſolùm in præſenti debere credere, ſed etiam in eâdem fide perſeverare, &c.

Digitized by Google

Hinc firma jam emergit Reſurrectionis Chriſti demonſtratio:

Quicunque manûs & pedes habet, corpus palpandum exhibet, &, quid ipsô abſente dictum ſit, exactè novit, is non eſt ſpectrum, ſed verè à mortuis reſurrexiſſe & vivere cenſendus eſt:

Chriſtus hôc locô manûs ac pedes habet & oſtendit, corpus ſuum Thomæ palpandum exhibet, &, quid ipsô abſente Thomas locutus fuerit, exactè novit:

Ergò non eſt ſpectrum, ſed verè à mortuis reſurrexit & vivit.

Atq; ita bonitatem ſeu longanimitatem ſuam erga Thomam ſatis ſuperque declaravit Chriſtus, | Chriſti erga Thomam longanimitas.

1. *errantem non ſtatim damnando*, ſed integrum octiduum ferendo;

2. *oviculam errantem quærendo* ac reducendo;

3. *ſingularem ipſi præ reliquis gratiam concedendo*; exempli gratiâ, quòd

1. *vulnera monſtrat*;

2. *ſe palpari jubet*; &

3. *peccantem amicè corrigit.*

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Congregatio diſcipulorum teſtatur de eorundem φιλαδελφία, concordia mutua & conſenſu amicorum laudabili. Vide in feſto B. Andreæ.

II. Ob ſententiarum divortia vinculum unitatis & concordiæ Chriſtianæ non illicò rumpendum, ſed plena & perfecta conformitas patienter exſpectanda. Nam | Concordia alenda.

Diverſum ſentire duos de rebus iiſdem,
Innocuâ licuit ſemper amicitiâ.

III. Interim ne obſtinatis veritatis hoſtibus patrocinari velle videamur, diſtinctio neceſſaria eſt adhibenda, inter ſanabiles ac corrigibiles, & inter ἀνιάτους, deſperatos ac incorrigibiles: de illis 1. Cor. 1, 10. Gal. 6, 1. de his Matth. 15, 14. Tit. 3, 10. 11. erudimur.

IV. Non propter quasvis diſſenſiones in articulis fidei ab unitate Eccleſiaſtica recedendum, ſed plenior informatio in Verbo quærenda, & à Deo illuminatio petenda.

Digitized by Google

Injuriæ illatæ non ulciſcendæ.

V. De injuriarum illatarum ἀμνηςείᾳ exemplô Chriſti ſanciendа monemur. Eph. 4,2. Col. 3,13. Jac. 5,16. Matth. 5,25. & 11,29. & 18,35. Luc. 17,3. Gen. 50,18. 2. Sam. 19,23. Sir. 28,2. 8. Prov. 20,22. & 24,29. Matth. 5,38. Rom. 12,17. 1. Theſſ. 5,15. 1. Sam. 24,13.

Magiſtratꝰ in tolerandis falſis religionibus imitetur Chriſtum.

VI. Quandoquidem Chriſtus, ejusq; Apoſtoli reliqui, Thomæ errores aliquamdiu (ſpe emendationis) toleraverint, nihil abſurdi facit Magiſtratus veræ religioni addictus, ſi ex ſimili longanimitate etiam falſæ religionis exercitiū gravibus ex cauſis concedat.

VII. Chriſto etiam quâ Homini nihil quicquam impoſſibile, ſiquidem corpore glorioſô in locum undiquaque occluſum penetravit.

IIX. Colligimus inde, noſtra quoque corpora poſt reſurrectionem omnia habitura pervia, futura enim ſunt σύμμοϱφα corpori Chriſti glorioſo, Phil. 3,12.

Calviniani ſimiles Thomæ incredulo.

IX. Egregiè eum Thoma incredulo Thomizant Calviniani, nec verbis Cœnæ Dominicæ fidem adhibentes, nec corporis Chriſti præſentiam absque viſione & palpatione concedentes, nec in genere quicquam principiis Philoſophicis repugnans, fide Chriſtiana dignum reputantes, 1. Cor. 2,6.7.8.9. Joh. 17,17. Eph. 3,20.

Φιλανθρωπία Chriſti.

X. Præclarum iterum Chriſtus ſpecimen exhibet divinæ ſuæ φιλανθρωπίας, bonitatis & miſericordiæ, quòd denuò in Thomæ gratiam apparet, ejusq; ingenio planè ſeſe accommodat, hunc ſolummodò in finem, ut ipſe à morte ad vitam revocetur. Deut. 33,3. Ezech. 34,31. Tit. 3,4. Exod. 34,6. Mich. 7,18. Sir. 18,9. Jon. 4,2. Sap. 1,13. & 11,26. Pſ. 103,13. Jer. 18,7. Ezech. 18,33. & 33,11. Luc. 19,10.

XI. Hæc conſideratio plurimùm inſervit conſternatarum mentium conſolationi: hodieque enim talis eſt erga omnes, reduci ab errore qui ſeſe patiuntur. Rom. 8,34. Pſ. 37,26. & 80,1. & 119,176. Sir. 18,14.

Papa Romanus, quomodo reformare ſoleat.

XII. Erubeſcat ad tantam Salvatoris lenitatem homo peccati, Papa Romanus, qui non ſimili clementiâ à fide Rom. ſecedentes, ſed per carceres, ignem, ſecurim, laqueos &c. compellere audet, tyrannide Evangeliô planè indignâ. Clamat jam ad Deum de terra ſangvis recens-effuſus. Vindica ô Deus! Gen. 4,10. Apoc. 6,9.10. & 17,6.

Photiniani.

XIII. Refutantur hoc Chriſti factô Photiniani, idem numerô corpus à morte reſuſcitari inficiantes. Chriſtus enim corporis ſui, veſtigiis clavorum conſpicui, attactum liberè permittit. Job. 19,25. Pſ. 34,21. Ezech. 37,1.4.7. Apoc. 20,13.

XIV.

XIV. Monemur, voces ex incredulitate, impatientia, temeritate & futilitate ab hominibus inconſideratè effuſas, non evaneſcere in auras, nec Dei notitiam effugere, ſed velut in libro ejus conſignari, & gravem ab iisdem repoſcendam eſſe rationem, niſi fiat in tempore adhuc gratiæ ſeria deprecatio peccatique remiſſio, Job. 1, 22. Matth. 12, 36. Lingva proinde in cruce & afflictionibus cohibenda.

XV. Non abjiciendæ ſunt veterum ſententiæ, de retentis vulnerum *in glorificato* Chriſti corpore veſtigiis, Luc. 24, 39. *in ipſa* etiam aſcenſione, Eſa. 63, 1. Zach. 13, 6. retinendis *in reditu* ad judicium Zach. 12, 10. Apoc. 1, 7. Matth. 24, 30. Actor. 1, 11. quin *in ſtatu* quoque vitæ æternæ glorioſo, Eſa. 49, 16. 1. Cor. 13, 12. Etſi enim probabiliter tantum hæc ſtatuuntur: jucundi tamen ſunt & conſolatione pleni retentionis fines, *Poſt reſurrectionem*, inſerviebant reſurrectionis Dominicæ confirmationi; *in aſcenſione* victoriæ teſtificationi; *in reditu* ad judicium inſervient impiorum confuſioni; *in vita* æterna ad Electorum conſolationem facient plurimùm.

Sententiæ Veterum de veſtigiis Chriſti in corpore glorificato probandæ.

XVI. Vulnera Chriſti de ſalutis noſtræ certitudine teſtimonium perhibent infallibile: ſunt enim viſibiles literæ inviſibilis gratiæ. Eſa. 49, 16. Zachar. 13, 1. Ebr. 9, 24. Rom. 8, 34. 1. Joh. 2. 1. Ebr. 12, 24.

Salutis noſtræ certitudo unde ſtabilienda.

XVII. A corporibus verò beatorum poſt reſurrectionem omnem abfore deformitatem ad defectum, non abſque ratione colligitur ex 1, Cor. 15, 42. 43. 44.

XIIX. Teſtimonium habemus evidens Majeſtatis, Chriſto-Homini communicatæ; quòd ſine aliorum relatione novit, quid inter diſcipulos ac Thomam actum, geſtum & dictum ſit, Joh. 21, 17. Col. 2, 3. 9.

XIX. Habemus etiam converſionis noſtræ quandam quaſi Διαγραφὴν, quòd omnem noſtrum curſum ac conatum, Deus gratiâ ſuâ antevertat. Rom. 9, 16. & 10, 20. Eſa. 65, 2.

XX. Non audiendi ſunt Pontificii, liberi arbitrii facultatem aliquam inde ſtabilire præſumentes, quòd Thomæ dicitur: ne ſis incredulus ſed credens. A præcepto enim ad poſſe non valet conſequentia.

XXI. De fructu reſurrectionis Chriſti, pace nimirùm conſcientiæ cum Deo, require quæ dicta ſunt Dominica Quaſimodogeniti. Ego pergo ad ultimam partem.

Digitized by Google

PARS III.

Jam alius prodit Thomas, converſus & credulus, longe mutatus ab illo priore incredulo. Notamus hoc in loco,

I. Thomæ confeſſionem. Ille enim non priùs ad fidem perductus eſt, quàm ipsô corporis Dominici contactu eſſet convictus. Debebat ad primum Chriſti intuitum pudore ac rubore ſuffundi; ſed audit initiò loquentem; deinde tangit tangi jubentem: & ſic demum accedente internâ mentis illuminatione incipit reſipiſcere, & exclamat: Dominus meus & Deus meus. Aretius putat, per ἀντίπτωσιν Hebræis uſitatam, poſitum eſſe Nominativum pro Vocativo, ut verba habeant ἐκφώνημα, ortum ob rem inſperatam, ex animo ſtupore perculſo. Sed rectiùs ſtatuunt alii, propoſitionem eſſe enunciativam, quâ teſtetur Thomas, quid de Chriſto ſentiat. Colligit enim

1. ex *intuitu*;

2. ex *affatu*;

3. ex *contactu*;

4. ex *verborum à ſe temerariè effuſorum præſcitu* & prolatu, Chriſtum Jeſum, Magiſtrum ſuum, paſſum, crucifixum, mortuum & ſepultum,

1. verè reſurrexiſſe;

2. Eôdem, quo crucifixus fuerat, corpore vivum prodiiſſe;

3. Per reſurrectionem ſuam Dominum ac Deum ſe declaráſſe. Verâ itaque fide iterum præditus exclamat: Dominus meus, & Deus meus, ſc. es tu.

Nomen κύριος cur Chriſto tribuatur.

Porrò quòd Thomas (verba refero Dn. D. Gerhardi, Harm. cap. 9. pag. 324.) Chriſtum non ſolùm vocat Deum, ſed & Dominum, id haud incommodè ad Divinitatis confirmationem refertur; quia nomen Jehovæ LXX. Interpp. ſemper verterunt κύριος, quod propriè notat Dominum: ſolus enim Jehovah abſolutum imperium & dominium habet ſuper omnia: ideò Apoſtoli ſecuti LXX. Interpp. nomen κύριος Chriſto tribuunt, ad veram ejus Divinitatem ſignificandam. Et poſt pauca: *Ergò nomen Domini non immerito ad confirmandam Divinam Chriſti Naturam refertur; interim tamen cùm nomen Dei & Domini h. l. conjungantur videtur prius referri ad divinam, poſterius ad humanam Chriſti Naturam: ut hac ratione duplici jure Chriſtus ſit & dicatur Dominus. Juxta divinam naturam eſt Dominus per æternam à Patre generationem; juxta humanam Naturam Deus ipſum fecit Dominum, Actor. 2, 36.* Et ite-

iterum poſt pauca: *Sic ergò ad tertium genus communicationis Idiomatum pertinet hæc prædicatio, quando Thomas Chriſtum vocat Dominum ſuum.* Item: *in appellatione Dei continetur prædicatio ad primum genus Communicationis referenda: Quia enim Thomas tangens & videns corpus Chriſti, Deum ſuum tangere dicitur; eò ipsô arctiſſima & imperſcrutabilis duarum naturarum Unio exprimitur, per quam divina Natura aſſumta carnis, perſonaliter ſibi unita, proprietates, actiones & paſſiones ſibi adpropriat.*

II. *Confeſſionis Thomanæ adprobationem:* quia vidiſti me Thoma, credidiſti. Quæ verba duo innuunt:

1. *fidei ratihabitionem:* non enim ejus reſipiſcentiam ac fidem reſpuit, ſed ratam habet Chriſtus:
2. *titulorum oblatorum admiſſionem.* Atque ita utrumque & pœnitentiam & fidei confeſſionem comprobat, hoc ipsô verum ſe Deum ac Dominum eſſe demonſtrans.

III. *Adprobationi ſubjunctam correctionem:* Beati, qui non vident, & credunt. Obliquè his verbis improbatur, quòd fidem Thomas ex miraculis habere voluerit; interim noluerit credere Verbo, veræque Apoſtolorum teſtificationi; experimentum potiùs, h. e. ocularem rei credendæ demonſtrationem habere præoptans. Rem itaque ipſam approbando, modum rei improbat. Ideoque præferuntur beatique prædicantur illi, qui non videntes credent, h.e. Verbo nudo abſque miraculis credituri erunt.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Converſionis noſtræ modus & ratio in Thomæ converſione monſtratur; Converſionis noſtræ modus & ratio.

1. *quòd ſit opus, non voluntatis humanæ, multò minùs meritorum noſtrorum, ſed gratiæ & miſericordiæ Dei.* Eph. 2, 1. 4. 5. Ezech. 11, 19. 20. & 36, 26. Jer. 24, 7. & 31, 18. 1. Cor. 1, 21. & 2, 14. Act. 8, 30. Joh. 6, 44. Rom. 9, 16. 2. Cor. 3, 5.
2. *Quòd medium converſionis ſit Verbum.* 1. Cor. 1, 21. 1. Pet. 1, 23. 25. 1. Theſſ. 1, 2. 5.
3. *Quòd etiam poſt converſionem Lex converſis ſit proponenda,* ſancta illa bonorum operum norma. Hinc dicitur Thomæ: ne ſis ἄπιστος, ſed πιστός. Pſalm. 9, 8. 9. & 119, 105. Deut. 12, 28. Mich. 6, 8. Sir. 17, 9.

Fidei natura. Fidei cauſa duplex.

II. Fidei quoque veræ natura ex eadem Thomæ confeſſione elicitur. Cauſa enim fidei eſt duplex; una vera, quæ eſt Verbum, in doctrina Prophetarum & Apoſtolorum efficax. Rom. 10,17. Ebr. 11,1. altera apparens, nimirùm miracula, quæ impiis quoq; inſerviunt, cùm piis ſolum Verbum ad Fidem ſufficiat. Joh. 4,48. 1.Cor.14.22.Rom.4,3. Gen.15,6.Hab.2,4.

Fidei obiectum.

III. Principale fidei ſalvificæ objectum eſt, Chriſtus paſſus, crucifixus & reſuſcitatus. Act 3,16. & 16,31. & 20,21. & 24,25. Rom. 3,26. Gal.2,16. 1.Cor.1,23. & 2,2. & 15,4. 2.Tim.2,8.

IV. Vera fides non tantùm Deum & Dominum agnoſcit Chriſtum, ſed ſuum etiam Dominum ac Deum. Pſalm. 110,1. Rom. 1,8. 1. Corinth. 1, 4. Galat. 2,20. Job. 19,25. 2.Tim.4,8. Pſal. 23,1. & 27,1.

Fides vera quid non.

V. Fides enim vera non eſt nuda tantùm hiſtoriæ de Chriſti Perſona & officio notitia, qualem etiam demones & organa ejus habent. Jacob.2,14.19. Eſa.29,13. Matth.15,8. Tit.1,16. Matth. 7,21. Luc. 4,33.

& quid ſit.

VI. Sed vera fides eſt firmus aſſenſus, amplectens Chriſtum Mediatorem, eumque ſibi cum univerſo ſuo merito applicans. 1. Timoth.1,15. Eſa.28,16. Rom.10,11. Pſal.91,2. & 18,3. & 71,3. Eſa.9,6. & 53,5. Rom.4,25, Cant.6,2,

VII. Eſt etiam fiducia in ſolo Chriſto radicata, certò ſtatuens, propter ſolam ejus obedientiam Deum ſibi fore propitium, peccata remiſſurum, & donaturum vitam ac ſalutem æternam. Ebr. 11,1. Pſ.33,4. & 130.7, 1.Theſſ.5,24. Ebr.13,9. Rom.4,16. Eph. 3, 11, 12. 1.Tim.3,13. Eſa.26,4. & 45,24.

Fides vera nititur tantum Verbô

IIX. Fides vera Verbô, tanquam fundamento, innititur, & ex eo, velut cauſâ inſtrumentali oritur. 1. Pet.1,8. 25, Joh. 17, 8. 21. Zach.8,23. Rom.10,14.17. 1.Cor.3,5.6. Eph.2,20. Col.1,6.7. 1.Tim.3, 15. 1.Cor.1,21. Eſa.57,19.

Fides ſalutem æternã conſequitur.

IX. Μακαρισμός ſive beatitudo & ſalus æterna fidei hoc loco tribuitur. Rom.4,7.8, 1.Joh.5.11.12. Marc.16,16. Luc.1,45. Joh. 1,12. & 3,15.16.36. & 5,24. & 6,40. & 11,25.26. Act.16,31.

X. Nihil pugnat dictum Chriſti, Luc. 10,23. Beati oculi qui vident: cum hoc, beati qui non viderunt. Primò

1. enim *diſtinguendum eſt, inter beatitudinem rei & ſpei.*

2. *In Luca non agitur de futuræ vitæ beatitudine*, ſed prærogativa quadam Apoſtolorum, ob quam, ſermone vulgi beatos illos prædicat.

Chriſtus quomodo videatur.

3. *Videtur Chriſtus* tribus modis:

1. Ocu-

1. Oculis tantùm corporis; quæ viſio per ſe neminem ſalvat.
2. Oculis tantùm cordis vel fidei, quô pactô omnium temporum credentes Chriſtum viderunt, & ſalvi facti ſunt, 1. Petr.1,8.
3. Oculis corporis & ſpiritus ſimul; quô modô eum Apoſtoli viderunt. Vide Domin.13.poſt Trin.

XI. Commodè hoc locô tractari poteſt doctrina de Perſona Chriſti, quæ duabus conſtat naturis; humanâ, quæ tangitur, palpatur,videtur: & divinâ,quæ eſt Dominus & Deus. Johan.1, 14. Phil.2,7. Ebr.4,15. & 5,2. Eſa.9,6. Luc.2,12. Matth.4,2. Joh.4,7. Geneſ.3,15. Luc.1,31.35. Pſ.45,8. & 47,6. Eſa.7,14. & 40,10. Jerem.33,16. Matth.3,17. & 16,16. Joh.9,37. & 10,30. Locus de Perſona Chriſti.

XII. Etſi verò ex divina & humana naturis conſtat Perſona Chriſti: tamen Chriſtus iſte non Deus tantùm, nec Homo tantùm, ſed θεάνθρωπος eſt, una Perſona. Neque enim una Natura in alteram mutata; neque una alteram abſorpſit; ſed ambæ naturæ ita ſunt unitæ, ut unum conſtituant ὑφιστάμενον, unam Perſonam, quæ ſimul Deus & Homo eſt, & dicitur Chriſtus. Geneſ.32,14.28. 2.Sam.7,12.19. Pſ.45,3.7. Eſ.2,22. & 7,14. & 53,1,11. Jer.23,5.6. Luc.1,35 & 2,11. Rom.1,3. Gal.4,4.

XIII. Unionis quoque perſonalis myſterium perſpicuè in hac Thomæ confeſſione radicatur; quin & unionis iſtius conſequens ſive effectus immediatus, κοινωνία & Naturarum, & proprietatum: quæ etiam cauſa eſt, quòd Thomas corpus, carnem & latus Chriſti Hominis tangere non poſſit, quin protinùs exclamans profiteatur, ſe corpus, carnem & latus Domini ac Dei ſui tetigiſſe, manibusque ſuis contrectâſſe. 1.Joh.1,2. Act.3,15. 1.Cor.2,9.

XIV. Hinc neque divina tantùm Natura, vi hujus Unionis, ea quæ hominis ſunt propria, ſibi appropriavit; ſed & divina natura ſuas proprietates humanæ communicavit realiter, quæ in Majeſtatem divinam verè evecta eſt. 2.Sam.7,19. Dan.7,14. Ebr.2,8. Joh.13,3. & 16,15. & 17,10. Phil.2,6. Col.2,9.

XV. Hæc etiam ſola & unica cauſa eſt, quòd Chriſtus-Homo noverit omnia. Eſa.11,2. Joh.2,25. & 3,34. & 16,19. Col.2,3. Matt.9,4. & 22,18. Luc.9,47. & quod ubique præſens ſit, Matth.18, 20. & 28,20. Eph.1,22. Joh.33,13.

XVI. Rectè ex Chriſti Reſurrectione colligit Thomas, Chriſtum verum eſſe Deum, Deique Filium. Pſal.2,7. Actor.13,33. Rom.1,4.

XVII. Deſinant itaque Photiniani Deitatem Chriſti abnegare: deſinat Lambertus Danæus Chriſtum conſervum noſtrum, religioſa adoratione indignum blaſphemare: deſinat Piſcator Herbornenſis activam Chriſti obedientiam à λύτρῳ ejusdem meritorio ſequeſtrare, immò annihilare. Thomas enim hunc manibus palpatum hominem Deum verum Dominumque ſuum agnovit.

XIIX. Commendatur nobis miniſterium Verbi & prædicationis Apoſtolicæ: beati enim pronunciantur, qui credunt, Verbo nimirùm prædicato. Act.10,40.41.42. Eſa.8,20. Luc.16,29.

Revelationes ſingulares è cœlo non exſpectandæ. XIX. Nequaquam ergò exſpectemus revelationes è cœlo ſingulares; id quod Enthuſiaſtas, Anabaptiſtas, Schwenckfeldianos, Weigelianos & alios factitare novimus. Deut.18,11. & 30,12. Rom.10,6. & 12,6. Galat.1,8. Eſa.8,19. Levit.19,31. Sir.34,1. Eccl.5,6. Col.2,18. Matth.24,23.

Auditus verbi prædicati ad ſalutem neceſſarius. XX. Auditus verbi prædicati ad ſalutem ſimpliciter eſt neceſſarius. Loquimur de ordinario ſalvandi modo. Vide Dominicā Sexageſ. & alibi paſſim.

Credentes beati quatenus credunt. XX. Beati quidem credentes, ſed non more Papiſticô, quaſi credendum ſit voci Eccleſiæ, (illi ſemper fumum de Romana Pſeudocatholica) quicquid illa extra & præter ſcripturam proponat, & aut implicita (carbonaria) fides, ſine propria cognitione ad ſalutem ſufficiat: verùm quatenus proponuntur ſcripturæ analoga. Act.16,11. 1.Theſſal.5,21. 1.Johan.4,1. Roman.12,6. 1.Corinth.14,32. 1.Pet.4,11.

XXII. Eccleſia rectè dicitur inviſibilis, quandoquidem in Symbolo Apoſtolico non videnda, ſed credenda proponitur.

Fidei noſtræ proprium. XXIV. Noſtræ fidei eſt Thomæ exemplô. *1. Chriſtum Dominum agnoſcere: 2. Eidem ſervire,* 2.Cor.5,15. Rom.6,12. *3. Chriſtum diligere,* 1.Cor.16,22.

SECUNDA DISPOSITIO.

Illa ex iis, quæ Dominica Quaſimodogeniti dicta ſunt, nullô negotiô poteſt confici, quò brevitatis ſtudiô Lectorem remiſſum volo. Poteſt enim commodè conſiderare

I. Thomam errantem.

II. Chriſtum oviculam errantem in viam revocantem.

TER-

Digitized by Google

TERTIA DISPOSITIO.

PROPOSITIO μονομερής.

THomæ feſtum quidam quaſi feſti inſtantis προέορτος eſt, ad piam ejuſdem παρασκευὴν ſive præparationem plurimùm faciens. Ad iſtum itaque ſcopum & nos collineantes, filum textûs prælecti κατὰ πόδα ſubſecuti, *de digna ad feſtum Nativitatis Jeſu Chriſti præparatione pauca dicemus.*

Ἐξήγησις.

Piè itaque feſtum Thomæ celebraturus, non opus habet Pontificiorum tricis inextricabilibus ſemet aliosque ſecum macerare. Illi enim in eo ſunt toti, ut Thomam aliosque ſanctos evehant, Chriſtum ſalutis fontem unicum deprimant. Hinc fabuloſus ille Diſcipulus de Tempore novem privilegia Thomæ, quæ à Chriſto ille acceperit commemorat, de παραπτώμασι ejuſdem ne hiſcit quidem. Cupis ſcire privilegia Thomana? Audi breviter.

Pontificii omnes ſanctos in cœlum quaſi evehunt.

Thomæ Apoſtoli ſecundum Pontificios privilegia.

1. *Primum eſſe dicit, quòd Chriſtus eum elegit in numerum Apoſtolorum,* qui majores & digniores ſint Sanctis in cœlo & in terra.

2. *Quòd ipſe ſextum Symboli Apoſtolici articulum compoſuerit:* tertiâ die reſurrexit à mortuis.

3. *Quòd totam Indiam converterit,* & converſos in fide nutriverit.

4. *Quod Chriſto ſimilis in perſona fuerit.*

5. *Quòd Chriſtus ipſi patienti adſtiterit,* omnes paſſiones in gloriam & dulcedinem commutando.

6. *Quòd ipſe tres Magos* (qui & Reges fuerint) *baptizaverit.*

7. *Quòd civitas Edeſſa,* ubi corpus Thomæ ſepultum, *nullum hæreticum aut gentilem vivere permittat:* neque enim ferre juxta ſe B. Thomam ullum vel hæreticum, vel gentilem.

8. *Quòd poſt mortem etiam apparuerit,* & Sacramentum Cœnæ propriâ manu diſtribuerit, ab indignis manu retractâ, ad Cœnæ uſum iisdem non admiſſis.

9. *Quòd in feſto ejuſdem per totum mundum in omnibus miſſis nominetur.*

Hæc & alia fabulis quamplurimis, quas vel legere, nedum recitare tædet, piget, pudetque deturpata in templis Pontificiorum audiuntur, & ad populnm, ad rabiem (ravim dicere volebam) usque inculcantur, clamantibus Miſſificis: Sancte Thoma, tu nos ſupplices tuos in ejus fide ſtabiles efficere dignare, quem palpando merui-

ſti Deum agnoſcere! Omittamus illos, ſunt enim cœci cœcorum duces, Matth. 15, 14. Nos quæ præſentis ſunt inſtituti curabimus.

Præparatio ad feſtum nativitatis, in quibus conſiſtat.

Digna ad feſtum inſtans, quod eſt feſtum conſangvinitatis noſtræ cum Deo, præparatio conſiſtit;

Neglectio viſitati cœtus Eccleſiaſtici jacturam animæ parit.

D. Pelargus quæſt. in Johan. f. 119. b.

I. In frequenti cœtûs Eccleſiaſtici viſitatione vel adſociatione. Neglectio enim hujus requiſiti cum jactura & præſentiſſimo animæ periculo eſt conjuncta. Unde enim hoc, quòd Thomas in tantum, tam enorme peccatum prolapſus? Niſi quia non erat cum diſcipulis reliquis, in timore Domini congregatis. Abfuerat á ſacro cœtu Thomas die reſurrectionis: idcircò ſummô bonô & ſolatiô maximô per integrum octiduum orbatur, Matth. 18, 19. 20. Act. 2, 41. & 8, 35. & 10, 44. & 16, 14. & 17, 11. Rom. 10, 11. Vide præced. diſp.

II. In fidei aliorum informatione. Hoc faciunt diſcipuli Chriſti, Thomam de apparitione & Reſurrectione Magiſtri ac Domini ſui inſtruentes. Gal. 6, 1. Luc. 22, 32. Pſ. 51, 15. Phil. 2, 4. Joh. 1, 40. 45. & 4, 29. Act. 9, 20. Rom. 9, 3. Jac. 5, 20. Dan. 12, 3. Ezech. 34, 16. Rom. 14, 1. 1. Theſſ. 5, 14. Sir. 19, 14. Prov. 27, 5. 6. Matth. 18, 15.

III. In jucunda viſionis Chriſti delectatione. Summum hoc eſt Apoſtolorum tùm gaudium, tùm deſiderium, videre Chriſtum. Itaque lætâ ad Thomam voce exclamant: Vidimus Dominum: Vidimus Dominum. Gen. 32, 30. Pſal. 17, 16. Job. 19, 27. In Chriſto autem videre debemus opus

In Chriſto quid videndum.

1. Incarnationis. Exod. 3, 3. Joh. 1, 14. & 12, 21.

2. Redemtionis. Num. 21, 8. 9. Cant. 3, 11. Thren. 1, 12. Ebr. 12, 3. Pſ. 34, 9. Act. 7, 56. Eſa. 33, 20. 1. Cor. 13, 12.

Peccata Thomæ Apoſtoli cur vitanda.

IV. In cauta peccatorum Thomanorum declinatione. Non leve fuit Thomæ erratum, ſed lapſus enormis,

1. Ratione perſonæ. Non erat aliquis ex communi diſcipulorum grege, ſed ex Apoſtolorum collegio. Jam verò

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur.

Audierat Chriſtum aliquoties Reſurrectionem ſuam prædicentem; viderat Chriſtum alios ex mortuis reſuſcitantem; colligere ergò debebat, in proprio corpore poſſe ipſum magis, quæ in aliis declaraverat.

2. Ratione formæ. Peccat peccatum graviſſimum, quod matrem, fontem & radicem omnium peccatorum rectè vocaveris. Marc. 16, 16. Johan. 3, 36. & 16, 9. Rom. 14, 23. Ebr. 11, 6. 1. Joh. 5, 10.

3. Ra-

3. *Ratione objecti*, h. e. eorum, quorum teſtimonium de Chriſti Reſurrectione reprobat, mendacii accuſans mulieres, Apoſtolos, Angelos, immò Chriſtum, atque adeò Deum ipſum. Peccata ergò, quæ in Thoma notare, nos verò ſtudiô devitare maximò fas eſt, ſunt. Peccata Thomæ Apoſtoli

1. *Incredulitas.* Vide quæ diximus tùm ſupra, tùm Dominicâ Quæ. Quaſimod. tùm Dominic. Cantate de peccato incredulitatis. Johann. 3, 19. Romanor. 10, 16. Actor. 13, 46. Luc. 7, 30. 2. Theſſ. 2, 10.
2. *Contradicendi ſtudium ac voluptas.* Sir. 4, 30. Act. 7, 51. & 13, 45. Prov. 14, 9.
3. *Ruditas*, quæ h. l. non tàm eſt innata, (ut in omnibus hominibus) quàm affectata. Rom. 1, 21. Gal. 3, 1. Eph. 5, 17. 1. Cor. 2, 14. 2. Cor. 4, 4. Eph. 4, 18. Rom 5, 10. & 8, 7. Pſal. 58, 5. Jer. 6, 10. Actor. 7, 51.
4. *Pertinacia & cordis duritas.* Prov. 13, 1. Sir. 4, 30. & 21, 22. & 32, 21. Prov. 12, 1. Jer. 5, 3. & 8, 5. & 44, 16. 17.

V. *In advenientis Chriſti obſervatione.* Venit is ad homines. Chriſtus quomodo ad homines venerit.

1. *Ut fidelis paſtor.* Eſ. 40, 11. Ezech. 34, 23. Mich. 5, 2. Zach. 13, 7. Matth. 26, 31. Joh. 10, 11. Luc. 15, 4. Ebr. 13, 20. 1. Petr. 2, 25. Pſal. 23, 1. & 80, 1. 2.
2. *Ut dulcis Salvator*; hinc dicitur Jeſus. Eſa. 25, 8. 9. & 62, 11. Matt. 1, 21. & 18, 11. Luc. 2. 11. 30. & 9, 56. & 19. 10. Joh. 3, 17. & 12, 47. 1. Tim. 1, 15. Joh. 1. 29. Eſa. 53, 7.
3. *Ut fortis perruptor*, Mich. 2, 13. Adumbratum hoc eſt per clauſas fores, quas corpore ſuô glorioſò ille penetravit.
4. *Ut ſuavis Mediator.* Geneſ. 28, 12. Job. 33, 24. Matth. 1, 23. Johann. 14, 2. 6. Actor. 4, 12. & 10, 43. 1. Tim. 2, 5. 1. Joh. 2, 1. 2. Ebr. 8, 6. & 9, 15. & 12, 24. Ideoq; in medio diſcipulorum ſtetit.
5. *Ut hominum pacificator* Eſaiæ 9, 6. Luc. 19, 38. Johann. 16, 33. Vide Domin. Quaſimod. plura. Ceterum venit Dei Filius tempore gratiæ, & per amorem ſuum pacem amiſſam Chriſtus pacificator & quomodo.
   1. *reſtauravit*; Eph. 2, 14.
   2. *per Angelos annunciari curavit*, Luc. 2, 14.
   3. *ipſe prædicavit*; Zach. 9 10. Eph. 2, 17.
   4. *diſcipulis ſuis mandavit*; Matth. 10, 12. 13. Marc. 9, 50. Rom. 12, 18.

Digitized by Google

5. *Pretiô magnô comparavit;* 1.Pet.1,18.19. 2.Cor.6,20.

6. *Nobis in teſtamento ſuo quodammodo legavit.* Joh.14,17. Pſal. 122,6.7. & 115,5.

6. *Ut ſalutaris Doctor.* Eſa.61,1. & ſeq. Pſ.2,6.7. & 22,23. & 40,11. Eſ.55,4. Matt.11,29. & 17,5, Eſ.48,17. & 63,1. Mich.4,2, Matt. 26,5. Joh.3,2.

Vulneratio nis Chriſti initium, quando factum?

VI. In vulnerum Chriſti exoſculatione. Vulneratus enim eſt propter iniquitates noſtras, Eſ.53,5. Initium vulnerationis factum octavô poſt nativitatem gratioſam die, in ipſo Circumciſionis Sacramento. Pſ.22,17. Zach.13,1. 1.Joh.1,7. Pſ.42,1. Matt.11,28.29. Chryſoſt. *Conſidera Domini clementiam, quomodo pro una etiam anima vulnera ſua oſtenderit, & ut unum ſalvum faceret apparuerit.*

Emendatio vitæ feriæ quomodo inſtituenda

VII. In ſeria vitæ emendatione; quæ fiat exemplô Thomæ converſi,

1. *peccatum non defendendo,* ſed agnoſcendo. Pſ. 51,5. Luc.15, 18, 1.Joh.1,8.9.

2. *Incredulitati & omni impietati renunciando.* Joh.5,14. Luc.7, 48,50. Rom.14,23. Tit.2,12.

Fidei deſcriptio.

3. *In Chriſtum firmiter credendo.* Deſcribitur hoc loco fides

1. *à veritate;* 2. Theſſ.3,2.

2. *à neceſſitate;* abſque fide enim Chriſtus nemini prodeſt. Ebr.11,6.

3. *A creſcendi facultate.* Quæ enim initiô in Thoma infirma, poſteà Chriſti Verbô & ſignis egregiè confirmatur.

4. *Ab efficacitate;* fides enim latere non poteſt. Matt.5,14. 15.16. Gal.5,6.

4. *Meritum ejus nobis applicando;* quô ſpectant Pronomina, quæ in Biblis, propter applicationem, diligenter obſervari voluit B. Lutherus. Vide præced.

IIX. In publicâ Chriſti confeſſione, qui ut Deus & homo eſt agnoſcendus. Vide præced. diſp.

IX. In verâ beatitudinis adprehenſione, de qua alibi plura diximus. Matt.11,6. Luc.10,23. & 11,28. Act.2,21. & 16,31. Pſ.2,12. Beati omnes qui confidunt in eo, Amen.

Digitized by Google

IN FESTO S. STEPHANI PROTOMARTYRIS, EVANGELIUM

Matth. 23. à verſ. 34. ad finem uſq; cap.

DISPOSITIO PRIMA.

Referimus præſentis Evangelii textum ad cauſarum genus.

1. *Demonſtrativum*, ob vaticinium de rebus futuris. Prædicit enim Salvator Phariſæis ac Scribis tum bona, tum mala, poſt annorum paucorum decurſum certò eventura. *Bona* in poſterum ipſis exſpectanda ſunt, quòd mittere velit ad Judæos Prophetas, Sapientes & Scribas. *Mala*, ex ipſorum parte ſecutura concernunt tàm mala culpæ, indignam miſſorum tractationem, quàm mala pœnæ, partim temporalis, partim æternæ.

2. *Deliberativum*, ratione finis, quem intendit Chriſtus, principalis. Ideò enim beneficia & exhibita, & porrò ipſis conferenda commemorat, ingratitudinem exprobrat, & ſtudium ſuum commendat, ut pœnitentiam, unicum mala imminentia avertendi medium ac remedium, ſvadeat, atque ita ſalutem eorum ex animo optet.

Adaptatur hoc Evangelium feſtivitati S. Stephani Protomartyris, cujus memoria 26. Decembris die quotannis recolitur; quia, quæ Chriſtus in Evangelio vaticinando prædixit, eorum executionem ac veritatem in Stephani martyrio completam eſſe, liquidò patet.

Quæri hoc loco ſolet de cauſis, cur ſecunda Nativitatis Chriſti feria Stephani memoriæ ſit conſecrata? Cauſas, cùm paſſim ſint obviæ huc prolixè transſcribere inſtituti ratio non patitur. Dn. D. Meiſnerus p. m. in meditationibus feſtivitatum p. 20. & ſeqq. quatuor adſignavit cauſas: *Feſtum Stephani cur ſecunda Nativitatis Chriſti feria celebretur?*

1. *temporis rationem, quo Stephanus lapidatur*;
2. *Chriſtianorum proprias affectiones*, quas in Stephani exemplo, tanquam ſpeculo quodam pellucido, monſtrare veteres videntur voluiſſe:
3. *Regni Chriſti conditionem*; &
4. *Jucundam Chriſti cum gallina comparationem*: eas, qui volet, dictô locô videre & huc transferre poterit.

Digitized by Google

Stephanum autem quod ſpectat, h. e. ſi interpreteris, coronam, (quod enim Græcis στέφανος, hoc Latinis eſt corona) de ipſius natalibus, patria, educatione, ſtudiis & vitæ genere, nihil ſanè ex ſacris literis conſtat; quæ illum nobis commendat,

Stephani commendatio ex ſacris.

1. à præclaris Spiritûs ſancti donis, Act. 6, 5. 8.

2. Ab *officii dignitate:* fuit unus ex ſeptem illis Diaconis, concordibus Apoſtolorum ſuffragiis ad id electis, curarent, ut de communibus facultatibus ex æquo & bono, inter Chriſtianos Eccleſię primitivæ, neceſſaria diſtribuerentur, Act. 6, 2. 3. 4.

3. A *rebus geſtis.* Non ſolùm officio ſuo egregiè ſatisfecit; verùm etiam contra Judæorum contumaciam pro fide Chriſtiana acerrimè diſputando magnô animô dimicavit. Cumque ab eruditis Judæis, qui ex remotis locis Hieroſolymam, tanquam ad Academiam, profecti fuerant, vinci non poſſet, calumniati ſunt illi Stephanum coram Concilio Hieroſolymitano, quaſi convitia in templum Domini, in Prophetam Moſen, & in ſanctam Dei legem dixiſſet. Juſſus autem à Summo Pontifice ad objecta reſpondere, luculentâ & longâ oratione demonſtravit, ſe à pia doctrina, quæ in ſcriptis Propheticis continetur, ne latum quidem ungvem diſceſſiſſe: ipſos verò Pontifices & Sacerdotes veram colendi Deum rationem non tenere, neque rectè monentibus obtemperare: ſed exemplô majorum ſuorum reſiſtere Spiritui S. per Prophetas, & alios à Deo excitatos Doctores loquenti: & quidem Judæos non modò Prophetas trucidâſſe, verùm etiam Meſſiam, Filium Dei, occidiſſe.

Oſiander Cent. 1. in l. 2. cap. 4.

Stephani conſtans doctrinæ Confeſſio.

4. A *martyrio.* Acri enim admodum Stephani commoti oratione Concilii Hieroſolymitani patres, ita adverſus ipſum exacerbati ſunt, ut obturatis auribus ipſum è civitate ejicerent, & lapidibus obruerent.

5. A *beato ex hac vita exitu.* Is verò ornatior efficitur.

1. Chriſti ἐπιφανείᾳ, conſolandi causâ ipſi oblata:

2. Singulari μεγαλοψυχίᾳ animiq; conſtantiâ:

3. Inſigni patientiâ:

4. Pia pro hoſtibus lapidatoribus interceſſione:

1. εὐθανασίᾳ, ſive animæ in manûs Chriſti traditione, quæ omnia Actor. 6, & 7. capp. prolixè recitantur. Annotantur etiam in Actuum Apoſtolicorum hiſtoria quædam τὰ μετὰ τοῦ θανάτου, mortem ipſius conſecuta, nimirùm,

1. honeſta poſt martyrium ſepultura, Act. 8, 2.

2. Sub ſecutam mortem ipſius calamitas, Actor. 11, 19. Poſt lapidatum

tum enim Stephanum magna perſecutio adverſus Eccleſiam Chriſti, quæ erat Hieroſolymis oborta eſt.

3. *Optimum, à Paulo ipſi datum, teſtimonium*, ſangvinis ſui profuſione Chriſti teſtem illum factum pronunciante.

Hæc & non plura de ipſo Sacra commemorat hiſtoria. Fabulam de ortu ejus ex Pontificiis recitatam ſcriptoribus, vide apud D. Finckium in Poſtill. feſtivali pag. 211. Nos ad textûs Evangelici enarrationem acceſſum facturi, tria nobis tractanda proponimus, dicturi, Fabulæ Pôtificiorum de Stephano.

1. *de ſumma Jeſuli noſtri erga Judæos, atq; adeò Eccleſiam univerſam benignitate ac bonitate:*
2. *de deteſtanda mundi erga Optimum puerulum perverſitate:*
3. *de horrenda pœnarum ſubſecuturarum gravitate.*

PARS I.

Ineffabilem ergò ſuam in Judæos, adeoque Eccleſiam univerſam χρηστότητα clementiam, bonitâtem & benignitatem probat effectu Salvator triplici. Salvator quomodo clementiā ſuam erga Judæos & totam Eccleſiam oſtenderit.

1. *Continuatâ fidelium Eccleſiæ Doctorum miſſione.* Ubi notetur 1. *particula* δεικτική. Ecce; quæ particula uſurpari in ſcripturis conſvevit, vel ad excitandam attentionem; Eſa. 7, 14. vel ad ſignificandam obſequendi promtitudinem; Pſ. 40, 9. Luc. 1, 38. vel ad indicandam præſentis rei exhibitionem: Geneſ. 29, 2. vel ad rei certitudinem innuendam. Ita h. l. particulâ eadem Salvator voluit Ecce particula quomodo uſurpetur in ſacris.

1. *auditores, Phariſæos & Scribas excitare, attentè audiant*, quid ipſis prædicetur:
2. *ſimul benignitatem ſuam exaggerare*, quòd non obſtante ipſorum malitiâ, nihilô tamen minus ſalutem eorum procuraturus ſit:
3. *crudelitatem inſuper illorum taxare*; &
4. *deniq; miſſionem certò futuram indicare.*

2. *Cauſa efficiens, author, ſive perſona mittens.* Ego mitto. Non dicit ἀδιορίστως, mittentur; ſed cum peculiari ἐμφάσει, Ego mitto: Ego ſc. Filius Dei antehac ἄσαρκος, jam in tempore factus ἔνσαρκος, Eccleſiæ meæ caput ac defenſor perpetuus. Utitur verbo præſentis temporis, more Prophetarum. Illi enim de rebus futuris, pro-

G pter

Digitized by Google

pter rei eventuræ certitudinem,ita loquuntur, ac ſi vel jam fierent, vel pridem facta eſſent.

3. Subjectum,vel perſona mittenda, quos vel quales miſſurus ſit; nimirùm

1. Prophetas ;
2. Sapientes ; &
3. Scribas.

Prophetarũ,Sapientũ & Scribarũ nomine quid intelligatur.

De Apoſtolis ſuis,nec non fidelibus eorundem ſucceſſoribus,Chriſtum loqui, eſt illud extra omnem controverſiæ aleam poſitum; patet hoc ipſum ex Luc.11,54. ubi Prophetas & Apoſtolos nominat,quos hîc Prophetas,Sapientes & Scribas dicit. Quid diſtinctè per has appellationes voluerit Servator operosè juxta & nervosè explicavit Dn. D. Gerhard. part. 2. Harmon. Chemnitio · Lyſerianæ cap.158. pag.198.& ſeqq. ubi inter alia dicit: Per Prophetas multos intelligere Apoſtolos,

1. quia fuerint Prophetarum in N. T. ſucceſſores ;
2. quia & illi immediatâ vocatione gaudeant ;
3. quòd dono prædicendi futura,& ipſi fuerint præditi, uti patet ex 2. Theſſ.2,3. 1.Tim.4,1. 2.Pet.2,1. cumprimis ex Apocalypſi Johannea.

Per *Sapientes* denotare presbyteros ſive gubernatores Eccleſiæ; eò quòd in ejusmodi gubernatione ſingularis quædam prudentia ac moderatio requiratur.

Per *Scribas* intelligere Paſtores & Doctores,Eph.4,11. eò quòd Scribarum olim officium erat,ſcripturas in Synagogis prælegere, interpretari & ex illis populum exhortari. Nos ſuum cuique judicium ſalvum ac integrum relinquentes ſimplicitati ſtudemus; huc autem referimus verba B. Hunnii in Matth. pag. mihi 767. Per *Prophetas* (inquit ille) *intelligit Doctores* , propheticis donis inſignes,quales fuerunt Apoſtoli,qui de venturo ſtatu Eccleſiæ& temporum omnium ex Spiritu S.vaticinati ſunt,planè ut Propheticum hoc & ſublime donum ventura prænuntiandi eis eſt pollicitus,Johan.14,26. Deinde veniunt etiam *Prophetarum nomine,* qui inſtructi ſunt facultate explicandi ſcripturas,& erudiendi alios in verbo Dei,quô ſignificatu Paulus eſt eſt uſus,1.Cor.14,29.32. Hos itaque Apoſtolos ſuos,ut & reliquos, ad Judaicam nationem mittendos, (quales fuerunt 70. etiam diſcipuli pridem emiſſi in Judæam & Galilæam, & emittendi porrò ad prædicandum Evangelium regni;) *Sapientes quoq; nominat*, propterea quòd ſapientiam profiterentur cœleſtem,in myſterio abſconditam,1.Cor.2,7. cujus ſublimitatem nul-

nullus principum hujus ſeculi cognovit. *Sed & Scribas* appellat, edoctos quippe in ſacris literis, & idoneos, ut de theſauro ſuo proferant nova & vetera, quemadmodum de omni Scriba, ad regnum Dei idoneo, Chriſtus pronuntiat, Matth. 13, 52. Hæc ille. Qui verò his non contentus eſt, ille d. l. ulteriùs conſulat Dn. D. Gerhardum, & quod ſibi in iſta ſententiarum varietate maximè libuerit eligat.

4. *Objectum;* ad quos vel quibus miſſurus ſit Prophetas, Sapientes & Scribas: Ecce mitto Vobis. Quæ verba etiamſi ad Scribas & Phariſæos Chriſtus loqueretur: nihil tamen obſtat, quò minus ad totum populum Judaicum extendantur; quia

1. *Apoſtoli non ſolis Scribis & Phariſæis, ſed toti populo miſſi fuerunt.*
2. *non proceres modò Hieroſolymitani, ſed totus populus Judaicus Apoſtolos & viros Apoſtolicos perſecutus fuit:*
3. *pœna* h. l. *denunciata in totum populum redundavit:*
4. *paulò poſt deniq; ad totam Judæorum generationem ſermonem accommodat.*

II. *Miſerabili lamentatione*, expreſſâ verbis iſtis: Jeruſalem, Jeruſalem. Oriuntur hìc quæſtiones quædam neceſſariò enodandæ.

1. *Quæritur, quid per Hieroſolymam Chriſtus intelligat?* Reſp. Cives Hieroſolymitanos, per uſitatam in ſcripturis Metonymiam continentis pro contento. Pſal. 147, 12. Eſa. 40, 2. Jer. 6, 8. Matth. 11, 20, 22. Et quia Hieroſolyma fuit metropolis Judææ, ideò porrò hoc nomine intelliguntur omnes Judæi, quibus & culpa objecta, & pœna h. l. denunciata fuit communis. **Chriſtus quid per Hieroſolymam intelligat.**

2. Q. Cur ſolam nominet Hieroſolymam, cum aliæ quoq; urbes, immò tota generatio peccârit? Reſp. Quia **Cur ſolùm Hieroſolymæ mētionem faciat.**

1. *Hieroſolyma*, uti jam modò dictum, *erat totius Palæſtinæ metropolis;*
2. *ibi erat templum;*
3. *ibi erat Sanhedrin*, judicium ſupremum;
4. *ibi erat ſedes regia;*
5. *Uſitatum quoq; eſt ſcripturæ Propheticæ, unius civitatis nomine totam gentem deſignare;*
6. *Hieroſolyma in Propheticidio ducem ſeſe reliquis præbuit.*

3. Q. *Cur ingeminetur nomen Hieroſolymæ?* **Cur Hieroſolymæ nomē repetat?**

Reſp. 1. *Ad dilectionem conteſtandam.* Pſal. 87, 2. Eſa. 31, 2.

2. *Ad ingratitudinem exaggerandam.*

3. *Ad dolorem & συμπάθειαν declarandam*, Luc. 19,41.

III. *Multiplici ad Regnum gratiæ vocatione.* Obſervetur in textu oppoſito inter

1. *Chriſti conatum*, &

2. *Judæorum contemtum.* De contemtu videbimus mox ſecundâ enarrationis parte. Conatus, vel quod idem eſt, ſtudium Chriſti, in convertendis & ad ſalutem æternam provehendis Judæis adhibitum, perſpicitur

Chriſti ſtudium in convertendis & ſalvandis Judæis.

1. *ex vocationis multitudine:* quoties volui; q. d. non ſemel, bis, ter, decies, vicies &c. ſed multoties gratiam meam tibi obtuli, nec paſſus ſum tuâ ingratitudine me deterreri, ſed ſubinde novos ad te miſi verbi præcones.

2. *Ex gratiæ oblatæ amplitudine:* Volui ego congregare filios tuos: intelligit non cives tantùm Hieroſolymitanos, ſed omnes Judæos, ad hanc urbem, tanquam matrem religionis & principatûs causâ confugientes. Vocationem autem illam per Verbum factam nominat congregationem, non corporalem, ſed ſpiritualem, quâ Judæos à Deo avulſos, & in errorum peccatorumque avia perductos, ad fidei unitatem reducere, charitatis vinculô in unum corpus myſticum redigere, & ſalutis æternæ participes facere ſeriò adlaboravit, Joh. 10,16. & 11,25.

3. *Ex jucunda ſimilitudine;* quâ ſe Chriſtus confert cum gallina, pullos ſuos ſub alas ſuas congregare deſiderante: quæ omnia eò tendunt, ut affectum Chriſti in Judæos planè paternum inculcent, & admonitionum ſuarum benignitatem exaggerent. Quemadmodum enim gallina (ὄρνις in genere quamvis avem, in ſpecie gallinam notat) pullos ſuos ſub alas colligit, fovet & à rapacibus volucribus defendit, pro eis acriter & vel cum vitæ diſcrimine depugnans: Sic eâdem, immò longè majori fidelitate Judæos proſecutus eſt Chriſtus, proprii ſanguinis profuſione ſalutem eorum redemturus.

Porismata & Theoremata Theologica primæ partis.

Jeſus verus Deus.

II. Jeſulus noſter eſt verus Deus, quod tripliciter probatur: quia nimirùm

1. *Prophetas mittit*, quod eſt ſolius veri Dei proprium: Exod. 3,10. Pſ. 68,12. Eſa. 6,8. & 41,27. Jer. 1,7. Ezech. 3,3. Oſ. 12,10

2. *Fu-*

Digitized by Google

Futuros eventûs infallibiliter pravidet: Eſ.41,21. & 45,21. *non ſolùm in adſumta Humana Natura*, ſed etiam ante ſuam Incarnationem, per Prophetas à ſe miſſos, ad pœnitentiam & ſalutem Judæos vocavit.

II. Ingens eſt Dei beneficium, quòd nunquam non ſervos ſ, tanquam voluntatis ſuæ internuncios ad homines ablegat, lli de periculo admoniti reſipiſcant & ſalventur. Eſ.52,7. Nah.1, Rom.10,15. Act.16,17. 1.Cor.3,5.

III. Veri & ſinceri Eccleſiæ Doctores non niſi divinitùs mittur veniunt. Jer.23,21. Rom.10,15. Ebr.5,4.

IV. Miſſio illa Prophetarum, Apoſtolorum &c. eſt opus tius S.S. Trinitatis ad extra. Quod enim hoc locô tribuitur ſſio, id in aliis ſcripturæ locis Patri & Spiritui S. adſignatur. Pſal. 8,12. Eſ.41,27. 1.Cor.12,28. 2.Cor.5,18. Gal.1.16. Act.13,2. & 20,28. .Cor.3,6. Vide ſuprà in feſto Andreæ plura. Miſſio Prophetarum eſt opus totius S.S.Trinitatis.

V. Quas ob cauſas homines ad homines, non Angelos mitat Deus, diximus ibidem diſpoſit, ſecundâ.

VI. Deus ergò cùm mittat Eccleſiæ miniſtros, ut Dei legati illi excipiendi & tractandi ſunt meritò. 2.Corinth.5,20. Galat.4,14.

VII. Deus quandoque malis etiam & obſtinatis hominibus Evangelium ſinit prædicari, idque partim propter ſanctas, quas ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης, Phil.2,15. habet reliquias: Rom.11.4. 1.Reg.19,18. partim propter impios, ut poſtmodum reddantur ἀναπολόγητοι, Rom.1,20. Evangeliũ malis quoque prædicatur.

IIX. Patet ex hac Evangelii parte, paternô planè animô erga Judæos Chriſtum fuiſſe affectum, quippe qui nihil quicquam prætermiſit, quod quidem ad ſalutem eorum promovendam facere viſum fuit. Deut.32,11. & 33,3. Eſa.49,15. Jer.31,20. Eſa,66,9.

IX. Deus non ſemel, ſed aliquoties homines ad ſe regnique ſui conſortium vocat; pleriq; verò admonitiones toties repetitas vel ſurdâ aure prætereunt, vel planè quandoq; reſpuunt.

X. De qualitatibus, quæ in veris ac ſinceris Eccleſiæ Doctoribus requiruntur, ut Prophetarum, Sapientum & Scribarum nomen tueri queant. 1.Tim.4,6.15. & 6,20. 2.Tim.1,13. & 2,15.16.23. Matth.13,52. Vide ſuprà in feſto B. Andr. plura.

XI. Monemur de præcipuis JESU CHRISTI noſtri beneficiis, in ſimilitudine hac de gallina & pullis deliteſcentibus. Eruamus unum atq; alterum.

1. *Gallina ovis incubat, aliena etiam, ſi res ita ferat, excludit:* Sic Chriſto acceptam meritò referimus omnem noſtram vitam, tam naturalem, quàm ſpiritualem & æternalem. Pſalm.33,6. Johan.1,3. Actor. 17, 25.28. Col. 2, 13. Eph.2,1.5. Johan. 1, 4. Rom. 6, 22. 2.Timoth.1, 10. 1.Johan. 4, 9. & 5, 11. Johann. 3, 15.16.36. & 5, 24. & 6, 40. & 10, 28. Excluſio alienorum ovorum ad gentes non incongruè poteſt accommodari, Actor. 10.34.

2. *Gallina nutrit & cibat pullos ſuos:* Ita Chriſtus nos paſcit, non modò corporaliter: Pſal. 145, 16. ſed & ſpiritualiter, pabulô Verbi: Pſ.23,2. ac Sacramentaliter, corpore & ſangvine ſuo in Cœna, ſub viſibilibus ſignis pane & vino.

3. *Gallina ducit pullos*, & hinc inde deducens comitatur, ad paſtum eos præcedens: Sic Chriſtus per omnem vitam nos Spiritu S. gubernat, quin in omni fortuna præſtò nobis eſt; Eſ.4,6. Matt.28,20. Joh.14 18. & ad cœlum viam nobis monſtrat. Joh.14,2.6.

4. *Gallina pullos ſub alas ſuas congregat;* tùm ut foveat, tùm ut defendat: Ita Chriſtus ſub alis ſuis nos recondit, & adverſus omnem hoſtium impetum defendit. Pſ.17,9. & 36, 8. & 57, 2. & 61,5. & 63,8. & 91,1. Joh.12,32.

5. *Gallina vocem mutans* blandiſſimè vocat & ad ſe allicit pullos: Sic Chriſtus voce Evangelii nos ad ſe ſvaviſſimè invitat. Eſa. 45,22. Matt.11,28.

XII. Danda nobis eſt opera ſedulò, ut pulli gallinæ hujus φιλοςοργοτάτης ſimus & maneamus ſemper; quòd fiet,

1 *Chriſtum ſincerè diligendo:*

2. *Vocem ejus attentè audiendo:* Matth. 17, 5. Johan. 14, 21. & 15, 14.

3. *Chriſtum, quocunq; ducat ſtudioſè ſequendo:*

4. *Mutuò nos amore candidè proſequendo.* Eph. 4, 1. & ſeq. Roman. 12, 9. 10. 1. Petr. 2, 17. & 3, 8. 9. Ebr. 12, 14. 1. Johann, 4, 7. 8.

PARS II.

Magna Jesuli beneficia, magnas requirebant gratias. Verùm enim verò tantùm abeſt, ut ullam pro benefactis gratiam mundus ipſi rependat, ut potiùs Summo benefactori ſummè ſeſe ingratum declaraverit.

I. Le-

I. Legatorà Chriſto miſſos trucidando: Et illorum aliquos detis. Particula καὶ hoc loco non eſt copulativa, ſed adverſa: q. d. Ego quidem hoc faciam, mittam Prophetas, Sapien-Scribas, h. e. idoneos Verbi divini præcones; ſed vos & mihi llis malam referetis gratiam. Futurum enim, ut Spiritu ſanctarió incitati quosdam ad vos miſſos propter Evangelii prædicationem occidtais. Ἀποκτείνειν, adnotante Dn. D. Gerhard. pag. , Garm. ſignificat, non ſolùm formâ judicialis proceſſus utque obſervatâ ſuppliciô aliquem afficere; ſed etiam impetu aliquē factô, abſque ullo judicii proceſſu occidere, ut Matt. 21, 35. Marc. 12, 8. Act. 21, 31. & 13, 12. Hoc genus eſt ſupplicii, quod paupòſt repetitur, & ad Hieroſolymam περιφραστικῶς ſingulariter accommodatur, tanquam proprium iſtius civitatis in quarto modo. Erat enim hoc Hieroſolymæ, vel civibus Hieroſolymitanis velut in naturam ſuam converſum, & longâ temporum ſucceſſione in ipſos propagatum, occidere Prophetas, Luc. 13, 73. Act. 7, 51. undè abſolutè eam Salvator vocat Prophetarum interfectricem. Ubi nota, Prophetæ nomen generaliter ſumi, pro quibusvis veris ac fidelibus Verbi divini Doctoribus, ſive immediatè illi à Deo ſint vocati, ſive mediatè, unde etiam ἐξηγητικῶς dicuntur ἀποστολοι.

Legati tractādo munere erga Jeſum in quibus perſpicienda.

Genera ſuppliciorum apud Judæos, quibus Chriſti legati afficiantur.

Occidere Prophetas &c. Hieroſolymæ proprium.

Prophetæ, Eccleſiæ Dd.

Genus autem hoc ſupplicii κατὰ μερισμόν in certas quasdam ſpecies diducitur. Significat enim Salvator, occiſum iri alios

1. *cruciſixione.* Τὸ σταυρῶσαι illud ſupplicii genus notat, quod Chriſto capiti noſtro irrogatum fuit. Membra autem capiti conformari debere innuitur. Rom. 8, 29. Erat crucifixio ſupplicium & ignominioſiſſimum & atrociſſimum, non niſi ſervis & vilibus perſonis ob latrocinia, ſeditionem, læſam majeſtatem & ſimilia flagitia irrogari ſolitum. Cicero orat. 5. in Verrem, vocat crudeliſſimum & teterrimum ſupplicium genus. Lactant. lib. 4. inſtit. cap. 26. infame ſupplicium. Apud Judæos fuit quondam inuſitatum. Unde Rabbini dicunt: non eſt mos in Iſraële, ut clavos figant in manibus aut pedibus hominum, qui lapidari aut ſuſpenſi fuerunt.

Crucifixio apud Judæos ignominioſiſſimũ ſupplicii genus.

2. *Flagellatione vel caſtigatione* (hodie fuſtigatione) *ignominioſâ*, licet non ad necem ſemper. Additur, in Synagogis veſtris: quia non ob flagitium aliquod civile, ſed ob doctrinam & confeſſionem Chriſti hoc ſuſtinere debebant.
3. *Lapidatione, in populo Judaico frequentiſſimâ.* Mentionem autem hujus quoque fecit ſupplicii,

1. quia

1. quia *fuit ordinarium*, eoque plectebantur Pſeudoprophetæ:

2. quia *ex Prophetis plures fuére lapidati*, quàm aliô ſupplicii genere è medio ſublati.

Porrò quatuor aliàs erant apud Judæos ſuppliciorum genera: lapidatio, combuſtio, decollatio ſive occiſio per gladium, & ſtrangulatio: ſed inter hæc frequentiſſimum erat lapidatio, eáque affici ſolebat

Lapidatio uſitatiſſimũ mortis genus apud Judæos.

1. inceſtuoſus;

2. blaſphemus;

3. idololatra, offerens de ſemine ſuo Moloch;

4. profanator Sabbathi;

5. maledicens patri aut matri;

6. incitans alios ad idololatriam;

7. filius diſſolutus & inobediens. Levit. 20, 7. 27. & 24, 14. 16 Num. 15, 35. Deut. 13, 10. & 17, 5. & 22, 21.

II. In exſilium eosdem ejiciendo. Oratio Chriſti à majore injuria ad minorem quaſi per gradus deſcendit: h. e. interprete D. Gerhardô; quos non occidetis ac crucifigetis, illos tamen flagellabitis; quos non flagellabitis, illos tamen perſequemini de civitate in civitatem, non permittentes, ut liberè Evangelium prædicent; nec concedentes ipſis commorandi ſpatium, ex una civitate in aliam fugabitis.

III. Gratiam oblatam malitiosè repudiando. Ego volui vos congregare, & (pro ſed, iterum adverſativè) noluiſti: quidam pluraliter legunt, noluiſtis, ut ſignificetur, omnes cives Hieroſolymitanos, adeoque omnes Judæos intelligendos eſſe. Quid verò hoc nolle propriè denotet, & quanta ejus vis, id per ἀντίθεσιν egregiè exponit D. Garhard. pag. 247. his verbis: Quemadmodum τὸ *velle* Chriſti complectitur non ſolùm affectum interiorem, ſed etiam actiones exteriores, quòd per Verbum Evangelii eos vocaverit, ad pœnitentiã ſeriò eos cohortatus fuerit, quin nihil eorum prætermiſerit, quæ ſaluti ipſorum inſervire videri poterant, quæq; ad congregandos illos pertinebant: ita τὸ *nolle* Judæorũ complectitur non ſolùm interiorẽ voluntatis repugnantiã, ſed etiã effecta & indicia ejus exteriora, videlicet, quòd Chriſto dixerint, nolumus hunc regnare ſuper nos; Luc. 19, 14. quòd conſilium Dei de ſalute ſua ſpreverint, recuſantes à Johanne baptizari, Luc. 7, 30. quòd modis omnibus prædicationem Evangelii impe-

Velle Chriſti & Nolle Judæorum quid comprehendant.

pe-

erint, quin & Chriſtum ſalutis authorem & præconem in crugerint, &c.

Poriſmata & Theoremata Theològica ſecundæ partis.

I. De incredibili mundi erga Chriſtum, oblatamque gratiam ingratitudine, quâ pro maximis beneficiis peſſimam reponit benefactori gratiam, malè tractando & excipiendo eos, qui futura æterna ipſis gaudia denunciant. Pſ. 38,21. & 109,5. Matt. 11, à verſ. 25. Joh. 1,11. & 3,19. & 15,18.19. Eſa. 1,3.

Ingratitudo mundi erga Chriſtum ejusq; miniſtros.

II. Diabolus enim regnum ſuum impugnari, mundus verò a ſua redargui ferre nequit; hinc unanimi adverſus Chriſtum ecleſiam ejus conſenſu conſpirant, & eandem omnibus, quibus int, viribus ac modis perſequi & opprimere nunquam deſi-. Pſ. 90,1. Amos 7,10. Joh. 11,47.48. Pſ. 2,1.2. & 48,5. & 64, 4. & 4.5.6. Luc. 2,24. & 23,1.7. Act. 4,5.6. & 6,9. Geneſ. 3,15. Apoc. 12, Eſa. 54,11. 1. Cor. 4,12.

III. Sæpè etiam tyranni conjunctis viribus publica ſuſcitbella, quibus Eccleſia Dei ſuperatur & devaſtatur. Praxin is (Eheu) miſerandam ob oculos ſtatuit motus Bohemicus, Eciis Germaniæ nimis, proh dolor, exitioſus. 1. Sam. 4,2. 2. Reg. 17, & 25,1.3.4. Pſ. 46,2. & 48,5. & 83,3.4.5.6.7.

IV. Eccleſiam verò ſuam bellis quoque infeſtari permittit as, quia ex infirmitate carnis Satanæque illecebris enormiter indoque peccat, atque ita pœnas etiam ſibi ſponte accerſit, ut clade lapſi ad pœnitentiam revocentur, ac verè pii probentur. ut. 28,1.7. Jud. 2,12.14. Eſ. 10,5. Jerem. 30,11. & 50,23. Sap. 16,6.7. Sir. Apoc. 3,19.

Eccleſiam bellis Deus infeſtari cur permittat.

V. Interdum etiam in varia mundi loca, exilia & captivitatransfertur, ut inde purum Dei Verbum propagetur latiùs. 2. Reg. 6. & 25,1.2.3.4. Thren. 1,3. Act. 8,1. Eſa. 26.6. Zach. 10,9. Pſ. 104,22 in. 3,96. Phil. 1, 12.13.14.

VI. Ad exilia ergò & perſecutiones pii Eccleſiæ miniſtri marè ſeſe præparent: habent enim Satanam infenſiſſimum, qui eos æ piis cæteris variè perſequitur. Jer. 11,18.19.21. & 15,10. & 18,18. 20 . 49.9. Matth. 10,19. Joh. 15,18.19 20. & 16,2. 1. Cor. 4,9.11. 2. Cor. 4, 2. Par. 11,15. Amos 7,12. Act. 9,16. & 13,50. Apoc. 1,9.

Miniſtri Eccleſiæ maturé ſe ad exilia præparent.

VII. Non rarò etiam capitalibus, ob veritatis cœleſtis proeſſionem, adficiuntur ſuppliciis. 1. Sam. 22,18. 1. Reg. 18,13. 2. Par. 24, 0.21. Jer. 26,23. Matth. 14,10. Act. 7,59. & 12,2.

Digitized by Google

IIX. Chriſtus verò, quod ſolatio inſervit, novit omnia, quæ fidelibus ipſius miniſtris in & à mundo obveniunt: bonô itaque ſint animô & patienter ferant omnia. Deut.32,39. Joh.2,4. Eſ.45,7. Amos 3,6. Thren.3,38. Matth.10,29.30. Pſal.10,14. & 34,19. & 91,15. & 94,7.9.10. Prov 7,6. Mal.3,16. Job.10,12. 2.Tim.2,19. Apoc.2,9.

IX. Deus ſingulari conſiliô quosdam miniſtrorum & fidelium ſuorum deſtinavit martyrio. Pſ.44,22. & 79,21. & 116,15. Matt. 20,22. Joh 21,18. 2.Par.24,21. Marc.6,27. Sap.2,20. 1.Sam.22,15.16.18. Dan.3,21. Ebr.11,37. Prov.14,32. Matth.10,28. Sap.3,1. Apoc.6,9.

X. Alios verò ad exilia, moleſtiis & difficultatibus plurimis plena, reſervavit. Amos 7,12.13. Act.13,50. & 18,2. 1.Cor.4,11. Matth. 2,13. 2.Cor.5,6. Ebr.11,13.14. & 13.14.

Pii exilium facultatũq; ſuarum jacturam bonô animô ferant.

XI. Exilium, & quæ inde ſequitur, facultatum ſuarum jacturam, pii propter nomen Chriſti haud gravatè in ſe recipiant, protectioni Dei ſeſe commendantes, qui vel inter peregrinos de neceſſariis ipſis proſpiciet; vel defunctis tyrannis ac perſecutoribus ad ſuos; vel poſt exantlatas mundi miſerias, in cœleſtem patriam reducet. Ebr.13,12.13.14. Matth.10,37. & 16,24,25. & 19,29. Luc. 14,33. Ebr.10,34. Pſ.56,10. & 107,6.7. Exod.23,20 Pſ.91,12 Deut.1,33. Pſal.24,1. Luc.18,30. Exod.2,22. 1.Sam.27,7.8. Dan.1,6. & 2,29. 48. Exod.4.19. 2.Sam.2,1.4. Matt.2,19. Phil.3,20. Luc.22,28.

XII. Perſecutores autem ac tyranni, in Chriſti legatos & membra ſævientes, ipſum Chriſtum tangunt, perſequuntur, occidunt. 1.Sam.8,7. Eſa.63,9. Zach.2,8. 2.Reg.19,22. Joël.3,4. Act.9,4.

XIII. Tribus iſtis perſecutionis ſpeciebus Synecdochicè continentur omnes reliquę injuriarum, tam verbalium, quàm realium, ſpecies. Act.4,3. & 12,4. & 19,9. & 23,2. 2.Cor.11,23. & ſeqq.

XIV. Paſſiones & adflictiones piorum ſunt inæquales. 2. Cor.11,23. Joh.21,22.

XV. Cuiq; verò deſtinatum eſt, quid & quantum propter Chriſtum pati debeat. Act.9,16. 1.Cor.10,13. 2.Pet.2.9.

Judæi propriæ perditionis autores.

XVI. Judæi divinam, per verbum Evangelii factam, vocationem pertinaciter repudiantes, ſibi ipſis authores perditionis extiterunt. Prov.1,24. Eſa.65,12. & 66,4. Jer.7,13. Matt. 22,3. Luc. 14, 18. Act.7,51. & 13,46. Rom.11,20.

XVII. Cauſa itaq; interitûs hominum non quærenda vel ſtatuenda in abſoluto quodam reprobationis decreto, ſed in ipſis hominibus. Ezech. 18,31. & 33,11. 2. Pet.3,9. Matth.18,10. 1.Timoth.2,4. Johann. 3,16. & ſeqq. Jerem.31,20. Rom.10,16. Act. 13,46. Luc.7,30. 2.Theſſ.2.10. Sap.1,16. 2. Cor. 4,3.4. Oſe.13.9.

Matt.

h. 20,16. Joh.3,18. Luc.8,12.2.Tim.2,26.Sir.10,22. & 15,21. Eccl. 1.Theſſ.5,9. Act.17,30.

XIIX. Deus in ſalutis noſtræ negotio, non agit nobiſcum ndum voluntatem abſolutam, ſed certis mediis circumſcria: neque enim cogit homines, neque adfert illis vim irreſiſtim, ſed mediantibus Verbô & Sacramentis vult ipſos convertez ſalvare. Act.7,51. & 13,46. Luc.7,30. 1.Cor.1,21. Matth.26,26. .3,5. Tit.3,5. 1.Theſſ.1,2.5. 1.Pet.1,23.25.

Deus in ſalutis negotio quomodo nobiſcũ agat.

XIX. Deus non delectatur hominis interitu. Ezech,13,11. et.3,9. 1.Joh.2,2. Luc.19,10. 1.Tim.1,15. Matt.11,28.

Deus non delectatur hominis interitu.

XX. Miniſterii contemtus hoc tempore inter nos æque maus eſt, ac fuit olim temporibus Chriſti & Apoſtolorum. Ezech. 1.6. Luc,10,3. Joh.21,18. Ier.11,18.19. 21. & 18,18.20. Matth. 10,16. Reg.22,24. Eſ. 28,13. & 65,5. Ezech.33,31. Oſe.4,4. & 8,12. Ier.20,8. Reg.17,13. 2.Par.30,10. & 36,16. Matt.11,16.

Contẽptus miniſterii hodiernò tempore pervulgaris

XXI. Neſtorianiſmum reſipit, quod Piſcator Herbornenſ adſerit, Chriſtum humanâ tantùm, non etiam divinâ volunate voluiſſe Iudæos convertere. Itáne ergò voluntas Chriſti umana non fuit conformis divinæ? Itáne contradictoriæ ſunt n Chriſto voluntates? Abſit hoc, & in æternum abſit! Manet regula Theologica: In negotio ſalutis noſtræ, non ſunt ſtatuendæ in Deo (vel in Chriſto) duæ contrariæ & contradictoriæ voluntates, quarum una exterior ſc. ſalutem hominum velit, altera videlicet interior eandem nolit, ſed voluntati in verbo revelatæ exactiſſimè eſt conformis interna Dei voluntas.

Piſcatoris Herbornenſis error de Chriſto in negotio cõverſionis Judæorum.

XXII. Nullum h. l. ſtabilitur hominis non renati, in rebus merè-ſpiritualibus arbitrium liberum. A vi enim & facultate reſiſtendi, ad vim & facultatem ſeſe ad Deum convertendi non valet conſequentia. Et diſtingvendum eſt inter velle hominis externum & pædagogicum, in libertate arbitrii adhuc poſitum, & inter velle internum ac ſpirituale. Præterea nolle & velle bonum non eſt ejuſdem virtutis ac facilitatis: illud eſt à natura ejuſdemque malitia; hoc à Dei gratia. Philip. 1,6.29. & 2,13. Epheſ.2.18. 2.Cor.3,3. Marc.9,24. Luc.17,15. Ioh.15,5. Ezech. 36,26. Pſal.51,12,19.

Liberum arbitrium hominis nondũ renati in rebus merè-ſpiritualibus quale ſtabiliendum.

XXIII. Hoſtibus etiam exemplô Chriſti eſt benè cupiendum, & faciendum. Exod.23,4. Prov.25,27. Rom.12,20. Matt.5,44. Luc.6,27. & 23,34. Act.7,60.

XXIV. Patet ex dictis, quæ ſit tùm Salvatoris Ieſu Chriſti, tùm miniſtrorum ejus, ſors ac conditio in hac vita, multis nimirùm in- com-

Chriſti ac miniſtrorũ ejus in hac vita ſors ac conditio.

Digitized by Google

commodis vitæq; periculis permiſta. Odium pro labore. Et: Undanck in fine laborum. Vide præcedentia & alibi paſſim.

Error Pontificiorũ de notis veræ Eccleſiæ.

XXV. Elucet quoque inde craſſus Pontificiorum error, qui tragicum perſecutorum exitium & ſucceſſionem localem, pro notis veræ Eccleſiæ allegant. Bellarm. lib. 4. de Eccleſ. c. 17. Nam & ſanctiſſimi Prophetæ tragicâ morte perierunt; & Hieroſolyma, ſedes initio ſanctitatis, poſtmodum laniena piorum & ſchola mendacii, immò meretrix facta eſt, Eſa. 1, 21.

PARS III.

Contemtum & ingratitudinem comitatur pœnæ gravitas, de qua ultimò jam dicendum locô venit. Ceterum tribus Doctorum ſpeciebus, tribus ſuppliciorum generibus, triplicem Salvator opponit pœnam: harum

Judæorum pœna.

I. *eſt reatûs attractio.* Ut veniat ſuper vos omnis ſangvis juſtus. Quæ verba continent

1. *ipſam prædictionem ſive pœnæ denunciationem*: quòd Propheticidæ Iudaici non ſolùm ſangvinis, à ſe innocenter effuſi, ſed omnium etiam juſtorum, jam inde ab Abele uſque à majoribus & anteceſſoribus ſuis unquam interfectorum pœnas ſint luituri. Hic notetur;

1. *particula ὅπως non ſignificat cauſam finalem*, ſed meritoriam eventusque conſecutionem. q. d. propter hoc veniet ἐφ' ὑμᾶς in, vel contra vos, juxta meritum veſtrum, omnis ſangvis juſtus, vos oppreſſurus & exſtincturus.

Sangvis pro reatu.

2. *Sangvis per μετωνυμίαν ſumitur* pro reatu cædis, & pœna propter cædem alteri irrogata. Pſalm. 51, 16. Oſe. 4, 2. Effuſio etiam ſangvinis uſitatè in ſcriptura pro cæde ponitur. Gen. 4. 11. & 9, 6. & 37, 22. Per ſangvinem autem juſtum καθ' ὑπαλλαγὴν intelligitur ſangvis juſtorum. Deut. 19, 10. & 21, 8. 1. Sam. 25, 31.

Juſti qui dicantur.

3. *Juſti dicuntur, non tantùm qui piè & juſtè vixerunt*, ſed alios etiam ad juſtitiam & verbô & exemplô erudierunt, Dan. 12, 3.

4. *Participium ἐκχυνόμενον*, præſens pro præterito & futuro. Loquitur enim Chriſtus de ſangvine, & qui tum à Scribis & Phariſæis fundebatur, & quem adhuc fuſuri erant, & quem majores illorum ſuperioribus temporibus fuderant.

5. ju

Juſtus dicitur Abel; Abel cur dicatur Juſtus.

1. *reſpectu fidei juſtificantis*; quia fide in Meſſiam fuit juſtus Ebr. 11, 4.

2. *Reſpectu fidei operantis*; quia opera ejus fuerunt juſta & Deo grata. Placente autem perſonâ, placet opus, 1. Johann. 3, 12.

3. *Reſpectu perſonæ patientis*: quia præter omne meritum à fratre eſt occiſus, ac proinde inter martyres chorum ducit.

6. *Terminus*, quouſque reatus iſte extendere ſeſe debeat: ab Zacharias cujus in hiſtoria Evangelica die Stephani fit mētio quis fuerit. [...]ele protomartyre, usque ad Zachariam Barachiæ filium. Hic [...]tur quæſtio, quis fuerit iſte Zacharias? Et dantur tres potiſſi[...]m diſcrepantes ſententiæ. *Alii* de Zacharia Johannis Bapti[...] parente; Luc. 1, 5 *alii* de Zacharia Propheta, qui inter mino[...]s penultimum locum eſt ſortitus accipiunt, cui ſententiæ noſter [...]oque Hunnius adſtipulatur: *alij* denique de Zacharia illo, [...]lio Sacerdotis pientiſſimi Jojadæ intelligunt, eumque binomi[...]em fuiſſe exiſtimant, ut & Jojada & Barachias, h. e. benedicens [D]eum nuncupatus fuerit. Is enim 2. Par. 24, 20. legitur occiſus in[...]er ædem templi & altare; propterea quòd idololatriam graviter [e]x zelo divino objurgâſſet. Vide de iſto ſententiarum divortio pro[...]lixè diſſerentem D. Gerhard. part. 1. Harmon. Chemnitio-Lyſer. à pag. 216. uſque ad 217.

2. *Prædictionis confirmationem*, factam conſvetô juramentô. Amen, quod h. l. non eſt optantis, ſed prædictionem vel ſermonem confirmantis, ut vehementem adſeverationem innuat, ad auditorum animos percellendos, & è veterno peccatorum excitandos directam.

3. *Pœnæ denunciatæ appropinquationem*: Venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. Quidam nomen γενεᾶς generaliter exponunt: pro genere, quòd Judæi vel populus Judaicus omnis illius crudelitatis pœnas ſit daturus, quam majores ipſorum impii & ſangvinarii ab origine mundi exercuerunt. Alii rectiùs accipiunt pro tempore vitæ humanæ, & pro hominibus tunc viventibus; q. d. multi qui jam vivunt & hæc audiunt, complementum meæ prędictionis videbunt & experiuntur, idq; poſt 40. annorum elapſum ſpatium docuit exitus ingens.

II. *Extrema deſolatio ſive devaſtatio.* Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.

1. *Particula ecce eſt illativa*, propterea.

Per domũ cujus in Evangelio die Stephani fit mẽtio quid intelligendum.

2. *Præſens ἀφίεται more Hebræorum ponitur pro futuro.*

3. *Per domum.*

1. *alij intelligunt templum,* quòd uſitatè vocetur domus Dei, in qua gratioſâ ſuâ præſentiâ habitabat, 1. Reg. 2, 36. & 3, 1. & 5, 3. Dicit non ſuam, ſed Judæorum domum;
   1. quia *Deus ab ea diſceſſerat ſuâ gratiâ:*
   2. quia *verus Dei cultus non amplius exercebatur:*
   3. quia *cultus V. T. jam jam erat abrogandus.* Jer. 12, 7. & 22, 5.
2. *Alij intelligunt urbem Hieroſolymam,* Judæorum metropolin, aſylum & præſidium.
3. *Alij ad totam Judæorum regionem referunt.* Omnia conſiſtere poſſunt. In ultima enim πανωλεθρίᾳ cum templo urbs Hieroſolyma & tota Judæorum regio penitùs deleta, vaſtata & deſolata eſt. Hactenus pœna temporalis & corporalis; ſequitur ſpiritualis & æterna: ea verò eſt.

III. Totalis abjectio; vel præſentiæ gratioſæ ſubtractio, quam ipſa reprobatio vel æterna damnatio excipere ſolet. Dico enim vobis, non me videbitis ἀπ' ἄρτι, à modò; (denotat tempus, non quidem jam præſens, ſed ſtatim tamen inſtans, imminens, mox ſubſecuturum:) donec dicatis: (prædicatur, ut vult Oſiander) Benedictus, qui venit in nomine Domini. Variè & hic locus explicatur, uti videre eſt apud D. Gerhard. pag. 238. ubi poſt enumeratas interpretum ſententias ita concludit; Simpliciſſimè accipitur de ultimo Chriſti ad judicium adventu, in quo Judæi increduli etiam inviti agnoſcere cogentur, ipſum eſſe verum Meſſiam, cui majores ipſorum meritò adclamaverint: Benedictus &c. Atque eandem fermè ſententiam tenet D. Lucas Oſiander ſenior: & D. Hunnius in Matth. ubi vide.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

Urbium ac populorum interitûs cauſa.

I. De cauſis φθαρτικαῖς urbium ac populorum. Verbi enim contemtum, cædem ac perſecutionem Evangelii, ſincerorumque Eccleſiæ Doctorum, certò ſubſequuntur Imperiorum ruinæ, & Rerumpubl. everſiones totales. Prov. 28, 2. Sir. 10, 8. Matth. 21, 43. Eſaiæ 24, 3. 7. & ſeq. Jerem. 9, 11. 13. 14. 16. Luc. 19, 44. Oſe. 9, 11.

II. Non

I. Non reprehendendum, ſi Deus impiorum parentum ſtatem in impia poſteritate puniat. Exod. 20, 5. & 34, 7. . 21, 6. Jerem. 16. 3. & 32, 18. Thren. 5, 7. Bar. 3, 8. Num. 14, 8. , 21.

II. Nihil quicquam ſtatuit vel minatur Chriſtus Judæis, legem, Deut. 24, 16. Ezech. 18, 20. latam; neque juſtitiæ atur divinæ, ſi ſangvis juſtus omnis, ab Abele uſque ad Zam, h. e. à conſtitutione mundi ad ultimum uſque gentis Ju- excidium effuſus, requirendus & ſuper illam venturus dicalam

Deus Judæis an aliquid ſit minatus contra Legem latam.

uæ in Repub. (quæ unum eſt corpus) *majores commiſerunt*, ſtô Dei judiciô in poſteris ſolent vindicari. Geneſ. 15, 16. xod. 17, 14. 1. Sam. 15, 2. Exod. 20, 5. & 34, 7. Deut. 5, 9. 2. Sam. , 14. Jer. 32, 18.

uia Judæi majorum ſuorum crudelitatem ſunt ſecuti, meritò igiir paternorum etiam ſcelerum pœnas ſuſtinuerunt. Allea enim accipienda ſunt de iſtis liberis, qui ad Deum conertuntur, neque parentum veſtigiis malis inſiſtunt.

uia Judæi non tantùm imitati ſunt; ſed etiam longô poſt ſe ntervallô reliquerunt peccata parentum, quin menſuram ioq; ſuam impleverunt.

. Deus ſervorum ſuorum ſangvinem requirit à maniſecutorum. Geneſ. 4, 10. 2. Par. 24, 6. Pſalm. 9, 13. 15. Ao.

. Sangvine itaq; humanô manûs commaculandæ non ſide Domin. 6. Poſt Trinit.

I. Sangvis enim innocenter effuſus clamat ad Deum & am expoſcit. Gen. 4, 10. 2. Par. 24, 21. Eſ. 26, 21. Thren. 4, 13, 14. 2, 4.

II. Eccleſiæ tranquillitas perſequendô non retinetur, ſed n æterna vita amittitur, Joh. 11, 56.

Eccleſiæ tranquillitas an perſequendo retineatur.

X. Hoſtes miniſterii miniſtrorumque Verbi certiſſimæ pœnæ. Geneſ. 6, 3. & 19, 24. 2. Reg. 17, 7. & ſeqq. & 25, 8.

. Contemtus verbi punitur à DEO temporalibus & pœnis. Jerem. 12, 7. Vide Domin. X. poſt Trinit. & alia.

. Miniſterium Verbi ab ejusdem oſoribus & ingratis hos aufertur. Rom. 11, 21. Matt. 21, 43.

XI. Mi-

Miniſtri verbi non ignominioſe tractãdi.

XI. Miniſtri ergò Verbi non ſunt ignominioſè tractandi, ſed amandi & quovis honore adficiendi, Pſ.105,15. 1.Par.16,22. Zach. 2,8. Apoc.6,14. 2.Par.36,16.

Tyrannorũ pœnæ.

XII. De pœnis tyrannorum. Eſa.33,1. Sap. 6,7. Sir. 10,16. Mich.3,1.2. Exod.14,28. 1.Sam.31,4. 1.Reg.22,34. 2.Reg.9,33. & 11,16. & 19,37. Act.12,23.

XIII. Liberi majorum ſuorum peccata imitantes, eandem cum ipſis luent pœnam.

Chriſtus in prædictionibus & comminationibus non fallit.

XIV. Chriſtus in prædictionibus & comminationibus ſuis non fallit. Num. 23,19. Mal. 3,6. Tit.3,2. Ebr. 6,18. 1.Sam.3,29. Eſ. 34,16. Joſ.21,45. & 23,14.15. Rom.3,4. Eſ.38,7. Pſ.89,35. &146,7. Eſa. 14,24. & 46,11. & 48.3. Jer,23,24.

Dei longanimitas unde cognoſcenda.

XV. De Dei longanimitate, patientia, φιλανθρωπια & clementia, quam in eo declaravit, quòd impio populo 40. annorum ſpatium pœnitentiæ conceſſit. Roman. 2, 4.5. 1. Theſſ. 2, 16. Tit. 3,4. Eph. 2,4. Mich. 7,18. Sir. 18,9. Jon. 4,2. Sap. 1,13. Pſ. 103,13. Jerem. 18,7. Ezech. 18,33. & 33,11. Jerem. 29,11. & 32 41. Oſe. 11,9. Sap. 11,24. & 12,18.

XVI. Judæorum dòmus ideò à Deo fuit deſerta, quia ipſi priùs Deum deſeruerunt, Eſa. 5,5.

Chriſtus promptè excipiendus.

XVII. Promtè excipiendus eſt Chriſtus, in verbo fidei ad noſtram ſalutem adveniens, ne in die judicii vel inviti cogamur ipſũ judicem ac Dominum ad perniciem noſtram fateri.

Palæſtinæ reſtitutio fruſtra ſperanda.

XIIX. Reſtitutionem Palæſtinæ fruſtrà exſpectant Judæi. Etſi enim ex abundanti concedamus memorabilem aliquam Judæorum converſionem ante extremum diem futuram, eam tamen fore univerſalem, & peculiarem Judæis hierarchiam Eccleſiaſticam adlaturam, nemo facilè ex ſacris ſcripturis probabit.

DISPOSITIO SECUNDA.

PROPOSITIO διμερής.

EVangelium prælectum de ingratitudine Judæorum erga miniſtros Dei, ejuſdemque juſtiſſima pœna enarratum, duo nobis proponemus κεφαλαια, conſideraturi

I. *initio τῶν περιφρονούντων ingenium;*

II. *deinde miſerabile populi, urbis & politiæ Judaicæ fatum ſive excidium:* illud generalem, hoc ſpecialem nobis concionem exhibebit.

De

DE PRIMO.

...d generalem concionem, quæ ſangvinarium Judæorum ...ποφονόντων ob oculos depictum ſtatuit ingenium, ſpe-

Deprædicanda omnibusq; laudum encomiis celebranda Dei, ...do populo Judaico diligentia; vel inſignis Chriſti erga popu... daicum benevolentia. Diligentiæ & benevolentiæ eſt; *idoneos verbi præcones mittere.* Ecce ego mitto ad vos Pro... Sapientes & Scribas. Sermo eſt non tantùm de præterito, ...imè de futuro. Loquitur autem more ſcripturis uſitatô ...enti, — Chriſti benevolentia erga Judæos.

...quia *jam tum hoc ipſum faciebat*;

...quia *de futurorum certitudine nullatenus dubitandum.*

...it principaliter Apoſtolos, & conſequenter omnes eorum ...ores fideles. Theophylactus: *De Apoſtolis hæc dicit, quos Spi... Scribas fecit*, h.e. *Doctores populi, & ſapientiâ omni & prophe...vit.* Emitto autem inquit, declarans ſuæ Deitatis poteſta... ...rrò Apoſtolos hoſce ſuos vocat — Chriſtus cur Apoſtolos, Prophetas, Sapientes & Scribas vocet.

Prophetas, propter eventum; quia multa futura prædixe-runt, de omni Eccleſiæ ſtatu, de falſis Doctoribus, de filio perditionis Antichriſto, de ſectis venturis, & id genus rebus aliis.

Sapientes, propter effectum: quia σοφοὶ ſunt, qui veram ſapientiam divinitùs revelatam, omne nimirùm Dei conſilium mundo annunciant, & Chriſtum hominum ſapientiam prædicant. 1.Cor.1,24. & 2,7. Joh.1,18.

Scribas. Scribæ (adnotante D. Calixto Concord. pag. 65.) erant triplices: — Scribæ in ſacris quotuplices.

1. *miniſtri Regum*, quodcunque tandem eorum munus, qualis Serahah Davidi, 2.Sam.8,17.
2. *Notarij*, qui inſtrumenta & privatorum contractûs deſcribebant, quales Cinnæi, 1.Par.2,55.
3. *Legiſperiti*, νομικοὶ, qual s Ezras, Eſr.7. & Neh.8. quorum munus, publicè legem Dei interpretari.

...t autem ex hoc & aliis locis, honeſtum vocabulum & offi... ...uſu Phariſaicô in odium veniſſe apud Chriſtum. Erant ...ribæ, qui Legis & Prophetarum veram habebant notitiam, ...Apoſtoli à Spiritu S. acceperunt. Scribæ itaque rectè & di... ...& fuerunt.

2. *Filios regni colligere.* Jeruſalem, Jeruſalem, quoties vol congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pull ſuos ſub alas, & noluiſtis? Aptiſſima eſt ſimilitudo, ad exprime dum Dei erga populum Judaicum tùm affectum, tùm curam, tùt diligentiam, tùm benevolentiam. Gallina tria potiſſimùm præſ pullis ſuis:

Gallinæ cura de pullis ſuis educandis.

1. *alis fovet implumes;*

2. *de victu provida eſt ac ſolicita:* non edit ipſa niſi videat p los ſaturos;

3. *tuetur eos contra aves rapaces,* usque adeò ut ad ſangvin & mortem usque pro pullis contra milvium depugnet.

Accommodatio eſt facilis. Eadem enim præſtitit Deus, in p pulo iſthoc fovendo, nutriendo & ab injuriis vindicando.

II. *Deteſtanda populi Judaici malitia & ἀχαριςία.* Et illor aliquos occidetis, & crucifigetis: & illorum nonnullos flagella tis in Synagogis veſtris, & perſequemini de civitate in civitate Ingratitudo demonſtratur ab effectu: κτ̀ μερισμὸν enim recenſ tur varia ſuppliciorum genera, quibus à populo Judaico affici tur Apoſtoli. Unde liquidò jam conſtat, illos non ſolùm eſſ lios Prophetici datum, ſed ipſos quoque fore ἀποςολοκτόνυς. C fer præced. diſp.

III. *Horrenda Dei vindicta vel τιμωρία.* Ut veniat ſuper omnis ſangvis juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſangvine A juſti, uspue ad ſangvinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidi inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omn ſuper generationem iſtam. Quibus verbis innuitur

1. *juſtiſſima Dei pro tanta ingratitudine ultio.* Juſtè autem il puniendos pronunciat, quòd ſimilium delictorum ſimiles eſſe leant pœnæ. Judæorum & parentum ſive majorum Judaicor delicta ſunt ſimilia. Ergò ſimiles etiam futuræ ſunt pœnæ. Th phyl. addit: *Plus punientur, quàm patres Rei: nam neq; poſt tanta empla emendati fuerunt.*

2. *Ultionis modus ac ratio.* Eluent ſuo ſangvine & interit non ſuas tantùm, ſed & majorum ſuorum cædes: Veniet ſuper omnis ſangvis juſtus, h.e. ultio & vindicta ſangvinis juſti, qui quam effuſus fuit ab Abele, usque ad Zachariam; de quibus Th phylactus ita: *Opportunè meminit Abelis. Sicut enim Abel prop invidiam interemtus eſt; ita & Chriſtus occiſus eſt.* Cujus autem chariæ hoc loco meminit? *Alij* dicunt illum fuiſſe unum ex d

Prophetis: *alii* patrem præcurſoris Domini. Habet enim ratio nobis tradita, quòd locus quidam in templo fuerit, in- abant virgines. Igitur cum eſſet Pontifex, poſtquam Dei- peperiſſet Chriſtum, & ſtatuiſſet illam in eo loco, indignati ntra eum Judæi, & occiderunt eum, quòd cum virginibus äſſet mulierem, quæ pepererat. Sed hæc videntur fabuloſa.). Calixtus ex Baſilio ita: *Zacharia*, inquit, *hiſtoria quadam itione ad nos pervenit. Zacharias enim Mariam poſt Domini ionem in virginum loco conſtituens, à Judæis inter templum & nterfectus eſt; à populo namq; accuſatus, quod rem prodigioſam mq; prædicaret, virginem videlicet parientem citra virginitatis ionem.* Sed rectè Hieronymus narrationem ex Apocry- n, uti loquitur, ſomniis deductam reprobat & addit: *hoc ſcripturis non habet authoritatem, eâdem facilitate contemni- iprobatur.* Hunc verò Zachariam nullum alium eſſe vult, ui juſſu improbi Regis Joas lapidibus obrutus fuit, in atrio Domini, 2. Par. 24, 21. Et cùm altare holocauſti in atrio ante m fuerit, circumſtantia convenit, quam adſignat Servator, interfectum eum eſſe inter templum & altare. *Filius* autem æ hîc dicitur, qui ibi Jojadæ filius, vel quòd Pontifex Jojada nis fuerit; vel quòd à rebus præclarè geſtis acceperit co- n Benedicti à Domino. Etſi verò Prophetarum à populo occiſorum Zacharias ultimus non fuerit, ſed poſt illum ti interfecti ſint: hujus tamen potiſſimùm meminiſſe vo- vator, quòd is ultimus, quem interfectum ſcripturæ com- ant; & quòd ipſe vindictam ſangvinis ſui requiſierit: Mo- im dixit: Videat Dominus & requirat. Hæc ille, in quibus ique acquieſcimus.

Zacharias eut occiſus ſecundam quorundam opinionem

Filius Barachiæ quis

Zachariæ mortis mẽtio cur à Chriſto facta.

Sancta Chriſti adſeveratio, qua oraculum vel vaticinium hoc are voluit. Per generationem intelligunt nonnulli impios, tò ſignificat eſſe perdendos.

USUS I. Informatorius.

Dei ad hominum ſalutem provehendam propenſione. enim homines paternâ, propitiâ & ſeriâ voluntate cupit nec ullum ipſi gratius opus, quàm nos è regno Satanæ ere- egnum Filii ſui cooptari. Ezech. 33, 11. 1. Tim. 2, 3. 4. 1. Theſ. imonium divinæ hujus propenſionis, ac φιλανθρωπίας in- ſubminiſtrat nobis,

Deus vult omnes ſalvos. ee

1. *ſalutiferа Filii proprii Incarnatio*, qui amore noſtri ductus & inductus in mundum venit, & pro peccatis noſtris mor tuus vitam nobis amiſſam reparavit, noſque peccatô per ditos ad regna cœleſtia revocavit, Eph.5,25. Gal.4,4. Luc 2,11. Rom.4,24.

2. *Ordinaria miniſterii Eccleſiaſtici continuatio*, cujus pedes ju cundi in montibus pacem annunciant, Eſa.30,20. & 52,7 Vide præced. diſp.

II. Monitorius.

Verbū Dei ejusque miniſtri ut excipiendi & audiendi.

Ut Verbum Dei ejusque præcones gratâ mente excipiamu & promtè audiamus, nec pupillam oculi Dominici tangamu Zach.2,8. Luc.10,16. quin potiùs benignè illos tractemus, exh bentes ipſis.

1. *omnem reverentiam & honorem*; 1.Tim.5,17. Sir.7,31.
2. *gratitudinem & amorem*; 1.Theſſ.5,12.
3. *obtemperandi favorem*, Ebr.13,17.

III. Conſolatorius.

Tyrannis certus modus perſequédi Chriſti miniſtros eſt præſcriptus.

1. *Ex divina perſecutionis & hoſtilitatis moderamine.* Quanqua enim mundus & Satanas inſatiabili erga Chriſtum veroſque ac conſtantes Verbi confeſſores & profeſſores ardeant odi non tamen pro libitu quosvis invadere & ad ſupplicia rapere poſſunt, quomodo & quando velint: ſed certis quaſi limitib circumſcripta ſunt omnia, immò Satanæ, tyrannis & perſec toribus exactè præſcriptum, quos debeant, Dei permiſſu, flag lare, proſcribere, in exilium ejicere, cruci adfigere, decollar lapidare, Vulcano conſecrare. Sed nec omnes occident, ſ aliquos tantùm; pleriſque dicit Chriſtus; ſinite hos abire, Joh.18 Cauſas permiſſionis & diſpoſitionis divinæ alibi propoſuimus. V de Domin. Jubilate & locos.

2. *Ex graviſſima perſecutorum punitione*: vel ex ſangvin unquam effuſi participatione: Veniet ſuper eos ingens diluviu ſangvinis juſtorum clamantis ad Deum de terra, Gen.4,10. N lus enim *tyrannorum & hoſtium Eccleſiæ finaliter benè egit*; divinam tandem ultionem, cum æterna animæ ac ſalutis ſ jactura expertus eſt. Habent illi ubique accuſatores, ultioner poſtulantes & clamantes:

Tyranni & hoſtes Eccleſiæ habent accuſatores & delatores ſuos.

ipſa ſc. ſangvinem & cineres occiſorum;
irca ſe, cœtum Chriſtianorum gementem & flentem;
ipra ſe, animas mactatorum vindictam petentes, Apoc.6,10.
Ad generum Cereris ſine cæde & ſangvine pauci
Deſcendunt Reges, & ſicca morte tyranni,
37,9. & ſeqq. Vide præced. diſp. Chriſtus enim non modò
ſt, ſed etiam gibbor, fortis, heros dicitur, Eſa.9,6. Pſal.
ec tantùm Agnus, Joh.1,29. Eſa.53,7. 1.Pet.1,19. Apoc.5,6.
& 6,1.17. & 7,9.10.14.17. &12,11. & 13,8. & 14,4. & 15,19.21.22.
m Leo dicitur, Apoc.5,5.
Ex officij Chriſti conſideratione; idq; in filiorum diſperſo-
llectione poſitum eſt. Huc facit egregia & verè Evangeli-
litudo de gallina & pullis. Conſiſtit collatio; Collatio gallinæ & pullorum in quibus conſiſtat.
pullorum excluſione: gallina facit hoc per incubationem
caloris communicationem: Chriſtus per Regeneratio
em, mediante Verbô & Aquâ. Carnali nativitate ſpiri-
aliter ſumus mortui: per regenerationem verò & renova-
onem in Baptiſmo ſpiritualem adipiſcimur in RegnoChri-
vitam, Joh.3,5. Tit.3,5. Eph.2,5.
ardenti dilectione. Deut.33,3. Eſ.63,9. Jer.31,3. Johann.13,1.
al.2,20. Eph.5,25.
vocis mutatione vel accommodatione. Matth.11,28. Eſaiæ
, 22.
alarum dilatatione. Per alas intelligitur Chriſti gratia &
eritum ſalutiferum. Deut.32,11. Pſ.17,8. & 36,8. & 57,2. &
,8. & 91,4. Mal.4,2.
pullorum calefactione, Joh.1,16.
eorundem nutritione vel alimentatione. Chriſtus nos ci-
at corporaliter & ſpiritualiter. Pſalm.23.1.2. & 111,5. &
6,15.16.
deductione, Eſa.43,2. Deut.32,10 11.
defenſione: pullorum enim ſuorum curam gerit Chri-
s, eosque contra inſultus diaboli fortiter tuetur, Jo-
n.10,15.
mulca paſſione. Gallina denudatur plumis & tota emacera-
, modò pullis ſit benè & conſulatur: Chriſtus moritur in
ce nudus, vermis eſt & non homo, ut noſtræ ſaluti ſempi-
næ proſpiciat, Pſal.22,7. Eſa 43,25.
amiſſi inquiſitione, Luc.19,10.

DE SECUNDO.

Ad ſpecialem Chriſti concionem, quæ miſerabile populi, urbis, templiq; Judaici fatum & excidium continet, quod ſpectat, exhibet illa nobis Chriſtum

1. *Hieroſolymam graviter increpantem:* Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Quæ verba habent

1. *beneficiorum exprobrationem.* Ingeminatio indicat, ingratiſſimam fuiſſe urbem.

2. *ingenij hereditarii deteſtationem;* quòd

1. *Prophetas occidendo;*

2. *ſervosq; Dei lapidando majorum ſuorum naturam ſangvinariam ſectetur.*

2. *Hieroſolymæ adhuc benè* (ſed fruſtrà) *cupientem:* Volui te congregare, ſed tu noluiſti; aliàs noluiſtis. Intelligit τῆς ἀθελήσεως mentione finalem impœnitentiam, ex ſupino verbi faſtidio obortam. Senſus eſt: In Deo nulla major fuit cura, quàm ut ſervaremini: in vobis nulla minor, ſimpliciter noluiſtis audire, obedire, converti. Theophylactus: *Arguit illam quaſi ſangvinariam, & quòd ſæpiùs volente ſe miſereri ejus, ipſa noluerit: ſed diabolum potiùs audierit, à quo diſperſa & à veritate fuerit abducta, congregantem autem Dominum non ſuſceperit. Nihil enim ſic à Deo diſpergit, ut peccatum, & nihil ita ad Deum adgregat, ut virtus.*

3. *Pœnas atrociſſimas interminantem.* Ecce (certitudinis eſt nota) relinquitur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis: haudquaquam me videbitis poſthac, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Quibus verbis pœnam minatur quadruplicem;

Pœnā quadruplicem minatur Dominus his verbis: Ecce relinquetur vobis &c.

1. *πανολεθρίαν ſive totalem devaſtationem:* Domus veſtra: intelligit templum, ſecundum quorundam interpretationem. Ipſorum domum vocat, quaſi non amplius ſit domus Domini & manſio Majeſtatis divinæ: ſed domus Phariſæorum, in quo habitet ſuperſtitio, avaritia, rapina, luxus, hypocriſis, *ἀνομία* & quicquid ſcelerum ipſis hoc cap. 23. Matthæi objecit. De executione hujus ſententiæ dicitur Domin. 10. poſt Trinit.

2. *Excæcationem;*

3. *Præſentiæ & gratiæ divinæ privationem:* quæ omnia exprimuntur verbis: Dico vobis, non videbitis me poſthac, vel à modò (h. e, ab hoc tempore, quô vobiſcum nunc converſor) donec

di-

dicatis &c. Loquitur de noviſſimo ſuo adventu, ad cujus tempus Iſraëlis cæcitas duratura videtur: interim plenitudo gentium ingredietur, & ita Chriſti Judæos premet.

4. *Serum pœnitentiæ declarationem.* Ita ſenſus verborum foret: non videbitis me, niſi in die extremi judicii, quò cogemini, quanquam nimis ſerò, confiteri, me eſſe Meſſiam & benedictum Domini. Juvencus Presbyter lib. 3. Evang. hiſtor. p. 461.

O Solymi, Solymi, ferrò qui ſæpè Prophetas,
Ad veſtram miſſos vitam, ſine fine necâſtis:
Quàm volui veſtram gentem populumq; tueri,
Ales uti molli ſolita eſt ſuo corpore pullos
Obice pennarum circum complexa fovere!
Sed vobis ſemper cœleſtia munera ſordent.
Deſeritur jam nunc domus hæc vaſtata ruinis;
Nec vobis noſtrum fas ultra eſt cernere vultum.

USUS I. Informatorius.

Quòd hoſtes Chriſti, Eccleſiæ & fidelium Verbi miniſtrorum, eorundemq; perſecutores, ſive perſecutio fiat factô, ſive verbô, graviſſimas Deo tandem dare ſoleant pœnas. Punit eos

Hoſtes Chriſti, Eccleſiæ & miniſtri verbi eorundēq; perſecutores graviſſimis pœnis aliquando afficientur.

1. *finali deſertione;*

2. *totali everſione.* Utrumque ſupplicii genus h. l. intimatur: utrumq; evenit Judæis; eveniet etiam nobis, niſi maturè actâ pœnitentiâ iram Dei ſuccenſam totôq; cœlô fulminantem vel deleverimus, vel mitigaverimus. Si in hac vita pœna differtur; non tamen effugient. Cùm enim revertetur Chriſtus ad judicium, rationem factorum reddere tenebuntur. 2. Par. 24, 22. Jer. 26, 15. 2. Theſſ. 1, 8. Rom. 14, 10. 12.

II. Adhortatorius.

Danda nobis eſt opera, ne nolentibus connumeremur: illis enim aliquando dicetur: ite in ignem æternum. Matt. 25, 41. Oſe. 13, 9. Zach. 7, 11. & ſeqq.

III. Conſolatorius.

1. *Ex mortis ſanctorum qualitate,* quæ in Dei conſpectu eſt glorioſa. Pſalm. 116, 15. Mal. 4, 2. Actor. 6, 15. & 7, 55. Apoc. 6, 11. Pſalm. 91, 8.

2. Ex *Adventus Chriſti jucunditate.* Oculi noſtri videbunt Chriſtum revertentem, ipſiq; cum jubilo obvii accinemus; Bene-

di-

dictus qui venit in nomine Domini: reportantes finem fidei ſalutem animæ, coronamque gloriæ immarceſſibilem, 1. Petr 1, 9. & 5, 4. 2. Timoth. 4, 8. quam nobis omnibus largiatur ter benedicta Trinitas, cui gloria, laus & benedictio ſeculis infinitis, Amen.

DISPOSITIO TERTIA.

Propositio μονομερής.

PRotomartyris Stephani feſtivitatem ſolemniter, in medio feſtivitatis Dominicæ, celebraturi, illud ſolummodò caput pr contemplabimur, *quid nimirùm feriatis hisce nativitatis Chriſti diebus omnes nos cogitare, meditari & agere conveniat, ut digna Deo, digna Jeſulò recens-natô, digna nobis ipſis fieri queant.*

Ἐξήγησις.

Ingens ab initio animadvertitur ſententiarum divortium, inter Eccleſiæ Romano-Papiſticæ addictos, & nos, qui examuſſim ad verbi revelati præſcriptum actiones noſtras, adeoq; cultum omn inſtituere adlaboramus ſedulò. Illi enim Puerulô mellitiſſimô in cunis & ſtabulo Bethlehemitico relictô, Stephani laudibus fictis & ementitis maximam partem inhærent:

Stephani protomartyris privilegia.

1. *Privilegia S. Stephani prolixè enarrando.* Diſcipulus enim quem vocant, de Tempore, novem enumerat Privilegia ejuſdem peculiaria; nimirùm

1. *quòd fuerit Protomartyr, qui poſt glorioſam Chriſti ad cœlos aſcenſionem primus pro fide Chriſtiana ſit occiſus.*
2. *Quòd viderit cœlos apertos, & Jeſum (tanquam adjutorem ſuum in paſſione) ſtantem à dextris virtutis Dei.*
3. *Quòd pro inimicis ſuis oraverit exemplo Chriſti.*
4. *Quòd ſimilis Angelo apparuerit in claritate faciei, quâ perſecutores ſuos deterruerit;* & hoc accidiſſe, propter virginalem ſuam quam habuerit vitam.
5. *Quòd ſimilis ſit effectus Apoſtolis ſapientiâ, eloquentiâ, conſtantiâ & miraculorum efficaciâ.*
6. *Quòd paſſio ejus multùm fuerit conformis paſſioni Chriſti.*
7. *Quòd habuerit tres coronas;* coronam martyrum, virginum & confeſſorum ſive prædicatorum.
8. *Quòd corpus Laurentii* (teneant riſum Lectores) *honoraverit corpus S. Stephani.* Cum enim ſepulcrum S. Laurentii aperuiſ

ſen

ſerit; ut ibi corpus S. Stephani collocarent, tunc Laurentius in latus ſe vertit (verba ſunt Diſcip. de Temp. ſerm. 7. de Sanctis) & mediam partem ſepulcri vacuam dereliquit; & ſic corpus S. Stephani ibi (aliunde translatum) collocatum eſt, & clauſô ſepulcrô auditæ ſunt voces Angelorum dicentes & pſallentes: O felix Roma, quæ corpus Laurentii Hiſpani, & Stephani Hieroſolymitani glorioſa pignora unô claudis nauſeolô.

Diſcipuli de Tempore de Stephano ſepulto figmenta.

9. *Quòd feſtum ipſius hodie in univerſo mundo ſolenniter celebretur*, & in qualibet miſſa quotidie nominetur.

2. *Idololatriam manifeſtam exercendo.* Stephanum enim adorandum, ut patronum & Deum tutelarem, Eccleſiæ ſuæ Pſeudocatholicæ proponunt. Hinc blaſphemum illud & mendax Diſcipuli de Temp. pronunciatum: Omnes homines debent feſtum Stephani ſolemniter & celebrare & devotè; (ſequitur modus) & eum tanquam ſingularem patronum invocare, quòd poteſt omnibus invocantibus eum ſubvenire:

Stephanum eſſe adorandum tradit mendax diſcipulus de tempore.

1. *infirmantibus*;
2. *dolores oculorum patientibus*; dicitur enim habere poteſtatem
   1 *ſuper mortem*;
   2. *ſuper ſterilitatem*;
   3. *ſuper aquam*, ut ſubveniat hominibus in periculo maris exiſtentibus;
   4 *ſuper dæmones.* Paratus addit,
   5. *ſuper cælum*;
   6 *ſuper terram*;
   7. *ſuper aërem.*

Parati figmentum de Stephano.

Et ne quid deſit blaſphemiæ, adjicit modò dictus Paratus: Ejus namque corpus in reverentia ipſe Deus habuit, Angeli, Apoſtoli, Spiritus maligni, etiam mortui. Et ideò (concludit tandem) nos ipſum honorare debemus, quòd nos juvare poteſt in omnibus neceſſitatibus præſtante Dominô noſtrô. Nugas audis, Siculis gerris inaniores, quas augent peculiaribus ad S. Stephanum directis precibus, quarum aliquas vide in Exam. Concil. Trident. Doct. Chemnitii part. 3. pag. 249. & 254. Indigna certè ſunt hæc & alia, quibus tempus tam ſacrum, ſacro cultui deſtinatum, teratur. Nos hac die ea meditabimur, quæ præſentis Evangelii pericope cogitare ac meditari jubet; nimirum,

I. *Summam Jeſuli noſtri pro Eccleſia curam ac ſollicitudinem*, quam vel inde animadvertere promtum eſt, quòd pro Verbi puritate, in ſalutem noſtram, adſerenda curam gerat indefeſſam. Prodidit hunc ſuum erga nos affectum, hodieque prodit;

Chriſti erga nos affectus.

1. *Verbi præcones concedendo.* Iſti homines ſunt ſervi Dei excelſiſſimi, qui annunciant nobis viam ſalutis, Actor.16,17. Commendantur inde, quòd ſint

Miniſtrorum verbi tituli.

1. *Dei legati*, ab ipſo peculiariter miſſi. Angelus autem & legatus æquipollent. Hagg.1,13. Malach.3,1. Matth.11,10. Apoc.1,1. & 2,1. & 3,1. 2.Cor.5,20. Eph.6,18.19.

2. *Prophetæ*, qui ventura dicunt, uti habet gloſſa ordinaria. Lutherus: Propheten ſind/ die aus bloſſer Eingebung des H.Geiſtes predigen/ die es nicht aus der Schrifft/ oder durch Menſchen geſchöpfft haben/ als Moſes vnd Amos waren/ vnd das ſind die höheſten vnd beſten/ die ſind weiſe/ vnd können andere weiſe machen/ Schrifft ſetzen vnd auslegen: Der Art ſind geweſen faſt alle Väter/ vor vnd mit Moſe/ vnd nach ihm auch viel/ ſonderlich die Apoſtel/ die da ſeyen/ vnd ſchlechte vngelehrte Leute waren.

Propheten/ was es heiſſen.

3. *Sapientes*, qui ſciunt, quem proferant ſermonem: moralium latores; gloſſ. ordin. Lutherus: Die Weiſen ſind/ die es nicht blos aus Gott/ ſondern durch Schrifft vnd Menſchen haben/ vnd ſind die Jünger vnd Folger der Propheten/ doch die mit dem Mund vnd lebendigen Wort ſelbſt predigen vnd lehren. Ein ſolcher war Aaron/ der daredet alles/ was ihn Moſes hieß, Exod.4.

Weiſe/ was es heiſſen.

4. *Scribæ, in lege periti*, qui ſcripturas expoſuerunt, gloſſ. ord. Lutherus: Die Schreiber oder Schrifftgelehrten ſind/ die mit Schrifften vnd Büchern lehren/ wo ſie gegenwertig oder mündlich nicht lehren können/ als die Apoſtel auch geweſen ſind/ zuvor die Evangeliſten vnd ihre Folger/ als die H.Väter/ doch daß ſie nicht ihre Dünckel/ ſondern Gottes Wort ſchreiben vnd handeln/ welches ſie von den Weiſen vnd aus der Schrifft erlernet haben. Confer quæ de his appellationibus in præced. diſp. diximus. Ingens autem Dei beneficium eſſe miniſterii conſervationem, ſincerorumque Doctorum conceſſionem, ex ſuperioribus didicimus.

Schreiber oder Schrifftgelehrten was es heiſſen.

Digitized by Google

2. *De futuris calamitatibus præmonendo*. Fidem prædictioni facit ſanctâ juramenti depoſitione. Tela autem præviſa feriunt minùs. Vide Domin. Exaudi.

3. *Imminens fatum deplorando*. Huc ſpectant verba admodum lugubria, commiſeratione pleniſſima: Jeruſalem, Jeruſalem, quoties volui te congregare: q.d. Ego volui, & tu noluiſti; & quotquot congregavi meâ voluntate ſemper efficaci: te nolente feci, quòd ſemper ingrata fuiſti, gloſſ. ordin. Ubi additur: homines non ſaxa plangit affectu Patris. Verè enim afficitur Chriſtus calamitatibus hominum, interitu etiam impiorum, idque tùm verbis, tùm lacrymis profuſiſſimis teſtatum fecit. Luc.19,41. Thren.3,33. Jer.32,41. Sap.1,13. Ezech.33, 11. 1.Tim.2,4.

4. *Sui notitiam revelando*. Quô enim erga mundum ſit affectu, ſimili admodum jucundô, de gallina & pullis declarat. Lutherus: Er were gern der Jüden Gluckhenne geweſen / wann ſie hetten wollen Küchlin ſeyn. O Menſch mercke die Wort vnd das Gleichnis wol / wie gar aus groſſem Ernſt vnd gantzem Hertzen ſchüttet er das heraus? In dem Bilde wirſt du ſehen/wie du dich gegen Chriſtum halten ſolt. Sihe der Hennen vnd Küchlin zu / da ſiheſt du Chriſtum vnd dich gemahlet vnd abconterfeyet/das dann kein Mahler mahlen kan. Et gloſſa ordin. Hoc animal, inquit, magnum affectum habet in filios, ita ut eorum infirmitate affecta infirmetur, & eos alis protegent contra milvum pugnet: Sic Dei ſapientia per carnem infirmata protegit nos & defendit nos à diabolo. Diſtinctè conſideretur

Lutherus von der Gluckhenne.

1. *gallina*;
2. *pulli*.

Gallinam Chriſtus agit;

Chriſtus quomodo agat gallinam.

1. *Vitam communicando largiter*: Ipſe enim dat nobis vitam, inſpirationem & omnia, Act 17,25. 28.
2. *Omnia patiendo libenter*: Pſ.16,2. & 38,18. Thren.1,12.
3. *Diligendo ardenter*. Auguſt. exclamat: Domine Jeſu Chriſte, plus dilexiſti me, quàm te. Deut.1,31. & 33,3. Pro.8,32. Pſ.87,2
4. *Lugendo miſerabiliter*, Pſ.22,1. Matt.26,38. & 27,46.
5. *Nutriendo fideliter*. Vide præc. diſpoſ.
6. *Vocando ſuaviter*. ib. O Domine Jeſu, tu eras dulcis in præſepio, dulcis in patibulo, dulcis in ſepulcro, & nunc es dulcis in corde.
7. *Defendendo fortiter*. Ib.

Homines cur comparentur pullis gallinæ.

Pulli nos ſumus miſeri:

1. in vita principio. Pulli vitam non à ſeipſis, ſed à gallina habent: ita nos animam & corpus Chriſto accepta referimus, per quem omnia facta ſunt. Joh. 1,3. Pſal. 33,6. & 100,2. Ebr. 1,2. Hæc gratâ mente recolere, & Creatori ac Redemtori dignè vivere pullos decebat. At plures, proh pudor, proh dolor, ſerviunt ventri, quàm Deo omnipotenti. Phil. 3,19. φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, 2. Tim. 3,4.

2. In multiplici periculo Diabolus nihil deſiderat aliud, quàm ut nos perdat. Auguſt. *Mille itaq; ab hoſte hoc infenſiſſimo ſingulis momentis nos circumſtant pericula quæ non niſi Gallinæ hujus noſtræ præſidiô evitare valemus*, 1. Pet. 5,8.

3. In tutiſſimo refugio. Pulli imminente milviô ad matrem curſu concitatô advolant: Tu fac ſimiliter:

1. per quotidianum veræ pœnitentiæ exercitium;

2. per adſiduum Verbi divini ſtudium;

3. per dignum Sacramentorum uſum;

4. per precum piarum officium.

4. In tranquillitatis ſtudio: pacifici ſub alis maternis degunt pulli. Pſ. 133,1. Matth. 5,9. Sir. 25,1.2. & 50,25. Zach. 8,19. Marc. 9,50. Rom. 12,18. & 14,19. 2. Corinth. 13,11. Col. 3,15. Eſa. 32,18. Lutherus: O wir müſſen in Chriſto/ auff Chriſto/ und unter Chriſto bleiben/ von der Gluckhenne nicht weichen/ es iſt ſonſt alles verlohren.

II. Deteſtandam mundi ingratitudinem. Is enim pro ſummo beneficio ſuo benefactori Opt. Max. reponit ſummum maleficium. Manifeſtàrunt præ cæteris hanc animi peſſimè-grati malitiam Judæi,

Judæi quomodo prodiderint ſuam ingratitudinem.

1. Factô vel effectu; legatorum nimirùm emiſſorum

1. ſangvinariâ internecione, factâ per

1. crucifixionem;

2. lapidationem: Synecdochicè ponitur ſpecies una atq; altera pro genere: Ex illis occidetis alios, ut Paulum & Iacobum: quoſdam crucifigetis, ut Petrum & Andream. Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, (Dominum nunciantes Prophetarum, gl. ord.) & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, h. e. duritiâ cordis à te repellis, (ſpiritualiter) vel corporaliter ut Stephanum. gl. ord.

2. Ignominioſâ flagellatione, quod Apoſtolis Act. 5,40. & 16,22. & 22,19.25. 2. Cor 11,25. contigit.

3. Malitioſâ in exilium profligatione. Vide ſuprà.

2. Con-

2. *Contemtu, oblatæ nim. gratiæ reprobatione*: tu noluiſti. Patet inde, cauſam damnationis multorum hominum non hærere in JESULO noſtro, ſed in ipſismet hominibus, gratiam Judæorum more oblatam faſtidientibus, miniſtros audire recuſantibus, immò ad mortem uſque ipſam auſu planè nefariô & impiô perſequentibus, Joh. 1, 11. Rom. 3,8. Vide præced. Damnationis cauſa nō pendet a Jeſulo noſtro, ſed ab hominibus ipſis.

III. *Pœnarum denunciatarum certitudinem.* Minatur enim contemtoribus, legatorumque ſuorum violatoribus h. l. Chriſtus, Chriſtus quales contemtoribus legatorum ſuorū minetur pœnas.

1. *reatum*: Veniet ſuper vos omnis ſangvis juſtus (h. e. debita ultio pro effuſione ſangvinis juſti, gl. ord.) qui effuſus eſt ſuper terram, à ſangvine Abel juſti, (hoc eſt, cujuslibet laici gloſſ. ordin.) uſque ad ſangvinem (Sacerdotis) Sachariæ, filii Barachiæ; (benedicti Domini) quem occidiſtis inter templum & altare. (h. e. quem occidit veſtra generatio in atriis templi ſub dio.). Quærit hoc locô gloſſa: Cur uſque ad hunc, cùm multi poſthunc occiſi ante natalem Chriſti; & Chriſtô natô mox pueri ab hac generatione ſunt peremti? Reſp. Quia Abel paſtor ovium fuit, necatusq; in agro: Zacharias Sacerdos necatus eſt in atrio templi, utriusq, gradus martyres, & laicos, & officio altaris mancipatos, ſub eorum voluit intimare vocabulis.

2. *Vaſtatam domum.* Innuitur πανολεθρία. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta, h. e. templum vel civitas Romanis tollentibus gentem & locum; Civitas enim auxiliô Dei nudata ſuæ ditioni relinquetur, quæ benè derelicta eſt, cum à Deo derelinquitur, gl. ord. Lutherus: O eine greuliche Straffe iſt das/ die ſehen wir auch an den Jüden/ ſie haben ſo lange Propheten getödtet/ daß Gott keine mehr zu ihnen ſendet/ hat ſie nun 1500. Jahr gehen laſſen ohne Predigt/ ohn Propheten/ hat ſein Wort von ihnen genommen/ vnd die Flügel zu ſich gezogen/ vnd alſo iſt jhr Hauß wüſte. Jhre Seele bawet niemand/ es wohnet auch Gott nicht mehr vnter jhnen.

3. *Averſum vultum.* Dico enim vobis, (niſi pœnitentiam egeritis & confeſſi fueritis me Filium Omnipotentis Patris) meam faciem poſt paſſionem non videbitis, donec dicatis: Benedictus &c. Gloſſa: Hoc turbæ dixerunt Domino venienti Hieroſolymam. Quòd autem his tranſactis hic Dominus dicit, cogit myſticè intelligi, de adventu claritatis ſuæ, ubi confitebuntur Filium, quem crucifixerunt. Quibus σύμφωνα ſunt, quæ B. Lu-

Digitized by Google

therus h. l. habet: Dieſe wort hat Chriſtus geredt nach dem Palmtage/am Dienſtage/ vnd iſt der Beſchluß vnd letzte Wort ſeiner Predigt auff Erden/ darumb iſt er noch nicht erfület/ vnd muß erfüllet werden. Sie haben wol jhn einmal empfangen am Palmtage/aber damit iſt dis nicht erfüllet. Vnd daß er ſagt: Jhr werdet mich nicht ſehen/ iſt nicht zuverſtehen/ daß ſie jhn darnach nicht mehr leiblich geſehen haben/ ſo ſie jhn doch darnach creutzigten. Aber er meinet/ ſie ſolten jhn nicht mehr ſehen/ als ein Prediger vnd Chriſtum/ dazu er geſandt war/ſein Ampt/vnd er in ſeinem Ampt iſt darnach nicht mehr geſehen von jhnen/ er hat jhnen in dieſer Predigt die Letze gegeben/ vnd in ſeinem Ampt beſchloſſen/ dazu er geſandt war.

Hæc ſæpiùs, diebus potiſſimùm hiſce feriatis, cogitata; alienô damnô cautiùs nos mercari docebunt. Quæ prætereà ad praxin pertinent, ex iis, quæ in præcedentibus diximus, nullô vel exiguô negotiô huc accommodari poſſunt. Conſerva & guberna nos Domine in veritate tua. Sermo tuus eſt Veritas, Amen.

IN FESTO S. JOHANNIS EVANGELISTÆ ET APOSTOLI, EVANGELIUM

Joh. 21. à verſ. 20. ad finem cap.

DISPOSITIO PRIMA.

PEricope præſentis Evangelii tota eſt generis Demonſtrativi. Continet enim res geſtas inter Chriſtum & Apoſtolos, quibus poſt reſurrectionem ſuam ad mare Tiberiadis ſeſe manifeſtavit; amicô inſtitutô cum Simone Petro colloquiô, in quo ipſum muneri Apoſtolico poſtliminiò reſtituit, ſimulque mortis genus, h. e. martyrium prædixit. In poſt-Colloquio verò oritur ex genere judiciali quæſtio, de morte Johannis Evangeliſtæ, orta ex ψευδερμηνείᾳ verborum Chriſti; utrum mortem & ille ſit more aliorum hominum viſurus & guſtaturus!

Quæ

Quæritur initiò de cauſis, quibus pia inducta antiquitas, Johannis recordationem ſolemni Salvatoris feſtivitati immiſcere voluerit? Dari poſſent multæ, nobis una atq; altera ſufficiet.

Feſtum Johannis cur in feriis nativitatis Chriſti celebretur.

1. *Quia teſtis fuit Jeſuli noſtri ἀξιόπιστος καὶ αὐτόπτης*: præbuit enim teſtimonium nativitati ejus, non humanæ, ſed divinæ præſertim, reliquorum hac in parte Evangeliſtarum ſcripta hoc ipsô veluti transſcendens: unde aquilæ arduum admodum volanti ille æquiparatur: Altiùs enim cæteris hiſtoriæ Evangelicæ ſcriptoribus evolavit, immò peculiare quodammodo iſtud ſibi habuit, ut Divinitatem & Incarnationem Filii Dei doceret & demonſtraret.

2. *Quia, ſi hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus fides adhibenda*, hac ipsâ die, 27. Decembris, diem obiiſſe ſuum creditus olim fuit. Fabulæ ſunt, quæ de Johannis ἀθανασίᾳ ignavi olim finxerunt Monachi. Rationes plures non addo.

Fabulæ Monachorum de Johannis immortalitate.

Nomen ſortitus eſt idem, quod Baptiſta præcurſor Domini. Origine illud eſt Hebræum, à R. חָנַן affecit gratiâ; unde nomen חנה gratia, hinc Johannes gratioſus, Huldreich / Gnadenreich / non activè, ſed paſſivè. Filius fuit Zebedæi & Salomes, ſororis Joſephi, frater Jacobi majoris, ex piſcatore, Chriſtô vocante, fafactus Evangeliſta & Apoſtolus, Matth. 4, 21. & 10, 3. Donis præ ceteris diſcipulis ornatus fuit inſignibus, Dei nimirùm notitiâ, fide, confeſſione, cum peculiari quadam morum facilitate ac ſvavitate conjunctis; ideoque Chriſto etiam inprimis charus fuit, & nuncupatus Jeſu dilectus diſcipulus, uti videre eſt Joh. 13, 23. & 19, 26. & 20, 2. & 21, 20. quæ etiam cauſâ fuit, ut rebus ac miraculis præcipuis ſpectandis adhiberetur, de quibus legitur Matth. 17, 1. & 26, 37. Marc. 1, 30. & 5, 37. & 9, 38. & 14, 33. Luc. 22, 8.

Johannis nomen. Parentes. Vocatio. Dona.

Ἀναμάρτητος non fuit, ſed ſuis quoque infirmitatibus obnoxius, de quibus vide, Matt. 20, 22. Marc. 3, 17. & 10, 55. & 13, 3. Luc. 9, 54. Marc. 14, 50. 51. 52. Fugit quidem & ipſe captô Chriſtô cum reliquis Apoſtolis ac diſcipulis, ſed mox reverſus Magiſtrum ſecutus eſt in aulam Pontificis, immò ad ipſam uſque crucem, ſpectator factus cum Maria matre, teſtamenti quaſi diſpoſitione peculiariter illi commendata, omnium Salvatoris cruciatuum, ipſius denique mortis, Johan. 19, 25. Nunciô de Chriſti reſurrectione acceptô certavit quaſi currendo ad ſepulcrum Dominicum cum Petro, quem curſu etiam prævenit, Johann. 20, 4. Stantem in littore primus agnovit, Johann. 21, 7. Poſt adſcenſionem Chriſti ad cœlos man-

Hiſtoria de Johanne.

fis

fit Hieroſolymis, cum reliquo Apoſtolorum & fidelium grege, χάρισμα Spiritûs S. exſpectans & accipiens, Act. 1, 13. Commoratus Hieroſolymis & poſteà dicitur uſque ad beatam Mariæ matris Dominicæ ἀνάλυσιν. Ibi verò unà cum Petro claudum verbô in nomine Chriſti ſanavit, Actor. 3, 1. & ſeqq. populó ad miraculum accurrente; ſalutis per Chriſtum partæ myſterium prædicavit, ingratitudinem Judæorum accuſans, & pœnitentiam ab iiſdem poſtulans; propter quam dicendi libertatem cum Petro captus concilio ſiſtitur, Chriſtique cauſam intrepide agit, Actor. 4. 13. & ſeqq. Poſtmodum Eccleſiam Samaritanam, à Philippo Diacono colligi cœptam, cum eodem Petro viſitavit, Simone Magnô Syriâ expulsô, Actor. 8, 14. & ſeqq. Præfuit cum Petro & Jacobo fratre concilio Apoſtolorum, Actor. 15. 6. Paulo ac Barnabæ ſocietatis dexteram dedit, ut inter gentes ipſi, ille verò cum ceteris Apoſtolis inter Judæos circumciſos Evangelium prædicarent, Galat. 2, 9. Hæc de ipſo Evangeliſtarum & Actuum Apoſtolicorum hiſtoria commemorat.

Defunctâ Domini matre Epheſum, ſi Euſebio credimus, conceſſit, & vicinas totius Aſiæ Eccleſias adminiſtravit. Ad ſcribendum tardiùs reliquis acceſſit, ut 1. *compleret, quæ prioribus tribus Evangeliſtis deeſſe viderentur*; & 2. *errores Cerinthi & Ebionitarum, divinitatem Chriſti planè negantium, refutaret*. Extat præter Evangelium ejus epiſtola, quam vocant Canonicam: reliquæ duæ non videntur D. Oſiandro ab Apoſtolico Spiritu & ſtylo Johanneo alienæ. Zelo adſerendæ gloriæ Chriſti & propagandi Evangelii arſit ingenti, unde cum fratre filius tonitrui a Chriſto dictus eſt, Marc. 3, 17.

Scripta.

Centur. 1 lib. 2. c. 10.

Ingreſſurus aliquando balneum, pedem illicò Cerintho, divinitatis Chriſti hoſte, conſpecto retraxit, hoc ad diſcipulos uſus ſermone: diſcedamus citò, ne ruinâ balnei opprimamur, cùm intus ſit Cerinthus hoſtis veritatis. Tradunt ſcriptores Eccleſiaſtici, in urbe Epheſo Evangelium Iohannem docuiſſe: verùm illud D. Oſiandro ab officio Apoſtolorum (quibus mundus peragrandus erat) videtur alienum, cùm Paulus ad Epheſios ſcribens, nullam quoque Iohannis mentionem fecerit. Et addit: Quòd hinc inde pulſus ſit propter Evangelii prædicationem, non dubito: quod autem in Pathmo diu exulaverit, ibique Apocalypſin ſcripſerit; in eo puto (ſalvô aliorum judicio) errare ſcriptores Eccleſiaſticos. Liber enim Apocalypſeos non habet inſcriptionem Io-

Iren lib. 13. cap. 3.

Profeſſio.

Johannis Apoſtoli, ſed Johannis Theologi, & ſtylus in Apocalypſi multùm à ſtylo Johannis Apoſtoli diſcrepat.

D. Pappus vita: Sunt autem & de hoc variæ narrationes, quæ ita conciliari poſſe videntur, ſi ſtatuamus Johannem Epheſô Romam, ad perferendum ſupplicium adductum fuiſſe, cumque ante portam Latinam in ferventis olei dolium demiſſus non læderetur, in Pathmum inſulam relegatum eſſe ſub Domitiano; ſed ſub Nerva Epheſum rediiſſe, & ad Trajani usque imperium perveniſſe. Diutiſſimè enim vixit, & poſtremus omnium Apoſtolorum ex hac vita migravit poſt annum à nativitate Chriſti centeſimum, cùm ipſe centeſimum & vigeſimum ætatis attigiſſe ſcribatur. Confer D. Oſiandr. d. l. Dreſſer. de diebus feſtis 316. & 317. D. Finckium Poſtill. feſtiv. p. 277.

Epitom. hiſt. Eccleſ.

Mors.

Nos jam conſvetam τριχοτομίαν obſervantes, tria nobis ex Evangelio prælecto conſideranda proponimus, audituri

1. Chriſti cum Petro colloquium;

2. Diſcipulorum poſt-colloquium; &

3 Apoſtoli de ſe ſuisq; ſcriptis teſtimonium.

PARS I.

Prandium cum diſcipulis poſt reſurrectionem ſuam Chriſtus κατ' οἰκονομίαν ſumſerat; hoc peractô, cum Simone Petro familiare admodum & amicum inſtituit colloquium, cujus partem tantùm aliquam Eccleſia prælegere & enarrare hoc die feſtô conſvevit. Duo autem fuerunt colloquii iſtius κεφάλαια:

Colloquii Chriſti cum Petro poſt reſurrectionem ſumma.

1. Petri in integrum reſtitutio; remiſſâ enim omni abnegationis culpâ, munus ei Apoſtolicum, ternâ rei ejusdem repetitione, denuò confirmavit.

2. Martyrii vel mortis prædictio; innuens ipſum non naturali, ſed violentô mortis genere obiturum; iſthac autem morte Deum glorificaturum veritatemque Evangelii conteſtaturum. In poſteriori hac colloquii parte adhucdum commoratur Jeſus. Notanda veniunt tria:

1 Chriſti juſſio vel præceptio, ſive novi mandati promulgatio; Sequere me. Quis ſit mandati ſenſus, ex præcedentibus promtum eſt colligere. Reſpicit nimirùm

1. docendi officium; ubi ſuum ſibi in paſcendis ovibus exemplum proponit, monens, ut ſimili fidelitate & diligentiâ gregem Dominicum curet: ſequere me.

2. *Mundi præmium.* Pro ſumma enim ille fide & ſtudio peſſimam retulit à mundo gratiam; idem Petro exſpectandum; hinc petat, unde animus erigendus: ſequere me.

3. *Cruentum mortis ſupplicium*; q. d. cruci ſum adfixus, idem tibi continget: ſequere me.

II. *Curioſa Petri inquiſitio.* Converſus Petrus videt illum discipulum, quem diligebat Jeſus, ſequentem, qui & recubuit in Cœna ſuper pectus ejus, & dixit: Domine, quis eſt ille, qui tradit te? Hunc ergò cùm vidiſſet Petrus, dicit Jeſu: Domine, hic autem quid?

Continetur his verbis:

1. *Πολυπραγμοσύνης occaſio*, quam ſubminiſtravit ſpontanea Johannis ſequela. Sequitur enim Chriſtum, nondum peculiariter ad id, uti Petrus, ſive juſſus, ſive vocatus. Quòd ſi cunctantem vel deſidem vidiſſet, locum fortaſſis habere poterat intempeſtiva illa Petri curioſitas. Jam verò videt agentem, ſequentem, h. e. in officio conſtitutum: curioſè itaque & intempeſtivè quærit.

2. *Sequentis deſcriptio.* Johannes enim modeſtè de ſe ſentiens noluit proprium allegare nomen: ita tamen ſeipſum deſcripſit, ut de perſonæ certitudine dubitari non poſſit.

3. *Ipſa quæſtio:* Domine, hic autem quid? Non quærit ex pio in Johannem affectu, ſed ex peſſimo curioſitatis vitio. Qui varias quæſtionis hujus expoſitiones cognoſcere cupit, legat D. Gerhard. harm. Evang. cap. 11. pag. 399. & ſeqq. Item Aretium in Johan. & alios. Nos ſubjungimus illud ex Auguſtino Pelargi: *Sic comparata eſt hominum natura, ubi de nobis fuerat cogitandum, ſolicitè alios reſpicimus curioſi potiùs, quàm ſtudioſi: ſiquidem ſtudioſius ea, quæ ad ſe, curioſius ea cupidè requirit, quæ nihil ad ſe attinent.*

Quæſt. in Joh. p. 226.

III. *Severa Petri correctio:* Si eum velim manere, donec veniam, quid ad te? Tu me ſequere. Quibus verbis:

1. *Petrum à curioſa iſthac de Johanne inquiſitione revocat.* Habes inhibitionem rei non faciendæ in forma propoſitionis hypotheticæ & acris quæſtionis propoſitam. Falſa eſt vulgata antiqua verſio, quæ pro ſi, legit ſic: contradicit textus græcus: *ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν.* Ea enim depravatio malicioſa multis falſis opinionibus anſam præbuit, figmento cumprimis de Johannis *ἀθανασίᾳ*. Certum autem eſt ex hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumentis, Johannem nec in Paradiſum tranſlatum vivum, nec in ſepulcro adhuc dormire, ſed verè mortuum eſſe. Vide prolixam ſententiæ hujus examinationem apud D. Gerhard. & Pelarg. d. l. Senſus eſt, ſi vel maximè

Harmon. pag. 403. quæſt. in Joh. p. 226.

usque

usque ad extremum diem eum ſupereſſe velim, quid hoc ad te? Nequaquam enim aſſertivè Chriſtus pronunciat, Johannem in vivis usque ad judicium noviſſimum permanſurum, quam opinionem ipſe Johannes diſertis verbis excludit; ſed hypotheticô hoc pronunciatô curioſitatem Petri ſeverè & graviter retundit.

2. *Ad officij ſui conſiderationem eundem reducit*; tu ſequere me: q. d. prò alio, Johanne cumprimis, jubeo te eſſe *ἀμέριμνον*, tu vide, ut tuo officio non deſis. Sequere autem me Chriſtum quomodo Petrus ſequatur.

1. docendo;
2. vigilando;
3. mortem tolerando.

Huc faciunt verba Pelargi: Caſtigat Dominus Petri curioſitatem triplicitèr:

1. reprehendendo quòd non pergat in ſua vocatione;
2. *culpando*, quòd nimium ſit ſolicitus de vocatione aliena;
3. *arguendo*; quòd irrumpat quodammodo in ipſius Domini officium, non acquieſcens judicio & voluntati ejus.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. Inſigne habemus *φιλανθρωπίας* Chriſti, in erigendis miſeris peccatoribus, exemplum ac teſtimonium. 1. Tim. 1, 16. Luc. 7, 37 & ſeq. Joh. 4, 7. & ſeqq. & 8, 11. Luc. 15, 1. 2. Rom. 5, 20. Matth. 11, 28. Joh. 6, 37. Chriſti *φιλανθρωπία.*

II. Simus ergò & nos promti ad offenſarum condonationem mutuam. Rom 14, 1. Gal. 6, 1. Matt. 5, 23. & 6, 14. & 18, 35. Marc. 11, 25. Luc. 6, 38. & 17, 4. Eph. 4, 32. Col. 3, 13. Sir. 28, 2. 3. 2. Tim. 4, 16. Condonatio mutua ab omnibus requiritur.

III. Chriſtus ſeipſum Petro & Paſtoribus reliquis omnibus ducem ac *ὁδηγὸν*, quem in miniſterio ſequantur, proponit, Matth. 28, 20. 2. Cor. 5, 20.

IV. Sequela Chriſti eſt duplex: Sequela Chriſti duplex.

1. *generalis*, omnibus verè piis neceſſaria. Matth. 10, 38. & 16, 24. Marc. 8, 34. Luc. 9, 23. & 14, 27.
2. *ſpecialis*, qualis Petro hoc locô demandatur, ad quam etiam vocatio Apoſtolorum ſpectat. Matth. 4, 20. & 9, 9. & 19, 21. Marc. 2, 14. Luc. 5, 11. Vide in feſt. Andr. plura.

V. Sequamur itaque Chriſtum, Chriſtum quomodo ſequamur.

1. in doctrinæ fideiq; conſtantia;
2. in vita innocentia;

3. in crucis tolerantia;

4. in carnis abſtinentia, Joh.3,16. & 8,12. Apoc.2,10. Rom. 8,29. Matth.11,28. Luc.9,23. & 14,26. Act.14,22. Phil. 2,5. 1.Pet.2,21. 23. Tit.2,12. Gal.5,24. 2.Tim.2,11.12.

5. in vocationis diligentia Matth.4,18. & 9,9.

Curioſitas Petri exemplum infirmitatis

VI. Iterum D. Petrus curioſitate ſuâ nobis exemplum præbet infirmitatis, quæ ſanctiſſimis etiam hominibus ac renatis adhæret. Vixdum à lapſu Petrus ſurrexerat, & ecce iterum labitur, & curioſâ in res alienas inquiſitione graviter peccat, ut novâ Domin correctione opus habeat. Jac.3,2. Eccl.7,21. Job.4,18. & 14,5. & 15,1 1.Reg.8,46, Exod.34,7. Luc.5,8. 1.Joh.1,9.

VII. Abſit ergò omnis ſecuritas, & in timore Domini quotidiè vitam agamus, ne Satanæ tentationibus ſuccumbamus, Eph. 5,15. Phil.2,12. Luc.21,34.36. 1 Pet.5,8. 1 Cor.15,34.

IIX. Admiranda Dei ſapientia ac juſtitia conſpicitur, in crucis diſtributione inæquali. Sap.11,21. Gal.6,5. Matth.10,30. Act. 9,16. 2.Cor.11,23. & ſeqq. Vide feſt. Steph.

Πολυπραγμοσύνη vitanda.

IX. Πολυπραγμοσύνη, ut grande peccatum ſummô ſtudi unicuivis cavenda; cum homicidis enim, furibus ac maleficis reputantur ἀλλοτριοεπίσκοποι. 1.Pet.4,15.16. Sir.3,22. & 10,30. 1.Cor. 7,17. 1.Theſ.4,11. Sir.11,10. & 13,2. Num.16,31. 2.Sam.18,9. 2.Par.26,1 Luc.18,14. Rom.12,16 Auguſt. *Curioſum eſt genus hominum ad cognoſcendum vitam alienam, deſidioſum ad corrigendum ſuam.*

X. Quàm turpe verò eſt πολυπραγμονεῖν, tàm latè patet ho vitium, hominibus quodammodo σύμφυτον, adeò ut ſpecies eju percenſeri vix queant.

XI. Peccant enim per πολυπραγμοσύνην, qui non content vocatione ſuâ, vel eâ etiam relictâ, alienam temere invadunt. 1.Pet. 4,15. 2.Theſſ.3,11.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

πολυπράγμονες qui.

XII. Πολυπράγμονες ſunt, qui ſimiæ facti ſanctorum, opera & facta eorum ſectari præſumunt. Vide Luther. in Poſtill. Eccleſ. h. l.

Stulta ſapit vulgus, vult quilibet eſſe Lutherus.

XIII. Πολυπράγμονες etiam ſunt, qui futuros rerum eventûs, quos Pater cœleſtis in ſua poſuit poteſtate, inveſtigare & prædicere præſumunt: quò ſpectant varia ex aſtris Genethliacorum nugamenta. Quæ enim Deus ſibi præſervavit, ea à nobis non vult curioſè indagari. Opponimus curioſis iſtis dictum Matth.6,34. Act. 1,7. Eccl.7,15.

XIV

XIV. Sancti non ſunt Stoici, qui omnem affectum humanum exuerint, ſed mortem etiam naturæ inſtinctu reformidant. Sir,41,1. Matth.26,41

XV. Quæſtiones etiam curioſæ, quorum notitia in verbo non eſt revelata, ſtudioſè vitentur. Matth.24,36. Actor.1,7. 1. Tim. 1,4. 2.Tim.2,23. Tit.3,9.

XVI. Ruinoſò admodum Papiſtæ fundamentò nituntur, ex malitioſa depravatione & corruptione textûs Evangelici, Johannem mortuum eſſe, planè negantes.

XVII. Nec minùs fallunt & falluntur ex Papiſtis illi, qui mortuum quidem concedunt, ſed eodem ſtatim die reſurrexiſſe, inque cœlum tranſlatum eſſe Johannem, ad Exemplum B. Virginis, contendunt? (iſt eines ſo gewiß als das ander:) cujus opinionis aſſecla inter neotericos eſt Janſenius, referens; in monumento reliquias corporis Johannis nuſquam repertas; piè tamen credendum eſſe, (ἄπερ γραφῶν οὐδέν) quòd poſt mortem, ob ſingulare privilegium charitatis, mox reſuſcitatus, & corpore immortali in cœlos tranſlatus ſit. Harm. cap. 148.

XIIX. Verè itaque Johannem mortuum veriùs ſtatuimus: (de mortis genere ſumus ἀμέριμνοι, ſive violentâ morte is perierit, à Trajano occiſus, ſive, quod veriſimilius, naturali obierit morte;) hæc enim ſententia verbis firmatur ſubſequentibus; quòd non dixerit Chriſtus, ipſum non moriturum, ſed manſurum uſque ad tempus præfinitum, donec veniat, donec ipſum evocet. Apoplexiâ placidè extinctum, notat Euſebius, annô à reſurrectione Chriſti 60. ætatis 120. ſecundum alios 89. vel 99.

XIX. Suæ quiſque vocationis rationem habeat maximam, de aliena non admodum ſolicitus. 1,Cor. 1,26. & 7,20. Eph. 4,1. 2. Petr. 1,10. Vocationis propriæ rationem quilibet obſervet.

XX. Deus multa rectè promittit & facit, quorum rationes inquirere noſtrum non eſt. E.g. Chriſtus promiſit in Cœna dare corpus ſuum in, cum & ſub pane manducandum, quomodo id præſtare poteſt? Reſp. Quid ad te curioſe?

XXI. Caveant pii afflictiones ſibi accerſant vel imponant ſpontaneas; (quod Flagellarios Capucinos in regno Pontificio facere videmus) ſed à Domino impoſitas patienter ferant.

XXII. Martyrium recenſetur triplex: *1. Voluntatis & operis*; quale erat Stephani: *2 Voluntatis non operis*, quale Johannis & Lutheri: *3. Operis non voluntatis*, quale puerorum innocentum, ab Herode immani facinore trucidatorum, Matt.2,16. Martyrium triplex.

Google

Tyrannis & perſecutoribus certus terminus eſt conſtitutus.

XXIII. Tyrannis & perſecutoribus certum Deus terminu conſtituit, ne contra pios pro libitu graſſari queant. Matth.10, 2.Petr.2,9. Job.38,11.

Verſio Bibliorum antiqua vitioſa.

XXIV. Antiqua Bibliorum verſio hoc loco deprehendi vitioſa: iniqui ergò ſunt Pontificii, pro Canonica eandem no obtrudere ſub fulmine anathematis laborantes. Tutiorem inſi mus viam, ſi ad fontes, tanquam authenticum Spiritûs S. ſerm nem recurramus.

XXV. Plùs quàm abſurdi ſunt iidem Papiſtæ, qui man to Chriſti, ſequere me, peregrinationes ad ſepulcra, ſtatuas & b ſilicas ſanctorum ſtabiliri ſomniant. Nulla eſt à baculo ad an lum conſequentia.

PARS II.

Colloquium Chriſti cum Petro, excipit inter diſcipulos bitum poſt-colloquium: ejus verò notetur

1. *ἀφορμὴ ſive occaſio*, quam præbuerunt verba Chriſti p peram intellecta. Exiit enim ſermo inter fratres, quod diſcipu ille non moreretur.

1. Verbum ἐξέρχεσθαι h.l. idem ſignificat quod dimanare, pror nare, latius ſerpere, divulgari.

Fratres Chriſti qui nam ſint.

6. Per fratres intelliguntur, non tàm Apoſtoli, qui tum præſen aderant, quàm reliqui Chriſti fideles. Qui enim poſtm dum dicti ſunt Chriſtiani; Actor. 11, 26. illi initiò propte fidei & charitatis unitatem animorumque conjunctione fratres dicebantur. Ad illos igitur fratres hic promanavi ſermo, quòd diſcipulus iſte, de quo Chriſtus locutus fuer (intelligitur Johannes ipſe) planè non ſit moriturus.

2. *Ἀνασκευὴ ſive confutatio falſæ iſtius opinionis*, ex ipſo v borum ſono ſimplici petita. Non dixerat ei Jeſus non moritur: ſi volo eum manere donec veniam, quid ad te? Dupliciter aut falluntur erroneæ hujus opinionis authores:

1. hypotheticam propoſitionem pro Categorica habendo. H pothetica autem nihil concludit: & hypotheſis nihil ponit in e unde oritur ἔλεγχος παρὰ τὸ πῆ καὶ ἁπλῶς.

2. ψευδερμηνείαν in verbis Chriſti manifeſtam committen Ex verbo enim μένειν efficiunt, οὐ μὴ θανεῖν. Tria itaque in errore tàm craſſum fratres induxerunt.

1. ſiniſtra collectio. Sic enim illi concludebant:

Chriſtus peculiariter Johannem diligit:
E, non morietur, ſed vivus in cœlum transferetur.

2. *Verborum Chriſti in ſenſum alienum detorſio*, uti jam modò dictum. A conditione autem ad affirmationem non valet conſequentia.

3. *Vitæ Johanneæ prorogatio*; unde quem defunctis Apoſtolis reliquis diu ſuperſtitem fore videbant, illum ſemper victurum falsò ſuſpicabantur.

Porismata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Non ſcandalizemur, ſi hodieque errores circa Verbum Dei oboriri, & latiùs indies ſerpere videamus: idem enim verbis Chriſti, de Johanne prolatis, contigit. Jerem. 6,14. & 8,8. & 10,21. & 14,14. & 23,15.21. Thren.2,14. Eſaiæ 9,16. & 56,10. Matth. 7,15. Rom.16,17. 1.Cor.11,19. 2.Tim.3,1. & ſeqq. 2.Petr.2,1. 1.Tim. 4,1. Luc.17,23.

Errores in Eccleſia ob orti non ſeducant nos à verbo Dei

II. Errores in Eccleſia plerique naſcuntur ex præconceptis opinionibus, depravatione & falſo intellectu ſcripturæ, nec non ex incertis collectionibus, ex ſophiſticationum funiculis contextis. Matth.22,29. Col.2,4.8.23. 1.Timoth.4,2. & 6,3.4.5. Matth.11,2. & 16,14. & 17,10. & 23,27. 2.Corinth.11,13 14. Jer.7,4. Joh.8,39. & 9,28.41. Eph.4,14. 2.Cor.2,17. Pſ.12,3. Eſ.59,4.5. Deut 32,32.33. 2.Tim.2,17.

Errores in Eccleſia unde oriantur.

III. Errores ex falſo verborum Chriſti intellectu enati, non poſſunt rectiùs, nec debent aliter corrigi, quàm

1. *accuratâ ipſorum verborum inſpectione & conſideratione:*
2. *in propria cujuslibet articuli ſede:*
3. *non obſtante: quòd adverſarii eadem dicta ad præconceptas & falſas imaginationes detorqueant:*
4. *ita ut non conviciis*, ſed ſcripturæ teſtimoniis, contra adverſarios veritatis certetur. Matth. 4,4.7.10. & 19.4. & 22,29.30. Act.9,20. Eſa.8,20. & 40,8. Ezech.44,24. Matth.15,13. 1.Cor. 2,13. Tit.1,9.

Errores ex falſo verborum Chriſti intellectu quomodò corrigendi.

IV. Errare ut humanum, ita facilimùm; at perſeverare eſt diabolicum, Gal.6,1.

Errare humanum.

V. Meritò exploditur error Pontificiorum, quem illi, vitioſâ loci hujus verſione & interpretatione inducti, circa Johannis *ἀθανασίαν* fovent ac defenſant, nunquam nimirùm il-

lum

lum eſſe mortuum, ſed vivum ſepulcrum ingreſſum, & inde in cœlum adſumtum. Errorem hunc Johannes ipſe διαῤῥήδην improbavit & rejecit.

VI. Ex errantium multitudine de veritate nullatenus eſt judicandum. Credimus uni Johanni contradicenti magis, quam multorum diſcipulorum ſermoni egreſſo. Matth. 24, 5. 11. 24. 2. Theſſ. 2, 8. 10. 11. Luc. 12, 32. & 18, 7, 2. Petr. 2, 1. 2. Apocal. 13, 8. & 17, 11. 12.

VII. Deus omnibus temporibus quoſdam excitavit, qui erroribus obortis contradicerent. Vide Catalog. teſtium veritatis.

IIX. Inſignis modeſtiæ exemplum Johannes præbet, quâ omnem à ſe gloriæ vanitatem & ambitionem quàm longiſſimè removere ſtuduit, 2. Cor. 10, 18. & 3, 5. 1. Cor. 4, 7. 1. Sam. 2, 3. 1. Pet. 5, 5.

IX. Verbo Chriſti, quippè infallibili, unicè, nudè & ſimpliciter eſt inhærendum, Eſ. 8, 19, 20. Rom. 12, 6. 1. Pet. 4, 11. 1. Theſſ. 5, 20. 2. Pet. 1, 19. & 3, 1. Luc. 16, 29.

Officium Paſtorum quid requirat.

X. Officium Paſtorum requirit, errores obortos apertè, maſculè & publicè refutare, ſive illud fiat ſcripto, ſive vivâ voce, ſive utroque modô ſimul. Tit. 1, 9. 10. 2. Tim. 2, 25. Eſ. 58, 1. Act. 18, 9. Matt. 7, 15 Act. 20, 28. 29. Phil. 3, 2. 1. Joh. 4, 1. 1. Reg. 18, 18. 23. & 22, 14. 25. Jer. 27, 9. & 28, 25. Matt. 3, 7. Act. 8, 20. & 13, 19. Pſ. 102, 19.

Verbi ſcripti neceſſitas.

XI. Frequens eſt, ſed admodum detrimentoſa, immò diabolica; calumnioſa verborum interpretatio. Ioh. 2, 19. Matt. 22, 21. Luc 23, 2. Act. 6, 13. Pſ. 15, 2.

XII. Patet ex hoc loco ſumma Verbi ſcripti neceſſitas. Niſi enim Iohannes manifeſtam illam verborum Chriſti depravationem hiſtoriæ hujus ſcriptione correxiſſet, invaluiſſet penitùs error, Iohannem non eſſe mortuum. Ioh. 20, 31. Pſ. 102. 19. 2. Petr. 3, 15. Apoc. 1, 9. Exod. 24. 4. & 34, 27. Deut. 31, 9. Ier. 36, 2. Hab. 2, 2. Rom. 5, 4. 2. Tim. 3, 16.

Deus cur Johanni longã conceſſerit vitam.

XIII. Deus Iohanni ideò tàm longævam conceſſit vitam, ut

1. *Canon veritatis in N. T. eſſet certus & immotus*, ne vel ſuppoſitiæ traditiones, vel adulterina Apoſtolorum ſcripta pro veris & genuinis irreperent:
2. *Eccleſia haberet idoneum adverſus hæreſes obortas propugnatorem:*
3. *admoneremur, Deum tyrannis & perſecutoribus certos conſtituere limites.* Pſ. 27, 5 & 91, 1. & 1099. Sed ſatis de hoc diſcipulorum poſt-colloquio.

PARS

PARS II.

Reſtat Johannis de ſeipſo ſcriptisque ſuis teſtimonium. Conſtat autem tertia hæc pars

1. *dictorum ſive* ἐξηγήσεως, *ſive* ἀποδηλώσεως, quâ quis ille ſit diſcipulus, de quo Chriſtus hæc dixerat, haud obſcurè ſignificat. Teſtem nimirùm ſeipſum & ſcriptorem actorum iſtorum profeſſus. Q. d. Ego Johannes is ipſe ſum, de quo opinio immortalitatis vana & erronea ſparſa fuit. Scribere autem hæc volui, ut palàm teſtarer de his quæ audivi, & errorem illum publicô ſcriptô corrigerem.

Μάρτυρα verò ſive teſtem ſeſe appellans, oſtendere voluit, ſe non privatô auſu, non temerè, ſed inſtinctu planè divinô, officii vocationisque ratione urgente, ad ſcribendum acceſſiſſe. Nihil enim obſtat, quò minùs de tota hiſtoria Evangelica, Johannis calamô conſcripta, indeque monumenta relata, textus hic intelligatur.

Johannes cur ſeſe teſtem appellaverit.

2. *Autoris vel ſcriptoris* συστάσεως, deſumta à veritatis ipſius πληροφορίᾳ ſive firma perſvaſione; quòd certò conſtet, veriſſima eſſe omnia, quæ divino Sp. S. inſtinctu in literas retulerit. Teſtem ſc. ἀνυπεύθυνον omnique exceptione majorem ſeſe conſtituens, de cujus teſtimonio nihil quicquam ſit dubitandum. Ratio,

Johannis teſtimonio cur credendum.

1. *quia fuit* μάρτυς προκεχειροτονημένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ, *teſtis à Deo in id præordinatus*, Act.10,4.
2. *Quia fuit* αὐτόπτης *eorum, quæ de Jeſu Chriſto ſcripſit*, adeoq; ſcribendo teſtatus fuit, Joh.19,35. 1.Joh.1,1 2.
3. *Quia fuit* θεόπνευστος μάρτυς, qui unà cum Apoſtolis reliquis Spiritum S in die Pentecoſtes acceperat.
4. *Quia fuit* μάρτυς θαυματουργός, edidit miracula, quibus prædicationi & ſcriptioni ſuæ fidem plenam conciliavit.

3 *Dicendorum* παραλείψεως, veluti generalis totius ſcripti vel operis clauſulâ, quam alii ἀνακεφαλαίωσιν vocare malunt Occurrit enim interrogantibus, num omnia Chriſti dicta & facta in Evangelio ſuo recitârit? Reſpondet, ſe multa, immò pleraque præteriiſſe: ſatis ſibi viſa eſſe ea, quæ ſcripſerit, *tùm* ad veritatem Evangelii adſtruendam; *tùm* ad hæreticos arguendos, quorum potiſſimum causâ laborem hunc ſuſceperit. Abrumpere autem ſeſe filum, non rerum ſcribendarum penuriâ, cùm materia reſtet, vel mille libris, immò tot libris de Chriſto ſcribendis, quos ne mundus quidem caperet. Verbum χωρῆσαι uſurpatur *tùm* de loci, *tùm* de intellectûs capacitate, Joh.2,6. Matth.19,11. Joh.8,37. 2.Cor.7,2.

Johannes Evangeliſta cur non omnia dicta & facta Chriſti Evangelio ſuo inſeruerit.

Κόσμος itidem dupliciter accipitur, *partim* de viſibili cœli & ter-

Mundi vocabulũ quid ſignificet.

terræ ſyſtemate, Joh.1,10. Matt.13,35. *partim* de hominibus, in mundo habitantibus, Matth.5,14. Joh.12,19. 1.Joh.5,19. unde duplex hujus loci emerſit interpretatio, *alii* tertiam addunt. *Quidam* enim non ad locum, ſed ad animos hominum referunt. *Alii* ad mundum infidelem reſtringunt. *Nonnulli* tropicam hyperbolem agnoſcunt, quæ poſtrema ſententia fautorem habet Dn. D. Gerhardum.

Harm. Evang. cap. 13. pag. ult.

Quicquid ſit, loquitur Johannes de miraculis, in diebus carnis à Chriſto perpetratis; quæ omnia ſcribi Spiritus S. noluit, cui hîc ſubſiſtere & pedem figere placuit. Johannes itaque amanuenſis illius, non debuit aliud velle, ſed manum & calamum cohibere. Quæ enim ſcripta ſunt, *tùm* ad dogmata ſtabilienda, *tùm* ad errores confutandos, *tùm* demum ad mores formandos ſatis viſa ſunt firma, idonea ac perſpicua.

B. noſter Hunnius Auguſtini amplexus ſententiam ita in Johan. Non intelligit capacitatem localem, ſed hoc innuit, quòd perlegendis & expendendis, qui ſcriberentur, libris, nulla hominis ætas, nullaque vis ingenii ſufficere poſſet. Ideoque hac in parte conſultum eſſe hominum imbecillitati, ne multitudine librorum gravaretur aut obrueretur, ſed pauca iſta ex multis ſcriberentur, quæ ipſa tamen perfectam viam ad ſalutem oſtenderent. Huic adſtipulatur D. Pelargus, quæſt. in Ioh. fol. ult. in hunc modum ſcribens: Nihil opus tropum fingere, cùm in re infinita & incomprehenſibili balbutire quodammodo nobiſcum Spiritus S. noſtrôque loqui more videatur: ſiquidem tanta eſt abyſſus majeſtatis divinæ, quæ eſt in Chriſto, inque operibus ejus, ut non tantùm omnes omnium hominum ſenſûs, ſed & terram & cœlos abſorberet: ideò Chriſtus cum operibus ſuis non poteſt ab ullo mortalium pro dignitate & amplitudine majeſtatis deſcribi, quam ne totus quidem mundus poteſt capere. Simpliciter ergò & aſſertivè intelligimus verba Iohannis ultima, & inde docemur.

Porismata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

Media ſalutis ſufficienter in ſacris propoſita ſunt.

I. Ea quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, ſufficienter eſſe propoſita. Pſ.19,7. Act 20,27. & 26,22. Luc.16,29. 2.Tim.3,16. Deut.4,2. & 12,ult. Ioh.5,39. & 20,31. Gal.1,8. Apoc.22,18.19.

II. His omnibus plenè cognitis, reſtare plurima in cœleſti demum Academia pleniùs addiſcenda. 2.Pet.1,19. 2.Cor.4,6 1.Ioh. 1,4. 1.Cor.13,12.

III. Acquieſcendum eſſe ἐν τοῖς ἐγγράφοις, neque poſtulanda eſſe plura, quæ Spiritus S. voluit eſſe ἄγραφα. Electa enim ſunt quæ ſcriberentur, quæ ſaluti credentium ſufficere videbantur, ut ait Auguſtin. Ioh.16,21. Matth.15,6. Eſa.29,13. Ioh.5,39. & 15,15. 1.Iohan.1,1. 2.

Scriptura plura non poſtulanda.

IV. Scriptura enim ſemper in ſe certa ſatisque perſpicua, intrinſecâ autoritate αὐτόπιστος, & in neceſſariis ad ſalutem perfecta eſt manetque, ut fruſtrà deſiderentur plura, impiè autem incertę traditiones admiſceantur, cùm Evangeliſta expreßè conteſtetur, plura de Chriſto ſcribi nec potuiſſe, nec debuiſſe.

Scriptura certa perſpicua & ad ſalutem perfecta.

V. Laudem meretur Iohannis candor & integritas, quem nominis ſui in confutando tàm craſſo errore non puduit, multùm abſimilis lucifugis veſpertilionibus, è Calvinianorum potiſſimùm ſodalitio, qui inhoneſtô & famosô hoc ſcribendi genere immane quantum delectantur, Ioh.18,20.

VI. Apoſtolorum officium, divinitùs ipſis à Chriſto demandatum fuit μαρτυρεῖν, teſtimonium perhibere de Ieſu Nazareno, quòd ſit Chriſtus & deſtinatus mundi Salvator. Ioh.1,7. & 15,27. & 19,3. Act.1,8. & 4,33. & 10,39.41. & 23,11. & 26,22. 1.Cor.15,15. Gal.5,2. 1.Ioh.1,2. & 4,14. Eph.4,7. 2. Theſſ.1,10. 2.Timoth.1,8. Apoc.1,2.9. & 12,11.

Apoſtolorum officium.

VII. Conjungitur μαρτυρία καὶ γραφή: Apoſtoli enim non vivâ tantùm voce, ſed & ſcriptis de Chriſto teſtimonium perhibuerunt. 1.Ioh.1,3.4. Apoc.1,2.3.19.

IIX. Quia enim juſſi ſunt docere omnes gentes, non iſtius ſolùm, ſed ſecuturi etiam temporis, Matth.28,19. neceſſarium utiq; fuit, ut Evangelium, quod vivâ voce præconiaverunt, poſteà per Dei voluntatem in literas etiam referrent.

IX. Voluit autem Deus verbum ſuum, ordinarium ſalutis noſtræ medium, non vivâ tantùm voce prædicari, ſed & ſcribi inq; literas referri, ob cauſas pondere graviſſimas; quarum

1. eſt vitæ humanæ brevitas, Gen.5,5. & 47,9. Pſ.90,10.

2. Hominum numeroſitas:

3. Cuſtodiæ à traditionibus expectanda infidelitas, Ioſ.24,3. Gen. 35,2. Ezech.20,7.

4. Memoriæ humanæ imbecillitas, 2.Pet.1,15.

5. Cœleſtis doctrinæ ſtabilitas, Luc.1,3.4. Phil.3,1.

6. Hæreticorum perverſitas, neceſſariò reprimenda.

Deus cur verbū ſuum nō tantùm prædicari, ſed & ſcribi voluerit.

X. Mandante autem Deô Verbum ejus revelatum literis eſſe conſignatum, probatur

M 2 1. ex-

1. *expreſſò Dei mandatô.* Exod.17,14. & 34,37. Eſa.8,1. & 30,8. Jer.30,2. & 36,2. Ezech.24,2. & 43,11. Hab.2,2. Pſ.45,2.
2. *Internò ad ſcribendum impulſu.* 2.Pet.1,21. 2.Tim.3,16.
3. *Auguſtiſſimò ſcriptionis initiô,* quod Deus ipſe fecit, Exod. 24,1. & 32,16

Evangeliſtis Deus cur dederit mandatum ſcribendi verbum.

XI. Etſi autem hæc, quæ dicta ſunt pro ſcriptura tantùm V. T. militare videantur: Evangeliſtas tamen & Apoſtolos mandatum quoque in N. T. ſcribendi habuiſſe patet.

1. *ex impulſu divino*, quô ad ſcribendum permoti ſemper fuerunt ſancti Dei homines. Oſe. 8,12. 2.Tim.3,16. (πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος. Ergo etiam N.T. ſcriptura) 2.Pet.1,21.
2. *Ex Chriſti ipſius mandato,* Matth. 28,19.
3. *Ex Apoſtolorum officio,* de quo paulò antè monebamus.
4. *Ex ſpeciali ſcribendi præcepto,* Apoc.1,11. 19. & 2,1. 8.12.18. & 3,1. & 14,13. & 19,9. & 21,5.
5. *Ex ipſo Spiritus S. calculo.* Act.15,28. Joh.5,39. 2.Cor.5,20.

XII. Contenti ergò ſimus, gratoque animo utamur illis, quæ de Chriſti dictis & factis in Evangeliſtarum & Apoſtolorum ſcriptis conſignata, ad noſtram ætatem pervenerunt: poſſunt enim nos σοφίσαι εἰς σωτηρίαν, 2.Tim.3,16. quam in nobis omnibus operetur, per Spiritum S. ſuum Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cui cum Patre ſit laus, honor & victoria per infinita ſecula, Amen.

DISPOSITIO SECUNDA.
ex Evangel. Joh. 1. à verſ. 1. ad 15.

Johannes Evangeliſta cur aquilæ fuerit comparatus.

ACu rem omnem petiiſſe videntur illi, qui præſenti Iohannis Evangeliſtæ & Apoſtoli feſtivitati deſtinârunt ſplendidum illud Evangelii Iohannei exordium, quô Salvator noſter Meſſias graphicè admodum *tùm* quoad perſonam, *tùm* quoad beneficia ſalutaria depictus magis quàm deſcriptus proponitur, ſtylô tàm ſubtili, ut pennâ aquilinâ ab ipſo authore Iohanne, (qui aquilæ quondam altivolanti comparatus fuit.) omnia ſcripta videri, nec immeritò, queant. Quantùm enim Aquila volatu & pernicitate aves alias exſuperat: tantùm ſcriptionis acumine Evangeliſta Iohannes reliquis præſtat, quod vel ex ſolo hoc Evangelii primordio ὀφθαλμοφανερῶς liquet. Agitur enim hic ex profeſſo de duobus fidei Chriſtianæ, ad ἀγνέθλια Salvatoris vel maximè ſpectantibus articulis.

I. De

I. De vera Jeſu Chriſti Divinitate;

II. de manifeſtationis & Incarnationis majeſtate; de quibus in ſecunda hac diſpoſitione διάσκεψιν piam ac ſimplicem inſtituere, feſti præſentis inſtitutum monet, hortatur, efflagitat.

PARS I.

Divinitatis Meſſiæ demonſtratio.

Propoſitio demonſtranda eſt iſthæc: Jeſus Chriſtus, puerulus ex Maria virgine recens natus, eſt verus ac naturalis Deus. In conſiderationem venit.

I. Subjectum, Jeſus Chriſtus, qui peculiare h. l. ſortitus eſt nomen, dictus à Johanne λόγος, Verbum. Voce autem hac non eſt intelligendus λόγος ἐνδιάθετος, verbum mentale: nec λαλιᾶς ἐνάρθρου φώνημα, ſive ſermo accidentalis, qui in aërem evaneſcit, λόγος alias προφορικός nuncupatus: Sed λόγος ὑποστατικός ἢ οὐσιώδης, Verbum ſubſtantiale ſive perſonale, h. e. ipſe Dei Filius, hoc nomine tàm in V. T. quàm in N. T. ſcripturis inſignitus. Pſ. 33, 6. & 110, 1. (ubi Thargum legit: dixit Dominus Verbo:) Eſaiæ 43, 2. & 44, 24. & 45, 17. Oſ. 1, 7. Geneſ. 1, 3. In reliquorum Evangeliſtarum & Apoſtolorum ſcriptis terminus iſtius appellationis nuſpiam extat, ut cum Evangelio Johanneo demum natus, atque in uſum Eccleſiæ ab Apoſtolo introductus eſſe videatur. Uti autem voluit Johannes hoc nomine, quia tempore illo receptum erat ac uſitatum. Quem enim Hebræo ſtylô Meſſiam, eundem Chaldaicô idiomate מֵימַר & מֵימְרָא דַיְיָ Verbum Domini dicere ſolebant.

Jeſus Chriſtus cur dicatur λόγος.

Vide Doct. Geſner. diſp in Gen. pag. 67. 8.

Quæri hoc in loco ſolet ſtatim de cauſis, quare Filius Dei dicatur λόγος? Sanè inter Theologos ſunt, magni aliàs nominis Viri, qui cauſas appellationis indagare ab perpendere nolunt, rem myſterii propriam in abſcondito relinquendam, ab Apoſtolo verò cum ſingulari myſterii intentione adhibitam eſſe ſtatuentes. Quanquam autem æterna Filii generatio nec ratione percipi, nec linguâ humanâ explicari queat: dubium tamen non eſt, quin Deus per ænigmata & Figuras quaſdam, à natura noſtra deſumtas, nos ad conſiderationem myſterii hujus deducere voluerit; cùm præſertim ipſe Dei Filius in ſcriptura appellatione Ver-

 bi,

Digitized by Google

bi, Sapientiæ, conſilii &c. quodammodo delectetur. Dicitur itaq
Filius Dei λόγος triplici potiſſimùm de cauſa:

1. *Ratione principii*, idq; ſecundum Nazianzeni & Baſilii ſen-
tentiam quadrupliciter:

1. ὅτι ἐκ τοῦ νοῦ προῆλθε, ὥσπερ ἐκ πηγῆς ὁ λόγος, *quia ex mente divi-
na Patris emerſit Filius*, ſicut ſcaturigo de fonte.

2. διὰ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως, *quia ſine aliqua paſſione ab æterno
eſt genitus*, ſicut ſermo hominis haud difficulter ab ip-
emanat.

3. διὰ τὴν τελείαν γέννησιν, *propter generationis perfectiorem*: ſic
verbum eſt perfecta mentis imago, ſecundum tritum illud
ſermo eſt character animi.

4. διὰ τὸ συναφές, *propter conjunctionem inſeparabilem*. Me
non eſt ſine ratione & oratione, & vice verſâ: ita Pater non e
ſine Filio, nec Filius ſine Patre, Joh. 10, 30. & 14, 10.

2. *Ratione officii*, διὰ τὸ ἐξαγγελτικόν, quia Filius eſt Orator
æterni Patris, (des Vaters Rath und ewiges Wort/ uti canit Eccl
ſia) Joh. 1, 18. Ebr. 1, 1. In ipſo enim

1. *decretum Redemtionis factum eſt* πρὸ καταβολῆς κόσμ
Eph. 1, 4.
2. *Pater per ipſum dixit decretum Creationis*, Eph. 1, 4.
3. *Et ab initio poſt lapſum fuit Perſona loquens cum patribus.*
4. *In carnem demum miſſus, legatus fuit Patris, enarrans no
voluntatem ejus.*

3. *Ratione beneficii*, de quo Eſ. 50, 4. & Pſ. 45, 3. Plura qui de
derat, is conſulat D. Chem. harm. Evang. cap. 1. & D. Pelarg. quæ
in Joh. fol. 7. Hactenus ſubjectum.

λόγος an ſit verus Deus.

II. *Prædicatum ſtatuit*, λόγον iſtum, de quo Johannes diſſer
eſſe verum ac naturalem Deum; idq; probatur triplici argume
torum genere.

1. *Ab æterna ejus generatione.* In principio erat verbum:
Verbum erat apud Deum; & Deus erat Verbum: hoc erat i
principio apud Deum. Quæ verba, ut rectiùs intelligantur,
ab omnibus corruptelis vindicentur, declaratione opus habent
Notetur ergò

Principii mentione quid intelligatur.

1. *Principii ſignificatio.* Non intelligit Johannes per pri
cipium Patrem, quod Origenes & Cyrillus; non ſapientiam, q
Proverb. 8, 22. dicitur principium viarum Dei; quod idem Orig
nes; non τὸν ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει καὶ ἀξίᾳ καθεστηκότα in prin
pii loco ac dignitate conſtitutum, quod Theodoretus; non co

m

muniter principium durationis rerum omnium conditarum, quod Chryſoſtomus; non denique principium prædicati Evangelii, quod Neariani volunt: ſed ipſam ſimpliciter æternitatem: ut principium h. l. ſit id, quô nihil prius eſt in ſuo genere; & intelligitur ipſum rerum creatarum, adeoque temporis ipſius primordium; unde dicitur λόγ☉ ἄχρονος καὶ ἄναρχος, eò quòd ante omne principium, & in principio rerum omnium ſubſtiterit. Eſt igitur, ut D. Hunnius p. m. loquitur, hæc phraſis deſcriptio æternitatis, quandoquidem ante principium temporis rerumq; creationem, nil niſi Deus æternus fuit. In Johan. p. 41.

Confirmat hanc ſententiam particula ἦν, erat. Non enim dicitur, quòd λόγ☉ in principio factus ſit, aut cœperit demum: neque hoc dicitur, quòd fuerit in principio, quaſi eſſe aliquando deſierit: ſed ut initii & finis expers notetur æternitas, & creatarũ rerum numerô prorſus exemtus eſſe λόγ☉ intelligatur, ideoque inquit, erat, h.e. ὑφίςατο ſubſiſtebat in principio λόγ☉. Verbo itaq; ſubſtantivô ἦν æterna τ͂ λόγȣ exiſtentia notatur. Hinc talis exſtruitur demonſtratio:

Quod erat in principio, (h.e. initiô ſimul & fine carebat) illud non eſt niſi æternum, & conſequenter verus & naturalis Deus:

λόγ☉ erat in principio:

E. non eſt niſi æternus, & conſequenter verus & naturalis Deus.

Ratio conſequentiæ in copulato eſt: quia in principio fuiſſe, & ab æterno eſſe ſunt ἰσοδυναμȣ͂ντα.

2. *Perſonalis ſubſiſtentiæ deſcriptio:* Verbum erat πρὸς τὸν θεόν. Hæc verba directè, ad differentiam ὑποςάσεων in Divinitate innuendam, adhibentur. Vocabulum enim Dei non uſurpatur h.l. ὀσιωδῶς, verùm ὑποςατικῶς. Conſequens itaque eſt inde, λόγον eſſe alium, & ſic καθ' ὑπόςασιν perſonaliter & realiter diſtinctũ à Patre, propriâ quippe perſonalitate ſubſiſtentem. Exurgit autem inde talis pro Deitate λόγȣ demonſtratio: Vocabulũ Dei in Evangelio Johannis quomodo uſurpetur.

Qui apud Deum Patre eſt, ipſe Pater eſſe non poteſt, ſed à Patre, cum quo eſſentialiter unum eſt, diſtinctus perſonaliter:

λόγ☉ erat apud Patrem:

E. ipſe Pater eſſe non poteſt, ſed à Patre, cum quo eſſentialiter eſt unum, perſonaliter diſtinctus.

Eleganter, ut omnia, D. Chemnitius: *Maluit dicere apud Deum, quàm in Deo ut Verbum illud per ſe ſubſiſtere oſtenderet. Quod enim per ſe non ſubſiſtit, propriè non dicitur apud alium, ſed in alio eſſe.*

3. Τȣ͂-

3. Τῦ ὁμοȣσίȣ *denotatio*: Deus erat Verbum: θεὸς ἦν ὁ λόγος. Articulus innuit, quod ὁ λόγος ſit ſubjectum, θεὸς prædicatum: vocabuló Dei h.l. abſolutè & eſſentialiter ſumtô. Ne ergò, quia alius à Deo Patre dictus fuit λόγος, ſtatim aliud, h.e. eſſentiâ diverſum quid à Patre ſtatuatur, jam Deus eſſe prædicatur; quô ipsô directè τὸ ὁμοȣσίον Filii cum Patre adſtruitur. Chemnit. Præpoſitio πρὸς ſimul & diſtinctionem Patris à Filio, & unitatem eſſentiæ ſignificat. Hinc igitur pro Deitate λόγȣ ita demonſtratur:

πρὸς Præpoſitio in Evangelio Johannis quid ſignificet,

Quicunque expreßè vocatur Deus: ille eſt verus ac naturalis Deus: dici de aliquo requirit ineſſe.
Atqui ὁ λόγος expreßè vocatur Deus:
E. eſt verus ac naturalis Deus.

Quod verò ſubjungitur: hoc erat in principio apud Deum: non eſt ταυτολογικὸν, ſed ἐπαναληπτικόν. Quia enim excipere poterant hæretici, λόγον fuiſſe quidem apud Patrem, ſed ut ideam quandam, aut νόημα & decretum aliquod: ſicut etiam res creatæ fuerunt Deo præſentes, quæ tamen actu ipsô nondum erant in rerum natura. Aut Deum quidem eſſe vel fuiſſe λόγον, ſed nuncupativè duntaxat & titulotenus: Eam ob cauſam additâ repetitione oſtendit, illud τὸ ἐν ἀρχῇ etiam reliquis prædicati hujus membris eſſe addendum: Verbum erat in principio; & erat in principio apud Deum; & in principio erat Deus. Hoc unum probationis argumentum.

II. Ab *omnipotenti rerum omnium Creatione*. Videri poteſt hoc argumentum à Dei propria Omnipotentia petitum. Ne enim quis λόγον cum Ario fingat nuncupativum Deum Johannes ab omnipotentiæ operibus Divinitatem ejus ulteriùs probans ita arguit:

Per quem Deus creavit omnia, is creaturis annumerari non poteſt, ſed neceſſum eſt, ut Perſona à Deo Patre diſtincta, immò Deus verus ipſe quoque fuerit:
Atqui per λόγον Deus Pater creavit omnia:
E. creaturis adnumerari non poteſt &c.

Ratio conſequentiæ in copulato eſt; quia inter Deum & creaturam nullum datur medium. Creator enim & creatura genus Entium univerſum ἀμέσως dirimunt. Hinc ulteriùs concluditur:

Omnia ex nihilo creare, eſt ſolius Dei proprium.
λόγος ex nihilo creavit omnia.
Ergò eſt verus ac naturalis Deus.

Ma-

Digitized by Google

Major ſuâ luce lucet. Minor eſt ipſius Iohannis: ſenſus enim eſt idem; ex nihilo omnia creavit: & omnia per ipſum facta ſunt; ne ex Filio ſervum Patris atrienſem faciamus. Obſervationem meretur in ſecundo hoc argumento:

1. Terna ternis reſpondere. 1. τῷ ἐν ἀρχῇ ſive *æternitati reſpondet creatio:* ἀντίστροφα enim ſunt, eſſe æternum & eſſe Creatorem. 2. *Per λόγον*, non à λόγῳ dicit, ut oſtendat diſtinctionem realem, & ordinem inter Patrem & Filium. 3. *Omnia per ipſum eſſe creata adſerit*, ſignificantiûs divinitatem demonſtrans. Extra res creatas enim nil niſi Deus ipſe ſtatui poteſt.

2. *Præpoſitionem* διὰ *nihil patrocinari Divinitatis hoſtibus.* Præpoſitio enim illa de λόγῳ intelligenda eſt non ὀργανικῶς, inſtrumentaliter & miniſterialiter; ſed δημιουργικῶς, ἐνεργητικῶς καὶ ποιητικῶς, potentialiter & effectivè.

3. *Argumentum hoc ſecundum proponi non tantùm* θετικῶς, ſed etiam ἀφαιρετικῶς. Addit enim Iohannes: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt: oſtendens Patrem cum Filio creâſſe omnia, & eandem eſſe in creatione Patris Filiiq; potentiam ac operationem, Ioh. 5, 17.

4. Textum h. l. rectè eſſe diſtingvendum. Ejus enim depravatio anſam errandi hæreticis haud mediocrem præbuit. Manichæi enim τῷ nihil, ſubjecti loco poſitô, res malas ſignificari contendebant, quarum creatio non à λόγῳ ſive bono Deo, ſed ab alio principio contrario dependeat. Macedoniani verò clauſulâ iſthac (ὃ γέγονεν) in ſequentem verſum rejectâ, ad Spiritum S. verba illa referendo, Divinitatem ejus inde negare auſi fuerunt. Verùm ſalva res eſt. In græco enim legitur non ὐδὲν, ſed ὐδὲ ἕν, ne unum quidem: Ut ſenſus ſit: nihil excipi, & nullam omninò rem eſſe ſubſiſtentem, quæ ſine Verbo facta ſit. Confer Col. 1, 16.

Uſus itaque eſt hoc προσδιορισμῷ Iohannes, *tùm* ut excipiat Patrem, à quo, & Spiritum S. in quo facta ſunt omnia, 1. Cor. 15, 27. Rom. 11, 36. *tùm* ut excludat peccatum; 1. Ioh. 2, 16. (diſtingvendum enim eſt inter τὰ γινόμενα καὶ παραγινόμενα, ut ſunt peccatum & peccatorum pœnæ) tum denique ut majorem argumentum vim ac ἔμφασιν habeat.

III. *A gratioſâ hominis lapſi reparatione ſive reſtaurationе.* Summa divini illius operis exprimitur vocabulô vitæ & lucis. In ipſo vita erat, non ut accidens in ſubjecto, ſed 1. ὐσιωδῶς, quatenus eſt αὐτοζωή. 2. δοτικῶς καὶ ἐνεργητικῶς. 3. σωστικῶς, quatenus eſt vitæ auctor, dator & conſervator. Ubi tamen notandum,

quanquam interpretum non pauci hoc, quod de vita dicitur, ad conſervationis beneficium referant, quaſi idem h.l. dicere Evangeliſta voluerit, quod Apoſtolus dixit, Act.17,28. Col.1,17. Ebr.1,3. altiora tamen petere Aquila videtur Evangelica. Nam

1. vita termino exquiſitè utitur; à λόγῳ enim æterno non tantùm res animatæ, ſed & inanimatæ conſervantur.

2. Sequens ἐξήγησις obſtare interpretationi iſti videtur, quâ de vita iſta lux prædicatur.

3. Sequentia in univerſum reclamare videntur, ubi de ea luce eſt ſermo, quæ ſalutis unicè eſt propria: quâ ratione ad æternæ vitæ beneficium, *tùm* in ſtatu innocentiæ homini collatæ; *tùm* verò maximè per Chriſtum reparatæ ac inſtauratæ, hoc argumentum magis referre libet. Λόγος enim officium Mediatoris ac Salvatoris non poſt Incarnationem demum ſuſcepit; ſed ſtatim poſt lapſum totô tempore V.T. exercuit. Argumentor:

Quicunque vitam in ſeipſo habet, omnes etiam creaturas in eſſentia & vigore ſuo conſervat, is eſt verus ac naturalis Deus:

Λόγος habet vitam in ſeipſo, omnes etiam creaturas in eſſentia & vigore ſuo conſervat:

E. eſt verus ac naturalis Deus. Vel ita:

In quocunque eſt principium & fons vitæ ac lucis ejus, quæ ſalutis eſt propria, is verus ac naturalis Deus ſit oportet:

In λόγῳ æterno eſt principium & fons vitæ ac lucis ejus, quæ ſalutis eſt propria:

Ergò verus Deus ſit oportet.

Major per ſe eſt vera. Minor eſt Iohannis, ex quo de vita quid ſtatuendum ſit breviter diximus. Porrò lux λόγος dicitur non modò

Lux in Evangelio Johannis cur dicatur λόγος.

1. abſolutè, ratione eſſentiæ: Eſt enim verus Deus: Deus autem Lux eſt, 1.Ioh.1,5. h.e. ſinceriſſima & puriſſima eſſentia, ab omnibus malitiæ & ignorantiæ tenebris longè alieniſſima: ſed etiam

2. Relatè, ratione efficaciæ, lux hominum, nempe quæ hominem, ab initio ad imaginem Dei creatum, non tantùm in veritate illuminavit, ſed & poſt lucem illam, in mente hominis deperditam, ſecundariò quaſi illuceſcens novô lumine illuſtravit.

Non deſunt, qui de luminis naturalis conſervatione hæc accipiunt: ſed rectiùs de gratioſa mentis in vera Dei agnitione illuminatione exponitur. Quicquid ſit, utrumque invictum

pro

pro Deitate Chriſti argumentum ſubminiſtrat, uti jam modò oſtenſum.

Additur amplificandi gratiâ ἀντικείμενον inter λόγου in mundo illuminando promtitudinem, & deteſtandam ejusdem ingratitudinem. Lux lucet quidem in tenebris, (tenebrarum nomine mundum, h. e. homines, quales in mundum naſcuntur, intelligens:)

1. Incarnatione ſuâ in mundum hunc veniendo:

2. Æternæ ſuæ claritatis lumine noctem colluſtrando:

3. Voluntatem Patris faciendo:

4. Peccati noctem fugando:

At tenebræ eam non comprehenderunt; h. e. homines cœci naturâ, acie ſuæ rationis non voluerunt, nec potuerunt claritatem luminis iſtius comprehendere, plùs amantes ſuas tenebras, quàm ſuam ſalutem & gratioſam λόγου illuminationem.

USUS I. Informatorius.

Divinitas Chriſti unde probanda.

I. De æterna Chriſti Divinitate, quam Johannes invictis planè demonſtravit argumentis, petitis *tùm* ab ipſa æternitate; *tùm* à mutua illa περιχωρήσει, quâ ſe invicem Pater & Filius arctiſſimô complexu continent; *tùm* à rerum omnium creatione, hominisq; reparatione, quæ omnia divinam naturam præſupponunt. Eſa. 44, 6. 24. & 49, 6. & 60, 1. Pſal. 90, 3. Mich. 5, 2. Eſa. 9, 6. 2. Timoth. 1, 9. Ephes. 1, 4. Pſal. 2, 7. & 33, 6. Ebr. 3, 4. Col. 1, 16. Johan. 5, 26. & 11, 25. & 14, 5. & 17, 3. Eph. 2, 5. & 5, 8. Plura hinc inde ſuppeditant libelli methodici, & alia de hac materia evulgata ſcripta. Vide inter alia Exegeſ. D. Gerh. p. 1154. & ſeqq.

Chriſtus cur θεάνθρωπος eſſe debuerit.

II. De utriusque naturæ in Perſona Meſſiæ neceſſitate. Deus eſſe debuit:

1. ob λύτρου ſufficientiam ac perfectionem;

2. ob iræ divinæ portationem;

3. ob malorum remotionem, nudo homini impoſſibilem;

4. ob bonorum reparationem;

5. ob decreti divini patefactionem; Joh. 1, 18.

6. ob Eccleſiæ defenſionem;

7. ob donorum partorum conſervationem;

8. ob precum exauditionem.

Homo requirebatur ob

1. juſtitiæ divinæ conſtitutionem ;
2. naturæ humanæ reſtitutionem ;
3. noſtram cum Deo reconciliationem ;
4 fidei noſtræ confirmationem ;
5. naturæ noſtræ cognationem ;
6. ſuſtinendam tentationem ;
7. requiſitam in Lege Redemtoris conditionem ;
8. noſtram adoptionem. Vide plura in Exeg. D. Gerhard. p. 1151. Item apud D. Chemn. de duabus naturis in Chriſto.

III. De rerum omnium creatione & conſervatione. Vide locos.

Hominum poſt lapſum in rebus divinis ignorantia.

IV. De naturæ humanæ poſt lapſum in rebus divinis cœcitate. Mundus dicitur tenebræ in abſtracto. Eph.5,8. Act.26, 18. Eſa. 9,2. Luc.1,79. Eph.4,18. Rom.1,21. 1.Tim.6,5. Act.17,30. Gen.8, 21. Matth.16,17. 1.Cor.2,14. Rom.8,7. 2.Cor.3,5 Epheſ.2,1. Iohan.5,15. Col.2,13. Iohan.8,34. Rom.6,17. Ezech.36,20. Rom.5,10. Epheſ. 2,3. Matth.7,18.

V. De hominis converſione, quæ in ſolidum eſt opus gratiæ & miſericordiæ divinæ. 2.Cor.4,6. Pſ.119,34. Epheſ.1,18. Act.26,18. Deut.20,4. 2.Par.34,27. Ezech.6,9. & 11,19. & 36, 26. Actor.16,14. Deut.30,6. Joh.6,44. Phil.2,13. Eſa.37,15. Pſ.51,12.

II. Conſolatorius.

Ex peculiari Jeſuli ac Salvatoris noſtri appellatione. Dicitur
1. λόγος: Ergò cauſæ noſtræ apud Patrem erit Patronus. Johan.17,9. Rom.8,34. 1.Joh.2,1.
2. *Vita & lux;* quæ omnia noſtræ inſerviunt coſolationi, contra
1. mortis acerbitatem ; Joh.11,25. & 14,5. Phil.1,21.
2. omnes mundi adverſitates : Lux in tenebris, h. e. calamitatibus lucet. Phraſi enim ſcripturæ tenebræ crucem, lux conſolationem ſignificat. Pſ.23,4. & 27,1. & 36,10. & 73,25. Rom.5,3. & 8,31. & ſeqq.

III. Refutatorius.

Hoſtes divinitatis Chriſti.

Omnium Divinitatis Chriſti hoſtium, quales fuerunt Ebion, Cerinthus, Sabellius, Arius & alii veteres ac recentiores χριστοθεομάχοι, qui omnes in tres claſſes dividuntur:

1. Alij enim ſunt αὐτοπόστατοι, ſtatuentes Chriſtum ante carnalem ſuam ex Maria nativitatem prorſus non extitiſſe.

2. Alij

2. *Alii ἑτερούσιοι*, agnoſcentes quidem in Chriſto naturam quandam ſublimiorem, quàm humanam; Patri autem ipſum eſſe *ὁμοούσιον* blaſphemô ore & calamô negant.

3. *quidam ſunt ἀνόμοιοι*, qui Chriſtum dicebant ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, ſed non æqualis cum eo potentiæ. Vide D. Gerhardi Exeg. p. 1190. ubi varias etiam de generatione & Divinitate Filii quæſtiones invenies: eò igitur brevitatis ſtudiô Lectorem remitto: acceſſus enim ad ſecundam etiam partem eſt faciendus.

PARS II.

Λόγου in mundo manifeſtatio.

Λόγος verus ac naturalis, ſed & abſconditus Deus, Eſaiæ 45, 15. in mundum veniens, innotuit eidem tribus potiſſimum modis: *Λόγος quomodo mundo fuerit patefactus.*

I. *Præcurſorem Baptiſtam, juxta Prophetarum vaticinia, præmittendo.* Hic fuit miniſter & teſtis manifeſtationis, & deſcribitur

1. *à communi naturæ infirmitate:* fuit homo. Angelus dicebatur à Malachia cap. 3, 1. ſed naturæ h. l. ponitur ſolummodò nomen, quod eſt tamen ſatis nobile, ſi ſit homo, quod eſſe dicitur.

2. *A vocantis majeſtate:* fuit ἀπεσταλμένος παρὰ θεοῦ. Quà vocationis aſſertione τὸ ἀξιόπιστον teſtimonio ejus paratur. Non enim ſine divina vocatione in hoc munus ſeſe ingeſſit, ſed immediatè à Deo fuit miſſus ſive vocatus, ut eſſet Meſſiæ πρόδρομος καὶ πρεσάγγελος. Huc faciunt Prophetarum oracula, conceptio & nativitatis miraculoſa, & id genus alia, quæ ſingularem ipſi apud omnes authoritatem conciliârunt. Vix enim unquam teſtimoniis peculiaribus carere Deus ſinit, quos ad officia eximia mittere decrevit. *Johannis Baptiſtæ Vocatio.*

3. *A nominis bonitate:* cui nomen Johannes. Additur nomen viri *Nomen.*

1. *ne de obſcuro loqui teſte videretur;*

2. *quia ad præſentem cauſam faciebat, miniſterio ipſius apprimè conveniebat.* Primus enim gratiæ præco dignus fuit, qui à gratia nomen ſortiretur ſuum.

4. *Ab officii dignitate.* Officium ejus univerſum erat, teſtare de luce, h. e. de adventu & præſentia Meſſiæ in carne: additâ *Officium.*

finis notatione, ut miniſteriô ejus excitati ad fidem Chriſti omnes converterentur.

Quia verò non pauci Johannem Chriſto vel æquabant, vel præferebant, ideoque Evangeliſta inſtitutâ inter utrumq; collatione oſtendit, Baptiſtam longis infra Chriſtum intervallis ſubſidere. Collatio eſt talis:

1. Johannes fuit homo nudus; Chriſtus λόγος & verus Deus.

2. Johannes non fuit miſſus, ut eſſet ipſa lux, h.e. author & collator ſalutis; ſed ut de Chriſto, qui unus & ſolus eſt vera lux, depellens tenebras ignorantiæ, peccati & mortis teſtificaretur.

II. Beneficiis homines afficiendo. Exoptatiſſimus hic eſt & fructuoſiſſimus manifeſtationis modus: in eo itaq; inculcando & exaggerando tria ſunt obſervatione digna.

Beneficia λόγȣ.

I. Quæ & qualia ſint iſta beneficia, quibus ὁ λόγος mundo eſt patefactus. Beneficia in textu ex inexplicabili eorundem numero recenſentur quinque:

1. Eſt beneficium illuminationis Hujus notetur

1. ſubjectum: ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν Erat illa lux vera.

1. Articulus geminatus δεικτικὸν aliquid habere videtur: λόγος erat lux illa, Prophetarum nimirùm oraculis multùm olim decantata. Eſ. 42, 6. & 49. 6. & 60, 1. 2.

2. Limitatio ſubjecti eſt διακριτική. Erat lux vera. Eſt enim etiam gentilibus ſua lux, nempè lux naturæ, lumen rationis. Fuit Judæis ſua lux, in pectorali, typis, figuris & ſacrificiis, ſed umbratilis: tribuitur etiam Apoſtolis, quòd ſint lux Mundi, Matth. 5, 14. quia exemplo virtutis prælucere aliis debent. Et de piis ac fidelibus omnibus dicitur, quòd ſint lux in Domino, Eph. 5, 8. Hæc omnia verò μεθεκτικῶς & participationis ſenſu dicuntur. Quicquid enim habent luminis, id à λόγῳ acceperunt. Is enim eſt vera demum lux, non participatione, ſed per ſe, naturâ ſive eſſentiâ ſuâ, ita ut origo, fons & cauſa ſit omnis ſplendoris & lucis in mundo.

Verba in Evangelio Johannis illuminat omnem hominem, &c. quomodo intelligenda.

2. Objectum, quibus illuminandis vacet: illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quæ verba non κατὰ τὸ ῥητὸν, de effectu ipſo univerſalis illuminationis ſunt accipienda: (ea enim in mundo nulla fuit unquam) ſed *partim* de virtute & potentia, quòd illuminandis omnibus, ſi velint, ſufficiat; *partim* de liberalitate & gratia, quòd omnibus hominibus hoc

bene-

beneficium offeratur; *partim* de neceſſitate & complexu, quòd omnes homines in mundum nati lucis hujus beneficiô indigeant, & nemo illuminetur niſi hac luce; nec lux ſit alia præter hanc, quâ illuminatio ea, quæ ſalutis eſt propria, fieri queat. Poteſt etiam ita exponi: illuminat omnes, ſc. Judæos & gentes, quatenus non tenebras magis, quàm lucem, amant, Joh. 3, 19.

3. Effectum, oblatâ gratiâ longè indigniſſimum.

Enunciatio eſt ὀνειδιστικὴ propoſita

1. γενικῶς, mundus eum non cognovit.

Vocabulū mūdi quid ſignificet.

Mundi vocabulô, non opificium illud viſibile cœli & terræ intelligit Evangeliſta, ſed homines, quales in mundum hunc naſcuntur, quos gloſſa ordin. vocat, dilectores mundi. Utitur autem viliſſimô cognoſcendi vocabulô, (q. d. die Welt hette jhn nicht angeſehen) ut craſſam hominum ignorantiam & voluntariam cæcitatem, atque ex utroque emergentem ingratitudinem indicet. D. Chemnit. addit: Verbum cognoſcendi poteſt etiam ratione Ebraiſmi intelligi, quòd mundus eum non curârit, non probârit, non amplexus ſit. Mundus enim eum non cognovit, ſuopte ſc. vitiô, cum agnoſcere eum ex naturæ & ſcripturæ libro potuiſſet.

Mentione Sui in Evangelio Johannis quinam intelligantur.

2. εἰδικῶς, in propria venit & Sui (οἱ ἴδιοι) eum non receperunt. Qui verò ſunt illi οἱ ἴδιοι, quos Evangeliſta Suos nominat? Qui? Niſi Judæi, qui & promiſſionem habebant, & Meſſiam ſeſe deſiderare clamitabant, ad ſe verò venientem non recipiebant, ſed reprobabant, repudiabant, rejiciebant. Plùs eſt non recipere, quàm non cognoſcere: hoc naturæ lapſæ connatam cæcitatem & ἀδυναμίαν; illud extremam, cæcitati adjunctam, malitiam connotare videtur. Hoc unum eſt, & quidem primarium λόγου manifeſtati beneficium.

II. Eſt beneficium præſentationis ſeu converſationis. In mundo erat, h. e. verſabatur in humano genere, præſentiam ſuam in univerſo mundo teſtatam ubique faciens. Gloſſa ordinaria addit: In mundo erat, præſentiâ Deitatis, non ut pars ejus, ſed ut factor omnibus creaturis infuſus, regens quas fecit. Inde ſequitur.

III. Beneficium creationis & conſervationis: Mundus per ipſum factus eſt, h.e. interprete Chemnitiô, creatione & conſervatione rerum omnium præſentiam ſuam mundo manifeſtavit, unde ab omnibus cognoſci meritò debuiſſet.

IV. Beneficium gratioſæ viſitationis: In propria venit. Per propria vel ſua intelligens Judæos, qui ſui dicuntur, propter ele-

ctio-

Digitized by Google

ctionem; Deut. 7, 6. quâ peculium Dei erant, ex omnibus gentibus ſelectum. Ad hoc igitur λόγος, qui antè in mundo fuit, dicitur veniſſe, propter novum & extraordinarium præſentiæ modum: eodemque non Incarnatio tantùm ſignificatur, ſed totum etiam Redemtionis opus, & quicquid λόγος incarnatus fecit paſſusque eſt in adſumta carne.

V. Beneficium adoptionis, ſeu poteſtas, quâ homines, naturâ filii iræ, Dei filii fiant. Non enim fruſtrà λόγος in mundum venit. Quanquam enim plerique, ex gente cumprimis Judaica, ipſum reprobarint: inventi tamen ſunt ex Judæis & gentibus non pauci, qui firmâ & conſtanti fide eum ſunt amplexi. Illis autem hoc beneficii contulit, ut cœtui filiorum Dei aggregarentur. Notetur

1. *beneficii univerſalitas*, non abſoluta quidem, ſed limitata. Adoptio hactenus fuerat fermè Judæorum tantùm: Exod. 4, 22. Rom. 9, 4. Jam dicit ὅσοι (per particulam univerſalem beneficium exaggerans) facitq; adoptionem communem, ſine diſcretione gentium, populorum, ſangvinis, conditionis, ætatis, ſexûs, omnibus, quotquot fide λόγον recipiunt.
2. *Efficientis authoritas:* Ipſe (λόγος) dedit. Eſt ergò opus non humanarum virium, ſed τοῦ λόγου atque adeò ſolius Dei proprium.
3. *Ipſa adoptionis poteſtas*, ἐξουσίας vocabulum ſignificat non tantùm facultatem aliquid faciendi, vel acquirendi; ſed etiam jus, dignitatem, honorem, præeminentiam, excellentiam, (den vorzug/ das Kindes Recht) cum efficaci gratiâ conjunctam. Qui enim poteſtatem hanc de nuda licentia interpretantur, quâ qui velint, poſteà filii Dei ex ſeſe fieri poſſint, nempè ut ſic patrocinentur liberi arbitrii viribus, dilutè id nimis pro Chriſti beneficio facit. Senſus itaque eſt: quòd illis, quibus naturâ hoc jus non competebat, qui ſervi peccati, rei mortis ac damnationis æternæ, ſi Chriſtum recipiant, conferat hanc gratiam, ut credendo non modò in familiam ejus adſciſcantur, ſed in filios etiam Dei adoptentur. γενέσθαι enim & fieri & eſſe ſignificat. Hactenus beneficiorum catalogus. Quæritur jam

beneficiis Chriſti qui nã fruãtur.

II. Quinam beneficiis illis fruantur? Reſpondetur

1. *eum recipientes:*

Chriſtus quomodo recipiẽdus.

2. *in nomine ejus credentes.* Poſterius eſt ἐξηγητικὸν prioris, oſtendens, quò inſtrumentò Chriſtus recipiatur, fide nimirùm.

Hæc

Hæc enim eſt vera ejus receptio, quâ in nomen ipſius creditur. Creditur autem ab his, qui Chriſtum, h.e. Regem & Sacerdotem; qui Jeſum, h.e. Salvatorem firmô animi aſſenſu & fiduciâ eum agnoſcunt, meritô mortis ejus nituntur, docentem audiunt, mandanti obediunt, in ipſo denique uno omnes vitæ, juſtitiæ & ſalutis ſuæ rationes ponunt. Ne enim ob ἐξοχὴν iſtam cum Judæis inſoleſcant, quæritur tandem

III. *Unde facultas iſta fruendi dependeat?* Hoc indicat ſubjectâ ſtatim filiorum Dei vel piorum ἀπογραφῇ ἐκ τῶν ἐναντίων, quâ per ἄρσιν καὶ θέσιν cauſam tàm illuſtris ac nobilis adoptionis declarat. Obtingunt nobis iſta omnia **Beneficia Chriſti quomodo ad nos redundent.**

1. *non per carnalem nativitatem*, οὐκ ἐξ αἱμάτων: (Opponitur hoc jactantiæ Judæorum de generis nobilitate, & oſtenditur adoptionem filiorum Dei & reliqua ſalutis propria beneficia non propagari à parentibus in liberos, nec quenquam ideò eſſe Dei filium, quod ex ſanctis majoribus deſcendat. Ita generaliter poteſt intelligi de carnali hominum nativitate. Chriſtiani enim, Tertullianô teſte, non naſcuntur, ſed fiunt.)

2. *Non per arbitrii poteſtatem, vel carnis voluntatem.* (Voluntas ſignificat ſummum hominis ſtudium & conatum: Caro, quicquid natura ſuis viribus poteſt & efficit: Viri Hebræis vocantur heroës præſtantes & fortes. Senſus itaque eſt: nullis vel vulgaribus, vel heroicis ſtudiis, meritis, virtutibus, operibus aut dignitate & præſtantiâ hominis quacunque acquiri poſſe veram adoptionem apud Deum.) Sed

1. *per regenerationis ſalubritatem:* Ex Deo nati ſunt, inquit Evangeliſta. Quomodo verò illa παλιγγενεσία, ſive ex Deo nativitas ſeſe habeat, uberiùs traditur Joh. 3,5. Vide Dom. Trinit.

2. *Per fidei ſinceritatem.* Atque ita non hereditate conſtat ſalus & religio, ſed donô & acquiſitione, h. e. generatione eâ, quæ eſt ex Deo, de qua 1. Pet 1,23.

III. In *carnem veniendo*, ſeu humanam naturam adſumendo. Nam Verbum Caro factum eſt. Unicô verſiculô, mirâ brevitate, panditur myſterium ab æternis temporibus tacitum, ἐνσάρκωσις ſive Incarnatio Verbi: pro cujus ἐξηγήσει ſimplici notentur quatuor:

I. *Subjecti & prædicati tanquam terminorum ſimplicium conſideratio.* Subjectum eſt ὁ λόγος; prædicatum Caro. Λόγου nomine quid veniat, ex prima parte didicimus: ipſe nimirùm Unigenitus Dei Filius, Patri & Spiritui S. ὁμοούσιος καὶ συναΐδιος. Habes **Λόγου nomine quid intelligendum.**

Digitized by Google

unam Chriſti Naturam, divinam ſcil. ſed in una Perſonarum li[...] tatam, ne quis vel Divinitati, vel Perſonæ ſaltem ejusdem al[...] opus iſtud adſcribi opinetur. Vocabulum carnis eſt πολύσημον [...] ſacris:

Vocabulū carnis in ſacris quid ſignificet.

1. *Significat humanam naturam, peccato pollutam & comm[...] ream mortis damnationisq; æternæ.* Gen 6,3. Joh.3,6. Rom. 8,13. hæc ſignificatio à myſterio Incarnationis eſt alien[...] Carnem enim peccatricem λόγος non adſumſit. Ebr.7.[...] Ebr. 1,3.
2. *Partem corporis mollem & rubicundam.* Gen.2,20. & 9, 4[...] 40 19. Exod.4,7.
3. *Corpus tantùm hominis*, Pſ.38, 4.
4. *Hominem ratione infirmitatum & miſeriarum conſideratum*[...] Pſ. 78,39.
5. *Humanam naturam*, vel totum hominem in ſubſtantiali[...] vel eſſentialibus ſuis partibus, quatenus ex anima & cor[...] re ille conſtat, cum omnibus infirmitatibus, ſolô pecc[...] exceptô, Eſa.40,6. Joël.2,28. Quæ ſignificatio ſola loci [...] jus eſt propria; ubi per ſynecdochen nominatâ unâ pa[...] intelligitur totum. Neq; enim Filius Dei ſolum corpus [...] manum, ſed totam & integram naturam humanam, a[...] mam & corpus, atque ita carnem animatam adſumſit.

Evangeliſta vocabulô carnis cur uſus fuerit.

Quæritur, cur carnis potiùs, quàm hominis vocabulô uti[...] luerit Evangeliſta?

Reſp. 1. *Ut oſtenderet λόγον non perſonam ſed naturam humana[...] adſumſiſſe*, quæ per ſe non eſt ἰδιοσύστατος, ſed ἐνυπόστατος.

2 *Ut doceret λόγον non ſpectrum ſeu phantaſma, ſed veram [...] manæ naturæ ſubſtantiam adſumſiſſe.*

3. *Ut pateret immenſa Filij Dei charitas*, qui cùm poſſet de [...] vo ſibi creare naturam humanam, noſtrâ longè ſublimiorem & [...] biliorem, maluit ex homine naturam noſtræ per omnia, ſolô p[...] catô remotô, ὁμοούσιον adſumere.

4. *Ut arctiſſimam naturæ noſtræ cognationem & conſangvinita[...] conſiderandam exhiberet*, quâ Filius Dei nobis conjungi volui[...] Eph.5,31.

II. *Utriusq; Verbi & carnis copulatio*; quam monſtrat v[...] culum ἐγένετο factum eſt. Copula loquitur de Unione, inquit Ph[...] Mel. Λόγος *ſiquidem in carnem non converſus eſt*, quemadmodu[...] aqua in vinum, Joh.2,9. quæ fuit hæreſis Apollinaris; *nec* car[...] λόγον mutata; *nec* ex carne & λόγῳ tertia quædam natura conſla[...]

qu[...]

quòd volebat Eutyches; nec λόγος eſt conjunctus carni, quod Neſtorii erat delirium: Sed Verbum manens quod erat, factum eſt quod non erat, ſecundum verſiculum:

Sum quod eram, nec eram quod ſum, nunc dicor utrumq;.

Evangeliſta cur vocabulo ἐγένετο fuerit uſus.

Cæterùm uſus eſt Evangeliſta Verbo, non ἦν, ſed ἐγένετο, *partim* quidem ad ſignificandam arctiſſimam illam & indiſſolubilem Verbi cum carne Unionem, qua hypoſtatica appellatur, ſic nimirùm comparata, ut duæ iſtæ naturæ, non tantùm pro diſpenſatione temporis unitæ, ſed æternô fœdere ſociatæ intelligantur, & non ſit alia atque alia, ſed una & eadem τοῦ λόγου & adſumtæ carnis ὑπόστασις: *partim* ad notandam naturarum inter ſeſe differentiam, quæ inter illas ſempiternô tempore manet. Spiritus Sanctus illud fieri explicat per adſumere, Ebr. 2, 16. Phil. 2, 7. Senſus itaque propoſitionis veriſſimus eſt: Filius Dei adſumſit in Perſonæ ſuæ unitatem humanam naturam integram, ita ut Deus & Homo ſint unus Chriſtus, οὐ τροπῇ τῆς θεότητος εἰς σάρκα, ἀλλὰ προσλήψει τῆς ἀνθρωπότητος εἰς θεόν, uti B. Athanaſius in Symbolo loquitur.

Vocabula plenus gratiâ & veritate quomodo intelligenda.

III. *Subjecti determinatio.* Quò referimus verba: πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Reſpiciunt nimirùm illa, non ad verbum, Vidimus; Nec ſatis commodè ſequenti verſiculo adaptantur: Iohannes plenus gratiâ & veritate teſtificatur: Sed λόγος ipſe dicitur plenus gratiâ & veritate. Exponi poteſt activè & paſſivè. Activè, quatenus rivulos gratiæ ſuæ in credentes derivat. Paſſivè, quatenus Spiritu gratiæ ſupra conſortes ſuos unctus eſt. Utrumque vocabulum αὐθεντικῶς ponitur. Gratia opponitur miſeriæ, in quam protoplaſtorum culpa genus humanum prolapſum eſt: Veritas opponitur, non falſitati, ſed umbris & figuris, quibus ſublatis corpus ipſum in Chriſto ſucceſſit. Ratio appellationis eſt:

1. *quia omnia, quæ in Lege præfigurata fuerunt, in Chriſto verè ſunt impleta:*

2. *quia ſuos verè renovat Spiritu mentis*, hæc veritas in Chriſto dicitur, Eph. 4, 24.

3 *quia beneficia per Chriſtum parta non ſunt evanida*, fluxa & caduca, ſed vera, firma & ſtabilia.

IV. *Ab Unione dependens Communicatio.* Ea verò aphoriſmo hoc Iohanneo, tanquam fundamento inconcuſſo, adverſus omnes Erebi portas firmiter eſt ſuperſtructa. Dum enim dicit,

Propoſitiones Verbum caro factum eſt.

1. *Verbum caro factum eſt*, Communicationem ſtatuit Naturarum, quâ Concretum unius naturæ de Concreto alterius naturæ prædicatur, ut Deus eſt homo: Verbum factum eſt caro. Has pro-

Digitized by Google

poſitiones intelligimus, prout ſonant, ſimpliciter. Deus enim eſt homo, quia humanitatem in Perſonæ ſuæ unitatem adſumſit: Homo eſt Deus, quia humana Natura Perſonæ Filii Dei verè κοινωνὸς facta eſt.

Verbum habitavit in nobis.

2. Dum dicit; *Verbum habitavit in nobis:* adſtruit primum genus Communicationis Idiomatum; ubi naturarum propria de Chriſti Perſona prædicantur; vel verè ac realiter tribuuntur ipſi τ̃ θεανθρώπȣ Perſonæ: ut, Filius Dei eſt natus, paſſus, mortuus; Dominus gloriæ eſt crucifixus: non in proprietate Naturæ, ſed in unitate Perſonæ. Ita habitare in hominibus, vel inter homines proprium eſt Humanæ Naturæ: quia verò λόγ☉ eandem adſumſit, ideoque non nudæ duntaxat humanæ Naturæ; ſed Filio Dei in Concreto verè attribuitur.

Vidimus gloriam ejus, quomodo intelligendũ.

3. Dum dicit: *Vidimus gloriam ejus &c.* ſtabilit illud Communicationis genus, quô divina Natura Filii propriam ſuam gloriam, excellentiam & Majeſtatem Humanæ Naturæ verè ac realiter communicat, manens ipſa in ſe paſſionum Carnis expers. Quibusdam dicitur ſecundum, aliis ſecundum tenorem F. C. tertium genus Communicationis Idiomatum. Conſulantur de ſublimi hac materia Theologorum ſcripta, pro concione myſteria tanta populo ſimpliciter enarrâſſe, & è ſcripturis deduxiſſe, nec non ad uſum accommodâſſe ſat eſt. Vide præ cæteris D. Chemn. lib. de duabus Naturis in Chriſto: Exegeſ. D. Gerhard. D. Hunn. de perſona Chriſti, & alios.

V. Spontanea, ſalutis noſtræ causâ facta, exinanitio: quam probant modò dicta Evangeliſtæ verba: habitavit in nobis. Poterat enim λόγ☉ carnem adſumtam, ſi abſque opere Redemtionis fuiſſet, illicò ad cœleſtis gloriæ conſortium abducere: ut verò ſaluti noſtræ inſerviretur, λόγ☉ iſte incarnatus ἐσκήνωσεν, h. e. fixô quaſi tabernaculô inter homines converſatus eſt, ea faciens & patiens, quæ ſunt hominis propria. Metaphorica hæc eſt locutio, deſumta vel ab exulibus & peregrinis, habitantibus in tabernaculis, quæ Græci σκηνὰς vocant: vel â militibus, in tentoriis hoſti oppoſitis, tamdiu commorantibus, donec bello feliciter confecto, partaque victoriâ, deſertis caſtrenſibus tentoriis ad lares patrios reditur. Applicatio ad Chriſtum incarnatum eſt facilis. Loquitur itaque Johannes de converſatione inter homines, tempore exinanitionis & humiliationis ſpontaneæ durante.

Locutio: Habitavit in nobis, unde deſumta.

Ne verò tempore Exinationis, gloriâ ſuâ prorſus exutus λόγος putaretur, radios non rarò Majeſtatis conſpectos fuiſſe perhibet ab iis, qui in conſortio ipſius vixerunt, quibus ſeipſum connumerans Johannes inquit: ἐθεασάμεθα, [θεᾶσθαι ſignificat non obiter videre, ſed diligenter ac fixis quaſi oculis aliquid intueri & probè contemplari:] conſpeximus ipſi in λόγῳ incarnato gloriam non vulgarem, ſed gloriam quaſi Unigeniti à Patre. Vocabulũ θεάσασθαι quid ſignificet.

Particula adverbialis ὡς non habet vim σχεδιαστικὴν, aut ὁμοιωτικὴν; ſed δηλωτικὴν & affirmativam, æquipollens vocabulis, omninò, certè, verè: petitumque eſt ex Hebraiſmo, ubi Caph non tantùm eſt ſimilitudinis, ſed etiam veritatis nota, ad innuendum eam gloriam, quæ ſolum Unigenitum Patris decet, nec ulli alteri quàm ipſiſſimo Dei Filio competit. Quomodo verò gloriam iſtam ſuam conſpiciendam Apoſtolis præbuerit, non modò in doctrinæ cœleſtis ſpeculo, ſed præcipuè etiam in miraculorum & patefactionum inſolitarum ſpectaculo, abundè hoc ipſum ex Evangelica ad oculum liquet hiſtoria. Particula ὡς quid ſignificet. Chriſtus quomodo gloriã ſuã Apoſtolis conſpiciendam præbuerit.

USUS I. Informatorius.

I. *De miniſterii tùm dignitate, tùm efficacia.* Illa ex eo patet, quòd non humanitùs, ſed divinitùs inſtitutum ſit: Johannes enim à Deo dicitur miſſus: Hæc inde eſt manifeſta, quòd Johannes in id à Deo miſſus legatur, ut omnes crederent per ipſum. Matt. 9, 38. Eph. 4, 11. Luc. 10, 16. Rom. 10, 17. 1. Cor. 3, 5. Vide feſt. Andr. Miniſterii dignitas unde probanda.

II. Finis miniſterii eſt, de Chriſto vero mundi lumine teſtari, ut homines credant & ſalventur. Vide præced. part. & Domin. Exaudi. Miniſterii Finis.

III. Deus ſeriò vult & expetit omnium hominum ſalutem; ideoque dicitur, Johannis Baptiſtæ miniſterium eò unicè collineâſſe, ut omnes crederent: λόγον etiam in mundum veniſſe, illuminaturum omnes homines, obicem luci nullum ponentes, 1. Tim. 2, 4. 1. Petr. 3, 9. Deus ſeriò vult hominum ſalutẽ

IV. De ſumma mundi erga ſumma Dei beneficia ingratitudine. Eſ. 1, 3. 4. Luc. 7, 30. Vide feſt. Steph.

V. De vera veræ fidei definitione, quòd nihil ea ſit aliud, quàm organum ſive medium divinitùs deſtinatum, ad recipiendum Chriſtum vel meritum ejus in promiſſionibus Evangelii nobis propoſitum.

VI. Chriſti Incarnatio ac meritum prodeſt illis tantùm, qui verâ fide ipſum recipiunt, Joh. 3, 16.

VII. Primâ vel carnali nativitate homo non ſalvatur, ſed niſi accedat *παλιγγενεσία*, damnatur. Joh.3,5 6. Eph.2,4.

IX. Quæ hoc loco ſolet de cauſis obſtinationis Judaicæ? Recenſentur utrumq; ex multis præcipuæ iſtæ:

Judæorum obſtinationis cauſæ.

1. Quòd omnes de Chriſto ſcripturas carnaliter tantùm intelligant.
2. Quòd à teneris in maximo Chriſti & rerum Chriſtianarum omnium contemptu educentur.
3. Quòd *avaritiæ & ignaviæ ſint dediti:* ſub quibus in turpi otio ex ſolis uſuris victitant.
4. Quòd *præpoſterô ardeant zelô & invidiâ contra Chriſtianos gentiles*, quos ſibi tanquam veteri populo præferri indignè ferunt.
5. Quòd *peccatum in Chriſto, Meſſia vero, Filio Dei Unigenito crucifigendo & occidendo enorme ab ipſis commiſſum.*

IX. De notitiis in mente naturalibus ita ſtatuendum, quòd licet in ſuo genere lucis aliquid habeant, ad ſalutis tamen doctrinam adhibitæ, tenebrarum appellationem mercantur rectiſſimè.

Incarnationis τ̃ λόγυ Locus.

X. Locus præcipuus eſt, de ſalvifica τ̃ λόγυ Incarnatione. Arduum hoc eſt & ſublime pietatis myſterium, quod operosè & prolixè tradere inſtituti ratio non permittit. Punctis agemus, & per breves ſaltem aphoriſmos ſummam tanti miſterii proponemus.

I. *Variis in Scriptura S. & ab orthodoxa antiquitate myſterium hocce appellationibus inſignitur.* Dicitur enim

Incarnationis nomina

1. *Incarnatio*, ἐνσαρκωσις, uti patet ex Symbol. Nicæn.
2. *Deſcenſus de cœlo*, Eſa.64,1. Joh.3,13.
3. *Adventus Chriſti*, Mal.3,1. Matt.11,3. Act.7,57.
4. *Manifeſtatio in carne*, 1.Tim.3,16.
5. *Apparitio*, 1.Joh.3,8.
6. ἐπίληψις, apprehenſio vel adſumtio ſeminis Abrahæ, Ebr. 2,16. Symbolum Athanaſii vocat adſumtionem humanitatis in Deum. Plura require à D. Chemnit. de duabus in Chriſto naturis.

II. *Factam eſſe Incarnationem*, h. e. *Meſſiam in mundum veniſſe, apud Judæos excæcatos hodieq; dubitatur, apud fideles Chriſti ſectatores minimè.* Johannis aphoriſmô unicô; Verbum Caro factum eſt: credimus magis, quàm univerſæ Judæorum turbæ ac lernæ fallaci. Argumenta probationis huc conferre ſuperva-

Digitized by Google

vacaneum eſt. Videat, qui volet, Apodixin Meſſiæ annô 1613. publici júris à me factam, ubi ad oculum demonſtratur, & veniſſe in carnem Meſſiam, & aniles Judæorum fabulas, quibus veritatis lucem obfuſcare illi conantur, ne unius quidem hili omnes eſſe æſtimandas.

Divinitas Chriſti.

III. In Chriſti Perſona ſemper fuit, eſt, eritq́ in æternum vera Divinitas, ratione cujus veriſſimè de ipſo prædicatur, quòd ſit ipſiſſimus Deus, Patri ὁμοούσιος, benedictus in ſecula, qua de re part. 1. pluribus actum.

Humana Chriſti natura.

IV. In Chriſti perſona per Incarnationem iſtam cœpit eſſe vera Humana Natura, gratiâ cujus de eodem vere prædicatur, quòd ſit verus, & quoad partes συστατικὰς nocis ὁμοούσιος Homo, corpore & animâ rationali conſtans. Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον ἀθεράπευτον. Damaſc. de orthod. fid. lib. 3.

Aſſumtio duarū naturarum in Chriſto eſt unio perſonalis.

V. In adſumptione hominis, quam uno vocabulo Incarnationem dicimus, facta eſt duarum naturarum, divinæ & humanæ, Unio non eſſentialis; qualis eſt corporis & animæ; non accidentalis, qualis eſt ſubjecti & accidentis; ſed perſonalis, quâ λόγος humanam naturam in Perſonæ ſuæ unitatem adſumſit, & tam arctè ſibi copulavit, ut duæ illæ naturæ ſint una Perſona ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀναλλοιώτως, ἀχωρίστως, ἀδιαιρέτως, καὶ ἀδιασπάστως.

Unio naturarum in Chriſto facta in perſona.

VI. Unio iſta facta eſt in perſona, ita ut naturâ utrâque manente integrâ, una ſit utriusque perſona. Eſtque unio ſecundum ſubſiſtentiam, ita ut ſubſiſtentia Verbi fiat & ſit ſubſiſtentia naturæ humanæ.

VII. Unio præterea iſta non tantùm eſt ἀδιαίρετος καὶ ἀχώριστος, verùm etiam ἀδιάστατος, nullô cujusque loci intervallô unquam diſtincta. Proinde quemadmodum à primo conceptionis momento natura Divina, τοῦ λόγου, extra carnem ſibi unitam neque vult, neque poteſt, neque debet cogitari, quæri aut apprehendi: Ita caro etiam adſumta nunquam & nuſpiam extra λόγον adſumentem cogitanda aut quærenda eſt. Unio ergò hæc non admittit ſeparationem aut abſentiam naturæ unius ab altera, ſed naturarum præſentiam unitiſſimam, & unionem præſentiſſimam exigit.

Communicatio.

IIX. Unioni proxima eſt Communicatio, quæ talis eſt, qualis unio. Etſi enim Communicatio ipſa Unio non ſit; (quæ Jeſuitarum & Calvinianorum eſt calumnia:) neceſſarium tamen

eſt

eſt Unionis conſequens, adeò ut ſine Communicatione rectè intellecta, ipſa Unio nunquam rectè adprehendi queat.

IX *Communicatio autem* dari poteſt multiplex:

Communicatio multiplex naturarum. 1. eſt *κοινωνία τῶν φύσεων*, Communicatio naturarum, quâ Concretum unius naturæ, modò quidem inuſitatô, veriſſimô tamen, de Concreto alterius naturæ prædicatur, ut, Filius hominis eſt Filius Dei vivi; Matth. 16, 16.

Proprietatum. 2. Eſt *κοινωνία τῶν ἰδιωμάτων*. Proprietates enim unius naturæ ita communes fiunt alteri, ut reciproce etiam de naturis invicem prædicentur, non abſtractivè tamen, ſed concretivè tantùm.

Operationum. 3. Eſt *κοινωνία τῶν ἐνεργειῶν*, communicatio operationum, præcipuè in arduo Redemtionis opere, ubi una natura agit cum communicatione alterius, quod cujusq; eſt proprium.

Dignitatũ. 4. Eſt *κοινωνία τῶν ἀξιωμάτων*, communicatio dignitatum, idque ex parte tantùm humanæ naturæ. Divina enim, quia in ſe perfecta & immutabilis, in meliorem ſtatum transferri non potuit: humana autem, quia gloriæ & perfectionis majoris capax, & in ſe ad regni & Sacerdotii opera peragenda non ſufficiens, ex Unionis gratia eam nacta eſt dignitatis acceſſionem, quæ alioquin eſt Filii Dei propria. Quæ acceſſio tametſi in primo ſtatim conceptionis puncto facta eſt; uſus tamen ejus plenarius, propter ſtatûs ſervilis interventum, ad tempus eſt ſuſpenſus, uſque dum opere Redemtionis plenè & planè peractô ad gloriam ingrederetur eam, quam ex parte divinitatis apud Patrem ab æterno habuit. Radios tamen communicatæ gloriȩ multoties conſpectos eſſe. Iohannes ipſe, teſtis *αὐτόπτης*, commemorat. Vide Apolog. Deciſionis Theolog. Sax. paſſim.

II. Conſolatorius.

Solatio noſtro vel maximè inſervit:

1. quòd *nos, naturâ iræ filii, in Chriſto Dei filij effecti ſumus*, quæ ſumma eſt credentium gloria. Eph. 2, 3. 1. Joh. 3, 1. Rom. 8, 14. 15. Gal. 4, 6.

2. Quòd *λόγος caro factus*, nullâ ſui indigentiâ vel neceſſitate, ſed ſolô ſalutis noſtræ deſideriô compulſus; unde humanæ naturæ dignitatem æſtimare vel maximè licet, 1. Tim, 3, 16. Eph. 5, 29.

3. Quòd *in Chriſto de ſalute noſtra eſſe queamus quàm certiſſimi:* Eſt enim plenus gratiâ & veritate. Jer. 23, 6. 1. Cor. 1, 30. Johan. 1, 29. 1. Cor. 3, 11. Matt. 11, 28. Joh. 6, 37. Ebr. 5, 16.

4. Quòd

Digitized by Google

4. Quòd *ſuâ inter nos converſatione vel habitatione æternâ nobis in cœlis præparavit habitacula.* Iohann. 14, 2. & 17, 24. Philipp. 3, 20. Ebr. 13, 14.

III. Refutatorius.

Omnium hæreticorum, qui doctrinæ de Incarnatione & Perſona Chriſti unquam contradicere auſi fuerunt, hodieq; ore & corde blaſphemo audent. Reduci autem poſſunt hæreſes omnes ad quatuor potiſſimùm claſſes, ſecundum quatuor diſtincta capita ad quæ omnis hujus myſterii conſideratio refertur; perſona τȣ̃ λόγȣ natura humana; naturarum unio & proprietatum communicatio.

1. In prima itaq; claſſe continentur, qui divinitate Chriſti negatâ, eum ψιλὸν ἄνθρωπον matre ſuâ nunquam priorem blaſphemant, quo in numero fuit Ebion, Cerinthus, Samoſatenus, Photinus & alii. His proximè accedit Arius, qui etſi matre Mariâ priorem fuiſſe Chriſtum concederet: tamen verum eundem eſſe Deum & τὸ ὁμοούσιον negavit: quarum αἱρέσεων bonam partem renovavit Servetus, Campanus & alii hujus farinæ, in Polonia potiſſimùm, Antitrinitarii. Divinitatis hoſtes Chriſti qui.

2. Secunda claſſis eorum eſt, qui humanitatem Chriſti oppugnant, partim ſubſtantiam ipſam humanæ naturæ ſimpliciter inficiando, & pro eâdem φάντασμα ſive ſpectrum hominis ſubſtituendo, quæ Marcionis & Macedonii fuit blaſphemia: partim ejusdem veritatem abnegando, & carnem cœleſtem fingendo, quem Valentinianorum furorem ſuperiori ſæculo Schwenckfeldius interpolavit, corpus Chriſti de cœlo adlatum, & humanam naturam mediæ cujusdam naturæ fuiſſe nugatus: partim integritatem ejusdem, animam nimirum rationalem tollendo, qui error Apollinari potiſſimum adſcribitur. Vide D. Chemn. de duab. nat. in Chriſto. Humanitatis Chriſti hoſtes.

3. Tertia claſſis errantium eorum eſt, qui circa Naturarum Unionem erroneas foverunt opiniones, vel κατ' ἔλλειψιν, in defectu, vel καθ' ὑπερβολὴν & in exceſſu à vero deviantes. Ex priori parte Neſtorius ita furens erravit, ut Concilii Nicæni anathemate percuſſus fuerit. Is verò Unione hypoſtaticâ abnegatâ, confictóque ad naturarum numerum etiam numero perſonarum, eum Unionis duntaxat ſtatuit modum, qui dependeat, Unionis naturarum Chriſti hoſtes.

1. à mutuo naturarum affectu atq; conſenſu:

2. ab operatione, quia præcipuum Divinitatis inſtrumentum eſſet humana natura:

Unionis modus ſecundũ Neſtorũ unde dependeat.

3. ab arctiori inhabitatione Divinitatis in humanitate iſta, q-
templo aliquo:
4. à ſingulari adpropriatione, quatenus Chriſtus Filius Dei a-
latur:
5. A dignitate peculiari, quià Deus Chriſtum divinô etiam
Neſtorii craſſi errores de Chriſto. nore coli velit. Emblemata Neſtoriani furoris præcip-
fuerunt iſta:
1. Non alium atq; alium, ſed alterum atq; alterum, eſſe Filium
& Filium hominis:
2. Mariam χριστοτόκον *quidem, non autem* θεοτόκον *appe-*
dam:
3. Chriſtum non propriè Deum dici poſſe, ſed θεοφόρον *potiùs*
4. A Judæis non Dei Filium, ſed hominem, filium duntaxat
riæ eſſe crucifixum. Hinc dicere ſolitus: Noli gloriari Ju-
non Deum, ſed hominem crucifixiſti.

Ex altera parte Eutyches furere cœpit, ex Unione confi-
nem faciendo; humanam naturam à divina abſorptam, & pro
ὑποστάσεως unitatem, naturarum etiam unitatem comminiſce-
Suum fecit hunc errorem etiam Schwencofeldius.

Communicationis proprietatum Hoſtes. 4. *Quarta & poſtrema claſſis eorum eſt*, qui in communica-
ne proprietatum erraverunt, quam *alii* falſam, *alii* aut ex toto
ex parte nullam conſtituerunt. In priori errore hærent, qui n-
ram humanam in Chriſto ſic divinæ naturæ proprietatibus au-
& ornatam ſtatuunt, ut per effuſioni quendam modum illa ha-
ſubjectum evaſerit. In poſteriori verſantur, qui aut nullas c m
Divinitatis proprietates humanæ naturæ communicatas eſſe c
Paulo Samoſateno pugnant: is enim naturas παντάπασιν ἀλλο-
τους eſſe blaſphemavit olim; hodie idem cum Jebuſitis faciunt
viniani: aut non omnes, ſed aliquas tantùm, non in primo co-
ptionis momento, ſed longô tempore pòſt, in aſcenſione nimi-
ad cœlos communicatas eſſe contendunt. Qui errore
omnes piis mentibus ſtudioſè ſunt cavendi &
vitandi.

D

DISPOSITIO TERTIA ex Evangel. Johan. 1. & 21. ſimul.

PROPOSITIO *μονομερής*.

COlophonem feſtivitati præſenti impoſituri, meritò abſtinemus à fabulis, quæ de Johanne Evangeliſta, cujus memoriæ hæc dies eſt conſecrata, in Papatu magno cum pietatis diſpendio recenſentur: *Aliis* privilegia Johannis de profunda ſapientia, de intemerata ejus virginitate, de ſpirituali dilectione, de ſecretorum Chriſti revelatione, de accelerata converſione, de Matris Mariæ commendatione, de vita longiori, de *ἀθανασίᾳ*, de Chriſti adparitione, de Johannis in cœlum translatione, narrantibus: *Aliis* miracula ipſi falſa & confictá adſcribentibus: *Aliis* ad cultum invocationis & adorationis religioſæ Johannem proſtituentibus: *Aliis* divinam ipſi poteſtatem ſuper naturas, ſuper dæmones, ſuper mortem, ſuper elementa, & ſuper purgatorium attribuentibus; quæ omnia fiunt ἄπερ γραφῶν καὶ ἐντολῶν: Ad magis enim neceſſariorum & utilium conſiderationem fert animus. Gratitudini nos ſtudebimus, oſtenſuri, *quò pactó gratos puerulo recens nato, Jeſulo melliſſimo pro Nativitate & Incarnatione ſalutifera nos exhibere conveniat;* idque monſtrabimus ex utroque Joh. 1. & 21. Evangelio.

Vide Diſcipul. de tempor. ſerm. 8 de Sanctis, & Paratum ſerm. 11. de Joh.

Ἐξήγησις.

Tripliciter Deo ſumus grati; ore, corde, opere. Verè igitur gratos & nos puerulo Jeſulo pro nativitate gratioſiſſima exhibituri, ὁδηγὸς ſequamur prævios Johannem & Petrum. Gratum utique Deo Patri & Filio nobis nato, nobis dato Jeſu Chriſto officium faciemus;

Gratos erga Jeſulum quomodo nos exhibeamus.

1 *Perſonam puerulí hujus piè contemplando.* Duarum illa eſt Naturarum, divinæ & humanæ. Utraque in Exordio Evangelii Johannei longè auguſtiſſimo & aſſeritur & probatur ſufficientiſſimè.

Divina Jeſuli natura probatur duplici argumentorum genere, *1. internò, & 2. externò.*

Divina natura Jeſuli quomodo probanda.

1. Internè, 1. ab æterna τοῦ λόγου *exiſtentia.* Λόγος dicitur, ob cauſas ſuperiùs diſpoſ. ſecundâ poſitas. Argumentum ita concludit:

Semper fuiſſe, & nunquam cœpiſſe, ſolius Dei eſt proprium:

At λόγος ſemper fuit,& nunquam cœpit:

Ergò verus eſt ac naturalis Deus Theophylactus: *In principio erat, h.e. à principio erat. Quod enim à principio eſt, ejus omninò nullum tempus inventum, quando non erat.* Gloſſa ordinaria ita: In principio omnium creaturarum vel temporum, h. e. cùm inciperent omnes creaturæ vel tempora, jam erat Verbum, h.e. Filius, qui eſt principium de principio.

2. *A perſonali ejus ſubſiſtentia, & à Patre differentia.* Collectio eſt talis:

Apud Deum, in ſimpliciſſima ejus eſſentia, ante rerum omnium creationem, nihil eſſe nec cogitari poteſt, quàm ipſe Deus.

Λόγος erat apud Deum:

Ergò non poteſt niſi ipſe Deus eſſe.

Vel ita:

Quod ab æterno apud Deum fuit ſubſiſtens, id Deum eſſe neceſſum eſt:

Atqui λόγος ab æterno fuit apud Deum Patrem verè ſubſiſtens:

E. λόγος eſt Deus. Gloſſa addit: Et Verbum erat, ut alia Perſona, non tamen alia ſubſtantia. Sum Verbum Subſtantivum duplicem habet ſignificationem: aliquando enim temporales motus, ſecundum analogiam aliorum verborum declarat: aliquando ſubſtantiam uniuscujusque rei, de qua prædicatur, non ullô temporali motu deſignat, ideò & ſubſtantivum vocatur. Tale eſt quod dicitur: erat Verbum, quaſi in Patre ſubſiſtit Filius. Theophyl. *Præpoſitionem πρὸς reddit per Cum: Erat cum Deo, in ſinibus paternis.* Et addit: *Manifeſtiſſimè Evangeliſta hoc loco alium dicit eſſe Verbum, & alium Deum h. e. Patrem. Nam quia Verbum erat apud Deum, manifeſtum quòd duæ Perſonæ introducantur, etiamſi una natura in his duobus.*

3. *Ab ipſa τοῦ λόγου eſſentia.* Ne enim diſtinctum quid à Patre intelligeretur, quaſi non ſecundum eſſentiam idem eſſet, propterea addit: Deus erat Verbum. Theophyl. *Vides quod & Verbum erat Deus, & ita una natura Patris & Filii, quia & una Divinitas.* Gloſſa ordin. ita: Ipſe Filius erat Deus. Argumentum efficitur tale:

Cui nomen Dei tribuitur, ille verè eſt Deus:

Λόγῳ tribuitur nomen Dei:

Ergò verè eſt Deus. Diximus hac de re plura in præcedentibus; ideoque in eadem diutiùs immorari nolumus.

2. Ex-

Digitized by Google

2. *Externè*, ab operum verè divinorum eminentia. Opera verè divina & non niſi divinæ potentiæ propria ſunt:

Opera divinæ naturæ propria.

1. *Rerum omnium creatio*, Joh.1,3.10.
2. *Rerum creatarum omnium conſervatio*, ib. verſ.4.
3. *Hominum poſt lapſum reparatio*, facta per
   1. *Vivificationem:* Dat enim ille nobis vitam
      1. *Naturæ*, Job.10,8. Pſ.100,2. Act.17,28.
      2. *Gratiæ*, Joh.6.68.
      3. *Gloriæ*, Joh.10,28.
   2. *Illuminationem.* Idem enim qui αὐτοζωὴ, eſt etiam lux vera, ratione
      1. *eſſentiæ*, Ebr.1,3. Mal.4,2. Num.24,17. Luc.1,78.
      2. *efficaciæ*, quam declaravit, *tùm* in creatione. Gen.1,3. Pſal.19,5. & 74,17. *tùm* in hominis Regeneratione. Joh.8,12. & 12,46. Luc.2,32. *tùm* in voluntatis divinæ revelatione, Joh.1,18. Eph.3,9.
   3. *Verbi prædicationem*, inchoatam miniſteriô præcurſoris Johannis, cujus occurrit
      1. προσωπογραφία; commendaturq́;
         1. *à vocantis Majeſtate;*
         2. *ab officii dignitate.*
      2. μαρτυρολογία.
   4. *Gratuitam adoptionem.* Demonſtratio exſurgit talis:

Omnia creare & conſervare, homines lapſos reſtaurare, vivificare, illuminare, regenerare, viam ſalutis monſtrare, in filios regni cœleſtis adoptare, ſolius Dei omnipotentis eſt opus proprium.

Atqui λόγῳ hæc omnia tribuuntur vereq́; inſunt:

Ergò, quin verus, omnipotens ac naturalis ſit Deus dubium reliquum eſt nullum. Humana Jeſuli natura ex ſequenti ultrò patebit gratitudinis requiſito.

II. *Beneficia natalitia devotè conſiderando.* Præ ceteris promicant, quæ Johanneô complexa ſunt aphoriſmô, in quo agitur

1. *de Sacroſancta Verbi Incarnatione. O utinam Domine* (B. exclamat Bernhardus) *ſicut Verbum Caro factum, ita cor meum carneum fiat! Perpende querelam Johannis: In ſua venit & ſui* (verùs ſues) *eum non receperunt. Summum hoc eſt beneficium, cœlo & terrâ ipſo etiam Creationis opere longè ſublimius* Λόγος σὰρξ ἐγένετο, h. e. Filius Dei homo factus eſt, uti habet gl. ord. vel verè ſuſcepit humanam Naturam. Caro enim per ſynecdochen ſignificat integrum hominem, anima & corpore conſtantem. Carnem ſimpliciter appellat, ut

Caro quid.

1. perſonæ vilitatem oſtenderet;
2. infirmitates quoq; noſtras, ſolô demtô peccatô, adſumtas & ſuſtentatas innueret;
3. quousq; Verbum ſeſe demiſerit edoceret.

Theophylactus συνεπτὰς oſtendens in hoc locô ſcribit: *Poſtquam dixit quod nos credentes in Chriſtum, ſi voluerimus efficiamur filii Dei, ſubinfert nunc & cauſam tanti boni.* Dicit enim: *Vis docere, quid conciliârit nobis hanc adoptionem in filios? Quia Verbum caro factum eſt.* Cui adſtipulatur gl. ordin. Ut ſecurè, inquiens, credamus, homines naſci ex Deo, ſubdit Deum naſci ex homine. Ex hac ſuſceptione infirmitatis ſanatur noſtra infirmitas, ut poſſimus filii Dei fieri: & hoc eſt: Verbum caro factum eſt. Quod ſuperius erat, inferius deſcendit: quid mirum, ſi quod erat inferius, in id quod ſuperius eſt aſcendit? Nec mirum ſi homines naſcuntur ex Deo, quoniam Deus ex homine eſt natus.

2. *De Verbi inter homines converſatione.* Habitavit ἐν ἡμῖν, inter homines, (gl. ord. habitu inventus ut homo) vilis & deſpectus, obambulans in terris. Significat autem

1. *diſtinctas in Chriſto naturas*; adſumſit carnem quaſi tabernaculum, Col. 2, 9. Theoph. ita: *Quoniam ſuprà dixerat: Verbum caro factum eſt, ut ne qui ſuſpicetur, quòd una natura factus ſit Chriſtus*, ideò ſubdit: *Et habitavit in nobis, ut oſtendat duas naturas, noſtram* ſc. ac Verbi. *Nam ſicut alterius natura eſt tabernaculum, & alterius is, qui inhabitat in eo: Ita & Verbum in nobis habitare dicitur*, h. e. *in noſtra natura.* Et poſt pauca: *Per hoc quod dicit, habitavit in nobis, diſcimus, duas naturas credendas in Chriſto. Nam etſi unus ſit ſecundum Perſonam: ſecundum naturas tamen duo, Deus & Homo.*

2. *Tabernaculi hujus infirmitates ſuô tempore, poſt depoſitam ſervi formam eſſe deponendas*, Phil. 2, 7.

3. *De gloria divinæ manifeſtatione vel apparitione.* Viſa nimirùm eſt in admirando hoc incarnationis opere gloria

1. potentiæ;
2. ſapientiæ;
3. juſtitiæ;
4. miſericordiæ divinæ. Nos hodie diſcipulis nihilô inferiores vel infeliciores, videmus gloriam Chriſti quotidie in

1. *precatione*, Pſal. 34, 19. & 145, 18.
2. *afflictione*, Pſal. 91, 15.
3. *tentatione*, 1. Cor. 10, 13.

Digitized by Google

4. *mortis inſultatione*, Luc.2,29.

Theophyl. *Spectavimus*, ait, *gloriam non talem, qualem habebat Moſes; vel cum qua gloria Cherubim & Seraphim Prophetæ apparuerunt: ſed talem gloriam, qualem decuit eſſe Unigeniti à Patre, quæ illi naturaliter ineſt. Nam, velut, hic non ſimilitudinis, ſed confirmationis & determinationis indubitatæ verbum eſt: ſicut cùm Regem videmus cum gloria magna venientem, dicimus, quòd velut Rex prodeat*, h.e. *quòd verè ſit Rex: ita etiam* h.l. *intelligere debes, velut Unigeniti, quòd gloriam quam ſpectavimus, reverà fuerit gloria Filii.* Hæc illæ. Gloſſa ordin. ita explicat: Vidimus h.e. cognovimus Deum eſſe glorioſum. Vidimus Majeſtatem ejus per Humanitatem, in qua docuit & miracula fecit, in qua transfiguratus eſt & ſurrexit. Gloria Chriſti quomodo à nobis videatur.

4. *De gratiæ & veritatis collatione.* Verbum erat plenum gratiâ (gloſſ. ordin. ſecundum humanitatem) & veritate. (gloſſ. ordin. ſecundum Divinitatem) Gratiam ſuam hominibus multifariam declaravit, *tùm* docendo, *tùm* ſanando, *tùm* peccatores recipiendo, *tùm* intercedendo & orando pro eis; *tùm* communicando gratuitam Dei miſericordiam: Veritatem verò, promiſſa omnia implendo. Hinc Theophylactus: *Gratiâ quidem*, inquit, *plenus ſecundum quod ſermo ejus gratioſus erat*, Pſalm. 45.3. Matth, 7,28. *& omnibus ſanctis conferebat, prout congruebat eis. Veritate autem plenus erat, ſecundum quod ea, quæ Prophetæ & Moſes ipſe vel dicebant vel faciebant figuræ erant per omnia. At quæ Chriſtus faciebat dicebatq́ plena erant veritate, cùm eſſet ipſamet gratia, & ipſamet Veritas, aliisq́, ſuppeditaret eam.* Chriſtus gratiā ſuā quomodo hominibus declaraverit. Chriſtus quo pacto Gratiâ & Veritate dicatur plenus.

III. JESUM LUM ardenter amando. Cum Petro enim colloquium ille inſtituens, nil niſi dilectionem quærit. Hac enim in actu poſitâ, reliqua pietatis veræ officia ſponte ſubſequuntur. Eph. 3,19. 1.Cor.16,22. 1.Joh.4,12. Ama amorem illius, qui amore tui deſcendit de cœlis humiliando ſe, ſublimando te. Diligitur Chriſtus cum omnia illi poſtponuntur, omnibus unus ille præfertur opibus, honoribus, parentibus, uxori, liberis &c.

IV. Crucem patienter ferendo; quò ſpectat cinctura, quam Petro Salvator omniſcius prænunciat. Theophyl. *Nunc jubeo ut ſequaris: crucifixus ſum, ſequaris & tu per eadem veſtigia. Qualis ego Paſtor fui, talis & tu ſis, & non ſolùm mortem non formides, ſed & lætus obeas, ſiquidem utilitas expoſcit ovium.* De ſorte hac Chriſtianorum ſæpiùs diximus.

V. Chri-

Digitized by Google

V. *Chriſtum libenter ſequendo.* Bernhard. *Domine Jeſu, omnes volunt ad te venire, nemo ſequi.* De ſequela Chriſti vide feſt. Andr.

VI. *Curioſitatem Petrinam fugiendo.* Vide ſupra diſpoſ. primam.

VII. *Verbo ſcripto conſtanter inhærendo*, ne quando (liceat mihi Theophylacti Colophonem huc transferre) *dictorum factorumq́; Chriſti obliviſcamur: Sed revolvamus Librum hunc* (Biblicum) *dilecti, & ſcrutemur in eo poſitum theſaurum, in miraculis ac verbis Jeſu, ut ſic valeamus purificari. & vitâ & ſermone conſequamur, in die revelationis, ineffabilia opera & myſteria, quæ nunc, quamdiu in mundo ſumus, capere non poſſumus, & perficiamur in Chriſto, qui dilexit nos, & per dilectum ſuum diſcipulum illuſtravit nos in Theologia & agnitione ſui, & Patris, & Filij, & Spiritûs ſancti, cui ſit gloria in ſæculorum ſecula, Amen.*

IN FESTO CONVERSIONIS
B. APOSTOLI PAULI,
EVANGELIUM
Matth. 19. à verſ. 17. ad finem.

DISPOSITIO PRIMA.

Summa Evangelii.

Refertur præſentis Evangelii lectio *partim* ad genus cauſarum Demonſtrativum; continet enim hiſtoricam narrationem colloquii, inter Petrum Apoſtolum & Salvatorem Jeſum Chriſtum habiti, in quo de facultatum deſertione propter Evangelium agit, ſuo ſuorumque collegarum nomine in deſertionis iſtius retributionem inquirens: *partim* ad genus Judiciale, ſtatumque illius δικαιολογικὸν ſive juredicialem. Ita enim de hac materia diſſerit Petrus, ut jure ſibi ſuiſque collegis ampliſſima deberi præmia affirmare videatur: *partim* deniq; ad genus cauſarum Deliberativum; hortatur enim Chriſtus Salvator diſcipulos, ne ob præmia promiſſa altiùs ſapiant, & ſuperbiùs de ſe ſentiant; poſſe enim ex primis fieri noviſſimos, & ex noviſſimis primos.

Ceterùm cur textus hic feſtivitati Converſionis Pauli fuerit accommodatus, hujus verò rei quatuor potiſſimùm recitantur cau-

Digitized by Google

cauſæ, quas videat, qui volet, in Promtuar. Evangel. Tugerlar. part. 2. pag. 48. & 49.

Traditio eſt, Paulum 25. Januarii die eſſe converſum, & ab Anania baptizatum, unde dies iſte memoriæ rei adeò præclaræ eſt conſecratus. De Apoſtolo verò Paulo multa diſſerere opus non eſt: commendari autem pro concione poteſt ejus perſona, Pauli converſio.

1. à nominis poſt factam converſionem immutatione. Qui enim initiò dicebatur Saulus, petitus ſeu poſtulatus, is poſt converſionem Paulus fuit nuncupatus. Nominis rationem reddit Auguſtinus de Spiritu & lit. cap. 7. *Paulus* (inquiens) *hoc nomen elegit, ut ſe oſtenderet parvum, tanquam minimum Apoſtolorum, ad reprimendam ſuperbiam, & extollendam Dei gratiam.* Corpore etiam, ſi Nicephoro credimus, fuit parvô & contractô, & quaſi incurvô ac paulatim inflexô.

2. A natalium deſignatione. Natus enim eſt Tarſi, urbe Ciliciæ nobiliſſimâ, Coloniâ Romanorum florentiſſimâ, in ſchola liberalibus ſtudiis & artibus affluentiſſima, patre Hebræô, ex tribu Benjamin, Act. 23, 6. Rom. 11, 1. 2. Cor. 11, 22. Phil. 3, 5. Locus nativitatis.

3. A ſtudiorum tractatione. Didicit in ſchola patria artes & Philoſophiam; hinc miſſus Hieroſolymam, ad pedes Gamalielis ſedens, in patria lege fundamentaliter inſtitutus, & ſectam Phariſæorum amplexus eſt. Act. 22, 3. 1. Cor. 15, 9. Phil. 3, 5. Pauli ſtudia.

4. A rerum geſtarum commemoratione, quæ quidem ob multitudinem & varietatem brevi narratione expediri minimè, docendi verò gratiâ dividi commodè poſſunt, in acta ante & poſt converſionem. Pauli res geſtæ. *Ante converſionem* zelô pro ſecta ſua pugnandi, & ſectatores doctrinæ de Jeſu Nazareno perſequendi arſit incredibili, quem ἄζηλον prodidit, Zelus Pauli ante converſionem ἄζηλος.

1. *lapidati Stephani veſtimenta cuſtodiendo*, atque ita haud obſcurè
2. *in necem viri ſanctiſſimi conſentiendo*, Act. 7, 58. & 8, 1.
3. *Eccleſiam Chriſti devaſtando*. Act. 8, 3.
4. *Confeſſores ejusdem carceribus includendo*. Ib.
5. *Minas ac cædem adverſus Chriſti diſcipulos ſpirando*; Act 9, 1.
6. *Aliunde ad martyrium eosdem conquirendo & adducendo*: ibid. verſ. 3.

Poſt converſionem, quæ ac quanta præſtiterit σκεῦος illud τῆς ἐκλογῆς, Act. 9, 15. *tùm* prædicando; *tùm* Jeſum Meſſiam ac Salvatorem mundo publicè proclamando; *tùm* adverſarios & ἀντιλέγοντας

quosvis ſufficienter confutando; *tùm* Evangelii propagandi causâ annos circiter 35. totum fermè terrarum orbem peragrando; *tùm* labores, pericula, inſidias, ærumnas, verbera, carceres, certamina, ſupplicia plurima pro Chriſti nomine maſculè perferendo; *tùm* ſalutaria maximèque proficua Eccleſiæ ſcripta poſt ſe relinquendo, ea omnia *partim* ex hiſtoria actuum Apoſtolicorum, *partim* ex epiſtolis Paulinis lectori ſacræ ſcripturæ ignota eſſe nequeunt.

Pauli miracula. 5. *A miraculorum patratione.* Edidit enim Deus per manum Pauli virtutes non vulgares. Paphi Elymam magum excæcavit, Act.13,11. Lyſtris claudum ſanavit; Act.14,10. Philippis Pythonis ſpiritum expulit; Act.16,18. carceris oſtium, in quo cum Sila Paulus conſervabatur, terræ motu pateſactum eſt; Act.16,26. Ad χειροθεσίαν Pauli diſcipulis Epheſinis impetratur viſibilis Spiritus Sancti effuſio; Actor.19,6. admotis ſudariis & ſemicinctiis ejus ægroti convaluerunt, & ſpiritûs maligni ejecti ſunt. Ib. verſ. 12. in Troade Eutychum, per feneſtram delapſum, mortuum in vitam revocavit, Act.20,10. Viperam in inſula Melita de manu ſuſtulit illæſus; Act.28,5. Publium febri & dyſenteriâ laborantem per precationem manuumque impoſitionem liberavit, Ib. v.8.

Pauli viſiones. 6. *A viſionum exhibitione.* Per viſionem

1. *noctu vocatur in Macedoniam*, Act.16,9.
2. *vocem Domini audit*; Act.18,9.
3. *à Domino contra accuſatores ſuos animatur & erigitur*, Act. 23,11. Huc ſpectat
4. *quòd* Gal.1,12. *Evangelium per revelationem Jeſu Chriſti*, ſeſe accepiſſe, & in Paradiſum, immò tertium usque cœlum raptum, ibique arcana ſeſe audiviſſe *commemorat*, 2. Cor.12,4.

Mors Pauli. 7. *A mortis conditione.* Annô enim poſt converſionem 37. qui fuit à nato Chriſto 70. cùm ſecundò Romam veniſſet, à Nerone, d. 29. Junii, capite truncatus legitur, apud Euſeb. lib.2. hiſt. Eccl. Plura, qui de hac materia deſiderat, is præter reliquos conſulat D. Lucam Oſiandrum Cent.1. hiſt. Eccl. lib.1. & 2.

Nos præſentis Evangelii textum enarraturi tria nobis proponimus κεφάλαια, conſideraturi

I. *curioſam Petri quæſtionem*;
II. *nervoſam Chriſti reſponſionem*;
III. *gratioſam ejusdem pollicitationem*.

PARS

PARS I.

In primæ partis διεξόδῳ notetur pro meliori ejus intellectu,

1. temporis conditio, quam oſtendit adverbium τότε; contigerunt nimirùm hæc paulò poſt colloquium, cum juvene Phariſaico à Chriſto habitum, unde utraq; hiſtoria in unum caput redigitur.

2. Auctoris, h.e. cauſæ efficientis, vel proponentis, *ſignificatio*. Petrus, præ reliquis Apoſtolis temeritatis & curioſitatis cujusdam nomine celebris. Matt.14,28.29. & 16,22.23. & 26,33.34.51. Joh.21,21.

3. Quæſtionis proponendæ occaſio, quam ſubminiſtravit, *ex una parte* durior, uti videbatur, Chriſti oratio, de divitum in regnum cœleſte ingrediendi difficultate; *ex altera* verò *parte* præceptum juveni prædiviti, de deſerendis facultatibus omnibus, Chriſto unicè ſequendo, communicatum. Petrus enim cum ſuis collegis ſecutus erat & ipſe Dominum Jeſum, non eâ utique intentione, quòd perpetuò pauper eſſe velit; ſed ſpe ampliſſimam compenſationem ab ipſo accipiendi, quam in externis mundi hujus opibus ac facultatibus conſiſtere falsò opinabantur. Præter omnem itaque ſpem ipſis accidit, quòd de periculoſa divitum conditione audierant: hac enim ratione ſibi omnem ferè ſimul vitæ æternæ ſpem præciſam animadvertebant.

4 *Ipſa quæſtio*, quam proponit Petrus

1. δεικτικῶς, præſentis rei exhibitionem particulâ demonſtrandi (ecce!) innuens.
2. ἀντιθετικῶς, opponens ſuam ſuorumque collegarum in ſequendo facilitatem, divitis illius, qui triſtis modò abierat, difficultati: & oſtendens id, quod juvenis facere detrectârat, à ſe ceteriſque Apoſtolis jam pridem fideliter eſſe præſtitum.
3. ἐκθετικῶς, quomodo ſuam Chriſto fidem ac promtitudinem abundè probârint, nimirùm,
   1. *omnia* (naviculas, retia, tuguriola, & quicquid rerum terrenarum poſſederant) *deſerendo:*
   2. *Chriſtum ubiq; terrarum & locorum ſtudiosè ſequendo.*

Inde itaque quærit Petrus, quid præmii Apoſtolis, pro hac animi promtitudine & obedientia ſit expectandum? Etſi enim (quæ D. Lucæ Oſiandri ſunt verba) Petrus & reliqui Apoſtoli, neque regna, neque principatûs propter Chriſtum reliquerunt: tamen quod Regi regnum eſt, hoc illis navicula erat piſcatoria. Quæ ſane res ſu-

perbiâ, jactantiâ & dubitatione carnali non caret. Hoc enim vult dicere: nos Apoſtoli relictis omnibus, ad tuam vocationem, te ſecuti ſumus, ſpe illâ bonâ freti, nos remunerationem ampliſſimam conſecuturos, quæ jacturam illam omnem reſarciat. Nunc quoniam audimus, divitum adeò periculoſam eſſe conditionem, ſcire equidem pervelim, quid nobis ampliùs ſit ſperandum. Talis ergò eſt Petri collectio:

Quicunq; propter Chriſtum omnia relinquunt, eiq; ſoli unicè adhærent, illis hanc ipſam ob cauſam retributio haud vulgaris debetur.

Nos propter Chriſtum omnia relinquimus, eiq; ſoli unicè adhæſimus:

Quin ergò retributio haud vulgaris nobis ſit expectanda neutiquam dubitatur.

Poriſmata & Theoremata Theologicæ primæ partis.

Homines pleriq; nil boni agunt, abſque ſpe alicujus præmii. Hominum perverſa natura.

I. De inſigni hominum perverſitate, qui nihil quicquam boni ſine mercede vel præmiis agere volunt. Job.31,2. Mich.3,11. Num.22,7. 2.Reg.5,22.27. Mal.1,10. Matth.5,45.

II. De cordis huma-ni ad rerum terrenarum cupiditates ac deſideria proclivitate. Sap.9,15. Phil.3,19. Prov.1,9. Pſ.119,136. Eccl.5.8. Eſa.5.8. & 9,20. Jer.6,17. Mich.2,2. Sir.14,9. 1.Tim.6,10. Matth.6,19. 1.Joh.2,15.16. Prov.30,8.

III. Homines vix quicquam boni agunt, niſi aut neceſſitate compulſi, aut utilitate aliquâ inſigni propoſitâ. Hæc ſi abſint, langvet ac friget omne benè operandi ſtudium.

IV. Deus itaq; hanc ingenii humani labem proſpiciens, ampliſſima præmia, quibus pietatem remunerare velit, in verbo ſuo propoſuit. Pſ.19,12. & 34,10. & 61,6. Eſ.45,19. 1.Cor.15,58. 1.Tim.4,8. Deut.19,8.28. Matth.10,42. Luc.10,35. Sir.51,38. Ebr.10,35.

V. Non autem ſemper remunerationem in alteram vitam rejicit, licèt eam ferè differat, quam moram humana mens itidem ægrè ferre ſolet. Eſ.40,10. Jer.31,16. Sap.10,17. Pſ.40,1.2.3. Gen.15,2. Pſ.14,8. & 39,9.

VI. De hominum in cauſa bona jactantia. Solent enim homines ea, quæ vel fecerunt, vel ſuſtinuerunt, vel deſeruerunt, plerunque magni æſtimare. Jer.9,23. 1.Cor.4,7. Jac.4,16. Luc.10,19. & 18,11. Pſ.44,18,19.

VII. Vana eſt & inanis iſthæc jactantia: nulla enim comparatio terrenorum cum cœleſtibus, Matth.16,26.

IIX.

Vita æterna non eſt merces.

IIX. Abſit igitur, ut vitam æternam, inque cœlis repoſitum theſaurum reputemus debitam mercedem. Eſt enim retributio gratuita eorum, quæ in his terris nomine Chriſti vel reliquimus bona, vel pertulimus mala. Roman. 6,23. & 8,18. 2. Cor. 4,17.

Verè-piorũ officium.

IX. Verè-piorum eſt, non de præmio, ſed de ſuo ſollicitos eſſe officio. Sir. 38,32. & 40,3. 2. Cor. 11,29. Sap. 5.16. & 6,8.12.13. 1. Pet. 5,7. Matth. 6,34. 1. Cor. 7,20.

X. Falſi ſunt Pontificii, qui ex hoc textu, de facultatum rerumque omnium deſertione, *tùm* Monachatum ſuum, *tùm* cœlibatum Sacerdotum ſtabilire, auſu plus quàm temerariô, præſumunt. Quoad Monachatum enim planè impar, immò contraria eſt, Apoſtolorum & Monacharum conditio. Illi enim vocatione ſingulari gaudebant, hi eâdem deſtituuntur, ob ἐϑελοϑρησκείαν inſuper & commentitia ſuper erogationis opera damnabiles. Quoad cœlibatum, deſertio omnium non ad uxores, ſed duntaxat ad poſſeſſiones eſt referenda. Et reliquerunt quidem Apoſtoli omnia

1. ratione χρήσεως;

2. ratione certi temporis, redierunt enim aliquando ad ſua, Joh. 21,2.3. Uxorum deſertionem Chriſtus nullibi Apoſtolis præcepit; Sacerdotalis verò cœlibatus fatente ipſomet Bellarmino lib. 1. de Clericis, cap. 18, & 19. nec de jure eſt divino, nec de Apoſtolico & poſitivo ſive humano.

Uxorum deſertio an à Chriſto præcepta.

Monachorum paupertas an ex ſacris poſſit ſtabiliri.

XI. Paupertas itaq; ſive mendicitas Monachorum voluntaria rectè voveri nequit, quia

1. *nec Chriſtus, nec Apoſtoli tale vitæ genus inſtituerunt*, vel paupertatem vovendam eſſe docuerunt.

2. *Chriſtus ipſe loculos habuit & pecunias ad res emendum neceſſarias*, Joh. 12,6. & 13,29.

3. *Johannes habuit τὰ ἴδια*, Joh. 19,29.

4. *Mendicitas illa rerum proprietates tollit.*

5. *Beatius eſt dare quàm accipere*, Act. 20,35.

6. *Benedictionem Domini abjicere ſtultum eſt.*

7. *Deô & hominibus ſictâ illâ mendicitate illuditur.* Sunt enim (teſte Hieronymo in epiſt. ad Nepotian.) ditiores Monachi, quàm fuerunt ſeculares: poſſident opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete diabolo non habuerunt. Suſpirat eos Eccleſia divites, quos tenuit mundus antea mendicos.

Cœlibatus Sacerdotibus cur non poſſit præcipi.

XII. Cœlibatum Sacerdotibus præcipere nec poſſumus, nec debemus,

1. ob evidentia ſcripturarum oracula, quæ pro libertate vivendi in matrimonio ex parte ipſorum militant. 1. Tim. 3,2. Tit.1,2. Ebr.13,4. 1.Cor.9,5. Matt.8,14. Marc.1,30. Luc. 4,38. Act.21,9.

2. ob rationum clariſſimarum ſuffragia, quandoquidem conjugium

1. Deus omni hominum generi fecit liberum, 1.Corinth. 7,25. 28.36.

2. Ejus prohibitio eſt doctrina dæmoniorum. 1.Tim.4,3.

3. Quod eſt de jure divino & naturali, lege humana tolli nequit.

4. Donum verò continentiæ & rarum eſt & ſingulare. Matth. 19,11. 1.Cor.7,2.9.

3. Ob probata Sacerdotum conjugatorum exempla, de quibus vide D. Chemnit. Exam. part.3. pag.86. & ſeqq. & de fructibus impuri apud Pontificios cœlibatûs, pag. 123. & ſeqq.

4. Ob plurima adverſariorum teſtimonia. Ib. pag.125.& ſeqq.

Anabaptiſtarũ error de evertendis facultatibus.

XIII. Errant non minus Anabaptiſtæ, ex falſa textûs hujus interpretatione falſoque intellectu, dominiorum proprietates, & facultatum poſſeſſiones proprias evertere, communionem è contraria bonorum omnium ſtabilire ſatagentes. Exod.20,2.Prov. 3,9. & 8,18. & 22,2. Sir.11,14. 1.Cor.16,2. 2.Cor.8,12. 1.Tim.3,4.&5,4. & 6,17. 2.Theſſ.3,12.

XIV. Exemplum Apoſtolorum Act.2,44. & 4,32. eſt particulare, iſtius temporis neceſſitati inſerviens. Fuit inſuper non neceſſitatis, ſed liberæ voluntatis. Act.5,3. Prov.5,16.17.

PARS II.

Duo propoſuerat, de remuneratione futura quærens, reliquorum nomine Apoſtolorum, Petrus:

1. quòd omnia deſeruerint;

2. quòd Chriſtum ſecuti fuerint.

Ad ſingula propoſitionis membra diſtinctè reſpondet Dominus, ordine tamen, καθ' ὑστερολογίαν ſcripturis uſitatam, retrogradô. De ſequelæ remuneratione ſecundâ; de deſertionis retributione ultimâ audiemus parte. Ita verò curioſo nimis Petro reſpondet Salvator mitiſſimus & benigniſſimus: Amen dico vobis quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſe-

Digitized by Google

ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël. His verbis continetur promiſſio compenſatoria, Apoſtolis peculiaris. Obſervetur autem

1. *ſolemnis Chriſti adſeveratio:* Amen dico vobis. Particula Amen uſurpatur

Amen particula ubi in ſacris uſurpetur.

1. *in imprecationibus*, Deut.27,15,16. Num.5,22.
2. *in precationibus*, cùm *vel* nomen Dei invocatur; *vel* aliis benedicitur; *vel* gratiæ aguntur. Pſ.41,14. 1.Cor.14,16. Nehem. 8,6. Tob.9,12. Apoc.7,12.
3. *In rerum confirmationibus*, quando fides promiſſionem propoſitam accipit. 1.Par.16,36. Jer.11,5. & 28,6.
4. *In affirmationibus & aſſeverationibus*, 2.Cor.1,20. Eſ.65,16.

2. *Objecti deſignatio.* Deſcribuntur Apoſtoli ab effectu: vos qui ſecuti eſtis me. Bonorum enim deſertio (annotante D. Chemnitiô) parùm facit ad regnum Dei, niſi accedat ſequela Chriſti.

3. *Temporis determinatio*, quô nimirùm promiſſionis complementum expectari debeat. Tempus illud dicitur

1. *Regeneratio*; illamque interpretum vetuſtiorum nonnulli referunt ad præcedentia, ac ſi Chriſtus loquatur de primo ſuo adventu, quô opus redemtionis generis humani inchoavit, & per baptiſmum ex deperditis Adæ filiis dilectos Dei fecit filios, *tùm* ad ſui agnitionem eos vocando; *tùm* pœnitentiam præcipiendo; *tùm* Evangelii myſterium ipſis revelando. Alii contrà ad ſequentia referentes, de noviſſimo Chriſti adventu exponunt, qui futurus eſt dies ἀποκαταστάσεως ſive reſtitutionis omnium, quô cœlum & terra renovabuntur, & abolitô in electis peccatô, corpora eorum mortalia immortalitatem induent. Dicitur autem dies ille παλιγγενεσία, quia in reſurrectione mortuorum regeneratio noſtra in Baptiſmo inchoata, plenè perficietur.

Dies extremus cur dicatur παλιγγενεσία.

2. *Seſſio Chriſti in ſede majeſtatis ſuæ*, h. e. in dextera gloriæ ſuæ. Etſi enim Chriſtus, etiam quà Filius hominis, jam ad dexteram cœleſtis ſui Patris, in ſede Majeſtatis ſuæ ſedet: ſeſſio tamen illa nobis jam eſt oculta: manifeſtabitur autem in die noviſſimo, quando cum gloriâ & majeſtate magna judicem ſeſe univerſæ carnis exhibebit. Nihil hîc de corporali & locali ſeſſione agitur, ſed ἀνθρωποπαθῶς deſcribitur illa gloriæ manifeſtatio, ut res ipſa ſit illuſtrior, & tantò meliùs intelligatur.

Seſſio Chriſti ad dexteram majeſtatis ſuæ quando inclarueri.

4 Ipſa

Digitized by Google

4. *Ipſa promiſſio*, de retributione ſubſecutura ſpem faciens Apoſtolis infallibilem. Conſiſtet autem illa retributio promiſſa

1. *in ſedendo*, nimirùm, ſuper ſedes vel thronos duodecim. Seſſio verò illa non eſt accipienda in ſenſu literali, de materialibus vel corporeis quibuſdam Thronis vel ſedibus; ſed myſtico, de eximia quadam gloria, quam præ reliquis ſanctis Apoſtoli ſint habituri, in eo, quòd adſeſſores Chriſti in die noviſſimo ſint futuri. Quemadmodum enim (refero verba Chemnitii;) Monarchæ res magnas peracturi in ſublimi throno conſidere, & adſeſſores vel Principes cognatos, vel proceres regni, aut fideliſſimos Conſiliarios habere ſolent, ubi certè Adſeſſorum omnium gloria magna eſt, quæ ipſis accedit ex majeſtate ſui Regis: Sic teſtatur Chriſtus, ſe in illo Majeſtatis ſuæ actu ejuſdem ſecum gloriæ ſocios habere velle Apoſtolos, qui in his terris fidi regni ipſius fuerint miniſtri. Pelargus de thronis ita: ſedium iſtarum nomine Chryſoſtomus honorem, quo in judicio fulſuri ſunt, ſignificari monet: Euthymius requiem & præcellentiam Apoſtolorum: Hieronymus ſolia & thronos judicantium: quamvis non ſolùm Apoſtoli, ſed & omnes, qui Apoſtolicam imitati ſunt vitam, aſſeſſores & adprobatores erunt judicii extremi.

Harmon. Chem Evang. lib.5. pag. 121.

Pelarg. qu. in Matth. fol. 212. b.

2. *In judicando*. Quæritur hoc loco, quomodo Apoſtoli & reliqui ſancti ſint judicaturi? Non certè

1. *judicandi poteſtatem* αὐτοκρατορικὴν *cum Chriſto exercendo*; hoc enim ſoli Chriſto competit; ſed

2. *Aſſidendo vel adſiſtendo*. Chriſtus enim omnes ſuos & Eccleſiæ hoſtes in piorum conſpectum ſtatuet, ut ſententiam condemnatoriam, contra ipſos ferendam; audiant, quâ ratione piorum gloria & lætitia plurimùm augebitur.

3. *Secundum Evangelium prædicatum pronunciando*. Quia ſecundum doctrinam illam, quam prædicaverunt, ſententia in die noviſſimo dicetur, Rom. 2, 15.

4. *Teſtificando*: quia de bonis operibus piorum, beneficentia cumprimis & liberalitate ſibi præſtita, teſtimonium ferent, ut ex operum fructibus fides in corde latens toti mundo manifeſtetur, Luc. 16, 9.

5. *Calculô ſuô judicis ſententiam*, cui publicâ voce ſubſcribent, *adprobando*.

6. alios,

Digitized by Google

6. *Alios*, Judæos maximè,*convincendo*, ut non poſſint ullam Evangelii ignorantiam prætendere, Matth.24,14.

7. *Fidei & pœnitentiæ ſuæ exemplum producendo*, quemadmodum de Ninivitis quoque idem pronunciatur, Matth.12,40.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. De ſumma Chriſti φιλανθρωπία. Qui enim acrem meriti fuerant correptionem,iis amicè ac blandè reſpondet, quin ampliſſimis inſuper promiſſionibus erigit. Eſa.42,3. Ebr.4,15. Matth. 11,29.

II. Sequela Chriſti eſt duplex: *una* corporalis, quâ Apoſtoli tanquam individui comites Chriſtum ſunt ſecuti; *altera* ſpiritualis,quâ ipſum ſecuti ſunt,qui doctrinam ejus addiſcebant. Sequela Chriſti duplex.

III. Extremum judicium vel dies noviſſimus certocertius ſuô tempore eſt venturus. Vide Dom. 2. Advent. & locos Theol.

IV. Ultimus Chriſti adventus gloriâ & Majeſtate cœleſti erit plenus. Vide d.l.

V. De throno vel ſede Majeſtatis, in quam Filius hominis collocatus eſt, vide prolixè diſſerentem D. Hunn.Comment. in Matth. hoc locô. Eſt enim nihil aliud, niſi increata, infinita & omnipotens dextera Dei,de qua materia videatur liber Chriſtianæ Concordiæ,& alia Theologorum noſtrorum de hoc fidei Chriſtianæ capite edita ſcripta, inter cetera etiam Thronus regalis Schroderi. Sedere in throno Majeſtatis quid ſit.

VI. De ſumma Apoſtolorum & aliorum Verbi miniſtrorum in extremo judicio dignitate.

VII. Sophiſtas agunt Calviniani,ex hoc textu colligentes, non poſſe ex ſeſſione Chriſti ad dextram Patris,infinitam ipſius majeſtatem,& omnipræſens in cœlo ac terra dominium probari, cùm ſeſſio iſthæc cum ſanctis aliis ipſi ſit communis. Diſtingvendum enim eſt,inter thronum Patris, ad quem Pater Chriſtum evexit, & inter thronum Chriſti, ad quem Chriſtus ſanctos ſuos evehit. In throno Dei Patris nullus Angelorum, nedum ſanctorum ſedet, Ebr.1,13. ſed in throno Chriſti ſedent ſancti. Thronus Patris eſt infinita ejus Majeſtas,potentia & gloria; thronus Chriſti, quem cum ſanctis communicat, eſt peculiaris quidam honor in judicio, & æterna in cœlis beatitudo. Ille infinitus eſt & ubique; hic finitus & in Paradiſo; ille unicus,horum verò plures, Matth.19,28. Apocal. Thronus Patris quid. Thronus Chriſti quid.

R

cal.4,4. & 20,4. Ille æternus & increatus; hi verò dicuntur parati, Matth.25,34. & poſiti, Dan.7,9. Senſus igitur eſt, quòd Chriſtus fideles peculiari gloriâ, in die judicii & vita æterna ornabit, inque regni ſui conſortium adſumet, 2. Tim.2,12. uti egregiè hac de materia diſſerit D. Gerhard. Tom.9. L.C. pag.192. & 962.

IIX. Ex παλιγγενεσίας appellatione concludunt nonnulli, mundum & interiturum, & renaſciturum vel regenerandum, 2. Pet. 3,13. Eſa.65,17. Apoc.21,1. Rom.8,19.20.

IX. Παλιγγενεσία hæc præſupponit indubitatam mortuorum reſurrectionem, de qua conſulantur loci & libelli methodici, & quæ circa feſtum Paſchatos à nobis hoc de articulo dicta ſunt.

X. Habemus certum & infallibile fundamentum doctrinæ, de Majeſtate & gloria Filio-Hominis verè ac realiter communicata. Pſal. 8,6. & 110,1. Dan.7,14. Philip.2, 9. 10.11. Ebr.1,6. Apocal. 5,12. 13.

PARS III.

Reſtat ultima tractationis propoſitæ pars, *largiſſima de deſertione omnium remunerenda promiſſio.* Ea verò ita habet: Et omnis, qui reliquerit, domos, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Multi autem erunt primi noviſſimi, & noviſſimi primi. Quibus verbis indicat Servator, quæ potiſſimùm bona ſint manſura reliquos Chriſti fideles, qui & ipſi eum ſecuti, multoties, ſi non omnia, quædam tamen propter ipſum relinquere coacti fuerunt. Continent autem prædicta verba,

1. Subjecti deſcriptionem; quibus promiſſio facta ſit? Iis nimirùm, qui *non* ex levitate, *non* per intemperantiam, *non* ex inani ſuperſtitione, ſed propter nomen illius, *vel* uti Marcus habet, Chriſti aut Evangelii causâ; *vel* ut Lucas recitat, propter regnum Dei, ſua reliquerunt; h.e. qui verâ fide, ex Evangelio perceptâ, Chriſto ſic adhærent, ut nihil in mundo adeò charum habeant, quod ipſi præferant.

2. Rerum deſerendarum enumerationem, quid relinquere oporteat fidum Chriſti ſectatorem? Domos, fratres, ſorores, uxorem, patrem, matrem, liberos, agros, h.e. bona caduca, & quicquid in vita homini charum eſſe poteſt. Non quod hæc vel odiſſe, vel negligere, vel deſerere ſponte abſque evidenti cauſa debeamus, ſed hoc docet Chriſtus, quid fideles, ſi neceſſitas urgeat, facere debeant. Vide Harmon. Evang. Chemn. pag.223.

3.

3. *Ipſam retributionem*, quô eventu aut fine fiat, quidve præmii habituri ſint, qui propter Chriſtum chariſſima quævis relinquunt? Præmium promittitur duplex; unum terreſtre, alterum cœleſte: Illud hujus eſt ſeculi, accipiet centuplum: hoc futuri ſeculi, κληρονομήσει, hereditatis jure poſſidebit vitam æternam. De poſteriori piorum nemo dubitat, de priori facilis oboriri poteſt dubitatio, experientiam repugnantem conſideranti, & exulum, omnibus facultatibus exutorum, reſiduumque vitæ ſumma in egeſtate tranſigentium, myriadas ob oculos ſibi ſtatuenti. Sciendum itaque verificari illam Salvatoris promiſſionem

1. *vel quando corporalibus ſpiritualia permutantur*;

2 *vel quando corporalia corporalibus compenſantur*;

3 *vel quando* αὐταρκείᾳ in paucioribus etiam, *donantur*, ut ſint iis, quæ habent, contenti; cùm animus hominis Chriſtiani rebus humanis non afficiatur, nec in mundo quærat civitatem manentem, ſed omni ſtudiô cœlos affectet. Quem in ſenſum D. Pelargus adnotat: centuplum, inquiens, quod promittitur in hoc ſeculô, *vel* notat αὐτάρκειαν. 1. Tim. 6, 6. 8. *vel* quòd omnia in Chriſto noſtra futura ſint: 1. Cor. 3, 22. *vel* multiplicem retributionem in hoc ſeculô: in altero autem non certum deſignat numerum vel felicitatis gradum, centenario incluſum, ſed per ſynecdochen ſpeciei infinitam & incomprehenſibilem omnium eorum, quæ Chriſti cauſâ reliquerimus, compenſationem. Quæſt. in Matth. fol. 212. b.

4. *Epiphonematicam concluſionem*, Multi autem primi erunt noviſſimi, & noviſſimi primi. Gravi hac ſententiâ Apoſtolos & inprimis Petrum ſub modeſtia & metu vult continere, cujus confidentia ac temeritas καρδιογνώστῃ ignota non erat. Significat autem, fieri poſſe, ut ii, qui initio magnô zelo Evangelium Chriſti amplectebantur, poſteà languidiores fiant, vel prorſus etiam deficiant; ex adverſo illi, qui tardiùs ad veram Chriſti agnitionem acceſſerunt, alacritate ſuâ alios antecedant.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Γνήσιοι Dei filii ita ſunt animati, ut propter Chriſtum Verbumque ejus terrena omnia deſerere parati ſint. Gen. 12, 1. Act. 7, 3. Ebr. 11, 8. & 13, 14. Pſ. 73, 25. 26. Phil. 3, 20. Veri Filii Dei propter Chriſtum omnia cum e deſerunt.

II. Terrenorum jactura æquô ferenda animô, aliâ enim ratione omnia copioſè recipiemus. Matth. 10, 42. Luc. 10, 35. Pſ. 71, 21. 1. Pet. 3, 13. 2. Cor. 5, 1. Pſ. 61, 6.

Digitized by Google

III. De largiſſima pietatis in altera vita remuneratione, 1.Tim.4.8. Jer.31,16. Sap.2,22. Sir. 51,38. Matth.5,12. Ebr.10,35. Dan. 12,3. 2.Tim.4.7.8.

IV. *Vita æterna optima & extrema eſt omnium afflictorum conſolatio. Matth.5,3. 10.12. Luc.6,20. & 12,32. & 24,26. Act.14,22. Rom.8,17.18. Joh.16,20.22. 2.Cor.4,17.

V. Vita æterna non eſt meritum, ſed hæreditas gratuita, Rom.6,23. Eph.2,8.9. Matth.25,34.

VI. Stabilitur itaque hoc loco articulus fidei, ſolatio pleniſſimus, de vitæ æternæ certitudine. Probationem τοῦ ὅτι vide apud D. Gerhard. Tom.9.L.C.pag.730. & ſeqq.

VII. Qui tempeſtivè ſervire Chriſto cœperunt, Verbumque Evangelii habent purum & incorruptum, animô non efferantur, ſed timeant & modeſtiæ ſtudeant. Gratia enim Dei per contemptum & alia peccata poteſt amitti. Eccl.11.3. & 12,1. Pſal.25,7.& 71,9. Rom.2,4.

DISPOSITIO SECUNDA.

PROPOSITIO διμερής.

ΠΑραμυθητικόν eſt hocce Evangelium: ſpem enim facit Salvator Petro & omnibus fidelibus, de gratuita remuneratione bonorum, Chriſti vel Evangelii nomine amiſſorum. Contemplabimur itaque

1. Petrum de remuneratione ſolicitè quærentem; &
2. Chriſtum benignè reſpondentem.

PARS I.

Obſervationem hoc locô vel maximè mereri videtur,

1. Τὸ τοῦ ζητουμένου προκαταρκτικόν. Petrus enim ex Chriſti mandato, animadverterat, neceſſum fuiſſe, ut juvenis iſte deſertis omnibus rebus Chriſtum ſequeretur; hoc quia non præſtitit, ideoque tàm duram audiverat cenſuram. Facto huic opponitur aliud diſcipulorum factum, qui promtè, quod Dominus præceperat, præſtiterant; theſaurum itaque longè præſtantiorem ſibi ſuiſque collegis polliceri videbantur.

2. Τὸ ζητούμενον; quid erit nobis? h. e. quid merebitur hæc diſcipulorum tuorum promtitudo? quid præmii, aut mercedis nobis exſpectandum? Jure itaque Petrus ſibi deberi aliquid arbitrabatur.

3.

Digitized by Google

3. Τὸ αἴτιον ab effectu, vel rebus geſtis deſumtum. Duas enim petiti vel quæſiti ſui rationes adſignat Petrus:

1. *Omnium deſertionem*. Tametſi enim, uti Theophylactus loquitur, videatur Petrus non dimiſiſſe magna aliqua, utpote pauper; ſed diſce, quòd reipſa multùm etiam ipſe reliquerit. Etenim & parvarum rerum magnâ tenemur affectione: ſed & omnes voluptates Petrus reliquit, & cum parentibus amorem carnis. Illæ enim affectiones non ſolùm contra divites, ſed & contra pauperes militant. Gloſſa ordinaria addit: reliquimus omnia, i.e. voluntatem habendi. Nam Apoſtoli (teſte Hieronymô) quantum ad divitias nihil, quantum ad voluntatem, totum mundum pariter reliquerunt. **Hieron. ad Panimachium ſuper obitum Paulinæ.**

2. *Chriſti ſectationem*. Secuti autem ipſum erant Apoſtoli.

1. vocationi & mandatis ejus obſequendo;

2. ad præſcriptum ejus vivendo;

3. doctrinam Chriſti amplectendo;

4. vitæ morumq́; ſimilitudine veſtigia illius, ὅσον ἐν τῷ δυνατῷ, imitatione exprimendo.

USUS I. Informatorius.

De ſequela Dei, omnibus Dei electis ſimpliciter neceſſaria. Hominum non pauci ſequuntur

1. *aut mundi vanitatem*, rebus caducis & temporalibus cor applicando: 1. Joh. 2, 15. & 5, 19.

2. *aut carnis voluptatem*, cujus ſocietas eſt prædatoria & proditoria. Sir. 13, 30. Romanor. 8, 6. 7. 8. 1. Corinth. 15, 50. Matth. 16, 17.

3. *Aut diaboli malignitatem*, hujus ſocietas eſt peremtoria. Luc. 11, 24. 25. 26. Eph. 6, 12. 1. Petr. 5, 8. Diabolus enim eſt ſicut latro, qui offert & promittit conductum viatoribus, & poſtmodum jugulat, diverti faciens à via recta. Ergò *non* eſt bonum ſequi mundum, quia decipit; *nec* carnem, quia inficit; *nec* diabolum, quia interficit; ſed Chriſtum, quia reficit. Hinc Bernhardus: *Mundus clamat, decipiam; caro, inficiam; diabolus, interficiam; Chriſtus, reficiam.* Quem ſequeris? Sequendus eſt, non mundus, non caro, non diabolus, ſed Chriſtus. Optimè igitur ſaluti ſuæ conſulunt, qui ſequuntur. **Diabolus ſimilis Latroni.**

4. *Dei bonitatem*. Sequimur autem Deum, per

1. viam mandatorum, Pſal. 119, 31. Job. 23, 11.

2. *viam afflictionum & tribulationum*. Matth.10,38. Act.14
2. Tim.3,12. 1.Petr.2,21.

3. *viam virtutum*.1.Cor.9,24. Eph.4,1. & ſeqq. & 5,1.2. 1.
2,6. Rom.13,12.

II. Monitorius.

1. *de communi fragilitate & imbecillitate*, cui Petrus, quant-
vis renatus, cum univerſo Apoſtolorum collegio ſubjacet; ill-
que totò pectore deplorare, & per quotidianam pœnitenti
emendare piorum Chriſtianorum eſt. 1.Reg.8,46. Pſal.14,3.&1.
Prov.20,9. Eccleſ.7,21. Eſa.53,6. Joh.3,6. Rom.3,9.10.12,23. &
Eph.2,2. 2.Petr.4,2.3.

2. *De gloriationis coram Deo inanitate*. Quid enim op
opera jactare coram illo, qui in Angelis etiam ſuis deprehend
ſtultitiam. Job.4,18. Jerem.9,23.24. Eſa.64,6. Luc.17,10. 1.
4,7. Pſal.115,1.

3. *De conſvetu* ad acquirendum præmium hominum *cu-
ſitate*. Ea verò eſt contra

1. *fidei veræ conditionem*. Ebr.11,1. Rom.8,24.
2. *Chriſtianam dilectionem*, 1.Cor.13,5.
3. *Chriſti præceptionem*, Matth.6,3. Luc.9,23.

Deſertio bonorum mundanorum quid?

4. *De deſertionis omnium qualitate*. Deſertio autem illa
qua hoc loco agitur

1. *non eſt ſpontanea paupertas*, qualem cum Anabaptiſtis Pa
ſibi imaginantur. Illa enim
   1. *nuſpiam in Scripturis mandatur*; potiùs
   2. *ſcripturæ adverſatur*. Vide præced. diſp.
2. *Sed eſt abdicata à rebus mundanis voluntas*; Pſal.62,11. 1.
7,30.31.
   1. *paucis contenta*, 1.Tim.6,6.
   2. *alienis non intenta*, 1.Theſſ.4,6. Eccl.5,8. Eſa.5,8.
   3. *cœleſtibus theſauris attenta*, Pſ.42,2. Matth.6,19. Luc.
   Chryſoſt. *non corpore, ſed corde mundum relinquamu*

PARS II.

Audivimus quærentem Petrum: audiamus etiam Domi
Jeſum reſpondentem, & ampliſſima præmia promittentem.
miſſio illhæc eſt duplex, *una ſpecialis*, ſolos Apoſtolos, *altera g
ralis*, omnes Chriſti fideles ſpectans.

Specialis Promiſſio, ſolos Apoſtolos attinens, quatuor circumſtantiis abſolvitur.

1. *Quomodo promittat?* Jurejurando, ſpem promiſſioni hac ratione faciens planè indubiam.

2. *Quibus promittat?* His qui ſecuti ipſum fuerant; hoc ipsô labores & promtitudinem Apoſtolorum commendans, ac proinde præmium hoc ſingulariter ipſos attinere innuens.

3. *Quando præmium promiſſum ſint adepturi?* Non in hac vita; non in morte, ſed poſt mortem & reſurrectionem, h.e. in extremo die, qui *παλιγγενεσία* dicitur, propter

1. *filiorum Dei manifeſtationem*, 1. Joh. 3, 2.

2. *perfectam eorundem ſanctificationem.* Gloſſa ordinaria addit, in regeneratione, quando mortui reſurgent incorrupti. Duæ enim ſunt regenerationes, *prima* ex aqua & ſpiritu ſancto, *ſecunda* in reſurrectione: Ita & duæ adoptiones & duæ reſurrectiones. Theophyl. *per regenerationem & reſurrectionem intellige.* Porrò deſcriptionem hanc eſſe judicii extremi probat adjectus *προσδιορισμὸς*; cùm ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, h.e. in dextra gloriæ ſuæ, in illa gloria, in qua redibit judex ille totius mundi catholicus, cum plenaria inter juſtos & injuſtos decernendi authoritate.

4. *Quid præmii Apoſtoli ſint conſecuturi?* Apoſtolorum præmium.

1. *Sedebunt & ipſi ſuper ſedes duodecim*; h. e. Judicii Chriſto erunt proximi, idque *tùm* honoris ergò, quippe qui pro Chriſto plurimùm laborârunt: *tùm* ut teſtes *δικαιοκρισίας*. Non ſedebunt autem in eo throno, in quo Chriſtus; nulli enim Angelorum hoc datum eſt: neque etiam Apoſtolorum erunt materiales ſedes in noviſſimo die, ſed indicat phraſi hâc figuratâ Dominus, fore illos in hoc venerando judicio aſſeſſores. Theophyl. ita ſermocinatur: *Num ſedebunt? Minimè, ſed excellentem honorem per ſedem indicavit. Num & Judas ſedebit? Non, dicit enim, qui ſecuti me fuerint, hac uſq; ad finem; ille autem non uſq; ad finem.* Sæpè enim Deus pollicetur bona & quibusdam dignis; quando autem exciderint, & indigni fuerint facti, aufert ea. Similiter facit in aſperis; ſæpè minatur, & non inducit, converſis nobis. Hunn. in Matth.

2. *Judicabunt duodecim tribus Israël*, h. e. orbem terrarum, nimirùm verbô & doctrinâ, quam annunciârunt hominibus, *tùm* voce vivâ, *tùm* ſcriptis quoque ſuis, *tùm* verò etiam approbatione ſententiæ, quam pronunciabit ſupremus judex

ſe-

ſuper juſtos & injuſtos, ita ut juſtô judiciô perire conteſtetur eos, qui ad eorum voces non egerunt pœnitentiam. Gloſſa ordinaria: *Per duodecim ſedes univerſitas judicantium per duodecim tribus univerſitas judicandorum intelligitur.* Fuit promiſſio ſpecialis.

Generalis ſequitur. Ne enim quis ſuſpicetur, (inquit Theophyl.) *quod dictum eſt. ſolis congruere diſcipulis, dilatat promiſſionem ad omnes qui ſimilia faciunt.* Ita enim ulteriùs ait: *Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet & vitæ æternæ ſortietur hæreditatem.* Obſerva tria:

1. Quid deſerendum? Domus fratres, ſorores, parentes, conjuges, liberi, agri, h. e. ea bona, quæ chariſſima ſolent eſſe in mundo, immò ſine ignominia vix deſeri poſſunt.

2. Quomodo deſertio facienda? Propter nomen Chriſti. Non enim oportet ſine cauſa certa deſerere, non propter hypocriſin, non ambitionis aut vanæ gloriolæ causâ, non libidinis ergò, nec nulla alia de cauſa, niſi ſolius Chriſti nomine. Loquitur autem de deſertione, quæ fit tempore perſecutionis.

Præmia pro deſertione bonorum mundanorum.

3. Quid inde ſperandum? Præmium duplex:

1. Externum, accipiet centuplum; finitô & copioſô numerô liberalem compenſationem exprimens. Gloſſ. ordin. addit centuplum, h. e. qui carnalia pro Domino dimiſerit, ſpiritualia accipiet, quæ comparatione & meritô ſui ita erunt, quaſi parvô numerô centenarius comparetur.

D. Hunn. in Matth. d. l.

2. Internum, vel potiùs æternum, vitæ ſempiternæ hæreditas. Amittunt itaque tales confeſſores bona caduca, & retinent econtra fidem veram, conſcientiam bonam, Dei favorem, & conſolationem æternam Spiritûs ſancti. *Habebunt* (Theophylactô interprete) *pro carnalibus cognatis, familiaritatem & fraternitatem cum Deo, pro agris Paradiſum, & pro lapideis ædibus ſupernam Hieruſalem, pro matre presbyteros in Eccleſia, pro patre presbyteros, pro uxore, omnes fideles mulieres, non nuptiis* (Abſit!) *ſed ſpirituali affectione & miſericordi erga ſe cura.* Non jubet autem Chriſtus ſeparari ſimpliciter à familiaribus, ſed quando ad pietatem obſiſtunt.

Concluditur ἐπανορθώσει παρακαταληπτικῇ. Ne enim quis putet, præmia promiſſa, intervenientibus quibusdam ſive meritis, ſive operibus bonis, obtingere, ideoque ſubjicit, multos ex primis fore ultimos, & contrà: ſub modeſtia hoc pacto & metu diſcipulos

los continere volens. Theophyl. *Judæos*, inquit, *hic infirmat & gentiles*. Nam qui primi erant, facti ſunt noviſſimi; gentiles autem qui erant noviſſimi, primi conſtituti ſunt. Juvencus presbyter ita:

Vos quicunq; meum mentis penetralibus altis
Credentes ſervatis iter, cùm ſederit altè
Progenies hominis, celso quem cinget honore
Majeſtas, bis ſex illic pulcerrima virtus
Conſtituet vobis ſublimis vertice ſedes;
Judiciumq; hominum pariter tractare licebit.
Hic quicunq; ſui linquet generisq; domusq;
Gazas, affectûsq; omnes pro nomine noſtro
Centuplicata dehinc capiet, vitamq; perennem.
Primorum meritum poſtremi transgredientur,
Ultima præteriti capient vix præmia primi.

lib. 3 de Evang. hiſtor. pag. 418.

USUS I. Conſolatorius.

De largiſſima retributione eorum, quæ pro Chriſti nomine in hac vita vel fecimus, vel perpeſſi ſumus. Ea continget

1. *in vita terreſtri*, per
   1. *bonam conſcientiam*, 2.Cor.1,12. Ebr.13,19. 1.Pet.3,16. 1.Johan.3,19.20. Prov.28, 1. 1.Tim.1,19.
   2. *Dei favorem & gratiam*, Pſ.63,3. 2.Cor.12,9.
   3. *Verbi efficaciam*, Pſ.119,92. Jer.15,16.
   4. *Beneficiorum copiam*, Pſ.121,1.2. & ſeqq.
2. *In vita cæleſti*, ubi æterna habebimus in Paradiſo tabernacula, Joh.14, 2 2. Cor.5,1.

II. Refutatorius.

1. *Pontificiorum*, qui promiſſum in cœlis theſaurum mercedem deſertionis debitam conſtituunt. Patet falſitas

Pontificiorum error vitam æternam mercedem conſtituentium

   1. *ex bonorum relictorum & acceptorum comparatione;*
   2. *ex hereditatis appellatione*, Col.1,12. 1.Pet. 1, 5.
   3. *ex Chriſti deſertione*, Sola enim ea deſertio, quâ Chriſtus Filius Dei æternus ſua bona aliquamdiu deſeruit, & illorũ uſu ac fruitione ſe abdicavit, eſt cauſa meritoria vitæ æternæ, Rom.6,22. 1.Ioh.4,9. & 5, 11.
   4. *ex operum excluſione*, Eph.2,8. Rom.11,6.
2. *Calvinianorum*, renatos gratiâ Dei excidere poſſe negantium.

Ex primis enim poſſunt fieri noviſſimi Ez.18,28. Rom.8,13. Ebr.6, 4.5. & 10,10. 2.Pet.2,20.21. 1.Cor.3,16.17. Rom.11,22. Apoc.3,11. Gal. 5,2.4. 1.Cor.9, 27. & 10,12.

3. *Anabaptiſtarum*, qui hac Chriſti promiſſione peſſimè abutuntur, ad uxorum repudia, opumque deſertionem, vel earundem in commune contributionem. Quibus rectè reſpondet Chryſoſtomus: *non præcipit dirimenda matrimonia, ſed ut religionis pietatem ceteris omnibus anteferamus*. Quemadmodum autem non ſequitur: Chriſtus dixit Matth.16, 25. qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Ergò voluit, ut nos ipſos perdamus; ſed ut animæ ac vitæ noſtræ, fidem ac amorem, qui erga ipſum eſt, præponamus: Ita neque hoc locô voluit nos relinquere vel repudiare uxores, aut opes benè partas deſerere; ſed conjugibus & opibus præponere Evangelium ac regnum Dei, paratosq; eſſe illas potiùs, quàm iſta relinquere. Huc referantur ea, quæ D.Calixtus eruditè hac de materia diſſerit, varios proponens modos, quibus bona terrena relinquuntur. Fit enim hoc, vel

Concordia quatuor Evangelicorũ ſcriptorum pag 341. Bona terrena quomodo relinquenda.

1. *ex neceſſitate*;
   1. *ob peculiare mandatum*, ſicut fecére Apoſtoli: nos autem factum eorum in exemplum trahere non jubemur.
   2. *Ob urgentem tyrannorum perſecutionem*, ubi vel Chriſtus, vel terrena bona, immò vita quandoque ipſa relinquenda: ad hanc deſertionem ſequitur vera paupertas: vel
2. *citra neceſſitatem*, cùm bona conferuntur in commune, ut plures ſimul juncti ex iis vitam tolerent: ad hanc deſertionem vera paupertas non ſequitur.

Eſt quoque alius relinquendi modus, quem Franciſcus invexit, nempe ut citra neceſſitatem quiſpiam abdicet ſeſe omnibus bonis, neque quicquam habere velit, ſive in communi, ſive in proprio. De hoc modo cùm *neq;* præceptum, *neq;* conſilium extet uſpiam, meritò ille ut figmentum humanum, & quidem abſurdum & ineptum habetur.

DISPOSITIO TERTIA

PROPOSITIO μονομερής.

MEmoriam Pauli converſi, gentium illius Apoſtoli totô Chriſtianô orbe decantatiſſimi, repetituri, illud ſolummodò ex prælecto textu monſtrabimus, *quâ nimirùm ratione exilia, miſerias ac perſecutiones, ob veritatis cœleſtis confeſſionem divinitùs immiſſas, & ferre & forti animô exſuperare valeamus.*

Ἐξη-

Digitized by Google

Ἐξήγησις.

Nihil hac die nobis commercii cum ſuperſtitioſo hominum genere,de anni tempeſtate & conditione futura judicium frivolum & a ſe facere præſumenti. Valeant itaque verſus vulgati:

Clara dies Pauli,bona tempora denotat anni;
Si fuerint venti,deſignat prælia genti;
Si fuerint nebulæ,pereunt animalia quæq;,
Si nix cum pluvia, deſignat tempora cara.

Illuſione atque irriſione digni ſunt, ſuperſtitionum iſtiusmodi architecti: rectè itaque alios ipſis falsè oppoſuit verſus D. Herlitius:

Clara dies Pauli, non eſt ſine lumine Phœbi;
Si fuerint venti, tecto ſuccurre cadenti:
Si fuerint nebulæ, tunc Sol non ſplendet ubiq;;
Si nix cum pluvia,quid ſtulte moraris in illa?

Nihil quoq; nobis rei cum Papiſtarum vanitatibus vaniſſimis. Ita enim illi hac die agunt. De Dei honore parùm ſoliciti,ad laudem ac gloriam Pauli illuſtrandam omne ſuum ſtudium impendunt. Hinc

1. narrant privilegia D.Pauli, quæ Diſcipulus de tempore hoc fermè ordine enumerat; *quòd* nimirùm

1. Dominus Paulum vocaverit ad dignitatem Apoſtolatûs, & & mirabiliùs quidem,quâm alios Apoſtolos.
2. *Quòd* Paulus primus fuerit in prædicatione, quantumvis ultimus in vocatione.
3. *Quòd* raptus fuerit in tertium cœlum, ibique totum myſterium Dominicæ Incarnationis triduô excæcationis ſuæ edoctus fuerit.
5. *Quòd* ſimilis fuerit virginibus: virgo fuit ante converſionem propter ſuperbiam, poſt converſionem propter Jeſum Chriſtum virgo permanſit.
4. *Quòd* ſimilis fuerit Angelis, qui ſunt nuncii.
6. *Quòd* ſimilis confeſſoribus factus, quorum perfectio fuit, terrena deſpicere,pro inimicis orare, aliorum mala deflere, & aſperam vitam ducere.
7. *Quòd* ſimilis fuit martyribus, quippe qui poſt ſuam converſionem multas perſecutiones paſſus ſit.
8. *Quòd* in omnibus Miſſis bis legatur.
9. *Quòd* hodie feſtum ejus per totum mundum celebretur.

Digitized by Google

2. jubent non tantùm omnes Chriſti fideles feſtum hoc S. Pauli ſolemniter celebrare, ſed inſuper etiam ipſum tanquam ſingularem patronum invocare; ac

Diſcip.de temp.ſerm. 10. de ſanctis.

1. quidem illos, qui patiuntur dolores oculorum;

2 Infirmos & debiles;

3. qui damnabiliter tentantur, de ſui ipſius occiſione;

4. qui à ſerpentibus quandoq; læduntur;

5. qui in agone ſunt conſtituti, poſſe enim ipſum etiam in morte ſubvenire. Miſſa hæc facimus, ad noſtram quippe ædificationem ac ſalutem *vel* planè nihil, *vel* parùm admodum conferentia. Diſcimus potiùs ex præſenti pericope, *quâ ratione vel modô exilia, perſecutiones & miſerias alias*, quas ob nominis Chriſtiani profeſſionem, ſuſtinere non rarò cogimur, *& ferre, & fortiter exuperare*, D. Pauli reliquorumque Apoſtolorum exemplô *valeamus*;

Modus perferendorũ exiliorum.

1. nimirùm, terrena omnia deſpicatui habendo, id quod cum maximo ſalutis ſuæ emolumento Apoſtolos feciſſe percepimus. Dicitur aliàs ſui ipſius abnegatio, Matth.16,24. Marc.8,34. Luc.9,23. & 14,26. Col.3,1. Matth.6,19. 33. Pſ.73,25.26. Svadeat autem homini pio hanc ſui ipſius abnegationem,

1. diſcipulorum Chriſti proprietas, per dicta Matth.16. Marc.8. Luc. 9. jam modò citata. Gal.5,24. 2.Cor.5,17. Gal.2,20.

2. Ipſa neceſſitas, Luc.14,33.

3. Summa utilitas, ita enim Chriſto adpropinquamus, Luc.9, 23. Gen.12,1. Pſal.45,11.12. Exod.2,11. Luc.19,8. Act.7,23. & 15,26. & 20,24. & 21,13. Vide plura in feſt. Andr. diſp.3.

2. Chriſtum unicè ſectando, Sir.2,3. & 24,31. Matth.8,19.22.23. & 9,9. Vide diſp. præced. & feſt. Andr. Bernhardus: *Volunt omnes Chriſto frui, at non imitari, non curant quærere, quem tamen deſiderant invenire, cupientes conſequi, ſed non ſequi*, Matth.19,21. Ioh.6,66. Ad ſequendum verò Chriſtum movere nos debet;

Chriſtum cur ſequamur.

1. mandantis auctoritas, Matth.4,19. & 11,29. Ioh.13,15.

2. Officii Chriſti ſublimitas, Ioh.14,6. Via eſt, tutum itaq; præeuntem ſequi, Ioh.8,12. eſt Magiſter, Matth.23,10. Iohan. 13,13. noſtrum eſt imitatione veſtigia ejus exprimere. Paſtor eſt, quem ſequantur oves, Ioh.10,12.27. Sponſus eſt, cui ſponſa adhæret, Ioh.3.29. Apoc.14,4. 1.Pet.2,21.

3. Decreti immutabilitas, Rom.8,29 Luc.22,29. & 24,26. Act. 14,22. 1.Cor.15,49.

4. Verorum Chriſtianorum proprietas, Matth.16,24. Ioh.12,26. & 14,15. 1.Ioh.2,6. Iud.7,17. Ioh.13,15.

Au-

Auguſtinus: *Summa religionis eſt, hunc imitari quem colis.* Lactantius: *Ad placandum enim Deum, quem colas, iis rebus opus eſt, quibus illum gaudere ac delectari ſcias. Sic fit, ut vitam colentium Deus pro qualitate numinis ſui formet:* quoniam religioſiſſimus eſt cultus imitari. lib. 1. cap. 10 divinarum inſtitut. pag. mihi 211.

5. Ipſa rei neceſſitas, Luc. 14, 27.

6. Exemplorum conformitas. 1. Petr. 2, 21. 2. Cor. 3, 18. Phil. 2, 9. 1. Cor. 11, 1. Phil. 3, 17. Apoc. 14, 4.

7. Multiplex commoditas, Johann. 8, 12. Exod. 13, 21. Pſalm. 121, 5. 6.

3. Reparationem omnium cum patientia exſpectando. Sequetur aliquando παλιγγενεσία, h. e. interprete Petro, Act. 3, 10. ἀποκαταστάσεως τῶν πάντων. Matt. 16, 27. Act. 17, 30. 31. 1. Cor. 4, 5. 2. Cor. 5, 10. 2. Theſſ. 1, 9. Matt. 5, 12. & 10, 42.

4. Gloriam cœleſtem attendendo: Sedebitis, (quod eſt quietis) judicabitis, vitam æternam poſſidebitis. Sedere ad judicandum, non ipſum actum judicandi, ſed gloriam & eminentiam, qualis judicum eſt, denotare videtur. Dan. 12, 3. Sap. 3, 7. & 5, 1. Matt. 13, 43. & 23, 30. Phil. 3, 2. 1. Cor. 2, 7.

5. Propter Evangelium Jeſu Chriſti chariſſima queq; deſerendo.

6. Bona potiora & meliora reſpiciendo. Centuplum accipiet, h. e. bona, quæ centies tanti ſint, tranquillitatem animi, gaudium conſcientiæ, immò ipſum Chriſtum, qui erit inſtar omnium.

7. Vitam æternam firmiter credendo. Vide autem de his omnibus D. Herhard, Tom. 9. de vita æterna. Et quiſquis hæc & alia piè meditatus fuerit, is omnes adverſitates, perſecutiones, exilia, mortem denique ipſam pro cœleſtis veritatis confeſſione æquô animô ſuſcipiet & præſentiſſimô pectore ſuſtinebit. Præſtet hanc gratiam nobis, qui eſt Deus fortitudo noſtra, Pſal. 46, 1. cui ſit honor, gloria & benedictio in ſecula ſeculorum,

Amen.

IN FESTO PURIFICATIO-NIS MARIÆ, EVANGELIUM

Luc. 2. à verſ. 22. ad 33.

DISPOSITIO PRIMA.

EVangelium hocce totum eſt Generis Demonſtrativi. Continet enim hiſtoricam narrationem, de oblatione ſive præſentatione pueruli JEsu, ſacta in remplo Hierofolymitano, unà cum eventu, quô pactô recens ille natus mundi Salvator inibi à Simeone exceptus ſit. Nos declarationem ejus tribus includemus partibus comtemplaturi

I. *ipſam Jeſuli præſentationem*; vel Moſaicam Mariæ purificationem;

II. *Proſopographicam Simeonis deſcriptionem*;

III. *Valedictoriam ejusdem concionem*, vel potiùs, *egregiam de pueruło iſto teſtificationem.*

PARS I.

Prima pars oſtendit nobis

1. *Cauſam impulſivam* προκαταρκτικὴν ſive oblationis ſive præſentationis, quæ eſt temporis impletio, intellige tempus puerperio deſtinatum, quod Lucas, ſtylô V. T. nominat tempus purgationis. Erat autem dies poſt partum quadrageſimus, ſi puerum, octuageſimus, ſi fœmellam mater peperiſſet. Lex Levit. 12, 2. numerat primò 7. & deinde 33. dies, qui juncti faciunt 40. dies. Non autem probatur illorum ſententia, qui inde 33. tantùm dies purificationis numerant. Addit Lucas, completos fuiſſe dies καθαρισμοῦ αὐτῶν, purgationis eorum, non αὐτῆς illius: Neque enim ad puerperam ſolam, ſed & ad ſobolem recens natam ritus purificationis pertinebat, ut eſſet commonefactio de reliquiis peccati originalis, poſt acceptam mediante circumciſione, Sacramentô initiationis, remiſſionem peccatorum in natura humana reſiduis.

Maria cur legem purificationis obſervaverit.

Quæritur hoc locô, quare legem purificationis Maria obſervârit, quandoquidem ipſa nec concepit, nec peperit, immundô ex viro ſuſceptô ſemine (de ejuſmodi enim puerperis loquitur lex

lex Moſaica, Lev. 12, 2.) in puerulo verò Jeſu nec peccatum origi- Harm. Evangel. cap.
nale, nec reliquiæ ejus hærebant? Luc. 1,35. Ebr. 7, 26. D. Chem. 11. pag. 1,8.
ita reſpondet: Puer ille, qui in ſua perſona eſt Sanctus ſanctorum, Chriſtus
Dan. 9,4. ſuſcepit in ſe peccata totius mundi. Voluit itaq; ſe ſiſtere puer cur le-
Domino ut Agnum, onuſtum peccatô illô, quod in carne omnium gi Moſaicæ
hominum habitat, Rom. 7,18. Et poſt pauca: Chriſtus igitur huic ſe ſubjece-
legi ſe ſubjecit, ut oſtenderet, figuras legis in ſe impleri, qui per ſe- rit.
metipſum facturus eſſet purificationem peccatorum noſtrorum, Ebr. 1,3. De reliquis dicetur in locis.

2. *Cauſam formalem* vel modum *præſentationis*; adduxerunt eum Hieroſolymam.

3. *Cauſam finalem geminam*, quarum

1. erat παραστῆσαι, ut ſiſterent eum Domino, tanquam primogenitum, redimendum etiam, ſecundum legem, quinque ſiclis (h. e. duobus thaleris cum dimidio) à Sacerdotibus. Parvuli enim, uti gloſſa habet ordinaria, qui de toto regno Judæorum ad templum portabantur, *ſi* erant de tribu Levi, in miniſterium domûs perpetuò detinebantur: *ſi* de
alia tribu, preciô datô à parentibus primogeniti redime- Maria an
bantur ad propria referendi. λύτρον verò divinitùs deſti- pro redi-
natum, Num. 18, 16. datum à Maria fuiſſe non legitur; mendo pri-
ipſe enim daturus erat animam ſuam λύτρον pro multis mogenito
Matth. 20, 28. dederit
λύτρον.

2. δοῦναι τὴν θυσίαν, ut darent hoſtiam, pro purificatione de puerperio. Infrà, ut facerent pro eo juxta conſuetudinem Legis divinæ

Porrò ea quæ jam dicta ſunt, à Luca amplificantur auctoritate legis Moſaicæ duplici:

1. *Continet legem* de primogenitis,

1. *ſiſtendis ſive offerendis*, atq; ita ſanctificandis & conſecrandis Domino. Lex ſecundum formalia extat. Exod. 13,2. & 34,19. Num. 8,16. & 18,15.

2. *Redimendis*: recitatur Lex, Levit. 12,6. Num. 18; 16. Erat autem lex primogenitorum μετ' ἔξοδον egreßûs ex Ægypto, in quo cùm primogenita Ægypti occiderentur, Iſraëlitarum primogenitis peperit Dominus. Exod. 12, 29. & 13,15. Redemtio verò primogenitorum fiebat pecuniâ certâ, quę cedebat in ſuſtentationem miniſterii uti jam modò diximus. Reliquarum enim tribuum primogenitos cum Levitis commutaverat Dominus; & hos pro illis acceperat,

rat. Num.3,12.13. & 8,16.17,18, Modus permutationis extat Num.18.15.16. perſpicuè deſcriptus, ex quo loco patet, primum aperire vulvam, nihil ſignificare aliud, quàm primùm ex vulva prodire, ſive primo genitum eſſe.

2. *Recitat legem de puerperis*, quæ habetur Levit.12,1.&ſeqq. Evangeliſta verò legem illam non niſi quoad eam refert partem, quæ oblationem ſacrificii concernebat. Ditiores enim in hoſtiam adferebant agnum anniculum, pauperiores verò par turturum, aut duos pullos columbarum. Argumentum hoc eſt, Moſen ſi ſecteris, paupertatis Mariæ: ſed quia, quæ verba ſunt Dn. D. Chemnitii, recens à Magis munera auri acceperant: item thuris & myrrhæ, quorum permutatione facilè potuiſſet agniculum comparare. Exiſtimo igitur, ad ſignificandam impletionem figuræ hoc factum eſſe. Quia enim verus Agnus aderat, non obtulerunt typicum, ſive Maria myſterium hoc intellexerit, ſive Deô gubarnante facta fuerit talis collatio umbræ, & ejus impletionis. Hæc ille.

Porismata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. Legem de puerperis Maria liberè, non neceſſitate abſolutâ adducta obſervat, cui obligata ipſa ſtrictè non fuit. Neque enim mater, neque Filius ejus purificatione per & pro ſe opus habuerunt: Lex enim loquitur de fœmina, quæ concepit ex viro, Lev. 12,2. Chriſtus verò fuit Sanctus Sanctorum, nulla ratione ſui purgatione indigens. Eſa.53.10. Dan.9,24. Luc.1,35. Ebr.7,26.

II. Liberè itaque & nos Ceremonialia & forenſia Moſis ſtatuta, ut & alias ſanctiones Eccleſiaſticas omittere, & non neceſſarias, ab aliisque non obſervatas, piis ex cauſis, ſine cultûs tamen opinione, uſurpare poſſumus. Vide locos & libellos Methodicos de rebus adiaphoris.

III. In mortalibus verò & iis quæ cultum attinent, ſolô Dei verbô meritò innitimur, exemplô Mariæ, quæ quater juxta legem feciſſe hoc locô legitur. Eſaiæ 8, 20. Ezech. 20, 19. Pſal. 119, 9. 105.

IV. Maria itaque Legi non ſubjecta, legem tamen obſervavit, (1) ut cujus Eccleſiæ ipſa membrum eſſet profiteretur, & (2) Chriſtum verè ex ſe progenitum doceret; charitatis (3) inſuper & concordiæ rationem haberet; Zelum (4) quoque ſuum probaret; alios-

aliosq; (5) ſuô exemplô accenderet; & (6) demum ſcandalum omne præcaveret & anteverteret. Vide plura in feſto Circumciſ.

V. Chriſtus verò legi purgationis ſeſe ſubmiſit, nullâ, uti diximus neceſſitate coactus, ſed ut

1. *oſtenderet, figuras legis in ſe impleri*, Ebr. 10, 1.
2. *obedientiâ ſuâ indebitâ à legis maledictione nos exſolveret;* Galat. 3, 13. & 4, 4.
3. *legem*, quam Deus olim inſtituerat, *adprobaret:* Matth. 5, 17.
4. *impuritatem noſtram*, quam in ſe derivârat, *expiaret*, Ebr. 1, 3. Eph. 5, 26. 2. Cor. 5, 17. & 21. 1. Joh. 1, 7.
5. *obedientiæ exemplô nobis præiret*, & nos divinis legibus parere doceret; Matth. 28, 20.

VI. Abſurdus eſt, ne quid gravius dicam, Iohannes Piſcator, Herbornenſis ille Calviniſta, qui ex eo, quod de vulvæ adapertione recitatur, Chriſtum naturali modò in hanc lucem editum eſſe, ſcribere haud exhorruit, erroris accuſans omnes eos, qui præternaturalem modum cum pia antiquitate agnoſcunt, piè & ſimpliciter credentes, Servatorem ex clauſo virginis utero, illæsô clauſtrô virginali produiſſe. Ita enim Symbolum Apoſtolicum fatetur, Chriſtum natum ex Maria virgine, cui adſtipulatur Eſa. 7, 14. Et ſuperflua immò inepta fuiſſet illa Moſis additio: Mulier ſuſceptô ſemine concipiens, niſi aliqua mulier futura fuiſſet, ſine ſemine extraordinariè, & præternaturali paritura modo. Vide de hac quæſtione Faſciculum controverſ. D. Echardi, pag. 179. & Concord. D. Calixti, pag 68. & 69. D. Finck. Poſt. pag. 476. & ſeqq.

Johannis Piſcatoris error, quod Chriſtus naturali modo in mundum hunc ſit editus.

VII. Non minus abſurdi ſunt Papicolæ ad unum fermè omnes, ex eo, quòd legi purgationis Mariam de jure non ſubditam diximus, ineptè concludentes, ſine peccati originalis vitio & contagio eandem eſſe in lucem editam. Ioh. 3, 6. Iob. 14, 4. Prov. 20, 9. Exod. 34, 7. Rom. 3, 9. 10. 19. 22. 23. & 5, 12. 18. & 11, 32. Vide Pandect. D. Echardi part. 2. pag. 57. & ſeqq. Scrutinium ponopliæ Bellarmin. D. Frœreiſenii part. 3. diſp. 13. Papiſmum item D. Giſenii diſp. 44. pag. 773.

Pontificiorum error de Maria.

IIX. Eadem lex purgationis, monet de corruptione hominis originali ſive naturali, quæ à parentibus noſtris, in primo conceptionis momento attrahitur, Eſ. 51, 7. Ioh. 3, 6.

IX. De peccato itaque originali commodè hoc loco dici poteſt, quemadmodum D. Finckius Flacii de hôc doctrinæ Chriſtianæ capite errorem prolixè & operosè refutat. Vide Poſtill. pag. 423. & ſeqq. Conſulantur etiam loci & libelli methodici.

Digitized by Google

X. Infantes non tantùm infidelium, ſed & fidelium pare tum, peccatô infecti, verè immundi ſunt; omnes enim purgation opus habent. Pſ.51.4. Iob.14,4. Eſa. 64,6.

XI. Evidens φιλανθρωπίας divinæ teſtimonium elucet eo, quòd humanæ infirmitati tàm benignè Deus indulſerit, ut h nos corpori haberetur, & valetudinis cura juſtè à puerperis age tur. Unde etiam lex capitis reum pronunciat virum, uxori in i infirmitate non parcentem. Lev.20,18. Rom.13,14. Col.2,23. 1. Pet.3

Romanenſium Craſſus error de puerperis. IIX. Impii ſunt Romanenſes, ex lege puerperii vitioſiſſi colligentes, puerperas toto puerperii tempore poteſtati Satanæ ſ gulariter ſubjacere. Novimus enim pariendi neceſſitatem ex ſa cta Dei ordinatione dependere. Gen.3,16. Pſ.22,10. 1. Tim.2,15. E Levitica illa impuritas tantùm Judaicas fœminas, uſu Eccleſia cô & ſignificativô ad tempus adſtringebat: Ceremonialis verò i lex in N.T. eſt abrogata: Obſervatur quadantenus liberè ad uſ partim phyſicum, partim pædagogicum.

XIII. Non probari inde poteſt, procreationem liberoru eſſe rem per ſe malam & impuram. Gen.1,28. & 9,1. 1. Tim.2,15. P 139,16. Iob.10,8.9.

XIV. Chriſtus purgationi ultrò indebitè ſeſe ſubjicien oſtendit, ſe non ſolùm patiendo, ſed etiam agendo Salvatorem Juſtificatorem noſtrum fuiſſe, Eſa.53,11. Rom.5,19.

XV. Lex primogenitorum typicè ſignificavit Chriſtum, rum primogenitum. Ebr.1,6. 1. Corint.15,20. Coloſſ.1,18. Apoc. Rom.8,29. Pſ.89,28.

XVI. Significatum fuit, omnes primogenitos, h.e. præſt tiſſimos etiam hominum, ab angelo vaſtatore interimi debere, od.12,12. niſi unus aliquis primogenitus, figuratus per primoge tos V.T. ſeſe Domino ſanctificet. Num.18,15. Iohan. 17,19. Ma 20,28.

XVII. Primogenitis tribuebatur olim, prærogativa Sac dotii & regiminis, & duplicis portionis, jure quodammodò he ditariò: Ita Chriſtus verus primogenitus eſt unicus noſter Sac dos, Rex & Salvator, ab ipſo omnia nobis bona contingunt, que admodum reliqui fratres à primogenito pendebant, ut Domino fortunas ſuas inde habebant, Deut.21,17. Gen.25,31. & 27,36. & 4 Rom.8,29.

XIIX. Chriſtus ſiſtit ſe Domino 1. *cum hac obligatione*, qu ſit ille primogenitus, figuris V.T. ſignificatus, qui ſe velit ſanctifi re Domino, victimâ corporis ſui, ut nos redimamur, ne ab ang

vaſtatore exterminemur. 2. *Quia eſt* ille primogenitus, cui Pater dedit hereditatem terminos terræ, Pſ.2,8. Ebr.1,2. ut propter illum nobis contingat υἱοθεσία vel jus filiorum, Joh.1,12. Rom.8,17.

XIX. Rectè hodieque abſque tamen ſuperſtitione Papiſtica, præſentamus infantes noſtros Deo,

1. *Ut teſtemur*, Dei donum eſſe: Pſal.127,3.

2. *Ut gratiæ agantur Deo*, pro tot in matrem & ſobolem beneficiis.

3. *Ut preces concipiantur* pro tota infantis vita.

XX. Ridiculi ſunt Papiſtæ, ex eo, quòd oblatio cum ſacrificio pauperum facta eſt, ſpontaneam paupertatem aſtruentes, tanquam in Chriſto & matre ad imitationem nobis propoſitam. Aliter Chriſti paupertatem explicat Paulus 2. Cor.8,9. in nobis verò omnis ἐθελοθρησκεία damnatur, Matth.15,9.

PARS II.

Secundâ parte accurata habetur Simeonis deſcriptio; hunc enim ut teſtem de Chriſto ejuſque nativitate introducit. Teſtes autem debent eſſe homines integri & nullâ labe notati. Majorem itaque teſtimonio ejus conciliaturus auctoritatem Evangeliſta, perſonam diligentiùs aliquantò deſcribit. In iſta autem deſcriptione notantur tùm προσωπικὰ, tùm πρακτικά.

Προσωπικὰ quod ſpectat, deſcribitur Simeon. I. Simeonis patria.

1. à patria vel loco, fuit Hieroſolymis, tanquam civis bonus, inter improbos Judæos.

2. A nomine: Simeon quod exponitur auditus à Deo. Quis fuerit Simeon iſte, controvertitur. Nicolaus de Lyra & auctor vitæ Jeſu exiſtimant, fuiſſe Simeonem ex collegio Sacerdotum, quandoquidem benedixerit puero & parentibus, Luc.2,34. quòd aliàs munus erat filiorum Aaronis, Num.6,23. Verùm infirma hæc eſt ratio. Nam & Salomon benedixit Eccleſiæ Iſraëlitæ, & populus benedixit Regi, 1.Reg.8,14. Neque Lucas benedictionem hanc deſcribit, ut uſitatam & ordinariam Sacerdotum, ſed ut extraordinariam, peculiari Spiritûs S. revelatione & inſtinctu factam, quâ Chriſto & regno ejus felicem tantùm ſucceſſum eſt precatus. Alii Summum ex eodem Simeone Sacerdotem faciunt. Sed error eſt in calculo. Fuit quidem Simeon alius, cognomento juſtus, ſummus Pontifex, ſed is annis ampliùs ducentis ante Chriſtum natum vixerat. Optima videtur eorum ſententia, qui ex Judæorum libris probant, fuiſſe Simeonem hunc filium Hillelis, præceptorem Gamalielis, ex Simeonis nomen.

quo Paulus legem ſeſe didiciſſe adſeverat, Act. 22,3. Vide D. Chemn. harm. Evang. cap. 11. pag. 141.

Simeonis mores, virtutes, dotes, & qualitates animi.

3. A moribus, virtutibus, dotibus ac qualitatibus animi. Fuit enim

1. δίκαιος, *juſtus; non quòd* fuiſſet ἀναμάρτητος; *neq; quòd* propriâ juſtitiâ eſſet juſtus, ſed juſtus dicitur, *tùm* propter Meſſiâ, juſtitiam noſtram, Jer. 23,6. *tùm* propter vitam inculpatam.

2. εὐλαβὴς, *pius, religioſus*, Dei timens, & in timore Dei cautus. Significat enim εὐλάβεια in genere ſolicitum timorem, conjunctum cum reverentia, ne pravè agendo illum, quem reveremur, offendamus: q. d. Simeon timebat Deum, reverebatur eum, omni ſtudiô cavebat, *ne* mala committendo, *aut* bona omittendo ipſum offenderet, adeoque abſtinebat ab omnibus iis, quæ lege Dei prohibita erant. Porrò timor Dei, Phraſi Hebræâ, omnem cultum divinum ſignificat, & homines φιλόθεοι dicuntur timere Deum. Job. 1,1. 8. 9. & 2,3. Pſ. 22. 24. 25. & 25,14. Qui εὐσεβείᾳ gaudent, dicunt εὐλάβειαν pertinere ad primam, δικαιοσύνην ad ſecundam Decalogi tabulam.

Timor Domini quid ſignificet.

3. *Expectans* παράκλησιν, *conſolationem Iſraëlis;* quô ardens Meſſiæ deſiderium ſignificatur, per Metonymiam cauſæ, pro veræ conſolationis auctore. Scriptura enim, quando loquitur de adventu & beneficiis Meſſiæ, non rarò conſolationis voce utitur, Gen. 5,29. Eſa. 40,1. & 61,1. oſtendit itaque Lucas objectum fidei Simeonis fuiſſe Meſſiam promiſſum, cum beneficiis ipſius, quæ unô conſolationis vocabulô complectitur.

4. *A cauſa efficiente iſtorum donorum*, fidei nimirùm, juſtitiæ & pietatis: Spiritus Sanctus ἦν ἐπ' αὐτὸν, erat ſuper illum, quâ phraſi peculiaria & extraordinaria Spiritûs Sancti dona motûſque notantur; ita enim accipitur, Eſa. 61,1. Num. 11,26. Jud. 11,29. 1. Sam. 10,10. & 19,23. Erat enim Simeon præter cetera ſanctificationis dona, quæ cum aliis piis communia habebat, etiam inſtructus donô prophetiæ, atque ita verum ac vivum Spiritûs Sancti templum, cujus inſpiratione futura prædicebat, cujus quoque gubernationem ac ductum in omni vita ſequebatur.

5. *A ſpeciali Spiritus ſancti effectu*, reſponſo nimirùm ſive oraculo, quod commendatur

1. à cauſa efficiente vel auctore, Spiritu Sancto.

2. ab adjuncto temporis, ante mortem;

3. à rei promiſſæ præſtantia; Chriſtus vel unctus Domini.

Por-

Porrò quando & quomodo reſponſum hoc acceperit Lucas non dicit. Nicephorus ſcribit, *Simeonem in lectione vaticinii* Eſa. 7,14. *de partu virginis, varia cogitâſſe de vero dicti explicatione, & cùm ardentibus votis peteret à Deo verum declarationem, raptum in* ἐκστάσει, *hoc reſponſum, quod Lucas deſcribit, accepiſſe*. Refert D. Chem. harm. Evang cap. 11. pag. 143. Summa reſponſi eſt; non viſurum eſſe mortem, priuſquam Meſſiam vidiſſet. Videre mortem hoc loco non accipitur, ſicut Joh. 8,51. ſed ſicut legitur Pſ. 89,49. quis eſt homo, qui vivit, & non videbit mortem. Modum reſponſi quod attinet, tradunt *alii*. factum eſſe per externam aliquam apparitionem, puta Angeli cujuſdam: *alii* per internam inſpirationem, & immediatum Dei alloquium; *alii* in ſomnis. Quicquid hujus ſit, quia Spiritus ſanctus reticuit, ſcrupuloſè modum indagare noſtrum non eſt. Atq; ita fuêre προηγητικά.

lib. 1. hiſtor Eccl. cap. 12

Videre mortem quid ſignificet.

II. Simeonis res geſtæ.

Πρακτικὰ ſequuntur, ſive res in templo à Simeone geſtæ. Narrat enim Lucas, quòd Simeon

1. *in templum venerit*. Amplificatur hoc factum

1. *temporis notatione*: Eâ ipsâ horâ, quâ Jeſus offerebatur & ſiſtebatur Patri cœleſti.

2. *Causâ impellente*; Spiritus ſancti inſtinctu hortatuque. Simeon enim *non* erat in templo, *nec* orandi gratiâ in templum aſcendere animum induxerat; Sed ἐν πνεύματι, h. e. impellente, movente & inſtigante Spiritu S. venit in templum, eô tempore, cùm de ingrediundo templo nihil quicquam cogitâſſet. Ideò veniens in templum, & videns puerum, non demum quærit, quis, cujus, aut unde ſit puer iſte, ſed ſtatim exclamat ipſum eſſe ſalutare Dei.

2. *Puerum in ulnas ſuas acceperit*; quod eſt animi geſtientis, & affectum ſuum hoc externô ſignô declarantis. Quæ enim maximè chara habemus, ea ulnis complecti ſolemus, quod videre eſt 1. Reg. 3,20. Marc. 9,36. & 10,16.

3. *Benedixerit* (εὐλόγησε) h. e. dulciſſimô canticô Deum pro miſſione Meſſiæ, Filii ſui in carnem, glorificaverit.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Deus in mediis errorum ac ſuperſtitionum tenebris ſemper aliquam ſibi Eccleſiam, tanquam ſanctum aliquod ſemen re- Eccleſiæ ſemen.

ſervare ſolet. 1.Reg.19,18. Rom,11,4. Eſ,1,9. Matt.16,18. Exod.14
Pſal.20,8.9. & 46,1. & ſeqq.

II. Exemplum Simeonis imitandum nobis proponitur
ut & nos conſectemur laudem juſtitiæ, pietatis ac ſanctitatis, c
dentes in eum, qui juſtificat impium, Rom.4,5. 1.Cor.1,30. Ro
5,19. pietati ſtudentes, & in timore Domini ſemper incedent
1.Tim.4,8. Pſal.19,10. Sir.1,11. & ſeqq. Tob.4,6. Sir.2,12. Prov.8
& 14,27.

Hominis pii conſolatio in q o conſiſtat.

III. Summa hominis pii conſolatio in adventu & ben
ciis Meſſiæ ſita eſt 1.Joh.3,8. Joh.1,29. 1.Joh.2,2. Matth.9,13. & 8
Luc.9,56. Matt.20,28. 1.Tim.1,15. Matt.11,29. Pſal.130, ult. Eſa.5
& 52,9. & 66,13.

IV. Spiritus Sanctus in impiis non habitat, ſed in p
mentibus. Sap.1,5. 1.Cor.6,19. 2.Cor.6,14.15. Rom.8,14.

V. Converſio itaque noſtra, vera in Chriſtum fiducia, b
norum operum ſtudium, Deo verè placens, opus eſt non noſt
rum virium ſed ſolius Spiritûs ſancti, 1.Cor.12,3. Vide locum d
libero arbitrio.

VI. De ardentiſſimo deſiderio, quô Patres V. T. Meſſia
exſpectârunt. Gen.49,18. Eſa.64,1. Pſal.14,8. Joh.8,56. Vide D
min. X. Trinit.

VII. Expreſſum habemus teſtimonium articuli de S.S. T
nitate: diſtinctè enim tres perſonæ recenſentur: Chriſtus obla
excipitur ulnis Simeonis: Domino h.e. Patri offertur, cui & Si
on benedixit; Spiritus Sanctus erat ſuper Simeonem.

IIX. Chriſtus in templo invenitur; amemus igitur & f
quenter viſitemus congreſſûs publicos, ubi Verbum Dei purè p
dicatur, & Sacramenta ritè diſpenſantur. Luc.2,46. Matth.18,
Exod.20,24. Pſ.80,10.

IX. Chriſtum in verbo oblatum ulnis fidei ſpontè excip
mus. 1.Cor.16,22. Eph.3,17. Pſal.73,25. Joh.21,16.17.

X. Demus operam, ut & nos exemplô Simeonis excit
pro Filii Dei miſſione gratos nos exhibeamus, Pſ.50,14. & 09,32

PARS III.

Reſtat εὐλογία, hymnus ſive Canticum Simeonis εὐχα
ςικόν. Primum hoc eſt canticum, quod in N. T. publicè dec
tatum. Mariæ enim & Zachariæ cantica intra privatos pari
ſonuerunt. Porrò præſens Simeonis canticum duabus abſo
tur partibus.

1.

1. *eſt Simeonis ad moriendum promtitudo* ſive alacritas.
2. *Perſonæ ſive Meſſiæ dignitas*.

In ſingulari iſta Simeonis ad moriendum προθυμίᾳ notetur,

I. Exordium, ex abrupto factum, propoſitionem ſimul incluſam habens, in qua obſervationem meretur

1. *tempus*, νῦν, nunc dimittis. Particula nunc oſtendit ..., ipſum jam paratum eſſe ad moriendum & ex hac vita emigrandum.
2. *Modus diſcedendi*, verbo ἀπολύειν indicatur. Significat autem 1. *expellere vel ejicere*. Matth.1,19. Marc.10,2. ſed hæc ſignificatio huc non quadrat. 2. Dimittere, ut quando captivi dimittuntur. Actor.5,40. & 26,32. Matth.27,21. Hæc ſignificatio officio & beneficiis Chriſti optimè convenit. Eſa. 42, 7. & 52,2. & 61,1. Matth.18,27. Rom.7,24. 3. Rebus confectis dimitti, diſcedere, reverti, redire. Matth.14,22. Marc.8,9. Act. 13,3. & 15,30. Exod.33,12. 4. diſſolvere, ſumtâ metaphorâ ab agricolis, qui veſperi boves vel equos jugô liberant, ut quietidare ſe poſſint. ἀπολύειν quid ſignificet.
3. Τὸ πρέπον, decorum perſonæ. Servum ſe dicit; Deum ergò Dominum ſuum fatetur. Novit itaque ſervo non licere injuſſu Domini è ſtatione ſua diſcedere: atque ita Domini voluntati ſe ſuamq; ἀπόλυσιν committit, ſuam ſimul humilitatem & ſubjectionem profeſſus. Pſal.116,16.
4. *Promiſſio divina*, tanquam cauſa ἀπολύσεως efficiens: ſecundum verbum tuum, quô ſcilicet pollicitus mihi fuiſti, non priùs mortem me oppetiturum, quam viderem Meſſiam. Patet inde, quòd antehac Spiritus S. cum ipſo de videndo Meſſia locutus fuerit.
5. *Adjunctum*, in pace, h.e. tranquillè, ſecutè, pacatâ conſcientiâ, pacatô Deô & proximô. Vel ut alii volunt, in lætitia, non invitus, ſed lubens, non anxiâ conſcientiâ, ſed placidâ & firmâ in te fiduciâ moriar, ſine omni perturbatione, triſtitia, miſeria &c. Phraſi enim ſcripturæ, pax ſignificat tranquillitatem, lætitiam, felicitatem & opponitur perturbationi, calamitatibus & miſeriis. Gen.41,8. 1.Reg.2,6. Eſa. 57,2. Pſal.4,9. Pax in ſacris quid ſignificet.

2. *Ratio Exordii* ſive propoſitionis ſumitur ab eventu; quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, h.e. Jeſum ac ſalvatorem mundi Meſſiam: non oculi autem corporis tantùm, ſed & cordis, h.e. fides apprehendit Salvatorem iſtum. Deſumta videntur hæc verba

ex

Digitized by Google

ex Pſ.97,3. 52,10. Major eſt emphaſis, in voce σωτήριον, quàm ſi dixiſſet Salvatorem vel ſalutem. Significat enim σωτήριον, (annotante D. Chemnitiô) quaſi cornu ſeu fontem ſalutis, in quo Deus omnes theſauros ſalutis ſitæ pro genere humano recondidit, ut ex plenitudine ejus omnes hauriamus & accipiamus. Eſa.12,3. Johan. 1,16. Hæc prima cantici pars.

Commendatio perſonæ Meſſiæ tria continet membra:

1. *Cauſam efficientem Deum*, quod paraſti, O Domine, h. e. firmiter conſtituiſti, ut contra eum nulla vis poſſit prævalere. D. Chemnitius græcum ἑτοιμάζειν declarat ex Hebræo כּוּן, quod ſignificat decernere, ratificare certum, firmum & perfectum facere, apparare, inſtaurare. Inenarrabili enim (inquit ille) conſilio Trinitatis decretum, & nunc per incarnationem in mundum miſſum eſt, illud perditi humani generis σωτήριον; & non ab hominibus, ſed à Deo ipſo apparatum eſt, ſalutiferum illud contra mortem antidotum, & ideò perfectum, firmum, certum & ratum eſt, & coram judicio Dei, & contra omnes portas inferorum; divinitùs ad hoc ordinatum, ut non ſit aliud nomen in quo poſſimus ſalvari.

Harm. Evang. p. 143.

2. *Subjectum*, quibus paraverit σωτήριον illud: ante faciem h. e. in oculis omnium populorum. Eſt ergò κοινὸν ἀγαθόν. Noluit enim Deus in abſcondito latere, ut hominibus ſit vel incognitum, vel inacceſſum, ſed voluit illud manifeſtari & offerri omnibus populis, qui per μερισμὸν generis in ſpecies dividuntur in Judæos & gentes. Vult enim Deus ut omnibus præluceat, & prælucentem illam ſalutis faculam omnes ſequantur. Congruit cum illo Eſa.11,10. & 52,10. & 60,1.3.4.

3. *Finem*, ut ſit

1, *Lumen ad revelationem gentium*, h.e. Doctor, Redemtor & Illuminator gentium.

2. *Gloria plebis Iſraël*; quia populus Iſraeliticus in hoc Meſſia præcipuè gloriandi ac Dominum glorificandi materiam habet; non tantùm quòd ex ipſius gente ac proſapia oriundus; ſed etiam quia ſublato peccati probro æternam gloriam reſtituit.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

Terminus hominum in manu Dei.

I. Vitæ noſtræ terminus in manu Dei eſt poſitus. Pſal.90,4. Job.14,5. Pſal.139,17.

II. De-

II. Deus hominibus quibusdam longiorem vitæ hujus uſuram concedit, ut pleniorem Filii ſui cognitionem adipiſcantur, & poſtmodum in pace hinc evocari queant. Eſa.38,21.

III. Servi cùm ſimus, noſtrum non eſt, ſtationem, vitæ filum abrumpendo, deſerere, ſed tempus noſtræ dimiſſionis patienter expectare. Phil.1,23. Pſ.132,2.

IV. Servi Dei cùm ſimus, non carni, non mundo, non ſatanæ, ſed ſoli Deo grata ſervitia eſſe præſtanda meminerimus. Pſ 116, 15. & 119,124. & 143, 2. Joh.8,34. Rom.6,14. Luc.1,38.75. & 12, 44. Phil 3,3. Gen.24,2. Tit.2,9.

V. Pax cum Deo excludit omnem dubitationem, quod contra Pontificios probè obſervandum. 2. Cor.1,20. 1. Joh.5,9.10. 11.12. 1.Joh.3,14. & 4,13. Jac.1,6. Rom.4.20 Ebr.11,1. Rom.8,38.

VI. Cauſa beatæ ac tranquillæ emigrationis eſt, vidiſſe ſalutare Dei. Phil.1,23. Rom.14,8. Hinc Martyrum in morte obeunda animoſitas. 2.Macc.7. Pſ.116,6. Joh.21,19. 1.Pet.4,14. 2.Tim.4,8. Rom.5,1. 9. & 8,39. Job.19,25.

VII. Piorum mors eſt ἀπόλυσις ſeu grata diſſolutio à peccati jugo moleſtiſſimo. Phil.1,23. 2.Cor.5,2. Joh.5,24. & 8,51. Tob.3,6. Gen.15,15. & 46,30. Eſ.27,2. Apoc.14.3. Num.20, 24. Mors piorū ἀπόλυσις.

IIX. Ars feliciter moriendi hoc canticô nobis monſtratur, quam ex hoc textu 19 concionibus, à me ſub titulo εὐθανασίας antehac evulgatis, monſtravi, eò lectorem remitto.

IX. Non ſufficit credere, niſi etiam ore fiat confeſſio, & fiducialis ſive individualis cum Simeone fiat applicatio. Rom.10,10. Job.19,25. Gal.2,20.

X. Salus noſtra eſt ex Chriſto ſolo, extra quem nulla prorſus eſt ſalus. Act.4,12. & 10,43. Matth.1,21. Joh.14,6.

XI. Errant igitur totô cœlô, qui alios ſibi, etiam in agone, patronos (Mariam, Petrum, Paulum &c.) quærunt. Eſa.63,16. Eccl.9, 5.

XII. Chriſtus eſt Salvator omnium populorum, tàm gentium, quàm Judæorum, 1.Tim 2,4. Joh.3,16. 1.Tim.4,10. Vide feſtum Epiphan. Domini part.1. diſp.

XIII. Meſſias eſt lumen gentium quadruplici potiſſimum nomine ac reſpectu. Meſſias quare dicatur Lumen gentium.

1. ratione illuminationis, per doctrinam. Pſ.119,105. 2.Pet.1,19.

2. ratione applicationis, per fidem. Mal.4,2. Luc 1,79.

3. ratione renovationis, per novam obedientiam. 2. Corinth. 3,18.

4. *natione reſtitutionis*, per reſurrectionem. Apocal. 22, 5. 1. Cor. 13, 12. 1. Joh. 3, 1. Pſ. 36, 10.

Chriſtus cur ſit gloria Judæorum.

XIV. Chriſtus eſt gloria Judæorum dupliciter:

1. *quatenus ex illis natus eſt*, ſecundum carnem: Roman. 9, 5. Eſa. 60, 1.

2. *quatenus ad ipſos primùm miſſus eſt*, Matth. 15, 24. Act. 13, 46. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

DISPOSITIO SECUNDA.

PROPOSITIO ἁπλῆ ἐμμεγής.

FEſtum præſens, quod alii Purificationis Mariæ, alii oblationis, alii τῆς ὑπαπαντῆς obviationis vel exceptionis feſtum nuncupârunt, nos celebramus ideò, ut inſerviat

1. *fidei confirmationi*, in articulo de vero mundi Salvatore:
2. *gratiarum actioni*, pro exhibito Meſſia univerſali;
3. *multiplici Chriſtianorum informationi*, quem in finem & nos conſiderabimus

I. *Evangelii prælecti hiſtoriam*; &
II. *Simeonis* δοξολογίαν.

DE PRIMO.

Hiſtoria Evangelii duas nobis ob oculos ſtatuit perſonas, fœminam & maſculum: nimirùm

1. *Mariam legi ſeſe Moſaicæ ſubmittentem.* Duplicis autem legis, per Moſen latæ, fit mentio; *una* eſt de puerperarum purificatione; *altera* de primogenitorum oblatione.

Prior lex deſcripta habetur Levit. 12, 2. & ſeqq. quâ mater, puerperium egreſſa, jubebatur munus, vel ſacrificium offerre, purgationi Leviticæ deſtinatum. Senſus legis eſt: Mulier, quæ pepererit maſculum, immunda erat ſeptem dies, ſecundum dies ſeparationis menſtruæ langvorem muliebrem patiens. Octavô die puer circumcidebatur, deinde ipſa 33 dies manebat in ſangvinis purgatione, nullam rem ſacram tangebat, & ad ſanctuarium non veniebat, donec completi eſſent dies purgationis ejus. Quòd ſi fœmellam pepeiſſet, duplicabantur dies, *tùm* immundiciei, *tùm* purgationis. Duo autem lex iſta continebat:

1. *impuritatis tempus*, pro ratione ſobolis aliud atque aliud. Nam filius natus, non ita diù impuram reddit matrem, at-

atque ſi filia ſit nata, cujus partum majores ſequuntur ſordes.

2. *puerperæ munus*, quod pro emundatione ſua offerebat: ditior quidem ovem, paupercula par turturum, aut duos pullos columbarum.

Cauſas ſancitæ legis ſcrupulosè inquirere, noſtrum quidem non eſt; factum tamen fuiſſe videtur, — *Lex de puerperarum immunditia cur fuerit ſancita.*

1. *propter amiſſarum virium recuperationem.* Φιλάνθρωπος enim eſt Deus, ideoque ſanitatis quoque rationem haberi voluit. Rom.13,14. Col.2,23.

2. *propter peccati originalis*, vel ſpiritualis impuritatis *commonefactionem*, quòd generatione peccatum traducatur in ſobolem, & naſcatur infans ſordibus peccati contaminatus. Significationi huic inſerviebat

1. *puerperarum ſeparatio*, vel excluſio à ſanctuario, Eſ.59,2.
2. *ſacrificij*, ſive agni, ſive columbæ, *oblatio.* Non enim niſi ſacrificiô Agni immaculati à peccatorum ſordibus purgamur. Ioh.1,29. Rom.8,1. Eph.5,2.26.

3. *propter obedientiæ muliebris probationem.*

4. *propter ſeriam peccatorum deprecationem.* Eſ.64,6. Pſal.51,7. & 143,2.

5. *propter publicam gratiarum actionem*, pro
1. *pignoris donatione.* Deus enim ſolus dat liberos. Pſ.68,7. & 113,9. & 127,4.
2. *clementiſſima ex partu liberatione*;
3. *conjugij conſervatione*;
4. *ſobolis ad imaginem Dei formatione.*

6. *propter miniſterij conſervationem. Unus* enim pullorum cedebat Deo in ſacrificium, *alter* Sacerdotibus, in vitæ ſubſidiū.

Quæritur, de præſenti actû quid ſtatuendum? Lex enim Moſaica neque virginem matrem, neque puerum Jeſum obligare videbatur. Is enim
1. *peccatum non habuit*; &
2. *Dominus legis erat.* Matrem quod ſpectat, illius partus, conceptui reſpondens, dolori, aut ſordibus, quæ partum naturaliter conſequuntur, obnoxius non fuiſſe putatur.

Reſp. Chriſtus ſponte legi etiam huic ſeſe ſubmiſit, ad innuendam — *Chriſtus cur legi de purgatione ſe ſubjecit.*
1. *impuritatis noſtræ purgationem*; &
2. *futuræ aliquando in cruce oblationis adumbrationem.*

Vide diſpoſ. præced. Hinc gloſſa ordinaria ex Beda: S ptum eſt in lege, mulier quæ ſuſceptô ſemine pepererit maſculu ad diſtinctionem illius,quæ virgo peperit. Non ergò filius, n mater hoſtiis indigebat purgari, ſed ut nos ſolveremur à timore gis. Cui adſtipulatur Theophylactus in hunc modum ſcribe *Benè dixit ſecundum legem Moſi:* Nam ſecundum veritatem n neceſſitate adſtringebatur expectare dies purgationis,qui ſunt q dringenta natô mare. Dictum enim eſt in lege: mulier quæ ſe ne conceperit,& pepererit maſculum. Virgo autem non conc de ſemine, ſed ex Spiritu Sancto peperit: Unde nulla illam nec tas urgebat, ſed volens implere legem, venit in templum.

Poſterior lex extat Exod.13,2. & 34,59. Num.8,16. & 18,15. promulgata eſt à Deo, in percuſſionis Ægyptiacæ recorda nem. Voluit enim Dominus memoriam extare beneficii, vatorum primogenitorum in Ægypto, cùm Angelus omnia mogenita Ægyptiorum occideret. Ideoque mandavit ſibi ferri primogenita,tanquam morti deſtinata; redimi autem poterant quinque argenti ſiclis. Legi etiam huic obſequen factus Chriſtus,

1. *in ſanctificationis*,pro nobis factæ,*ſignificationem*, Matth.20 Joh.17,19.
2. *in primogenituræ ſuæ demonſtrationem.* Ita enim lex: om adaperiens vulvam maſculinum, ſanctum Domino voc tur; quæ deſcriptio eſt primogeniti maſculei ſexûs. Chr ergò primogenitus cùm ſit,Domino offertur, & rebus div à parentibus etiam conſecratur.

Beda, citante gloſſâ ordinariâ; *conſvetô*, inquit, *nativ more loquitur:* non quòd Dominus ventris hoſpitium ingred vel egrediens devirginâſſet. Et in margine, ex eodem Bed *Primogenita illum ſignificant, qui Unigenitus Dei, dignatus eſt fier mogenitus omnis creaturæ: qui verè ſanctus eſt Domino, quia ſine cato. Qui ad generandos ſibi populos ſecretum genitale ſanctæ Ecc ſibi aperuit.* Theophylactus ita: *Quod* autem *dicit, omne ad riens vulvam propriè ad Chriſtum ſolum pertinet.* Ipſe enim ape vulvam virginis, cùm aliàs vir aperiat vulvam.

3. *in vaticinij*, de poſterioris templi gloria,*impletionem*,Ha 2,8. Mal. 3,1.

Porrò circa oblationem Jeſuli & hoc notandum, quòd parentes offerant munus pauperum, h.e. pullos columbinos, non ovem: Ipſius enim paupertate nos locupletari 2. Corinth. 8, 9. Theophylact. *par turturum offerri juſſit lex, oſtendens, quòd ex caſto conjugio procreatus ſit.* Dicunt enim turturem eſſe caſtum animal, cumque conjugem amittit, non ſecundò ſe copulet. Cùm autem non haberent turtures, offerebant duos pullos columbarum, ut multiplicatio prolis hujus ſignetur. Fœcundum enim animal columba. Gloſſa ordinaria: Turtur caſtitatem, columba ſimplicitatem ſignificat: & caſta & ſimplex juſtorum converſatio gratum Deo offert ſacrificium.

II. Simeonem ulnis obviis Jeſulum excipientem. Illi enim in templum oblato graviſſimum in loco publico teſtimonium Deus perhiberi voluit. Perſonam itaque teſtis Evangeliſta egregiè deſcribit, ut hiſtoria nobis tantò ſit gratior, fideſque eò certior. Occurrunt hîc

1. perſonalia; &
2. realia.

Quoad perſonalia, commendatur nobis Simeon, — *Simeonis commendatio.*

1. *à patriæ eminentia:* fuit Hieroſolymis, urbe totius Orientis facilè tum florentiſſimâ ac celeberrimâ.
2. *A nominis excellentia.* Simeon exponitur
   1. *activè*, ut ſignificet auditorem, obſequentem ac morigerum mandatis divinis:
   2. *paſſivè*, ut notet à Deo auditum vel exauditum. Indicatur homo in invocationibus ſedulus, qui magnô fuit apud Deum locô & exiſtimatione.
3. *A ſingulari ſanctimonia;* vel virtutum frequentia. Vir fuit ſanctus
   1. *theoreticè*, quoad notitiam: δίκαιος fuit non propriâ, de qua deſperabat, juſtitiâ, ſed per fidem in Meſſiam imputatâ:
   2. *practicè;* fuit εὐλαβὴς, religioſus, fidem per opera declarans

Intus nulla fides, quæ non opere exerit extrà: hinc expectat παράκλησιν Iſraelis. Παράκλησιν autem vocat Redemtorem Chriſtum, & beneficium liberationis per Meſſiam exhibendum.

4. *Ab inhabitantis Spiritûs ſancti gratia.* Ab illo enim edoctus erat, ſe non priùs moriturum, quàm oculis ſuis ſolatium Iſrael h.e. Chriſtum, quem expectabat, vidiſſet.

 Quo-

Quoad realia, de ipſo refert Evangeliſta effecta nonnulla, utpote quod

1. *In templum venerit:*
2. *Chriſtum agnoverit*, ex interna Spiritûs S. illuminatione. eodem enim, cujus templum erat, Spiritu S. excitatus & m nitus, eâ ipsâ horâ, quâ oblatio pueruli Jeſu fiebat, templu acceſſit; & qui inſpirârat, ut templum adiret, ſignum quo dedit, quo puerum agnoſceret. Beda, referente gloſsâ ordir riâ: eâdem inquit gratia, qua venturum prænoverat, venie tem cognovit.
3. *Ulnis ſuis ipſum ſuſceperit*; id quod credentis non modò fu ſed admodum etiam amantis. Beda iterum in gl. ord. Mag humilitas Salvatoris: qui locô non capitur, grandævi hor nis ulnis geſtatur:
4. *Deo benedixerit*, vel gratias egerit; *tùm* generaliter, pro F. in carnem miſſione; *tùm* pro ſingulari illa, qua de jam m dò diximus, gratia, quòd cœleſtis Pater Meſſiam, Filium um unigenitum, in carne oculis conſpiciendum, ex buerit.

USUS I. Informatorius.

I. De divina conjugii & τεκνογονίας adprobatione; q elucet.

Conjugium liberorumq; procreatio unde probanda.

1. *ex primava conjugii inſtitutione* ac benedictione. Gen. 1, 26. &: & 9, 1. Matt. 19, 5 6. Pſal. 128, 3.
2. *Ex multiplici conjugum deprædicatione.* Prov. 2, 17. Sir. 25, 1.: 36, 24. 25. 26. 27. & 41, 23. Eccl. 4, 7. 8. 9. Prov. 31, 10. & ſeqq.
3. *Ex Chriſti coboneſtatione;* non enim ſolummodò ex virgi deſponſata naſci, ſed primò etiam in terris miraculô publ conjugium cohoneſtare voluit. Luc. 1, 27. Joh. 2, 11.
4. *ex ſpecioſa liberorum appellatione.* Pſal. 127, 4. & 128, 3. 4.
5. *Ex mulieris ſalvatione.* 1. Tim. 21, 5.

II. De immunda hominis ex utero materno generatic Pſalm. 51, 7. Johan. 3, 6. 1. Corinth. 15, 50. Gen. 8, 21. Eſa. 1, 6. & 6. Eph. 2, 2. Prov. 20, 9. Job. 14, 4. & 15, 14. Rom. 3, 23. Pſal. 14, 3. E 7, 21. Eſa. 53, 6.

III. De ſacrificii à puerperis oblati ſignificatione. enim illud

1. *luculentum de Chriſto teſtimonium:*

1. *animalia munda afferebantur*; ita Chriſtus eſt purus ab omni labe. Dan. 9, 24. Ebr. 7, 26. Eſa. 53, 10.

2. *Sangvis turturum medetur epilepſiæ*. vis ſanguinis Chriſti eſt αὐτοδύναμος. Col. 1, 14. 1. Joh. 1, 7. Ebr. 9, 14. 2. Petr. 1, 19.

2. *Piorum conjugum monitorium.* Monere nimirùm eos voluit Deus

1. *de mutua charitate.* Sir. 25, 1. 2. Prov. 5, 19. Eph. 5, 25. Col. 3, 19.

2. *De amoris ac fidei conjugalis ſtabilitate.* Turtur ad mortem usque manet cum compare; poſt mortem comparis, viduitatem & ſolitudinem amat. Matth. 19, 6. 1. Cor. 7, 39. Rom. 7, 2.

3. *De placabilitate.* Prov. 15, 16. 17. Pſ. 133, 1. 2. 3. Sir. 25, 1. 2.

4. *De æquali in re domeſtica curanda & promovenda ſedulitate.* Columbus ſimul excludit & nutrit pullos: Ita conjuges liberos ſuos conjunctâ operâ educent ac nutriant. Eph. 6, 4. Gen. 3, 19. Pſal. 128, 2. Prov. 31, 11. & ſeqq. Tit. 2, 5.

II. Conſolatorius.

1. Ex paterna Dei pro puerperis cura ac providentia. Pſal. 30, 6. Sap. 11, ult.
2. Ex ſpontanea Chriſti, quam legi præſtitit obedientia. Gal. 3, 13. & 4, 4. 5. Vide præced. diſpoſ.
3. Ex pauperum ac divitum in ſacrificii oblatione differentia. Lev. 13, 8. Pſal. 113, 6.

III. Monitorius.

1. In genere pro omnibus parentibus & hominibus, de

1. *fœcunditate ſoli Deo adſcribenda.* Pſal. 68, 7. & 113, 9. & 127, 4. & 128, 4.

2. *ſobole Deo conſecranda*; 1. Sam. 1, 11. 27. 28. Eph. 6, 4. Exod. 13, 8. 9 14. 15. Tob. 1, 1. & 4, 6. Gen. 18, 19. Pſal. 34, 12.

3. *gratitudine miniſterio declaranda*: pars enim ſacrificii cedebat Sacerdotibus. Sir. 7, 33. 34. & 35, 25. 1. Cor. 9, 7. & ſeqq. Exod. 23, 14. 15 & 34, 20. & 35. 4. & ſeqq. Num. 18, 8. & ſeqq. Deut. 12, 19. & 14, 28. 29. & 16, 17. & 26, 12. 13 14. Prov. 3, 9. Eſa. 49. 23. Gal. 6, 6. 7.

4. *ſuperbia fugienda*, ob

1. *ortûs impuri æqualitatem*; Sap. 7, 6.
2. *Chriſti humilitatem*; Matth. 11, 29.
3. *materiæ vilitatem.* Sir. 10, 9. & ſeqq.

2. In

2. In ſpecie pro puerperis, ut
   1. *preces ſibi commendatas habeant, tùm* tempore geſtationis, *tùm* tempore partûs & puerperii:
   2. *ſanitatis rationem habeant,*
   3. *gratitudini ſtudeant.* Peccatur à multis
      1. *precum intermiſſione;*
      2. *gratitudinis oblivione;*
      3. *ſanitatis neglectione;*
      4. *purificationis ſpiritualis averſatione.*

> Puerperæ quando vel quomodo adverſus legem de puerperio peccent. Seneſcendi media.

3. Monemur etiam de mediis honeſtè ſeneſcendi. Monſtrat nobis hoc ipſum egregia Simeonis commendatio, in qua imitatione digna eſt
   1. *ſeria in pietate devotio,* quæ fons eſt omnium virtutum, Pſal 111,10. 1.Tim 4,8. Prov.10,27. Sir.1,11.
   2. *Vera juſtificatio,* de qua conſule locos.
   3. *Solidæ conſolationis expectatio.* Pſ.14,8. & 25,1. & 42,1,2.
   4. *Spiritûs ſancti inhabitatio,* pro cujus retentione indeſinenter orandum. Pſalm.51,12. & 143,10. & à peccatis abſtinendum, Sap.1,4.
   5. *Templi adſidua viſitatio.* Luc.11,28. Joh.8,47.
   6. *Chriſti amplexatio,* quæ fit per fidem. Joh.14,23.Eph.3,17.

Tantum de hiſtoria.

DE SECUNDO,

Sequitur Simeonis *δοξολογία,* continens
1. *ἐπιθυμίαν, pium ejusdem votum*, ſive deſiderium;
2. *αἰτιολογίαν, voti firmamentum*, ſeu fundamentum;
3. *χριστομαρτυρίαν præclarum de Chriſto teſtimonium,*

Votum ſeu deſiderium Simeonis quod ſpectat, conſideretur ejuſdem

I. Objectum: dirigitur nimirùm votum, non ad Mariam *θεοτόκον*; ſed ad verum Deum, quem ſuum vocat *δεσπότην* ſive Dominũ, ſervum ſemet ipſius hac voce profeſſus. Dominus autem eſt,
1. *ratione creationis.* Job.10,8. Pſal.22,10. & 100,2. & 139,15,
2. *ratione poteſtatis*: unde Theophylactus hoc locô ait: *Confitentis eſt, quòd ipſe ſit Dominus vitæ ac mortis.*

II. Subjectum, cujus ſit votum? illius nimirùm, qui Dei ſe ſervum jam modo confeſſus eſt. Hoc enim ex ipſa relatorum natura ſequitur. In Græco, *δοῦλος καὶ δεσπότης* elegantius ſeſe reſpiciunt, quàm *δοῦλος καὶ κύριος*, mancipium & herus. Ac

pia

pia eſt humilitas coram Deo ſervum ſe agnoſcere. Ita ſe quoque Simeon ſervum nominat, ad ſignificandam

1. modeſtiam;

2. diligentiam;

3. obedientiam. Gen.32,10. Matth.25,26. Jer.48,10. 1. Sam. 15,22. 23. Joh.15,14.

III. Momentum vel tempus: Nunc; ſcilicet hilari animô, & mente tranquillâ, ubi voles Domine, moriar.

IV. Ipſum votum, quô petit à Deo ἀπόλυσιν placidam dimiſſionem, vel gratam corporis ſolutionem. Græcum enim ἀπολύειν ſignificat

1. ſolvere & ſolvendo disjungere;

2. abſolvere; hinc Theophyl. ita παραφράζει: *nunc abſolvis, quaſi à vinculo*;

3. dimittere, ut ἀπολύειν τὸν στρατόν, dimittere exercitum, abdancken/ſeiner Pflicht vnd Eydes erlaſſen: dimittere captivum, Matth.18,27;

4. emigrandi, vel commigrandi, redeundi ad ſuos *poteſtatem concedere*, Matth.14,22.

Omnia hæc ſignificata quadrant ad pium Simeonis deſiderium, qui mortem, quam expetit, vocat dimiſſionem, & quidem dimiſſionem in pace. Sola hæc piorum nota eſt: illi enim tranquillè & ſecurè hinc emigrant in pace, quia pacatum ſibi nôrunt Deum, habentque teſtimonium conſcientiæ benè-actæ vitæ. Theophyl. *in pace autem*, h.e. *in quiete*. Nam homo, quoad vivit, turbatur, ſicut & David dicit: mortuus verò pacem habet. Vel aliter intellige: in pace, h.e. ſpei conſecutione. Priusquàm, inquit, vidiſſem Dominum, non pacatâ mente eram, expectans illum, & ſemper ſolicitus, quando veniat: nunc autem ipsô viſô, & pacem conſecutus, & ſolicitudine liberatus (ut ſic dicam) abſolvor.

Quod attinet αἰτιολογίαν, voti fundamentum ſeu firmamentum, duas adſignat deſiderii hujus ſui rationes:

1. Verbi & promiſſionis divinæ impletionem: ſecundum verbum tuum. Reſpicit

1. verbum generale, legis & Evangelii; vide εὐθαναςίαν meam, p.205.

2. verbum ſpeciale, peculiariter nimirùm ſibi à Spiritu ſancto factam promiſſionem. Gloſſa ordinaria: quòd reſponſum acceperat, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini.

X 2.

Digitized by Google

2. *Meſſiæ viſionem:* quia viderunt oculi mei ſalutare tuum; quod patribus non niſi fide & mente datum fuit cognoſcere.

Videre Chriſtum quid ſignificet.

Videre autem hoc locô non tantùm oculorum corporis viſionem, ſed & fidei ſignificat, ſecundum ἐξηγητικὸν illud Servatoris, Joh. 6,40. hæc eſt voluntas ejus, qui miſit me, ut omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Gloſſa addit; Beati, qui vident, quod Simeon vidit: beati qui non viderunt, & crediderunt.

Χριστομαρτυρία demum, vel teſtimonium de Chriſto ea continet, quæ perſonæ officioque ipſius illuſtrandæ ac declarandæ inſerviunt. Triplici verò hoc continetur Meſſiæ elogiô, quòd dicitur.

Chriſtus cur dicatur Salutare Domini.

1. *Domini ſalutare*, qui ſalutem deperditam hominibus *tùm* recuperet, *tùm* conferat. Porrò ſalutare Domini dicitur

1. *ob perſonæ majeſtatem;*
2. *ob ſummam poteſtatem.* Dan. 7,14. Pſ. 8,7.8. Mat. 11,27. & 28,18
3. *Ob fidei conformitatem:* Geneſ. 49,18. Eſa. 49,6. Pſ. 98,3.4. Theophylact. Salutare Incarnatio Unigeniti eſt, quam ante ſecula omnia Deus præparavit. Ante faciem verò omnium populorum iſtam ſalutem præparavit, ut ſalvaret mundum, & ut omnibus liquida fieret ejus Incarnatio, cujus gratiâ & incarnatus eſt.

Chriſtus cur dicatur lumen gentium.

2 *Gentium luminare.* Lumen eſt hic puerulus ad revelationem gentium, h. e. Theophylactô interprete, ad illuſtrationem gentium obtenebratarum. Lumen dicitur, propter

1. *habitationis ſuæ claritatem;* 1. Tim. 6,16.
2. *peccati vacuitatem;* Ebr. 4,15. & 7,26. Dan. 9,24. Luc. 1,35.
3 *amabilitatem;* Pſ. 45,3. Matth. 3,17. & 17,5. Eſa. 42,1.
4 *ſplendoris communitatem;* Rom. 10,12. 1. Tim. 4,10. Joh. 1,9.
5 *odii gravitatem;* Joh. 3,20. 1. Joh. 5,19. Joh. 1,11.
6. *penetrationis ſubtilitatem;* Actor. 1,8. Ebr. 4,12. Pſal. 19,7.

3. *Judæorum regale*, der Jüden Ehrenpreis / Dicitur ita propter

1. *promiſſionem;* 2. Sam. 7,12.13.
2 *incarnationem;* Joh. 4,22.
3 *externam* in officio obeundo *converſationem.* Matt. 15,24 Act. 13,46. Plura qui hac de re cognoſcere cupit, is conſulat dictam meam εὐθανασίαν, publici ante annos aliquot à me juris factam.

USUS.

USUS I. Informatorius.

De Chriſtiana *εὐθανασίᾳ*. Tum demum benè beateque homo Chriſtianus moritur, quando decedit, Homo Chriſtianus quando benè & beatè moriatur.

1. *in vera Dei veri agnitione;*
2. *in quotidiana mortis expectatione;*
3. *in voluntatis ſua cum divina conformatione;*
4. *in ordinaria vocatione;*
5. *in rerum omnium pacificatione;*
6. *in verbi divini apprehenſione;*
7. *in ſalvifica Chriſti viſione*, Quæ omnia dictò locò copioſiùs à nobis ſunt expoſita.

II. Conſolatorius.

Conſolatio efficaciſſima inde reſultat, quòd ſciamus Chriſtum eſſe (1) non ſolùm gloriam Judæorum honoratiſſimam; ſed & (2) ſalutem Dei exoptatiſſimam, Matth.1,21. vide feſt. circumciſ. & (3) lucem gentium clariſſimam. Eſa.9,2. & 42,6. & 49,6. & 60, 13.

III. Monitorius.

Ut Simeonis exemplum imitatione exprimere ſtudeamus,

1. *in ſalvifica Chriſti agnitione*, Joh.17,3.
   Si Chriſtum benè ſcis, ſatis eſt, ſi cætera neſcis;
   Si Chriſtum neſcis, nihil eſt, ſi cætera diſcis.
2. *in adſidua mortis appetitione.* Phil.1,23. Moveat nos inde emergens utilitas,
   1. *à peccato liberatio:* Rom.6,7. & 7,24.
   2. *præſentis vitæ contemplatio;* Pſal.90,11. Sir.40,1. Eccl. 7,3 4. Eſa 57,1.2. Bernhard. *Sicut mare non eſt ſine fluctibus, ita humana vita non eſt ſine luctibus.*
   3. *Chriſti mors & redemtio.* Oſe.13,14. 1.Cor.15,55.
   4. *Chriſti ac noſtra reſurrectio.* Rom 8,11. 1. Theſſ. 4,14. Eſa.26,22. Job.19, 25.26.
   5. *vitæ æternæ perfruitio.* Eſa.35,10. Sap.5,16.

Largiatur hæc bona nobis omnibus is, qui eſt vita noſtra, benedictus in ſecula, AMEN.

Digitized by Google

DISPOSITIO TERTIA.

PROPOSITIO *μονομερής*.

PRæſens feſtum *neq;* cum Calvinianis planè repudiamus; *neq;* cum Pontificiis idololatriâ cereorumque conſecratione ſuperſtitioſâ ac blaſphemâ contaminamus; ſed ut clauſulam feſti natalitii in honorem Jeſuli nobis nati, nobis dati, devotione piâ celebramus. Ne itaque vel ad dextram, vel ad ſiniſtram exorbitemus, filum prælecti Evangelii ſecuti, *verum feſtivitatis hujus celebrandæ modum monſtrabimus.*

Ἐξήγησις.

Verum itaque feſti præſentis celebrandi modum adſequemur,

Lex de puerperarum purgation: cur ſit inſtituta.

I. Purificationis legem piè conſiderando. Quæritur hoc loco de cauſis ſancitæ legis, de puerperarum purgatione Levitica? Neque enim cum Papiſtis facimus, qui ideò factum fingant, ut impuritas *tùm* vitæ conjugalis, *tùm τεκνογονίας* oſtendatur.

Falſum hoc eſt narratum, immò in Deum divinamque ejus ordinationem injurioſum & blaſphemum. Sancta enim Dei ordinatio eſt conjugium, inter alias etiam hanc ob cauſam inſtitutum, ut omnis illicita libido, impuritas & ſcortatio devitetur 1. Corinth. 7, 2.

Conjugii finis.

Procreatio verò ſobolis primarius eſt conjugii inſtituti finis, Dei itidem ſanctiſſimâ voluntate, beneplacitô & ordinatione gaudens. Gen. 1, 28. & 3, 16. & 9, 1. Pſal. 113, 9. & 127, 4. Nullâ itaque prorſus purgatione ſancta Dei ordinatio opus habebat. Mundis enim omnia ſunt munda Tit. 1, 15. Et debebant impuri papicolæ id quod eſt per ſe, ab eo, quod per accidens accedit, accuratè diſtingvere.

Diſcipuli de tempore error de purgatione Mariæ.

Diſcipulus de Tempore ſermone de Sanctis II. ita quærit: Utrum virgo Maria indigebat purgari? Et reſpondet, quòd non: quoniam non ratione ſui, quia ipſa fuit puriſſima, & purior omniũ creaturarum: (ita σολοικίζει male informatus iſte diſcipulus;) Ipſa enim adhuc exiſtens in materno utero ſanctificata fuit: (ſcilic. ſecundum illud: quis poteſt dare mundum, de immundo conceptum ſemine? Ne unum quidem. Job. 14, 4.) & vivens in mundo magis purificata fuit: quia in præſenti vita nunquam peccavit, nec etiam venialiter: quod nemini inter natos mulierum, vel natas creditur eſſe donatum: (juxta illud, Proverb. 20, 9. quis poteſt dicere,

mun-

mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? & 1.Reg.8,46. non eſt homo, qui non peccet. Et Eccleſ.7,21. non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet:) ſed maximè fuit puriſſima in ſui Filii conceptione. Sanctus enim ſanctorum intrans in ipſam, ſanctam ſanctorum ipſam effecerat, & in ipſa nulla fuit macula. Unde Spiritus ſanctus videns eam *tàm* pulchram & *tàm* mundam, dicit in canticis canticorum: tota pulchra es amica mea. Nec etiam ratione legis indiguit purgari.

Poſterius hoc amplectimur, prius, ut manifeſtè falſum, rejicimus. Cauſas veras *tùm* legis ſancitæ, *tùm* indebitæ, ex parte Chriſti & Mariæ, obedientiæ, in præcedentibus indicavimus, ubi vide: cum quibus confer, quæ nominatus jam diſcipulus d.l. commemorat, in hunc modum porrò ſcribens: Sed diceres, quare ergò purgari voluit, cùm non indiguit: Reſpondetur, propter tria: **Maria cur purgari voluerit.**

1. Propter *obedientiæ perfectionem*. Maria enim omnia ſervavit, quæ in lege Moyſi ſcripta ſunt, (ſcilicet ſecundum dicta. Act. 15,10. Roman. 8, 3. &c.) ut paret hìc in Evangelio hodierno, in purgatione ipſius. Et in hoc nobis exemplum reliquit obedientiæ, ut etiam nos obediamus prælatis, & præceptis Eccleſiæ, in feſtis celebrandis, & in jejuniis obſervandis. Nam quicunq; ſcienter & ſine cauſa ſolvit feſta & jejunia, peccat mortaliter, quòd nullum peccatum veniale eſt in præcepto, ſed ſolùm mortale.
2. Propter *exemplum humilitatis*, Maria ſe conformare voluit aliis mulieribus.
3. *Purgari voluit*, ut nobis omnibus exemplū purgationis daret, *tàm* maſculis, *quàm* fœminis, *tàm* divitibus, *quàm* pauperib9.

Vides, Lector amiciſſime, & legis tenebras Papatûs plus quàm Ægyptiacas! quibus nihil opponimus aliud, quàm illud, quòd Chriſtus legi ſeſe ſpontè ſubjiciens, noſtrā hac ratione iniquitatem avertere, tollere & expiare voluerit. Cùm enim eſſet ſanctiſſimus, pro imundo tamen haberi ſeſe paſſus eſt, ut noſtram imunditiem expiaret, & nos ipſius puritate puri judicaremur. Gal.4,4.

II. Noſtra omnia Deo conſecrando, offerendo & præſentando. Hoc enim ſvadet lex illa altera, de primogenitis Deo ſiſtendis, offerendis & redimendis. Parvuli enim, uti habet gloſſa ordinaria, qui de toto regno Judæorum ad templum portabantur, ſi erant de tribu Levi, in miniſterium domûs perpetuò detinebantur: ſi de alia tribu, pretiô datô à parentibus primogeniti redimebantur, ad propria referendi.

In N.T. lex iſta Ceremonialis in Chriſto deſiit. Corpore enim præſente umbræ ſponte ſuâ cedunt. Demus tamen operam, ut Deo offeramus.

1. nos ipſos; corpore, animâ, omnibusq; corporis & animæ viribus, in promtum ejus obſequium. Prov. 23, 26. Rom. 12, 1. Gal. 5, 24. Pſal. 110, 3. & 51, 19. 1. Cor. 9, 27.

2. Liberos noſtros.

1. per *Baptiſmi adminiſtrationem*; Joh. 3, 5. Tit. 3, 5.
2. per *devotam orationem.* Gen. 17, 18. & 27, 28.
3. per *legitimam educationem*; 1 Sam. 1, 28. Eph. 6. 4.

3. Omnia noſtra bona. 1. Cor. 4, 7. Matth. 10, 42. & 25, 40. Prov. 3, 9. Tob. 4, 7.

Mulieres cur ſecūdū diſcipuli de tempore opinionem infantes Domino offerant.

Diſcipulus de Temp. quærit: quare mulieres exiſtentes offerant infantes Domino? Et reſpondet, quod propter tria:

1. ut ex hoc oſtendatur, quòd infans iſte eſt Dei proprius; qui creavit ipſum, & animam infudit, & ipſam redemit: quaſi diceret mater ad Dominum Chriſtum: Ecce infantem, quem creâſti, & animam, quam infudiſti & redemiſti! In ſignum horū beneficiorum tibi eum hodie offero.

2. Ut hæc præſentatio ſit quædam gratiarum actio, de eo, quòd Deus prolem dedit, & puerperam à periculo mortis præſervavit, & puerum in utero matris cuſtodivit: quaſi diceret puerpera: Ego offero eum, in ſignum regenerationis, quoniam juviſti me, ut ipſum in mundum peperi, & ſi ſuper vixerit, faciam poſſe meum, quòd probus erit: & tunc omnis labor, quem habent parentes cum pueris, erit eis meritorius. (Nullum autem opus eſſe ſalutis & vitæ æternæ meritorium, liquet ex Eph. 2, 8. Tit. 3, 5. 2. Tim. 1, 9. Act. 15, 11. Rom. 6, 23.)

3. Ut Deus infantem ex tunc cuſtodiat, ne gratiam & innocentiam baptiſmalem perdat. Nam puer in baptiſmo fit Dei templum: (verè hæc & ſecundum tenorem ſcripturæ; at quæ ſequuntur, Scholaſtico-Pontificiam traditionem ſapiunt:) & talem gratiam accipit, quòd ſine omni peccato mortali vivere poteſt, uſque ad finem vitæ ſuæ. (Hoc eſſet unum magnum verbum, ſi eſſet verum. Nihil oppono, niſi ingenuam Apoſtoli Rom. 7, 15. & ſeqq. confeſſionem.)

III. Simeonis virtutes ac facta ſtudioſè æmulando. In horum cenſu ſunt. *1. vera in pietate devotio*, Ea enim omnium virtutum ſoliſdiſſimum eſt fundamentum. Pſalm. 111, 10. & facit, ne quid ex levitate contra legem divinam & conſcientiam noſtram commit-

ta-

tamus, ſed nobis ſemper ob oculos ponamus pericula, in quibus verſamur, leges, quibus adſtringimur, rationem, quam reddituri ſumus, hoſtes, qui undique in nos impetum faciunt; & caveamus conſentire indelicta. Levit.19,14. Devt.6,13. & 10,13. Pſal.33,8. Prov 3,7. & 8,13. Sir.1,16.26. Pſalm.61,6. Prov.14,26. Eccleſ.7,19. Gen.39,8.9. Exod.1,17.

2 *Juſtificatio.* Loquimur autem de juſtitia Evangelica, per fidem in Chriſtum nobis imputata, eaq; conſiſtit in

1. *ſeria peccatorum agnitione;*
2. *firma fidei in Chriſtum conceptione;* &
3. *nova obedientiæ non fucatæ declaratione.* Rom.3,19. Hab.2,4. Rom.3,25.26. Pſal.32,5.6. Act.15,11. Rom.10,3. Gal.3,6. & ſeqq. Eph.2,8. Phil.3,7.8.9.

3. *Solida in Chriſto conſolationis expectatio.* Pſal 14,8. Luc 10,10 24. Tit.2,13. Act.23,31. Rom. 8,23. Phil.3,20. 1. Theſſ.1,10 2 Pet.3,12.13.

4. *Spiritus ſancti inhabitatio,* cujus templum erat Simeon. Caveamus igitur ne hoſpitem tàm gratum contumacibus abigamus delictis. Rom.5,5. & 8,1.13.15.16.23. & 12,11. & 14,17. Gal. 4.6. 1.Cor. 12,3. 1. Theſſ.5,19. Hagg.2.6. 1.Cor.3,16. & 6.19. 2.Tim.1,14. Jac.4.5. Sap.1,4. Eph 4,30. Pſ.51,12. & 143,10.

5. *Aſſidua templi viſitatio,* ut meditatione ſcripturæ ſacræ Chriſtũ inveniamus. Matth.18,20. & 28,20. Joh.14,23. Apoc.1,12.13,19. Joh.10,27. Luc.11,28.

6. *Chriſti per fidem amplexatio;* quemadmodum de Dionyſio legitur, quòd decollatus caput ſuum in manibus ſuis geſtârit. Joh.6,29. Act.11,23. 2.Theſſ 3,3. Ebr.12,2. Luc.17,5. Marc.9,24. 2.Cor.13.5. 1.Tim.1,5. Joh.8,24. Act.16,31. & 20,21. Ebr.11,6. 1.Joh 3,23. Jer.5,3. Sir.1,34. Rom.9.33. & 10,11.

7. *Ardens & indefeſſa precatio.* Simeoni datum fuit reſponſum, quod orationem præſupponit ardentiſſimam. Pſalm.119,62. Luc.18,1. & 21,36. Rom 12,12. Eph.6,18. 1.Theſſ.5,17. Pſ.18.7. & 34,5.6.7. & 50,15. & 65,3. & 91,14. & 102,17. & 116,1. & 145,18.

IV. Ad *beatam emigrationem quotidiè nos præparando*, quo ſpectat.

1. *Accurata temporis conſideratio,* ut nunc, ἐν τῷ νῦν, agnoſcamus vitæ hujus fragilitatem, nec exſpectemus tempus, in quo non ſumus Domini cogitationum noſtrarum, ut ait Baſilius. Pſ.39,5. & 90,12. Eſa.28,15. Sir.10,12. & 14,12.18.

2. Di-

Mortis meta patienter ab omnibus expectanda.

2. *Dimiſſionis petitio*; metam tamen à Deo poſitam patie expectemus, mortem (1) non leviter invocantes, quod Eliam bum & Jonam feciſſe legimus. Job.14,5.13. Pſal.139,17. Ebr.9 Devt.31,14. Eccleſ.3,3. & 8,8. & 9,5. Sir.17,3. Joh.7,30. & 8,20. E 9,12. Matth.24,43. Luc.12,40. 1.Reg.19,5. Job.3,1. & ſeq. Jon. nec (2) vitam nobis ipſis præcidentes, quod Saulem, Ahito lem & Judam ad inferos adegit, Pſal.90,3 nec (3) mundo hui miùm nos ipſos involventes; 1.Cor.7,31. Phil.3,20. Ebr.13,14. (4) mortem, quæ nil niſi ἀπόλυσις, reformidantes. Rom.7,24. 1,23. Sap.3,3. Matth.9.24. Joh.11,11. 1. Theſſ 4,13. Sir.41,5. Amb us: *Qui vult dimitti, veniat in Hieruſalem, converſationem ha in cœleſtibus veniat in templum, imitetur exempla illorum, in q Deus habitat. Expectet Dominum, accipiat in manibus verbum brachiis fidei, ſpei & charitatis amplectatur, tunc dimittetur, ut no deat mortem, quia viderat vitam.*

3. *Domini profeſſio.* Servi ſimus, non ſatanæ, non mu non mammonæ, non ventris aut carnis, ſed Domini. Matth. Devt.6,13. & 10,12. & 13,4. Matth.4,10. Joh.8,34. Tit.3,3. Phil. Eſa.61,6. Luc.1,74.75. Is enim eſt Dominus

1. *potentiſſimus*;
2. *benigniſſimus*;
3. *juſtiſſimus*.

4. *Verbi divini obſervatio*, quæ ſola à morte æterna hom præſervat. Job.8,51, & 14,6. Devt.32,47. Apoc.20,6.

5. *Tranquilla pacificatio.* Pax nimirùm ante mortem m ineunda eſt cum Deo & proximo. Pſal.4,9. & 34,14. Matth Marc. 9,50. Rom. 12,18. 2. Corinth. 7,15. Sap.3,3. Rom. 5,1. & 14, 17.

Christus ubi ſpiritualiter videatur.

6. *Chriſti viſio.* Nemo enim benè beateque mori putandu niſi qui cum Simeone Salutare Dei viderit. Corporaliter ho ipſum videre non contingit, Act.1,11. videmus autem oculis dis ſpiritualiter, *tùm* in Verbo & Sacramentis eum cognoſce *tùm* fide firmâ in ipſum credendo. Joh.8,56. Ebr. 11, 4. Joh. Qui verò viderunt illum ſpiritualiter, videbunt etiam in fu vita æternaliter. Job.19,27. 1.Corinth.13,12. 1.Johann.3,2. Joh 17,24. *Hîc* ſumus in regno fidei & ſpei; *illic* erimus in regn ſionis. *Fide* incipimus, *ſpe* duramus, *revelatione* totum habebi promiſſum mundi Salvatorem, qui venit, non ut judicet, ſe vet mundum. Eſaiæ 4,6. Johann.3,17. & 12,47. Luc. 9,5 ſit thronus gratiæ, Rom. 3, 25. Ebr. 4,16. non àſcipſo, ſed

muni S.S. Trinitatis conſiliô ἡτοιμασμένος, & in id conſtitutus, non paucis hominibus, ſed omni populo. Pſal.2,6.7. Actor.10,34. Rom.10,12. ut ſit lumen univerſale, Joh.1,9. Luc.1,79. Eſ.9,2. & 42,6. & 49,6. & 60,3. & gloria plebis Israël; huic enim populo peculiariter promiſſu; & miſſus fuit. Matt.15,24. Rom.9,4. & 15,8. omniũ Salvator, 1. Tim.4,10. via quæ non deviat, vita quæ non deficit, Lumen quod non extingvitur, cui ſoli debetur, cum Patre & Spiritu ſancto, laus, honor, gloria & benedictio ſeculis infinitis, Amen.

Chriſtus omnium Salvator.

IN FESTO B. MATTHIÆ APOSTOLI,

EVANGELIUM

Matth.11. à verſ.25. ad finem cap.

DISPOSITIO PRIMA.

MIxtum eſt hoc Evangelium. *Initiò* enim gratias Patri ſuo agit Servator maximas, pro ſucceſſu Evangelii, per Apoſtolos in Judæa & Galilæa non ſine fructu prædicati: *Deinde* perſonam ſuam commendat & demonſtrat: *tandemq;* conſcientias perturbatas verbis ſvaviſſimis, manſvetudinis & miſericordiæ divinæ pleniſſimis, ad ſeſe perhumaniter invitat. Unde patet, eſſe Evangelium prælectum generis *partim* Deliberativi, *partim* Demonſtrativi.

Hiſtoriam Matthiæ quod ſpectat, illa paſſim eſt obvia; quanquam à cordatioribus pleraque in ſuſpicionem fabularum vocentur. Nos compendium rei facturi, & quid de hiſtoria Matthiæ ſtatuendum ſit docturi, verba D. Lucæ Oſiandri adſcribimus. *Matthiam*, inquit ille, *fuiſſe unum ex LXX. diſcipulis credibile eſt, & à ſcriptoribus Eccleſiaſticis adſeritur.* Quòd Abdias refert, Matthiam fuiſſe nobili genere natum, de tribu Juda, ex divitibus parentibus in Bethlehem, uſum Præceptore Simeone, doctiſſimo in lege divina: diſputâſſe in Giſcala urbe Galilææ cum Pontifice, & martyrium paſſum, de his & ſimilibus Lectori judicium relinquo, ego verò ea non credo. Abdias enim adeò fabuloſus eſt, ut ipſe ſibi fidem deroget. Multò autem veriſimilius eſt, quod ſcribitur, (ſcil. à Sophronio) eum in Æthiopiæ quandam maximè agreſtem partem profectum, Evangelion Chriſti docuiſſe, ibique mortuum eſſe. Dorotheus ſcribit, eum in Æthiopia barbaris & carnivoris populis Evangeliũ prædicâſſe, & in Sebaſtopoli prope templum Solis (quod ego non credo) ſepultum eſſe. Plura de Matthia Apoſtolo in Eccleſiaſticis

Vide Prot. Tungerl. part. 2. p. 187. & 188. & Anal. D. Theodorici h. l. Centur. 1. lib. 2. c. 34. Confer. Epit. hiſt. Eccleſ. D. Pappi pag. 31.

Matthias quis.

Matthiæ profeſſio.

ſcriptoribus non extant. Non autem dubium eſt, quin Apoſtolicô munere fideliter functus ſit; ideoque eandem cum reliquis Apoſtolis ac veris Chriſti confeſſoribus à mundo malè grato mercedem tulerit: neque enim eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum.

Matt.10,24 Luc 6,40.

lib. 2 c.40. Matthiæ conſtantia.

Nicephorus hæc de ipſo recitat: Cum verò quæ oportuit, & *verbis & factis*, divino Evangelio annunciando præſtitiſſet, & Chriſto magnam hominum multitudinem accumulâſſet, animô intrepidô & forti martyrii coronam, lapidibus penè obrutus, ad poſtremum ſecuri percuſſus, ſuſcepit. Ideò pingitur ſecurim in manu geſtans. Sed hæc omnia ſub dubia fide manent: deſtituuntur enim infallibili ſacræ ſcripturæ teſtimoniô, quæ de Matthia nihil omniū ſcriptum reliquit, niſi quæ

Matthias cur pingatur ſecurim in manu geſtans.

1. de ejusdem, in locum Judæ proditoris *electione & cooptatione;*

2. de familiari illius cum Chriſto & Apoſtolis, etiam ante aſcenſionem in cœlos, *converſatione;*

3. de oculari aſcenſionis Dominicæ inſpectione;

4. de vocationis, per immediatam Spiritûs ſancti effuſionem factæ, *confirmatione* in Actis Apoſtolorum 1. & 2. cap. leguntur. In Schola enim Chriſti ipſum fuiſſe enutritum, & cum Apoſtolis diu multumque converſatum, ex illis Petri Apoſtoli verbis manifeſtum evadit, quæ Act.1, 21. & 22. habentur.

Egregiè verò cum feſto Apoſtoli congruit Evangelium. Matthias enim ex 70. diſcipulus unus, dedit & ipſe ſua Evangelii de Chriſto prædicatione, ἀφορμὴν ſive occaſionem, ad ἐξομολόγησιν ἢ δοξολογίαν hancce inſtituendam.

Partes enarrationis tres conſtituemus, contemplaturi

1. devotam Chriſti gratiarum actionem;

2. rotundam perſonæ deſcriptionem ſive demonſtrationem;

3. amicam invitationem.

PARS I.

Primam Evangelii partem quod ſpectat, obſervationem vel maximè meretur,

1. temporis notatio: In illo tempore reſpondens Jeſus dixit. Reſpicit nimirùm Evangeliſta præcedentia, ubi multis conqueſtus fuerat Salvator Optimus, de ſummo Evangelii contemtu, apud illos præſertim, qui aliquâ ſapientiæ, virtutis, dignitatis, erud tionis & potentiæ opinione præ cæteris eminebant; paucis interim, iisq; ex vulgari & infima quaſi plebis fece, obſcuris & contemtis homi-

nibus illud amplexantibus. In media itaq; querela, per ἀποστροφὴν quaſi quandam, oratione ad Patrem converſâ, non fieri iſtud ex imbecillitate & impotentia Evangelii, ſed bona Dei voluntate oſtendit. Neq; arripiendam hinc occaſionem contemnendi Evangeliũ, ſed Deum potiùs celebrandi ac prædicandi materiam. Alii gratiarum hanc actionem à Chriſto tum dictam volunt, quando redierunt 70 diſcipuli, qui ad docendum Evangelium emiſſi fuerant, Luc. 10, 1 Dn. D. Chemnitius verò in ea eſt ſententia, Chriſtum inſignem hanc gratiarum actionem diverſis temporibus, *aliâ* atque *aliâ* occaſione, iisdem verbis repetere voluiſſe, Matth. 11, 25. & Luc. 10, 21. more Prophetis etiam in V. T. uſitatô: Jer. 23, 5. & 33, 14. Ezech. 18, 23. & 33, 11 non obſtante, quòd Auguſtinus (referente Pelargô) credibile putet, ſemel duntaxat à Chriſto dictum eſſe.

Hunn. in Matt. p. 373 Pelarg. quæſt. in Matt. 141. b

lib. 2. c. 3?. de conſenſu Evangeliſt.

Illud hoc locô etiam quæritur: Cur reſpondiſſe dicatur Jeſus, cùm nulla præceſſerit interrogatio? D. Hunnius contendit, & fortaſſis haud abs re, præceſſiſſe quendam ſermonem, ad quem ipſe reſponderit. D. Chemnitius verò, eã eſſe, ait, ratione Hebræi vocabuli עָנָה, ut ſæpè uſurpetur cum verbo, (dicere) ubi nemo manifeſtè quæſtionem aliquam proponit. Significari autem, novã orationem ſuperioribus attexi debere, ut ſit particula continuativa, hoc ſenſu: reſpondens dixit, h. e. ad præcedentia & hoc adjunxit.

Vide harm. Evang. D. Chemn. c. 56. p. 954.

II. Ipſa Chriſti oratio ſive gratiarum actio. Hîc quatuor potiſſimùm circumſtantiæ in conſiderationem veniunt:

1. Quis gratias agat? Jeſus, Salvator noſter, à ſalvando ita nuncupatus, Matth. 1, 21. Eſtque nomen Jeſus concretivum, totam perſonam θεάνθρωπον connotans.

2. Cui gratias agat? Patri ſuo cœleſti. Ita enim ait: Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ. Quæritur hoc loco,

1. de voce vel phraſi confitendi? Hieronymo quidem confiteri idem eſt, quod gratias agere. Chemnitius verò ita: Sicut Hebræum הוֹדָה & confeſſionem & gratiarum actionẽ ſignificat: ita Græci interpretes utramq; ſignificationẽ unô verbô ἐξομολογεῖσθαι exprimere voluerunt. Et poſt pauca: Significatur enim non ſimpliciter tacita & privata quædam gratiarum actio, ſed quæ fit expreſſâ & ſonorâ voce: ſicuti quando in cætu vel canuntur hymni, vel recitãtur laudationes & gratiarum actiones, ſive id fiat à toto cætu, ſive ab uno aliquo publicè in cætu. Et utrumq; græcô vocabulô ὁμολογεῖσθαι indicatur. Ὁμολογεῖν enim inſinuat id, quod commune & publicũ eſt: Et præpoſitio ἐξ ſignificat illud fieri liberâ & ſonorâ voce. Hæc ille. Eſt ergò confiteri, ſecundũ Hebræi ſermonis proprietatẽ,

Confiteri quid ſignificet.

T 2 idem

idem quod laudare, celebrare, prædicare, gratias agere. Qui n. gratias agit, is cõfitetur, & agnoſcit, & prædicat beneficiũ ſibi præſtitũ.

Chriſtus cur patrem ſuum vocet Dominum cœli & terræ.

2. Cur Patrem ſuum vocet Chriſtus Dominum cœli & terræ? Propter *1. creationem:*

2. rerum creatarum conſervationem:

3. admirabilem rerum omnium gubernationem, quæ infinitam Dei potentiam & ſapientiam demonſtrat:

4. rei de qua loquitur declarationem. Quia enim auditorum animos ſubire poterant cogitationes, contemtum Evangelii derogare majeſtati, authoritati & omnipotentię Dei; *aut* certè argumentum eſſe imbecillitatis doctrinæ: ideò authorem ejus nominat Dominum cœli & terræ, *non fieri hoc* oſtendens, ex quadam Dei ἀδυναμίᾳ; *vel* quod Evangelium non ſit dignum meliori conditione, melioribúsve auditoribus, ſed ob cauſam aliam, quæ jam ex tertiæ & quartæ circumſtantiæ enodatione ultrò pateſcet.

3. Propter quid, vel qua de cauſa gratias agat? quæ ſit materia δοξολογίας inſtitutæ? Quia, inquit, abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelâſti ea parvulis. Geminam nimirùm oſtendit *ſive* cauſam, *ſive* materiam, ſuæ δοξολογίας. quarum

1. eſt ἀπόκρυψις, occultatio;

2. ἀποκάλυψις, revelatio: quòd myſterium Evangelii occultârit σοφοῖς καὶ συνετοῖς, ſapientibus & prudentibus; revelârit contrà τοῖς νηπίοις, parvulis. Quæritur

Sapientes & prudentes in Matthæi c. 11. qui ſint?

1. qui ſint h. l. *ſapientes & prudentes?* Non ſanè viri in politicis & œconomicis rebus periti, quæ peritia ſuam habet ſuô locô commendationem: ſed illi, qui poſtpoſitô Dei verbô ſibi ipſis ſapiunt, & ſuopte ingenio alias ſalutis vias comminiſcuntur. Auguſt. *interpretatur per irridendos, arrogantes, falſo-grandes temerè tumētes.* Paulus vocat ſapientes hujus mundi, quærentes ſapientiam, ſapientes ſecundum carnem; h. e. qui opinione humanæ ſapientiæ inflati, ſecurè contemnunt Dei ſapientiam in Verbo revelatam, nec volunt fieri ſtulti, ut ſint ſapientes.

Serm. 8. de verb. Dom. 1. Cor. 1, 21. 25. 1. Cor. 3, 18.

Parvuli in hiſtoria Evangelica Matthæi c. 11. qui ſint. Varino νήπιοι ſunt; μηδέπω βαθεῖαν σύνεσιν ἔχοντες. [?]

2. Qui dicantur parvuli? Græcum νήπιος, refertur *non tantùm* ad ætatẽ puerilem, cui reſpondet Hebræum, עֲוִל; *ſed & ad animum*, & ſignificat hominem *tùm* ingeniô & moribus ſtultum, imprudentem, imperitum, pueriliter ſeſe in negotiis gerentem; *tùm* ſimplicem & credulum, qui non eſt callidus, cui facilè perſvadetur: huic correſpondet Hebræum פְּתִי. Parvulos itaq; dicit Salvator eos, qui ſimplicem verbi divini ductum ſequuti, myſteria, rationis humanæ captum exſuperantia, ſimplici adſenſu amplectuntur.

3. Quo

3. *Quo ſenſu Chriſtus dicat Patrem abſcondiſſe myſterium Evangelij à ſapientibus hujus ſeculi, revelâſſe verò parvulis?* Chriſtus quo ſenſu dicat Patrē abſcondiſſe Evangeliū à ſapientibus & revelâſſe parvulis.

Non certè eô ſenſu, q. invideret ullis vel ſalutem, vel media ad ſalutem ducentia: multò minùs hoc ſenſu, ac ſi Patre volente, ordinante, adjuvante, efficaciter operante, ſapientes ſpernant, abjiciant & perſequantur Evangelium: (pugnant hæc omnia cum paterno ejus in homines affectu, Ezech.18,28. & 33,11. 1. Tim.2,5. 2.Petr.3,9.) ſed ſcriptura dicit abſcondi illud, quod non revelatur, non indicatur. 1.Sam.20,2. 2.Reg.4,27. Revelationem quod ſpectat, loquitur Chriſtus de ea revelatione, quæ non tantùm per externum miniſterium foris proponitur, ſed quâ etiam mens ad veram agnitionem & fidem illuminatur. Eph.1.18.

4. *Cur autem lætatur Chriſtus ob Evangelij cognitionem à ſapientibus hujus ſeculi abſconditam?* Lacrimarum potius materia, quàm gaudii & ἀγαλλιάσεως videri poterat iſthæc hominum ἄνοια καὶ ἄγνοια? Chryſoſtomus reſpondet, *non lætari Chriſtum, quia ſapientes non cognoverint, ſed quia parvuli perceperint. Alij* pro utroque gratias egiſſe volunt; & *quòd* Pater abſconderit quibusdam, & *quod* aliis aperuerit arcana ſua: *illic* enim juſtitiam, *hic* miſericordiam indicari, uti annotavit Pelargus d.l. Chriſtꝰ cur lætetur ob Evangelii cognitionē à ſapientis bus abſconditam?

4. *Cur ita gratias agat?* Ubi Salvator rationem diſpoſitionis hujus deſumit à cauſa finali his verbis: Certè (ita) Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te. Cauſam hoc ipſo occultationis & revelationis omnem ad εὐδοκίαν ſive beneplacitum Patris ſui referens, quæ conſtituitur αἴτιον ἀνεύθυνον, cauſa ſuprema, in qua nobis acquieſcendum. Ut enim gratia ſit gratia (verba ſunt D.Chemnitii) & excludatur omnis gloriatio, *ne vel* ex prærogativa ſapientiæ putentur vocari, *vel* ſapientia ſeculi aliquid conferre ad agnitionem Evangelii, ideò quando non volunt ſtulteſcere coram Deo, juſtô Dei judiciô excæcantur. Et hoc vocat Chriſtus εὐδοκίαν. Verbum enim εὐδοκέω & εὐδοκία ſignificat non ſimpliciter voluntatem, ſed reſpondet verbis חָשַׁק & רָצוֹן, quæ ſignificant, propensô animô & peculiari benevolentiâ erga aliquem eſſe affectum. Particula ναὶ eſt h. l. approbantis vel acquieſcentis, q. d. recht/ recht du lieber Vater! Sic juſtum eſt coram te: quia enim ſapientes hujus ſeculi doctrinam Evangelii contemnunt, parvuli tamen gratis animis illud recipiunt: bona & juſta vel voluntas tua, *tùm* in Evangelio à ſapientibus abſcondito, *tùm* in Evangelio pervulis revelato. Utrumque bonum, licet *alterum* ſit juſtitiæ, *alterum* miſericordiæ.

Sapientum reprobatio an ſit Dei bona voluntas.

Quæritur hoc loco, an cauſa reprobationis ſit mera Dei εὐδοκία? Vel: an hæc ſit Dei bona voluntas, ut ſapientes in ſua cæcitate & ignorantia Evangelii pereant? Reſp. Diſtingvendum inter voluntatem Dei antecedentem & conſequentem; *prior* eſt miſericordiæ, *poſterior* juſtitiæ divinæ. Hoc loco agitur de conſequente ſeu judiciaria Dei voluntate. Vide uberiorem explicationem apud D. Hunn. in Matt. p. 373. & D. Gerh. Tom. 2. L. C. p. 313. & 314.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

Chriſti humana natura unde ſtabilienda.

I. De veritate humanæ naturæ in Chriſto, cujus infallibile teſtimonium eſt, quòd non tantùm corpus & animam rationalem, ſed ἴδια quoque πάθη propriasque hominis affectiones habuiſſe legatur; hoc locô ob ſucceſſum Evangelii exultat & lætatur. Hinc dicitur ſemen Abrahæ Matth. 1, 1. Hebr. 2, 6. Rom. 9. 5. & Davidis, 2. Sam. 7, 12. Pſalm. 89, 36. & 132, 11. 2. Tim. 2, 8. Jer. 23, 5. & 33, 1. Rom. 1, 3. Apoc. 22, 16. 17. radix Jeſſe, Eſa. 11, 10. Rom. 15, 12. Semen mulieris. Gen. 3, 15. filius Mariæ, vel natus ex Maria. Eſaiæ 7, 14. Matth. 1, 16. 23. 25. & 2, 11. & 12, 46. Luc. 2, 48. Johann. 19, 25. præditus animâ rationali. Matth. 26. 38. Luc. 23, 46. Eſaiæ 53, 11. Vid. locos.

Chriſtianorum officiũ

II. Noſtrum quoque eſt de Evangelii proſpero ſucceſſu & plurimùm lætari, & ardentiſſimis eundem votis Deo commendare. Rom. 12, 15. Eſa. 9, 3. & 25. 10. & 29, 19. & 51, 3. & 65, 18. & 66, 10. Jer. 15, 16. Joel. 2, 23. Exod. 18, 9. Nehem. 12, 43. Pſal. 34, 3. & 35. 9. & 51, 11. & 73, 28. & 84, 3. & 95, 1. & 122, 1. & 132, 9. & 137, 6. & 119, 162. 2. Sam. 6, 12. Luc. 1, 47. & 19, 37. Phil. 1, 4. & 4, 4.

III. Pro revelatione & conceſſione Evangelii benigniſſima gratos nos Deo exhibeamus. Pſalm. 50, 14. & 105, 1. & ſeqq. 1. Tim. 1, 12. 1. Corinth. 1, 4. 5. 2. Corinth. 1, 3. Eph. 1, 3. & ſeqq. Phil. 1, 3. 4. 5. Coloſſ. 1, 3. 4. 12.

Mundi Autor Deus.

IV. Mundus non eſt à ſeipſo, ſed authorem & creatorem habet Deum. Gen. 1, 1. Job. 9, 8. Pſal. 134, 4 Eſ. 45, 6. 7. Jer. 10, 11. Mal. 2, 10 Hebr. 3, 4. Rom. 1, 19. Act. 14, 14.

Hoſtes Chriſti

V. Sapientes hujus ſeculi plerunq; deprehenduntur hoſtes Chriſti, & perſecutores Eccleſiæ partim manifeſti, partim clandeſtini. Joh 7, 48. Rom. 8, 5. 6. 7. 1. Cor. 1, 26. Phil. 3, 18.

VI. Laterem lavant cum Arianis Neo-Photiniani, ex hac Chriſti ἐργολογίᾳ ejusdem divinitatem impugnare præſumentes,

ac ſi hoc ipsô Patre ſe minorem eique inæqualem ſe cognoverit. Nam 1. Chriſtus hic in forma ſervi coram Patre ſeſe humiliat, omnia ipſi transſcribens, quæ officii ratione in terris peragebat. 2. Committitur fallacia finis; non enim ideò gratias Patri agit, ac ſi ipsô ſeſe inferiorem Deitatis ratione cognoſceret, ſed ut Patrem coram mundo glorificaret. Johann. 7,16. & ſeqq. & 8,50. & 11,44. & 17,4.

VII. Eccleſia ex ſplendore externo, ſchemate ſapientiæ & multitudine adhærentium non eſt æſtimanda, quod contra Pontificios, nothas haſce Eccleſiæ ſuæ notas ad ravim uſq; inculcantes, eſt obſervandum. Eſ. 49,7. & 54,11. Soph. 3,12. Luc. 12,32. 1. Cor. 1,26.27 Pſal. 22,17. & 74,21. Neh. 4,2. Joh. 7,48.

IIX. Ex myſteriorum divinorum abſconſione, καὶ εὐδοκίαν Dei factâ, nullatenus ſequitur, abſolutô hoc Dei odiô, vel abſolutâ ejus voluntate fieri. Etſi enim in negotio Electionis & ſalutis noſtræ ſola & unica Dei εὐδοκία dominatur & celebratur: Rom. 8,28. 2. Tim. 1,9. non tamen abſoluta prorſus illa eſt voluntas, certum ordinem, certas cauſas & media ſalutis omnia excludens. Marc. 16,16. Joh. 3,16. Act. 16,31.

IX. Voluntate miſericordiæ, quam antecedentem vocamus; Deus omnes homines ſeriò cupit ſalvos. 1. Timoth. 2,4. Tit. 2,10. 2. Petr. 3,9. Roman. 11,32. Luc. 19,41. Ezech. 33,11. quemadmodum & omnibus Redemtor datus. 1. Tim. 2,5. 2. Cor. 5,15. 2. Petr. 2,1. omnibus quoq; promiſſiones univerſales de gratia Dei & remiſſione peccatorum annunciari jubet. Matt. 28,19. Marc. 16,15. Act. 17,30.

X. Dei εὐδοκία, voluntas ſeu beneplacitum ſuprema quidem ſalutis noſtræ, omniumq; myſteriorum fidei ratio ac cauſa unica eſſe debet, mille humanis rationibus, & omnibus quæſtionibus περὶ τοῦ πῶς præferenda: ita tamen, ut in Chriſto omnia fundata & rata ſint, Act. 4,12. 1. Cor. 3,11. Eph. 1,3.4. & ſeqq.

XI. Falſus itaq; fuit Cinglius, gentilium heroibus, virtutis ſtudiô præ cæteris inſigniotibus, vitæ æternæ participationem adſcribens. Joh. 3.16.17.18. Marc. 16,16. Eph. 2,12.

XII. Non offendamur miſeriâ illâ Eccleſiæ ſpecie, quando videmus, ſapientes negligere, contemnere, perſequi; parvulos contrà, ſpretos & abjectos homines amplecti Evangelium. 1. Cor. 1,26. Matt. 11,6. Eſ. 8,14. Matt. 13,17.

XIII. Nullum verò præſentius remedium eſt contra hoc ſcandalum, quàm ſi ab illa ſpecie abjecta oculos avertamus, & à que-

querelis animum ad juſtitiam & bonitatem Dei revocemus, arcana ejuſdem judicia reverenter adorantes, & in beneplacitô ejus ſanctiſſimo acquieſcentes.

Sapientiam & prudentiam an Deus absq; Evangelii contemptu damnet.

XIV. Sapientiam & prudentiam, maxima Dei dona, Chriſtus non abjicit, non damnat, ſed ne ſapientiâ humanâ ad Evangelii contemtum abutamur, nec meritis noſtris in ſalutis negotio efferamur, graviter monet. Jerem. 9, 23. 1.Corinth. 1, 29. & 3, 18. & 4, 7.

XV. Danda eſt opera, ut ratio attollens ſe ſapientiâ ſuâ adverſus Evangelii myſterium, in fidei obſequium captivetur. 2. Cor. 10, 5. Eph. 1, 6. 1. Cor. 2, 14.

XVI. Simplicitati ex adverſo Chriſtianæ quàm maximè ſtudeamus, fide ſimplici verbo revelato adhærentes, ejusq; ductum ad amuſſim ſequentes. Matt. 10, 16. & 18, 4. Rom. 16, 29. 2. Cor. 1, 12. & 11, 3. Pſ. 25, 21. & 116, 6. & 119, 130. Act. 2, 20. Col. 2, 8.

PARS II.

Εὐδοκίαν ſuam Pater cœleſtis, de ſalutis noſtræ impetrandæ & obtinendæ ratione, revelavit in Filio & per eum. Is enim eſt ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς fidei ac ſalutis noſtræ, Hebr. 12, 2. quid ergò de perſona ejus ſentire debeamus, jam porrò edocet. Commendat autem ſuam nobis perſonam,

1. *à Naturarum duplicitate.* Ad divinitatem ſpectat id, quòd

1. *Deum Patrem ſuum nominat*, non adoptione, ſed generatione æterna;

Chriſtus cur ſolus Patrē nôſſe dicatur.

2. *Patrem ſolus nôſſe dicitur*, intimô nimirùm notitiæ cognitionis gradu, qui eſſentiæ divinæ eſt proprius. Ad humanitatem referendum eſt illud, quòd omnia ſibi à Patre ſuo tradita eſſe adſeverat. Manet enim antiquitatis regula firma & inconcuſſa: Quæcunque ſcriptura Chriſto in tempore data eſſe dicit, ea non ad Divinitatem, (cui in tempore nihil dari vel accedere poteſt;) ſed ſolam humanitatem reſtringenda ſunt. Ea enim cùm creatura ſit, per perſonalem cum divinitate Unionem, ex gratia in tempore accepit omnia, quæ ὁ λόγος per naturam, vel æternam à Patre generationem habuit ab æterno. Atque ita ulteriùs commendat perſonam ſuam,

2. *à communicata ſibi divina Majeſtate*, ad quam ſpectat

1. *potentia divina*, iſtis verbis notata: Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Jam cui omnia tradita ſunt à Patre, is divinam reverà habet, poſſidet & quando vult exercet potentiam. Neque

dis-

Digitized by Google

diſſimulat hanc omnipotentiæ divinæ communicationem poſt Reſurrectionem, Matth. 28, 20.

2. Sapientia; ſcientia & notitia divina. Nemo novit Filium, niſi Pater. & nemo novit Patrem, niſi Filius. Quis verborum iſtorum ſit ſenſus, ex ſequentibus D. Chemnitii verbis colligere promptum eſt: Loquitur de tota perſona & officio Filii Mediatoris. *Quòd* illa perſona, ita tunc exinanita, ſit in forma Dei: *quòd* omnes theſauri cœleſtium bonorum, ad ſalutem generis humani, in illam perſonam collati & depoſiti ſint: *quòd* & quomodo ad nos deriventur: *quid* accipiamus & habeamus in Chriſto: *quomodo* ab ipſo gubernemur & conſervemur, nemo novit niſi Pater. Is verò nobis hæc omnia manifeſtat, Filiumque nobis revelat, Harm. Evang. c. 57. p. 961.

1. voce Evangelii mentem illuminando;

2. voluntatem & cor renovando;

3. fidem, Chriſtum agnoſcentem & amplectentem, accendendo. Dilatatur è natura relatorum, reciprocâ nim. Filii notitiâ: Et nemo novit Patrem, niſi Filius. D. Chemnitius ita exponit: Non de ſola eſſentia loquitur, ſed præcipuè de voluntate; *quid* nimirùm de nobis Pater ſtatuat; *quomodo* erga nos affectus ſit, in cruce præſertim & tentationibus, *quòd & quomodo* nos recipiat, donet gratiam, ſalutem & vitam æternam, gubernet & defendat nos; hæc & ſimilia nemo novit, niſi Filius. Hæc ille.

Quæritur, an Spiritus ſanctus à reciproca hac notitia excludatur? Inde enim perſonarum ſequeretur inæqualitas? Reſp. Nullô verò modô. Propoſitiones enim iſtiusmodi non *excluſivè*, ſed ob eſſentiæ unitatem *incluſivè* ſunt accipiendæ. Hinc D. Chemn. d. l. Excluſiva nemo (inquit) opponitur omnibus creaturis. Veram eſſe hanc ſententiam, patet ex parallelo iſthoc D. Pauli, 1. Cor. 2, 11. quæ Dei ſunt, nemo novit, niſi Spiritus Dei, qui omnia ſcrutatur, etiam profunditates Dei. Jam quemadmodum in dicto Paulino non excluditur Filius: ita neque in dicto Salvatoris Spiritus ſanctus à notitia vel Patris, vel Filii. Spiritus S. an à notitia Patris & Filii ſit excludendus.

3. Revelationis gratiâ. Ne enim quis exiſtimet, Filium iſtam Patris notitiam in ſeſe abſconditam retinere, illam ſeſe cum hominibus communicaturum profitetur: Et cui Filius voluerit revelare. Se ergò eam velle revelare diſertè adfirmat. Verbum βέλεσθαι ſignificat hoc loco complacitum habere, & cum amore ac benevolentia amplecti. Sic quod ſuprà dixerat εὐδοκίαν, hic ſimpliciter nominat voluntatem. Βέλεσθαι in Evangelio Matthæi c. 11 quid ſignificet.

Significat autem, non ſecundum merita, aut reſpectu dignitatis Filium revelare notitiam Patris ac ſui, ſed ex mera gratia & beneplacito, idque cum delectatione quadam, & propenſiſſimo erga genus humanum affectu. Eſt enim λόγος ille ἐξαγγελτικός, qui in ſinu Patris exiſtens omnia nobis enarravit. Senſus itaque eſt, quòd abſque revelatione per Filium in verbo Evangelii exteriùs, & per Spiritûs ſancti illuminationem interiùs factam, nec eſſentiæ, nec voluntatis divinæ ſalutaris & ſalvifica cognitio cuiquam hominum in hac vita obtingere poſſit. Ne verò imaginatione particularitatis quiſpiam turbetur, immediatè ſubjungit univerſalem, de qua mox tertiâ videbimus parte, ſi priùs de praxi quædam monuerimus.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Teſtimonium habemus gloriæ Majeſtatisque divinæ generatim, at omnipotentiæ ſpeciatim, humanitati Chriſti, vel Chriſto quâ Homo eſt, communicatæ. Joh.3,35. & 13.3. Matth.28.18. Ebr. 1,2. Matth.9,6.8. & 10,1. Joh.5,27. Eph.1,20.21. Apoc.5,12. Dan.7,14.

Vide Apolog. Saxon. p. 85. & 86. II. Verbis autem iſtis, (omnia mihi tradita ſunt:) nullatenus χρῆσιν vel uſurpationem plenariam & inceſſantem acceptæ vel communicatæ Majeſtatis juxta carnem adſcriptam ſibi voluit. Quia enim propter intervenientem Exinanitionis ſtatum uſu Majeſtatis ſeſe abdicavit, ut pati & purgationem noſtrorum peccatorum perficere poſſet; hinc adeò fit, ut ratione plenariæ uſurpationis conſtitutus fuerit Dominus ſuper opera manuum Dei, in die Exaltationis ſuæ ad dexteram potentiæ divinæ. D. Hunn. in Matth. p.379.

III. Chriſtus eſt verus Deus, à Patre ſuo ab æterno genitus, illique planè ὁμοούσιος, ejuſdem cum ipſo eſſentiæ, potentiæ & ſapientiæ. Prov.8,22.23. Mich.5,2. Joh.1,1. & 8,58. Col.1,17.18. Matth. 16,16. Act.20,28. Pſ.45,7. Eſ.25,9. Oſe.1,7. Rom.9,5. Col.1,15.

IV. Si omnia Chriſto, quâ Homini tradita ſunt à Patre, utique *nihil* excluditur ipſi non traditum; *neq;* vel ſola licentia, *vel* ἐξουσία, *vel* limitata potẽtia notatur, quod volunt Calviniani: ſed ipſiſſima, infinita omnipotentia, quæ dominium cœli & terræ complectitur. Matth.11,25. Ebr.1,2. Apoc.5,12. Pſal.8,5. Dan.7,13.14. Matth. 28,18. 1.Cor.15, 26.27.

V. Rex itaque evaſit ſecundum utramque naturam; ſicut etiam ſecundum utramq; naturam eſt noſter Mediator, Redemtor

&

& Propheta, licèt in ſtatu exinanitionis non dominatus fuerit ſecundum carnem omnibus creaturis. Apol. Sax. ſect.1. cap.5.pag.69. Differunt enim Regem eſſe, & regnare. ibi. pag.82.

VI. Maria non habet omnia à Patre & Filio ſibi tradita; falsò igitur à Mariolatris Regina cœli ſalutatur. Eſ.42,8. Pro matre nos Filium jure adoramus κτ. τὸ συναμφότερον, Pſ.45,11.12. Ebr. 1,8.9. Pſ.72,11. & 86,9.10. & 95,6.7. Eſa.45,22.23. Rom.14,10.11. Phil. 2,9.10.11.

VII. AntiChriſtianæ inſolentiæ nota eſt, quòd Papa Julius II. in Concilio Lateranenſi ſibi adclamari paſſus eſt; tu es omnia, & ſuper omnia & poteſtas tibi data in cœlo & in terra.

IIX. Verbis Chriſti, nemo novit Patrem, ſumma hominum in rebus Spiritualibus ἀδυναμία notatur, Eph.4,18. 1.Corinth.2,14. 2.Cor.3,5. Matth.16,17.

IX. Chriſto itaque Doctore opus habemus, extra quem impoſſibile eſt agnoſcere Patrem, & ſtatuere, quod & quomodo Deus ſit Pater noſter, Joh.1,18. Deut.18,15. 18. Eſa.42,1. & 50,4. Matth.3, 11.12.17. & 17,3. Luc.7,16. & 24,45. Joh.4,19. & 6,14.

X. Evangelium non eſt naturâ notum, ſed eſt myſterium à ſeculis in Deo abſconditum, in Filio verò nobis revelatum, Joh.1,16 18. Marc.4,11. Rō.16,25. 1.Cor.4,1. Eph.1,9. & 3,3.4.9. Gal.1,12. Col.1,26

XI. Emergit inde diſcrimen Legis & Evangelii, quòd illa naturâ quadantenus nota, homini quippe primævo per creationem inſcripta, Roman.2,15. hoc verò naturæ humanæ prorſus eſt ignotum, Eph.3,9.

XII. Chriſto omnia ſunt à Patre tradita: Ergô etiam poteſtatē habet, ut ubiq; Eccleſiæ ſuæ, præſertim in S. Cœna adeſſe poſſit & velit, Matt.18,20. & 28,20. Joh.14,3.23. Eph.3,17. Apoc.1,12.13.19.

XIII. Promittenti itaque Chriſto fides adhibenda eſt plenaria. Pſ.33,4. & 111,9. Joel.2,32. Gal.3,14. & ſeqq. 2 Cor.1,20.

XIV. Per rationem naturalem impoſſibile eſt ad notitiam divinæ eſſentiæ pervenire. Matth.11,27. Joh.1,18. 1.Cor.2,14.

XV. Falſum eſt Keckermanni principium, qui Philoſophicis ratiunculis myſteriū S. Trinitatis indagare & ſuperſtruere, auſu plus quàm temerariò præſumſit. Syſtem. Theol. pag.20. & 33.

XVI. Ἄγνωστον enim eſt naturâ nobis & rationi humanæ, unum eſſe Deum eſſentiâ, trinum perſonis. Vid. locos D. Hütteri, pag. 385.

XVII. Meritò à veteribus etiam reprehenſum fuit Eunomii delirium, quòd fides in hac vita tàm perſpicuè, & tàm perfectè agno-

ſcit Patrem & Filium, ſicut Pater novit Filium, & Filius Patre[m] 1. Joh.3,1. 1.Cor.13,12.

XIIX. Plures eſſe in Deitate realiter diſtinctas Perſonas hoc Chriſti aphoriſmo ultrò patet; ubi tamen mentione dua[rum] Perſonarum non excluditur tertia. Gen.1,1.2.& 18,1. Num.6,24.2[…] Pſal.33,6. Eſa.6,3. Matth.3,16. & 28,19. Joh.14,16. & 16,26. 27. Ep[…] 4,6. 1. Joh.5,7.

PARS III.

Reſtat dulciſſima Chriſti invitatio, quâ jubet fideles ſuos
1 venire;
2. jugum tollere vel ſuſcipere;
3. diſcere. Unde tria emergunt partis ultimæ membra.

In membri primi διεξόδῳ expendantur quinq; circúmſtanti[æ].

1. Quis vocet? Is, qui nuper dixerat; ſibi à Patre omnia eſſe [tra]dita, Mediator Dei & hominum, in quo Deus cum hominibus [&] homines cum Deo, ad ſalutem ipſorum ſempiternam, con[j]guntur.

2. Quid agat? Invitat vel venire jubet. In græco eſt voca[bu]lum δεῦτε, eja, quæſo, agedum venire, accedite, quod eſt non [tan]tùm imperantis, ſed & amicè obſecrantis, familiariter adhorta[ntis,] compellantis, deſiderantis, efflagitantis. Germani dicunt; her[an/] heran/ her zu mir.

δεῦτε quid ſignificet?

3 Quem vocet? Omnes. Ne enim quisquam putet, gratia[m] Dei in Chriſto paucis duntaxat & certis quibusdam hominibus propoſitam; quia pauló antè dixerat; cui Filius voluerit revela[re,] ideò benignè omnes ſine ullà exceptione compellat & ad ſe ve[nire] jubet. Additur illuſtratio objecti, oppoſita indignitatis tentatio[ni,] adjectô περιδιορισμῷ expreßè notans, quos venire velit: om[nes] τοὺς κοπιῶντας καὶ πεφορτισμένους, laborantes & oneratos. Κόπος [est] moleſtia ſive defatigatio, ex labore proveniens, generaliter, q[uic]quid in tota vita moleſtiarum & miſeriarum homini accidit. H[inc] verbum κοπιάω, quod exponitur *tùm* activè, negotium faceſſo, de[fa]tigationem adfero; *tùm* neutraliter, labore feſſus ſuccumbo. Φορ[τίον] eſt onus, propriè quod navi imponitur; *generaliter* de quovis on[ere] dicitur; *metaphoricè* de re gravi & moleſta; hinc φορτίζειν, onerar[e.] Dn.D.Chemnitius accommodat ad peccati onus importabile. Ef[…] 4,11. utitur verbo סָבַל à quo vocabulū oneris סֵבֶל dedu[ci]tur. Colligitur ex hac vocabulorum ἐμφάσει, quos Chriſtus a[…] humaniter invitet; nimirùm

κόπος quid ſignificet. Confer. D. Chemn. p. 966.

Φορτίον quid ſignificet.

1.

1. *ceremoniis legis, aut traditionibus humanis prægravatos*; aut in ipſis etiam legis operibus, magnô labore, moleſtiâ & difficultate ſalutem quærentes. Lex enim eſt jugum oneris. Eſ. 9, 4. Matt. 23, 4. Luc. 11. 46.
2. *onus peccatorum, iræ & judicij divini in conſcientia ſua ſentientes*, & ſub onere iſto ita laborantes, ut corde contritô & contribulatô Spiritu deſperabundi circumſpiciant, ubi & quomodo refici queant.
3. *Mole ærumnarum & calamitatum ita preſſos*, ut ſub onere laborantes, nullum mali exitum poſſint invenire.
4. *Quò vocet?* Ad ſe, cui omnia à Patre ſunt tradita, ut in ipſo ſolo ſalutis noſtræ momentum unicè ſit repoſitum.
5. *Cur & quô fine?* Ego reficiam vos;
   1. *liberando à maledictione legis*, ab onere peccati, & pondere iræ divinæ.
   2. *Mitigando ærumnas vitæ hujus:*
   3. Si vel maximè καθ' εὐδοκίαν θεοῦ in ærumnis ſit manendum, *vires & refocillationem ſubminiſtrando.* Græcum ἀναπαύεσθαι uſurpatur communiter, quando à laboribus nos in otium recipimus & quieti tradimus, ut vires exhauſtas recolligamus.

ἀναπαύεσθαι verbi ſignificatio.

Multum lucis accedit huic ſententiæ, ſi terminus à quo παραλλήλως obſervetur. Gen 5, 3. dicit Lamech: διαναπαύσει, conſolabitur, quieſcere faciet nos à labore noſtro, & à dolore manuum noſtrarum. 2. Reg. 7, 11. & 1. Par. 22, 9 dabo tibi requiem ab inimicis tuis. Eſth. 9, 17. dies ἀναπαύσεως dicuntur, quos Iudæi à ſententia mortis liberati celebrabant. Ruth. 1, 9. dicitur invenire requiem; & Ruth. 3. 1. quærerere requiem, ut benè ſit; Apoc. 14, 13. requieſcere à laboribus &c. Hæc collatio oſtendit, quid per τὸ ἀναπαύεσθαι & intelligat & promittat Salvator:

1. *in hac vita refrigerium* ab æſtu miſeriarum, peccatorum & iræ Dei per fidem. Rom. 5, 1.
2. *In altera vita*, plenariam ab omnibus miſeriis & oneribus, quæ nos quà corpus, quà animam premunt, *liberationem*; &
3. *Omnium demum malorum* in veram æternamque quietem, gaudium & gloriam *tranſmutationem.* Eleganter Bernhardus: *Mundus clamat, ego deficiam: caro clamat, ego interficiam: Chriſtus clamat, ego reficiam. Ad quem ibis? Hoc unum invitationis membrum.*

Digitized by Google

Portare jugum quid ſignificet. Secundô membrô jubet nos jugum ſuum portare, q... nonnulli de jugo N.T. accipiunt, in quo populus ſumus Dei ſp... taneus, Pſalm.110,3. ſerviens ei, in ſanctitate & juſtitia omni... diebus vitæ ſuæ, Luc.1,74.75. *Alij* de jugo doctrinæ, quo nom... venit Evangelium, intelligunt, ut reſpondeat ἀντιθέσ..., de jug... gi ... , Eſa.9,4. Act.15,10. Matth.23,4. *Alij* de jugo... væ obedientiæ exponunt. Neque enim Evangeliô ſuô nos v... Chriſtus ad licentiam carnis, ſed ad piam obedientiam, quâ vo... tati ipſius parere, ſtudeamus. *Alij* denique de jugo crucis in... pretantur, quæ ſententia præ reliquis D. Chemnitio arridet. ... enim, inquit, uſitatiſſimum eſt in ſcriptura, quòd jugum de cr... diſciplina & caſtigatione ſeveriori, quâ homines coërcentu... cohibentur, uſurpatur. Quia igitur dixerat; venite ad me... Ego refocillabo vos; mox attexit admonitionem de cruce, ne... nalem refocillationem imaginentur; ſed illis, quos refocil... dos ſuſcepit, opus eſſe in hac vita jugô, quô malitia & petulan... carnis reprimatur, coërceatur & cohibeatur.

Harm. Evang. pag 570.

Tertiô demum membro Præceptorem agit Chriſtus, & à... exemplo discere nos jubet duas virtutes; quarum

1. Eſt πρᾳότης, *manſvetudo*; (πρᾶος eſt homo lenis, man... tus, humanus, clemens, placidus, qui moderatè adverſa fe... poteſt:)

2. Ταπεινότης, *humilitas*. Ad crucem enim moderat... rendam nihil virtutibus iſtis accommodatius, nihil utilius, ... magis neceſſarium. Ceterùm ut ubique faciliores & obſeq... tiores habeat diſcipulos, Colophonis loco ſubjicit τὰ ..., argumenta perſvaſionis tria, ex loco ... , utili... ac facilitatis petita. Horum

1. Eſt quietis ſvavitas. Promittit enim per fidem ad ſe v... entibus ἀνάπαυσιν, tranquillam ac pacatam conſcientiam, cer... de bona Dei voluntate, licèt caro prematur jugo crucis.

Crux cur à Chriſto vocetur jugũ. *2. Jugi commoditas.* Suum jugum vocat crucem, quia

1. Chriſtus ipſe pro ſua voluntate illud imponit;

2. Illius exemplô nos portamus;

3. Diſcrimen oſtendit, inter crucem piorum, & flagella ... piorum;

4. Corpore ſuô ſanctificavit;

5. Gratiâ ſuâ moderatur, ut ſit leve; & Spiritu S. ſuo me... conſolatur, ſuſtentat & confirmat, ut patientiam & ... dientiam Deo præſtare poſſint. Hinc jugum efficitur

ve, bonum, jucundum, gratum & utile, χρηϛὸν, idem quod χρήσιμον.

3. Oneris levitas. Græcè ἐλαφρὸν, à levitate & agilitate cervorum: (ἔλαφος enim græcis cervus eſt) q. d. κοῦφον καὶ εὐβάστακτον. Leve dicitur Chriſti jugum.

1. quia *nil niſi charitatem præcipit;*
2. quia *auxilio divino ſublevatur;*
3. quia *ſpem & retributionem habet æternam.*

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Teſtimonium φιλανθρωπίας καὶ χρηϛότητος ineffabilis præbet blandiſſima Chriſti invitatio, dulciſſimam conſolationem ſuppeditans iis, qui delictorum ſuorum mole preſſi ſeriam agunt pœnitentiam, invitationi huic morem ita gerentes. Matth. 9,13. & 18,11. 14. Luc. 19,10. Johann. 6,37. 1. Timoth. 1,15. Tit. 3,4.

II. Vocatio Chriſti eſt univerſalis, ad omnes homines, etiam impios, ſeſe extendens. Omnes enim peccatorum pondere onerati laborant. Marc. 16,15. Matth. 28,19. Luc. 24,47. Actor. 17,30. Coloſſ. 1,28. Pſalm. 19,5. Roman. 10,18. & 15,18. Eſa. 65,2. Actor. 13,46.

III. Noſtrum eſt vocationi obtemperare, & omnia obſtacula removere, ut Patre trahente, Filiô vocante, & Spiritu S. per Verbum & Sacramenta operante veniamus. Pſalm. 95,8. Eſaiæ 45,22.

IV. Errant Pontificii, Chriſtum ut iratum judicem hominibus proponentes, ad quem non niſi interceſſorum & mediatorum aliorum interventu pateat aditus. Eſa. 42,2.3. Eph. 2,18. Ebr. 4,16.

V. Errant non minùs Calviniani, noxiâ ſuâ particularitate Dei nobis voluntatem dubiam & incertam facere adlaborantes, Rom. 10,13.

VI. Errant etiam Novatiani, in peccatum poſt Baptiſmum vel regenerationem ſemel prolapſos, in Eccleſiam non ampliùs recipiendos impiè admodum ſtatuentes. Eſa. 1,18. Jer. 3,22. & 25,5. Oſe. 14,5. Rom. 5,20. Matt. 12,31. Rom. 14,1. 2. Tim. 4,16.

VII. Multa & innumera ſunt onera, quæ genus humanum miſerrimè premunt, & tantùm non opprimunt. Job. 7,1. & 14,1.2. Pſalm.

Digitized by Google

Pſalm.39.6.11. Gen.47,9. 2.Sam.14,14. Pſalm.90,11. Eccleſ.
Sir. 40,1. & ſeqq.

IIX. Graviſſimum verò omnium eſt onus peccati, qu ſcientia gravatur, & in infernum uſque deprimitur homo tor, niſi per Chriſtum fiat reconciliatio, Pſal.38,5. & 90.8. Pr & 14,34. Eſa.64,7.

IX. Oneribus itaque quibuſvis gravati Chriſtum acc invocent, opemque illius cum fiducia implorent; qui vaſtiſſima peccatorum mole nos liberavit, reliquis quoqu ribus medicinam facilè invenire poteſt. Eſa.53,4.5.6. Johan 1.Joh.1,7. & 2,2.Pſal.34,6.6. & 130,7.8.Ebr.1,3.Apoc.1,5. 1.Pe Eſaiæ 55,6.7.

X. Miſſos interim faciamus ſanctos demortuos, oneris ſublevationem nihil quicquam conferre poſſunt. Eſa Pſal. 49.8.9 1.Tim.2,5.

XI. Poſſet non inconvenienter hoc locô differi de p originali, cujus ea eſt natura, ut ab ejuſdem mole nullus num (ſolô Chriſtô exceptô) immunis eſſe queat. Extenua que nullo modo debet Job.14,4. & 15,14. Pſalm.51,7. & 90,8 3,9. & ſeqq. & 5,12. & 6,8.

XII. Ad Chriſtum non veniunt,

1. *Propriæ juſtitiæ perſvaſione turgidi, legiq; Dei ſe ſatis poſſe ſ præſumentes;*
2. *Epicuræi*, peccata nec ſentientes, nec curantes: Eph. 4,
3. *Delitiis & illecebris hujus mundi ita dementati*, ut miſerian non agnoſcant, nec de gratia Dei impetranda cogitent
4. *In peccatis ſuis deſperantes.* Cauſa damnationis hæret i Oſe.13,9.

XIII. Chriſtus eſt noſtrum refectorium, reficiens no conſolando; tùm onus mitigando; tùm planè pro bona tate tollendo.

XIV. Evangelium non ſtabilit licentiam carnis, ſed gum præceptorum Chriſti nos cogit. Eph.4,20. 1.Cor.9,21. E Phil.2,5. Rom.6,12. & 7,6. & 8,12.13. Luc.1,75.

XV. Credentes autem ambulant in bonis operibus, n xta rigorem legalem, ut *vel* perfectâ obedientiâ legis acquir lutem, *vel*, ſi quid deſit, damnentur; ſed gratiam Dei, hoc eſt rationem à maledicto legis & ſalutem habent in Chriſto per ideò obedientia per Spiritum S. inchoata placet propter Chr & ſi quid vel non ſit, vel minus fit, ignoſcitur. Pſ.1,2. & 32,1.2. 7,22. 1 Joh.5,3.

XVI. Non mirum nobis videatur, ſi quærentes in Chriſto requiem, cruci in hac vita ſubjiciamur, Matth 16,24. 1.Pet.2,21. Roman.8,29. Job.5,17. Prov.3,11. Ebr.12,6.

XVII. Ad obedientiam enim & crucem Chriſtiani ſunt adſtricti, Pſ.34,20. Sap.3,4. Joh.16,20. Eſ.26,17. & 37,3. Pſal.73,14. Roman. 8,29. Tob.12,13. Sir.2,1. Actor.14,22. 2.Corinth.4,17. 2. Timoth 3,12.

XIIX. Jugum Chriſti leve eſt & grave: leve renatis; & ad Chriſtum verâ fide venientibus; grave propter carnis noſtri infirmitatem.

XIX. Jugum, quod Pontificii hominibus imponunt, longè gravius eſt jugô Moſaicô; dicunt enim, conſilia Evangelica longè graviora eſſe præceptis Decalogi, Act.15,10.

XX. Et non *tàm* jugum, *quàm* carnificina quædam conſcientiarum, dicendum eſt, quando peccatorum ſingulorum rigidâ & exactâ enumeratione, ſatisfactionibus, dubitationibus, flagellationibus, igne demum purgatoriô animæ hominum vehementiſſimè macerantur & excruciantur, quibus tamen in Chriſto requies perfecta eſt promiſſa.

XXI. Crux piorum non eſt afflictio electitia, qualem Papiſtæ ſvadent, ſed jugum ab ipſo Chriſto impoſitum, Luc.5,35. 1.Pet.4, 15. 1.Reg.18,28. Eſ.58,4. & ſeqq.

XXII. Manſvetudinem Chriſti nobis habeamus quàm commendatiſſimam, Galat.5,23. & 6,1. Epheſ. 4,2. 1. Timoth.6,11. Matth. 5,5. Col.3,12. 2.Tim.2,24. Tit.3,2. 1.Sam.16,10. 1.Cor.4,2. 1.Pet.3,16.

XXIII. Idem ſtatuamus de vera cordis humilitate, Eccleſ. 7,10. Sophon.2,3. Geneſ.16,9. & 18,8. 27. & 32,10. Pſal.33,18. & 131,1. Prov.16,19. & 29.24. Eſa.66,2. Matth.18,4. Luc.1,48. Rom.12,16. 1.Pet.5,6. Sir.3,9. Phil.2,5. Jac.4,10.

XXIV. Tranquilliùs enim vivitur, manſvetudinem & humilitatem ſectando, quàm ſummum ubique jus urgendo & criſtas erigendo.

XXV. Diabolus martyres ſuos longè inclementiùs tractat, quàm quos Chriſtus ſub cruce probat.

Digitized by Google

DISPOSITIO SECUNDA.

PROPOSITIO διμερής.

QUod de Noacho filio Patriarcha Lamechus pronunciavit: iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra, Gen.5,29. id multò rectiùs de ſolatii fonte unico Jeſu Chriſto pronunciare poſſumus, cujus rei documentum inſigne præbet feſtivalis hæc pericope. Nos in ejusdem Διασκέψει duo tractabimus:

I. Devotam Chriſti ἐξομολόγησιν, gratiarum actionem;

II. Amicam ac jucundam illius ἐκφώνησιν ἢ προσφώνησιν, invitationem, vocationem & acclamationem.

PARS I.

Primæ partis enarrationem ingrediuntur quinque.

1. *Ἐξομολογήσεως occaſio*, quam præbuit 70 diſcipulorum reditus, cum gaudio carnali conjunctus, ob felicem muneris delegati expeditionem. Salvator verò corrigit carnale diſcipulorum gaudium, quòd *magis* de ejectis dæmoniis, *quàm* de fide & profectu auditorum, & ampliatione regni Chriſti, lætari viderentur. Nihilo tamen minùs exultavit, hoc eſt, ſingulariter lætatus eſt Spiritu, hoc eſt, ex toto animo; idque ad eum modum, ut geſtu etiam animi lætitiam proderet. Ea enim eſt vis ac ἔμφασις verbi ἠγαλλιάσατο, quod extat Luc.10,21. Reſpondiſſe dicitur Chriſtus, tacitæ nimirùm objectioni (uti habet gloſſa ordinaria) quaſi quæreretur; quæ ratio, quòd populus Judaicus, Dei cultor, Dei Filium in carne venientem, *tàm* obſtinatus rejecit, quem gentilitas *tàm* prona recepit.

Vide D. Hunn. in Matth. h.l.

2. *Ipſa gratiarum actio*, monſtrans objectum ἐξομολογήσεως. Eſt enim illa directa ad Deum Patrem. Ita ait: Confiteor, hoc eſt, gratias ago tibi, (hoc enim ſignificatu uſurpant græci verbum ἐξομολογεῖσθαι, ſicut Hebræi verbum הוֹדָה, ut & confeſſionem & gratiarum actionem notet: illa pertinet ad potentiam Dei, hæc ad laudem & commendationem judicii divini: latinè dicimus, celebro te & gratias ago) Pater, Domine cœli & terræ, hoc eſt, Omnipotens Deus, Creator & Dominator mundi, in cujus manu ſunt omnes fines terræ, Gen.14,19,22. Joſ.3,11.

3. Ἐξομολογήσεως *ratio*: quòd abſconderit hæc, quæ ſcil. ad ſapientiam Evangelii pertinent, à ſapientibus & prudentibus; (hujus ſeculi) ut revelârit ea parvulis, *νηπίοις*, infantibus, hoc eſt, *ἰδιώταις*, qui nullô ſapientiæ titulô clarent, & à mundo non plures fiunt, quàm pueri & infantes; cujusmodi erant Apoſtoli & diſcipuli plerique omnes Salvatoris, qui à Judæis pro nihilo habebantur: Scribæ ex adverſo, Phariſæi & reliqui primatum, ſoli in exiſtimatione ſapientiæ & prudentiæ verſabantur. Falſus eſt Aretius, qui *ταῦτα*, **Aretius.** refert ad media, quibus ad pœnitentiam homines provocantur, quaſi Deus non omnibus conceſſerit ſalutis media, ſed plerisque invideat. Gloſſa ordin. in hunc modum *παραφράζει*: abſcondiſti hæc, h. e. Sacramentum mei adventûs, ſapientibus & prudentibus, Scribus & Phariſæis, qui ſibi ſapere videntur; & revelâſti ea parvulis, humilibus Spiritu. Et in margine addit: Non opponit inſipientes & hebetes, ſed parvulos, ut probet, ſe tumorem damnare non acumen. D. Calixtus ita: Sapientibus nempe Scribis & Phariſæis, qui tales eſſe debebant, aut certè, quod eſſent, videri volebant. Opponimus etiam Aretio B. Lutheri explicationem, in Poſtill. Eccleſ. fol. 81. b. Was er aber meynet mit dem Wort / ſolches / muß man aus dem verſtehen / das er zuvor geſagt hat / nemlich / daß er das Evangelion von dem Reich Gottes geprediget hat in vielen Städten des Jüdiſchen Landes / ſie aber habens nicht angenommen für ihrer groſſen Weisheit / welche ſie verhindert hat / daß ſie die thörichte / närriſche Predigt des Evangelions nicht haben faſſen können. Agit ergò gratias, quòd cum illi repudiârint Evangelium, & Chriſtum non cognoverint, revelârit illud vilioris conditionis, minimè tamen malitioſis, & colligat ſibi Eccleſiam ex abjectis & contemtis coram mundo hominibus. So müſſen nun (ait d. l. iterum Lutherus) die Klugen vnweiſe ſeyn / vnd die Albern klug: Item: Vnmündige heiſt hie Chriſtus alber / ſimpel Menſchen / vnd redet nicht von rechten vnmündigen Kindern / auch nicht von den tollen Leuten vor der Welt / es kan wol ein groſſer Doctor ſeyn / den er hie vnmündig nennet / es kan auch wiederumb wol ein Bawr ſeyn / den er hie weis vnd verſtändig heiſt. Item: So heiſt hier nun der HERR dieſe Leute vnmündig / die von ihrem Thun nichts halten / ſchreiben ihrer Weisheit nichts zu / achten ſich ſelbſt auch gar nichts / ſondern halten GOtt allein für weis vnd klug. Darumb halten ſie auch ſtille / vnd vnterwerffen ſich Gott gantz vnd gar / vnd laſſen ſich von ihm allein lehren. Die andern aber ſind zu klug / wollen von Gott nichts lernen / ja ſie vnterſtehen ſich wol / Gottes Lehre vnd Werck zu meiſtern.

Vnmündige Leute / welche es ſeyn.

Quæritur, cur Deus ſalutem hominum ſitiens quibusdam occultavit? Reſp. Propriè non occultavit, qui Filium miſit, ut omnibus Evangelium prædicaret; ſed occultâſſe dicitur, quia repugnantibus, recipere nolentibus, imò odio & ludibrio habentibus retraxit.

D. Calixtus Conc. pag. 188 Deus cur ſalutem ſuam quibusdam occultaverit.

4. *Ἐξομολογήσεως adprobatio:* Etiam Pater, quoniam ſic complacitum eſt coram te. Quibus verbis adprobat judicia Dei, & ordinem ſalutis à Deo ſancitum; quòd in ſalvandis hominibus non reſpiciat perſonarum dignitates, eminentias, prærogativas, multò minùs carnalem ſapientiam; ſed omnem ſalutis rationem poſuerit in agnitione Filii, per fidem apprehenſi, in quo acceptet & diligat omnes, qui audiunt Evangelium, eique obediunt: rejiciat verò & repudiet omnes, quotquot Evangelium adſpernantur & repudiant. Super hoc gratias agit Patri, non tamen eô animô, ac ſi lætetur de multorum hominum excæcatione & damnatione; ſed de eo, quòd Pater non niſi in Filio homines ſalvet, relictis in ſapientia ſua iis, quibus Evangelium ſordet; & gratiam largiatur, ut parvuli & inſipientes illud amplectantur, & ſalutem per ipſum conſequantur. Gloſſa ordin. non rationem reddit, cur hos elegerit, illos reprobaverit, ſed ſic Deo placitum dicit; in quo accipimus exemplum humilitatis, ne temerè diſcutiamus de ſupernis conſiliis. B. Lutherus ſcopum attendens ait: Hie höreſt du/ daß Chriſtus ſagt/ es gefalle dem Vater alſo. Damit er warlich alle menſchliche Verdienſt auffhebet/ da helffen keine Gnugthuungen/keine Wercke gelten hie/ es geſchiehet allein aus dem Willen und Wolgefallen des Vaters/ er ſihet nicht die Perſon an/wie ſie in der Welt iſt/ꝛc.

Poſtil. Eccl. f. 81. a.

5. *Dictorum declaratio, v. 27. comprehenſa.* Tria verò ſibi tribuit:

1. *Omnipotentiam*, à Patre ſibi traditam, ſecundùm humanam naturam, ex gratia. Errat Schererus Jeſuwita præ cæteris impudens, ſuper hunc textum ita ſcribens: So iſt nun ſolche Rede Chriſti nach ſeiner Gottheit zu verſtehen. Ita cum Calvinianis calvinizat, ut & in ſequentibus, de potentia non-Omnipotente & infinita, ſed finita differens. Vid. præced. diſp.

Poſtil. p. 84.

2. *Veri Dei notitiam*; quòd ipsô ſolô ἐονγῷ ac revelatore agnoſcamus cum ipſo Deum Patrem & Spiritum ſanctum.

3. *Communicandi licentiam.* Notanter enim dicit, in manibus ejus omnia, quæ ad ſalutem noſtram pertinent, eſſe poſita, atque ab ipſo ſolo petenda. Quando autem affirmat, omnia ſibi eſſe tradita,

ni-

Digitized by Google

nihil excludit, quod non ſit in ſua poteſtate; & ſe à Patre poſitum eſſe oſtendit, ut agnoſcatur Dominus omnium, & unicus ſalutis humanæ author, qui revelet Patrem, ejusque erga nos clementiſſimam voluntatem, in qua agnitione eſt vita æterna. Johann. 17, 3.

USUS I. Informatorius.

1. *De Salvifica Evangelij patefactione*, quæ ſuis hoc in loco cauſis dilucidè explicatur, nimirùm

1. *Efficiente principali*, quæ eſt, Pater cœleſtis. Jacob.1,17. Eph.1,9 Matth. 16, 17.
2. *Materiali*, quæ ſunt, non ſapientes hujus ſeculi, ſed parvuli, νήπιοι. 1.Cor.1,26.27.28. & 3,18.
3. *Cooperante Chriſtô*. Joh.1,18.
4. *Impulſivâ*. quæ eſt, εὐδοκία divina. 1.Cor.1.21. Vide præc. diſp.

2 *De Eccleſiæ ex parvulis & ſimplicioribus collectione*. Johann. 7,48 Eſa.28,9.10. Cùm enim potentiores & ſapientiores hujus mundi contemnant doctrinam Evangelii de Chriſto crucifixo, Deus illis juſto judicio repudiatis, eligit parvulos, eisq; dat ſapientiam & Spiritum ſanctum, ut in ſpiritualibus negotiis rationem captivam teneant, & verbo fide ſimplici adhæreant. Eſ.49,7. & 54,11. Soph.3,12. 1.Cor 1.26. Pſal.22,27. & 74,21.

3. De verorum Eccleſiæ membrorum notatione, quæ in eo conſiſtit, quòd

1. *Naturalem in ſpiritualibus cæcitatem ultrò fateantur*, ſeque ſtultos coram mundo agnoſcant, ut ſimiles reddantur infantibus. 1.Cor.2,14. & 3,19. Matth.18.3. Luc.24,25. 1.Cor. 3,1.2 Gal.3,1. Eph.4,18.
2. *Deo*, ceu infantes ac parvuli parentibus, *fidem habeant*. Johann. 3,18. Rom. 10,4. 1.Cor.1,21. Eph.1,13. 1.Johan.5,1 Matth. 12,50. Marc.5.36.
3. *Contra Deum non diſputent*, ſed auſcultent & conticeſcant. 2. Cor. 10, 5.

II. Monitorius.

1. *Ad gratitudinem Deo* pro revelatione verbi ſtudio indeſinenti *præſtandam*. Eph.1,3.

2. *Ad ſimplicitatem in ſalutis negotio declarandam*. Sap. 9,16. Rom.16.19. 2.Cor.1,12. Pſal.25,21. & 116,6. Matth.6,22. Actor.2, 20. Eſa.5,21. Prov.3,5.7.

Digitized by Google

III. Conſolatorius.

1. Quòd non tantùm in hac vita Deum in verbo revela
fide agnoſcamus, ſed trinum & unum, qualis eſt, in vita æte
videbimus, ubi nomina noſtra ſcripta ſunt in libro vitæ. Luc.10
Philip.4,1. Exod.33,20. Matth.13,11. & 16,17. Luc.8,10. Johan.6
& 14,8. Rom.1,19. 1.Cor.2,10. 2.Cor.2,14. & 4,3.4.5.6. Eph.
Gal.1,11. 1.Tim.6,16. Pſalm.17,16. & 27,13. 1.Cor.13,12. 1.Johann
Joh.17,24. Job.19,25.

2. Quòd parvulos & humiles Deus non averſetur, ſed
ut verè ſapientibus, ſeſe revelet. 1.Sam.2,8. Luc.1,48. Job.5,11,
29. Pſ.18,28. Eſ.57,15. Jud.9,16. Sir.3,21. 1.Petr.5,6.

IV. Refutatorius.

1. Calvinianorum, qui ſentiunt, proprietates unius na
non poſſe alteri naturæ ex gratia donari. Etenim omnipoter
eſſe, & omnia ſibi ſubjecta habere: divinæ naturæ proprietas e
ſentialis: Chriſtus tamen ipſe, de humana ſua natura verba
ens, (divina enim nihil accepit;) ait; omnia mihi tradita ſunt
tre. Similia his leguntur, Matt.28,18. & Eph.1,20.21.22.

2. Pontificiorum, perperàm ex verſ. 27. arguentium:
in hoc dicto, nemo novit Patrem, niſi Filius, Spiritus S. non
cludatur; *ita* in Juſtificationis articulo, bona opera per iſtas
ticulas (non niſi per fidem) non excludi. Nam ibi Filius Dei S
tui S. non opponitur, qui ratione eſſentiæ unum eſt cum ipſo
tantùm creaturis, quæ ſunt extra Deum. At in articulo Juſtifica
nis opera & fides manifeſtò, immediatè & è diametro ſibi m
opponuntur. Rom.3,28. & 4,5. Gal.2,16.

3. Calvinianorum & Jeſuitarum ſimul, qui ex hoc loco
bilire præſumunt impietatem ſuam, quâ adſerunt, cauſam re
bationis & damnationis non eſſe prævisum aliquod peccatum
incredulitatem, ſed *εὐδοκίαν*, hoc eſt, merum, ſimplex & abſ
tum Dei beneplacitum, ac proinde cauſam reprobationis ac
mnationis non quærendam eſſe in homine, ſed ejus ſupremar
primam cauſam eſſe liberam & juſtam Dei voluntatem. De Ca
nianis res eſt manifeſta, & videantur aliquot eorundem emble
ta Tomo 1. diſputat. Gieſſenſ. diſput. 15. Jeſuwidarum mentem
verbis prodidit Georgius Schererus, megalandro noſtro Luthe
ſi quiſquam alius, longè iniquiſſimus: Daß der himliſche V
Poſtil. part. 2. fol. 84. etlichen ſeine Geheimniſſen offenbaret/ vnd ihre Namen in den H

mel geſchrieben ſeynd/ wie Chriſtus zu ſeinen Jüngern geſagt/ die andern aber von Ewigkeit an in der Göttlichen Wahl præteriret und umbgangen werden/ iſt kein andere Hauptvrſache anzuzeigen/ als der Wille GOttes. Et poſt pauca: Auff dieſe Wort Chriſti gründet ſich/ was die Schul Theologi lehren/ von dem Willen GOttes/ den ſie heiſſen voluntatem beneplaciti, den Willen des Wolgefallens. Ita mutuum ſaltant Monachi Jeſuwitici & viri Calviniani. Utriſque opponimus diſtinctionem, inter voluntatem Dei abſolutam & ordinatam. Item: Voluntatem Dei antecedentem & conſequentem. I. Vult Deus, ut omnes ſalventur, non abſolutè, ſed ordine divinitùs præſcriptô; quem ordinem quicunque negligunt, hi ſuâ culpâ reprobantur & damnantur. II. Voluntate antecedente vult omnibus, abſque exceptione, hominibus innoteſcere doctrinam Evangelii; conſequente voluntate, quæ juſtitiæ eſt, vult, ut porrò illis abſconditum maneat Evangelium de Chriſto, qui reſpuunt, ad puniendum impium hunc tanti beneficii contemtum. 2. Petr. 3, 9. Matth. 18, 10. 1. Tim. 2, 4. Johann. 3, 16. Eſa. 53, 6. 2. Cor. 5, 15. Johann. 1, 29. Matth. 11, 28. Eſa. 45, 22. Marc. 16, 15. Matth. 24, 14. & 28, 19. III. Adde, quòd hæc Chriſti ἐξομολόγησις magis revelationem parvulis factam, quàm abſconſionem coram ſapientibus hujus mundi ſpectet. Unde perpetuam committunt adverſarii fallaciam παρὰ τὸ πῆ καὶ ἁπλῶς; & παρὰ τὴν ἄγνοιαν ἐλέγχου. Et hæc de prima propoſiti parte.

PARS II.

Blandiſſimam itaq; Chriſti ſive vocationem, ſive compellationem, quod attinet, duo illa nobis proponit.

I. Chriſti invitatorium;

II Ejusdem nominatorium.

Invitatorium notat. *1. Objectum*, vel quos ad ſe tàm blandè invitet? omnes nimirùm: univerſales enim ſunt promiſſiones Evangelii, omnes indiſcriminatim homines ambitu ſuô complectentes. Vult itaque omnes venire, Judæos & gentes. Quid verò eſt venire ad Chriſtum? Aliud nihil niſi in ipſum credere, & Evangelio revelato fidem adhibere; quòd ſolus ipſe ſit peccatorum noſtrorum expiator, & iræ divinæ placator. Dilatatur objectum per μερισμὸν generis in ſpecies; qui laboratis & onerati eſtis. Quæ verba præcedentium ἐπεξήγησιν continent. Quotquot enim laborant & onerati ſunt, illos omnes hac invitatione ad ſe venire jubet. Jam verò omnes homines laborant & onerati ſunt; hoc

Venire ad Chriſtum quid ſignificet.

eſt,

eſt, ſentiunt onus I. Miſeriarum & affl ctionum; II. Peccatorum & transgreſſionum; Pſalm.32,4. & 38,5. Ergò omnes ad ſe venire jubet. Emphaſin vocabulorum, qui propriè dicantur κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι pete ex præced.diſpoſ.

Chriſtus quom. do nos reficiat. 2. *Præmium* expectandum iis, qui vocationi promtò animô parère non recuſaverint: Ego reficiam vos. Ceterùm reficit nos Chriſtus.

1. *Suo obſequiô*, noſtram hoc pactô inobedientiam expiando, & pacem conſcientiis contra peccatum largiendo. Rom.5,1.
2. *Suo auxiliô* animam & corpus liberando, nec non in cruce ferenda vires ſubminiſtrando. Pſ.39,15. & 68,11.
3. *Verbi alloquio*, Deum nobis placatum oſtendendo. Pſ. 94, 19. & 119,50.92. Johan 16,27.
4. Εὐθανασίας *beneficiô*, tranquillam ex hoc miſeriarum valle ἀποδημίαν concedendo, & omnem nobis felicitatem communicando. Sap 3,1. Apoc.14,13.

Monitorium continet exhortationem geminam:

1. Ad *jugum Chriſti ſuſcipiendum.* Quid jugi nomine veniat, præced. diſpoſ. diximus: commendat nim. nobis, *tùm* ſuam doctrinam; *tùm* doctrinæ comitem individuum crucem, & quidem ſuam, non alienam, non eam, quam ipſi nobis imponimus; aut quam facinora & delicta noſtra nobis obtrudunt; ſed eam, quam ipſe nobis ſalutari conſiliô imponit. Gl. ord. Jugum, inquit, Chriſti Evangelium eſt, quod Judæos & gentes in una fide conjungit. Tollite ſuper vos, h.e. in honore habete, non ſubtùs, ut contemnatis.

2. Ad *exemplum Chriſti imitandum:* Diſcite à me, docente verbô & exemplô, ut ſitis humiles mentibus, mites moribus. Humiles, ut neminem contemnant; mites, ut nullum lædant; corde, ut quod extrà in opere, ſit & in corde, ne lateat ſerpens in ſpecie columbæ, ut gloſſ. ord. habet. Duarum itaq; virtutum exercitium nobis diſcipulis Doctor ille cœleſtis propoſuit;

1. *Manſuetudinis*, &
2. *Humilitatis.*

Illa opponitur iræ, ne facilè excandeſcamus, & vindictæ ſtudiô aliquid agamus: Hæc remiſſè de ſe ſuisq; viribus judicans, alios facile ſibi præferri patitur.

Chriſtus quomodo imitandus. Imitandus autem nobis eſt Chriſtus, *tùm* in doctrinæ cruciſque ſuſceptione; *tùm* in virtutum dictarum exercitatione, ob rei.

1.San-

1. Sanctitatem; jugum enim non diaboli, non malorum hominum; ſed Chriſti eſt:

2. Utilitatem; invenietis requiem animabus veſtris: Onere enim legis, iræ Dei, & peccati preſſis ſublevationem ſolus adferre poteſt Chriſtus, qui eſt agnus Dei, tollens peccatum mundi, Joh. 1, 29

3. Commoditatem; Jugum eſt, intra metas viarum Dei nos continens, ne paſſim exorbitantes divagemur.

4. Facilitatem; dicitur enim onus ἐλαφρὸν leve. *Verè leve eſt*, ait Bernhardus, *quod portantem non gravat, ſed levat.* Quid eò levius onere, quod non ſolùm non onerat, ſed & portat omnem, cui portandum imponitur. Adſtipulatur B. Lutherus: Darumb iſt das Joch Chriſti ſanfft/ vnd ſeine Laſt leicht/ daß er nicht alleine die Ceremonien vnd menſchliche Satzungen hinweg nimpt/ ſondern auch das gantze Geſetz/ die Vermaledeyung/ die Sünde/ den Todt/ vnd alles/ was vns des Geſetzes halben kan widerfahren/ das alles nimpt Chriſtus von mir weg/ vnd gibt mir den Geiſt/ durch welchen ich luſtig/ willig vnd gerne alles thue/ was ich nur thun ſol. Vnd heiſt darumb ſanfft/ ſüſſe vnd leicht/ daß er vns hilfft tragen / vnd wo es vns zu ſchwer wird/ legt er ſich mit vns vnter die Bürde. Die Welt ſihets wol dafür an/ als ſey es ſchwer vnd vnträglich/ aber es iſt nicht/ denn es hat einer an Chriſto einen guten Kompen/ der ihm hilfft tragen/ ꝛc. Poſtil. Eccl. f. 83. b.

USUS I. Informatorius.

1. De promiſſionum Evangelicarum univerſalitate. Tenenda eſt & modis omnibus propugnanda, hæc promiſſionum Evangelicarum univerſalitas, propter κυβείας & corruptelas Calviniſtarum, qui abſolutum quoddam reprobationis decretum fingunt, & occultam in Deo voluntatem, revelatæ contradictoriam ſtatuunt, Deum quosdam tantùm velle ſalvos fieri contendentes, unde & promiſſiones Evangelicas, de Chriſti merito & ſalute æterna, ad ſolos Electos reſtringere ſolent. Videre illud eſt apud Aretium, qui *initiò* ait: Omnes vocat, & proponit ſalutis occaſiones (nos media dicimus) omnibus mortalibus. Univerſales ſunt Evangelii promiſſiones. Comment. in Matth. p. 191. Sed paulò pòſt, quod unâ manu largitus fuerat, alterâ iterum adimit, hæc ſubjungens: *Deinde* ſpecificat univerſalem hanc propoſitionem; non enim ſimpliciter omnes vocat, ſed illos demum omnes, qui laborant & onerati ſunt. Idem ſcribit Zanchius in miſcell. p. 3. & 201. promiſſiones de gratuita Dei miſericordia & æterna ſalute tantùm ad electos pertinent. Falſitas ſomnii Calviniſtici evincitur

Digitized by Google

1. *Manifeſtiſſimis ſcripturarum teſtimoniis*, in quibus particulæ univerſales expreſſè poſitæ promiſſiones quoque univerſales inculcant, qualis præ reliquis eſt inſignis hic locus Matth. 11,28. Adde Ezech. 18,32. & 33,11. 1. Timor. 2,4. 2. Pet. 3,9. Johan. 3,16. Matth. 28,19. Marc. 16,15. Act. 17,30.

2. *Apertiſſimis Spiritûs S. dictis*, quæ ad incredulorum etiam ſalutem procurandam ſunt directa, Eſa. 65,2.12. & 66,4. Jerem. 7,13. Matth. 23,37. Prov. 1,24. Breviter: Promiſſiones Evangelicæ, reſpectu oblationis ſunt univerſales, (quod perperàm negat Aretius,) licèt reſpectu applicationis ex accidente fiant particulares; nullâ ſc. Dei culpâ, ſed ſolô hominum Evangelio obedire recuſantium vitiô, Rom. 10,16.

2. De diſcrimine legis & Evangelii. Utrumque jugi nomine venit, ſed cum hac differentia. Legis jugum eſt importabile, Actor. 15,10. at jugum Evangelii eſt facile & leve. Ratio eſt, quia lex poſtulat obedientiam perfectam, ex propriis hominis viribus, & minatur certam maledictionem transgredienti vel unum ex mandatis ipſius: Evangelium verò confert electis Spiritum S. à quo viribus acceptis alacriter obedientiam inchoant, defectûs ſangvine Chriſti teguntur, 1. Joh. 5,3.

II. Conſolatorius.

1. Quòd Deus omnium hominum ſalutem ſeriò expetat, vi teſtimoniorum modò allegatorum, quibus adde illud, Tit. 2,11. & Roman. 11,32. In genere concludimus ita:

Deus omnes homines ad ſalutem creavit; Sap. 11,25. *omnes ad imaginem ſuam condidit; omnibus legem dedit, ad vitam per ſe,* ad mortem per accidens, *omnibus filium ſuum miſit, qui pro omnibus paſſus eſt & mortuus; omnes vocat, & vocari curat:*

Ergò *omnes vult ſeriò ſalvos fieri*, non abſolutè, ſed ordinatè, ut parte præced. dicebamus. Egregiè de hoc ordine B. Lutherus ait: Das geſchicht nun alſo: Er leſt vns erſtlich das Evangelion predigen/ ſo bald aber als ich dieſer Predigt gläube vnd zufalle/ ſo iſt der heilige Geiſt allda/ wenn der heilige Geiſt da iſt/ ſo werden mir meine Sünde vergeben. Denn aber fühleſt du/ daß der heilige Geiſt da iſt/ wenn du gläubeſt/ vnd gewiß dafür hälteſt/ daß dir deine Sünde vergeben ſind. Warlich das heiſt recht/ erquicken die jenigen/ ſo im Gewiſſen beſchweret ſind/ ꝛc.

Poſtill. Eccleſ. f. 83. a.

2. Quòd Chriſtus non horreat peccatorem, nec aſpernetur egenum; ſed manum ſuam extendat totâ die, omnes ſitientes ad ſe

con-

convocans, nullô perſonarum reſpectu habitô, Eſa. 55, 1. 2. & 65, 2. Joh. 7, 37. 38. Matth. 23, 37. Act. 10, 34. Lutherus: Da werden wir geruffen zu dieſem Troſt/ zu dem Evangelio/ vnd gedencke hie ja nicht an deine Würdigkeit/ denn er ſpricht eben/ die ihr müheſelig vnd beladen ſeyd/ nemlich/ mit dem Geſetz/ mit der Sünde/ mit Angſt vnd Bekümmernis/ vnd womit es immermehr ſeyn kan/ das ein Gewiſſen möchte beſchweren. Darumb gibt er ihm auch keinen ſonderlichen Namen/ er ſagt nicht/ mit dieſer oder jener Noht/ ſondern ſpricht ſchlechts: Die ihr mäheſelig vnd beladen ſeyd. Er wil auch niemand ausgeſchloſſen haben/ denn er ſaget alle/ welches gar ein trefflicher/ mächtiger Troſtſpruch iſt in der Anfechtung/ es ſey für eine Anfechtung wie ſie wolle/ ꝛc. Poſtil. Eccl. f. 82. & 83.

3. Quòd in futura vita ad Chriſtum veniemus, & ipſe nos recreabit. Refectio autem illa conſiſtet, in

1. *Jucunda S. S. Trinitatis contemplatione.* Eſa. 40, 5. Matth. 5, 8. 1 Cor. 13, 12. 1. Joh. 3, 2. Pſ. 17, 16. Job. 19, 25. Gen. 32, 30. Joh. 20, 20
2. *Corporum noſtrorum clarificatione,* 1. Cor. 15, 42. & ſeq. Phil. 3, 17.
3. *Lætâ per mortem præceptorum reſtitutione & conſociatione.* Act. 3, 21. Luc. 7, 15.

4. Quòd in Chriſto vera nobis parta & parata ſit quies,

1. *Conſcientiæ:* Rom. 5, 1.
2. *Beatitudinis æternæ.* Apoc. 14, 13. 2. Cor. 4, 17. Rom. 8, 18. Sap. 3, 1.

III. Monitorius.

1. Ut grande onus, quô onerati ſumus, quotidiè agnoſcamus, putà onus.

1. *Peccatorum;* Pſal. 38, 5. Eſa. 38, 13. Ezech. 33, 10.
2. *Conſcientiæ,* cujus ſtimuli in natura ſemper hærent, 1. Reg. 25, 31.
3. *Pœnarum divinarum.*

2. Ut mutatô Imperativô in Indicativum abſque mora ad Chriſtum pergamus, Pſ. 95, 8. Sir. 5, 8. & 18, 22. Accedamus autem ad eum, per

1. *Verbi prædicationem & auſcultationem:* Deut. 5, 1. Eſa. 66, 2. Hagg. 1, 12. Luc. 10, 39. Matth. 15, 30. Marc. 8, 1. Luc. 5, 1. Act. 16, 14. Luc. 6, 47. & 11, 28.
2. *Legitimam Sacramentorum uſurpationem:*
3. *Piam precationem:* Pſ. 119, 62 Luc. 18, 1. 1. Theſſal. 5, 17. Luc. 21, 36. Act. 6, 4. Rom. 12, 12. Eph. 6, 18.

3. Ut exemplô Chriſti ſimus mites & humiles corde. Vide præced. diſp.

4. Ut patienter feramus jugum & crucem Chriſti, qui non adfligit nos ex corde, nec velut hoſtis; ſed ita, ut omnia nobis in bonum cooperentur. Thren. 3,33. Eſ. 27,7. Ier. 30,11. Oſ. 11,8.9. Rom. 8,28

IV. Refutatorius.

Pontificiorum, ex verſ. 30. falsò arguentium, mandata Dei non ſolùm poſſibilia, ſed & impletu facilia eſſe. Dictum enim Chriſti loquitur non de jugo legis, ſed de jugo crucis, quæ jugum & onus dicitur; quia carnem coërcet, regit atque intra limites continet. Leve eſt; quia Deus non ſinit nos tentari ſupra vires, 1. Cor. 10,13. 2. Cor. 4,17. χρηστὸν eſt, commodum & ſuave; quia Spiritus S. ſuâ nobis gratiâ & conſolatione in cruce adeſt, ut eam non ſolummodò feramus patienter, ſed & in paſſionibus gaudeamus, Rom. 5,3. Col. 1,24. Plura vide apud D. Gerhard. Tom. 3 L.C. p. 286. Error itaque committitur παρὰ τὴν ἄγνοιαν ἐλέγχου.

Jeſuitarum error.

Fallunt etiam Ieſuwidæ παρὰ τὸ μὴ ἑπόμενον, καὶ παρὰ τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον, quando ita colligunt: Si lex eſt impoſſibilis, ſequitur Deum quovis tyrannô eſſe crudeliorem, qui leges ferat, quos ſciat à nemine poſſe ſervari. Ita enim Schererus: Hie mercken fleiſſig auff/ die den Gehorſam der Gebot Gottes nicht allein ſchwer/ ſondern auch gar vnmüglich machen/ gerad/ als wann vnſer ſanfftmütiger vnd demütiger Heyland ein Tyrann were/ vnd von vns/ bey Verluſt des ewigen Lebens/ Sachen erforderte/ die wir keines weges leiſten köndten/ ꝛc. Deus enim legem ſuam poſt lapſum non eam ob cauſam, illumque in finem repetivit, quaſi exactè & perfectè à nobis impleri poſſit, aut homines vitam æternam obſervatione ejusdem promereri poſſent: ſed ut per illam de imperfectione, inſufficientia & ἀδυναμίᾳ noſtra admoniti, ad Chriſtum gratiæ thronum nos recipiamus, Rom. 3,20. Gal 3,29. Deinde limitamus argumentum: Si lex Dei prorſus & omni modô eſſet impoſſibilis, & quidem ratione ſui, tùm fortè procederet argumentum. Jam verò poſſibilis fuit in ſtatu integritatis, & adhuc ſuô quodam modô poſſibilis eſt, in ſtatu gratiæ & renovationis, ſc. *imputativè & inchoativè*; & *perfectè* poſſibilis erit aliquando, in ſtatu gloriæ æternæ. Vide D. Gerhard. Tom. 3. L.C. pag. 303. Legem autem perfectè impleri non poſſe, idem author nervosè probat, dicto Tomo 3. pag. 251. & ſeqq.

Poſtil. part. 2. f. 86.

DIS-

DISPOSITIO TERTIA.

PROPOSITIO μονομερής.

SUmmam fermè totius doctrinæ Evangelicæ prælecta pericope in brevi quaſi tabella nobis ὑπὸ μίαν ὄψιν proponit. Ita proinde agamus, ut pro meliori ejus intelligentia *ordinem ſolummodo ſalutis à Deo ipſo conſtitutum, ſancitum ac præſcriptum conſideremus.* Textûs autem filium κατὰ πόδα ſequemur.

Ἐξήγησις.

Cùm Pontificii ſcil. nihil quod agant habeant, in hac feſtivitate toti ſunt, in laudibus B. Matthiæ Apoſtoli commemorandis, quæ tamen nullô ſcripturarum fundamentô ſolidô nituntur. Hinc igitur ſeptem ejuſdem enarrant nonnulli privilegia, dicentes, quòd Apoſtolus hicce.

1. *Laudabiliter ſit electus;*

2. *Chriſtus eum fecerit contribulem ſuum;* Diſcip. de tempore, ſerm. 12. de ſanctis.

3. *Chriſti ſympatriota fuerit;*

4. *Chriſtus perſonaliter ad eum venerit;* quando fuit poſitus in carcere, cum multo lumine, & ipſum de terra levaverit, vincula ſolvens, dulciter eum confortans, oſtioq; apertô illum educens;

5. *Non ſolum ſit Apoſtolus,* ſed & martyr Chriſti;

6. *Unum ex 12 articulis compoſuerit;*

7. *Hodieq; feſtum ejus ſolemniter in univerſo mundo celebretur,* & in qualibet miſſa per totum mundum quotidie nomen ejus invocetur. Hine concludunt, quòd omnes Chriſtiani debeant hodie feſtum ejus devotè & ſolemniter celebrare, & S. Mathiam in omnibus neceſſitatibus invocare, tanquam ſingularem patronum; idq; faciant 1. qui à ſerpentibus venenoſis læduntur; 2. infirmi; 3. in extremis laborantes, uti diſc. de temp. præcipit. Nihil verò horum in textu Evangelico: tranſeant itaq; cum reliquis Papiſtici regni erroribus craſſiſſimis.

Nos ſalutis noſtræ hîc conſiderabimus, in tabella quaſi quadam ob oculos nobis depictum ordinem; conſiſtit autem ordo ille.

I. *In ſalvifica Evangelij revelatione.* Gratias hoc nomine Patri cœleſti agit Salvator optimus, quòd cùm ſapientes hujus mundi Evangelium reſpuant, hominibus interim ſimplicibus eam contulerit gratiam, ut gratâ illud mente ſuſcipiant, atq; ita in Chriſto per fidem apprehenſo ſalventur. Eſt enim Evangelium pleniſſima conſolationis doctrina, per Filium Dei vivâ voce præ- Evangelium quid ſit

Digitized by Google

dicata, & poſt aſcenſionem Chriſti per Apoſtolos in mundum propagata, de Jeſu Chriſto Unigenito Dei Filio, Domino noſtro, (Rom.16,25. 1.Tim.1,15. Luc.2,10. Johann.1,1.2.14. Ebr.2,10.) qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, (Luc.1,35. Matth.1,20.) & natus homo, abſque omni peccato: (Gal.4 4. Phil.2,7. Ebr.4,15.) paſſus ſub Pontio Pilato: (1.Tim.6,13. Act.3,13.) crucifixus, mortuus & ſepultus; (Actor.5,30. & 10,39. Rom.4,25. Phil.2,8. Actor,13,29.) deſcendit ad inferos; (Eph.4,9.) & tertiâ die reſurrexit à mortuis; (Act.2,24.31.32. & 3,15. & 4.10. & 10,40. 1.Cor.15,4. Apocal 1,18.) adſcendit ad cœlos, ſedens ad dexteram Dei, Patris Omnipotentis; (Actor.1,9. Marc.16,19. Rom.8,34. Eph.1,20. Ebr.8,1.) ut ita λύτρον pro totius mundi peccatis exſolveret, ſuóque merito à jure peccati, mortis, diaboli & inferni nos eriperet; (1.Cor.6,20. 1.Petr.1,18. Apoc.1,5. & 5,9. Col.1,13. Ebr.2,14. Eph.4,8. Col.2,15. Johan.16,33 1.Cor.15,54. & ſeqq.) ſimulque impetraret credentibus gratiam Dei Patris, donum Spiritûs S. remiſſionem peccatorum, reſurrectionem mortuorum, & vitam æternam. (Actor.10,43. Ebr. 9,12. Eph.1,7. Rom.3,25. Gal.4,5. Rom.8,15. Joh.6,39. & 11,25. 1.Cor.15,20. Joh.3,16. 1.Petr.1,3. & ſeq.)

Articuli ſecundi expiicatio & confirmatio.

Non tamen diverſum, ſed unum & idem ſemper fuit in V. & N. T. Evangelium: Gen.3,15 Apoc.13,8. & prædicatum per Prophetas in populo Iſraëlitico, ex quo Chriſtus erat proditurus. Ebr. 1,1.2. Eph.3,9. Roman.1,1.2. & 16,26. 2.Petr.1,19. Johan.4,22. Roman.3,2.

Quemadmodum verò Prophetæ Evangelium de venturo; ita Apoſtoli & Evangeliſtæ de exhibito Chriſto prædicaverunt: Unde patres V. T. fide in Chriſtum non minùs atq; nos ſalvati ſunt. Act. 1,8. Marc.16,15. Matth.28,19. 1.Joh.1,1.2. Act.13,46. & 15,11. Ebr.11,13 Rom.4,3. Gen.15,6. Joh.8,56. Eſ.9,6. & 53,5. Eph.4,5.

Hoc eſt verbum illud æternæ vitæ; Joh.6,68. verbum ſalutis; Act.13,26. verbum gratiæ; Act.20,24. verbum regni; Matth.13,19. verbum fidei; Rom.9,24. verbum reconciliationis, 2.Cor.5,19. verbum veritatis; Col.1,5. Jac.1,18. inſitum illud verbum, quod ſalvas poteſt reddere animas noſtras; Jac.1,21. virtus illa Dei in ſalutem omni credenti; Rom.1,16. verbum illud viventis Dei & manentis in æternum; 1.Petr.1,23. verbum illud, quod per Evangelium delatum eſt ad nos; Ibid. verſ.25.

Summum hoc eſt & inæſtimabile beneficium, in cujus deprædicationem Salvator ipſe totus ſolvitur, inquiens: Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quòd abſcondiſti ea ſapientibus,

&

Digitized by Google

& revelâſti parvulis. Quæ verba Theophylactus ita exponit: *Confiteor*, hoc eſt, *gratias ago tibi, quod Judæi, qui ſibi videntur eſſe ſapientes & periti in Scripturis, non crediderunt: imperiti autem & parvuli crediderunt, & cognoverunt myſteria. Occultavit autem myſteria Deus ab his, qui videntur eſſe ſapientes, non ut invidens, vel ut author imperitiæ, ſed ideò, quòd non erant digni propter hoc, quòd videbantur ſibi ſapientes.* Nam qui videtur ſibi ſapiens, & confidit in ſapientia ſua, neq; Deum invocat: unde Deus poſtea non vocat eum, neque juvat, neque revelat.

II. In accurata gratuitæ εὐδοκίας contemplatione. Verba enim iſthæc: Certè Pater, ſicfuit bona voluntas (εὐδοκία ἔμπροσθέν σου) coram te: nihil ſunt aliud, quàm judiciorum Dei adprobatio, & ordinis, à Deo in ſalvandis hominibus conſtituti, admiratio: quòd nimirum non agat Deus προσωποληπτῶς, nec reſpiciat ulla perſonarum merita, dignitates aut qualcunque prærogativas, multò minùs carnalem ſapientiam, ſed omnia ex mera gratia decernat. Non enim eſt volentis, neque currentis, ſed ſolius miſerentis Dei. Rom. 9, 16. Exod. 33, 19. Eſaiæ 43, 22. Roman. 3, 24. & 4, 4. 5. & 11, 6. Eph. 2, 8. Tit. 3, 4. 5. Actor. 15, 11. Theophylactus; *Manifeſtat hoc locô benignitatem Patris, quòd non ab alio provocatus revelat parvulis, ſed ſic placuit ei ab initio.*

III. In ſancta Jeſu Chriſti agnitione. Totam enim ſalutis noſtræ rationem Pater æternus collocavit in Filio, in quo diligit & acceptat omnes, qui audiunt Evangelium, verâ fide illi adhærent, eique promtô animô obediunt. Huc ſpectant verba: Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, & nemo novit Filium niſi Pater. Quæ verba docent, quid de Chriſti perſona & voluntate erga nos ſtatuere debeamus.

1. Initiò enim oſtendunt τὸ ὁμοούσιον, quòd æqualis ſit Patri. Huc facit interpretatio Theophylacti, in hunc modum diſſerentis: *Dixit* ſuprà, quòd abſconderit Pater: *ne igitur ſuſpiceris, quòd ipſe quidem nihil faciat, omnia autem Patris ſint, dicit: omnia mihi tradita ſunt; & una poteſtas mea & illius. Cum autem audis, tradita ſunt, ne ſuſpiceris, quòd tanquam ſervo & inferiori tradita fuerint, ſed tanquam Filio. Nam ſecundùm hoc, quod natus eſt à Patre, omnia tradita ſunt ei. Niſi enim natus eſſet ab eo, & ejuſdem eſſet ſubſtantiæ, non fuiſſent ei tradita. Non à Domino,* inquit, *ſed à Patre meo; ut exempli gratiâ, ſi naſcatur pulcher puer à pulcro patre, & dicat: data eſt mihi pulcritudo à Patre meo, &c.* Sana quidem & Scripturæ ἀναλογος eſt hæc Theophylacti expoſitio; nùm verô ſcopum dicti attingat,

ex

ex diſpoſ. prima judicare promtum eſt. Si enim velimus ἀκρίβειαν ſectari Theologicam, verbis iſtis, de omnium traditione, πρώτως καὶ κυρίως non loquitur Chriſtus de ſua Divinitate, ſecundùm quam omnia ab æterno habet, & in tempore nihil accepit; ſed de ſua humanitate, cui Majeſtas illa eſt addita. Complectitur autem voce, omnia, poteſtatem univerſalem, vel dominium univerſale in omnes creaturas, ratione cujus imperio Chriſti ſubjecta ſunt, quæcunque ſunt in cœlo & in terra. Pſalm.8,7. 1.Cor.15,27. Ebr. 2,8. Ac collata eſt hæc Majeſtas Chriſto-Homini in primo ſtatim conceptionis momento, ita ut jam tum eſſet Dominus omnium creaturarum, quando ex utero matris ſuæ prodiret, teſte Angelo, Luc.2,11. κατὰ τὸ ἔχειν. Ast κατὰ τὸ χρᾶσθαι, plenarium uſum acceptæ Majeſtatis non exeruit, neque exercuit in ſtatu exinanitionis, præterquam in particularibus quibuſdam actionibus, quando manifeſtavit gloriam ſuam; Johann.2,11. ut in miraculis: ſed eô uſu abſtinuit ſponte, ut in noſtri redemtionem pati ac mori poſſet. Interim fuit in non-interrupta majeſtatis divinæ poſſeſſione, & manſit Dominus omnium creaturarum etiam ſecundum carnem. Johann.17,2.11. Sed prolixitaate in re adeò manifeſta opus non eſt: nos ex ſola Patris appellatione jam τὸ ὁμοούσιον inferimus, ſecundũ illud Athanaſianum: *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus: Pater eſt Deus, Filius eſt Deus, Spiritus ſanctus eſt Deus.* Prov. 8,22.23. Pſ.2,7. Mich.5,2. Joh.1,1.14.18. Matth.16,16. Marc.5,7. Act. 9,20. Col.1,15. Joh.7,29. Ebr.1,3.

2. Τὸ κοινωνητόν. Omnem enim poteſtatem à Patre communicatam habet in humanitate ſua, ſecundum quam eſt frater noſter: evehi itaq; augeri & exaltari potuit. Vide primâ diſpoſ.plura. Quandoquidẽ verò videri poterat majora de ſeſe prædicare, quàm humilitas perſonæ ejus oſtentaret, ideo addit jam

3. Τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, *unde vera Dei veri notitia hauriri poſſit*, imò debeat: non utiq; ex rationis humanæ lacunis, ſed ex ipſo ſapientiæ ac cognitionis fonte, Deo Patre & Filio, ubi tamen ſpiritus ſanctus non excluditur. Si enim de Filio rectè ſentire velimus, quis ſit, audiamus vocem Patris, qui de ipſo teſtificatus eſt, Pſalm. 2,7. Matth. 3,17. & 17,5. Et vice verſâ, cùm Dei Patris erga nos voluntatem ſcire & cognoſcere cupimus, Filium unigenitum audiamus. Joh.17,4. Eſa.53,11. Jer.9,23. 1.Cor.1,30. 1.Petr.10,11. Joh. 6,46. & 7,29. O.e.12,10. Joh.1,1. & 14,6. Rom.1,19.20. Act.14,15.16.17 1.Cor.3,11. Matth.16,17. Epheſ.1,17. Col.1,10. 1.Timoth.2,4. 1.Petr.3,18.

IV. In

IV. *In grata vocationis benigniſſimæ acceptatione.* *Omnes* enim *vocat* (quæ verba ſunt Theophylacti) *non ſolòm Judæos, ſed & gentiles. Per laborantes intellige Judæos, ut facientes traditiones legis, & in operatione mandatorum legis fatigatos. Per oneratos autem gentiles, onere peccatorum oppreſſos.* Noſtrum eſt vocationem non recuſare, ſed τοῖν ἀμφοῖν, imò omnibus animæ viribus, amplecti, Pſal. 95,8 Omnium enim ſalutem ſeriò expetit Deus: omnes itaque per Filium ad pœnitentiam vocat, Sap. 1,13. Ezech. 18,23. Jer. 29,11. Sap. 11, 27. Pſ. 81,14. Jer 3,12. & 31,21. Apoc. 3,19. 20. Matth. 23,37.

Laborantes in Evangelio Matthæi, qui onerati in Evangelio Matthæi c. 11. qui

V. *In profunda miſeriæ noſtræ æſtimatione.* Omnes nos ſumus κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι: ſolus Chriſtus pollicetur & præſtat ἀνάπαυσιν, Gen. 47,9. Pſal. 90,11. Job. 7,1. & 14,1. 2. Sir. 40,1. Joh. 14,6 Phil. 3,20. Eſ. 57,2. Sap. 3,1 Apoc. 14,13. Euripid.

Ὁ βίος ἀληθῶς οὐκ ἔστι βίος, ἀλλὰ συμφορά.

Heſiodus:

Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν. πλείη δὲ θάλασσα.

VI. *In temporanea crucis portatione.* Placuit enim Deo multis in his terris afflictionibus exercere fideles, ut conformes fiant imagini Filii ſui, ad crucis quoque ſocietatem eos vocantis: tollite jugum meum ſuper vos, Pſal. 34,10. & 73,14. Sap. 3,4. Johan. 16,20. Job. 6,2. 3.

Jugum autem Chriſti dicitur crux, ratione

Jugum Chriſti cur dicatur crux.

1. *Impoſitionis*, Pſal 68,20. Job. 5,17. Prov. 3,11. Jer. 46,28. 1. Corinth. 11, 32.
2. *Conjunctionis*, Rom. 8,29. 1. Pet. 5,9. 2. Tim. 3,12. Sir. 2,1.
3. *Probationis*, Eſa. 48,10. Sap. 3,5. Tob. 12,13. Sir. 2,5. & 27, 6.
4. *Defatigationis*, Pſ. 6,8. & 31,11. & 39,13.
5. *Refrenationis*, Pſ. 119,71. 1. Cor. 11,32. Eſa. 28,19.
6. *Solutionis*, Pſ. 30,6. & 55,23. Eſ. 26,23. Apoc. 14,13. Leve autem & ſuave dicitur jugum, ratione

Jugum Chriſti cur dicatur leve,

1. *Præceptionis*, 1. Joh. 5,3. nil enim niſi charitatem præcipit, Joh. 15,12.
2. *Sublevationis*, 1. Cor. 10,13.
3. *Collationis cum cruce Chriſti.* Eſa. 53,6.
4. *Compenſationis*, Rom. 8,28. 2. Cor 4,17.

VII. *In voluntaria diſciplinæ adprehenſione.* Ex multis autem, quæ diſcere in Schola Chriſti debemus, tria tantùm hoc locô adnoto:

Digitized by Google

1. *Divini amoris diſciplinam.* Auguſt. *qui didicerunt à Jeſu Chriſto mites & humiles eſſe corde, plus cogitando & orando proficiunt, quam legendo & audiendo.*

2. *Ad Deum veniendi ſapientiam*, vel *benè vivendi modum*, qui in vera reſipiſcentia unicè conſiſtit. Eſa. 1,16. Joh. 6,45. Pſal. 119,18.

3. *Futurorum providentiam*, Prov. 6,6.7. Ubi gl. ord. addit: Si tantillum animal, principe carens, ratione expers, naturâ duce, in poſterum ſibi providet; multò magis tu homo, ad imaginem Dei conditus, ad videndum ejus gloriam vocatus, doctorum tantorum magiſterio adjutus, ipſum Conditorem habens ducem, debes in præſenti fructûs bonorum operum congregare, ex quibus in æternum vives in futuro.

IIX. *In manſvetudinis & humiliationis Chriſti imitatione*, de quibus vide præced. diſpoſ. *Jugum Chriſti* (ut Theophyl. ait) *humilitas & mititas.* Qui igitur ſe humiliaverit omni homini, requiem invenit, imperturbatus manens. Sicut vanæ gloriæ cupidus & arrogans ſemper in curis eſt, nolens quoquam minor haberi: ſed cogitans, quomodo magis glorificetur, & quomodo vincat inimicos. Jugum igitur Chriſti (humilitatem dico) leve eſt. Facilius eſt enim humili naturæ noſtræ humiliari, quàm ſublimari. Deus autem, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam, augeat in nobis veræ humilitatis virtutem, cujus formam in ſe credentibus unigenitus ejus Filius exhibuit, ut nunquam indignationem ejus provocemus elati, per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Amen.

IN FESTO ANNUNCIATIONIS MARIÆ.

EVANGELIUM

Luc. 1. à verſ. 26. ad 39.

DISPOSITIO PRIMA.

PRæſentis Feſti Evangelium pertinet ad genus cauſarum demonſtrativum: continet enim hiſtoriam maximè admirandam, de conceptione & incarnatione Filii Dei, Domini ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Partes continet tres:

I. An-

I. Angeli ad Mariam virginem miſſionem & acceſſionem;
II. Ejuſdem Angeli ſingularem expeditionem, in annuncianda Meſſiæ conceptione unicè occupatam;
III. Myſterii iſtius uberiorem expoſitionem.

PARS I.

In prima Evangelii parte notentur circumſtantiæ nonnullæ, quibus ipſa Angeli ſive legatio, ſive miſſio deſcribitur; ceu ſunt,

1. *Tempus*, quando contigerit, ſextô nimirùm menſe, intellige poſt conceptionem Johannis Baptiſtæ, annô mundi 3947. uti recentiores ſupputant.

2. *Cauſa efficiens principalis*, (*κύριον αἴτιον*) eſt Deus, qui promiſſionis jam olim factæ memor Filium ſuum in carnem eſt miſſurus.

3. *Cauſa inſtrumentalis*, (*αἴτιον ὀργανικὸν*) eſt Archangelus Gabriel, in eodem quondam negotio ad Danielem V. T. tempore miſſus, Dan. 9,21.

4. *Locus*, quò miſſus; in civitatem Galilææ Nazareth, quæ ſita erat in tribu Ephraim, contemtum & vile oppidulum, reſpectu aliarum civitatum celebriorum, Joh. 1,46.

5. *Perſona*, ad quam mittitur Angelus. Ea verò deſcribitur

1. *A ſexu*, quòd fuerit virgo: (illa nimirùm הָעַלְמָה de qua Eſ. 7,14.

2. *Ab adjuncto*, quòd deſponſata fuerit viro; ut

1. *Haberet teſtem & cuſtodem virginitatis;*
2. *Ne gravida inventa lapidaretur*, ex lege Deut. 22,21.
3. *Ut tùm mater, tùm puer haberent curatorem & nutritium;*
4. *Ut ex deſponſatione iſthac eò certiùs conſtaret*, Chriſtum ex ſemine Davidis natum eſſe.

3. *A genere vel familia.* Sponſus fuit de domo Davidis: Ergô etiam Sponſa; quia lex jubebat, ut quisque de ſua tribu uxorem duceret.

4. *A nomine:* Et nomen virginis Maria; quæ nomen habet ab amaritudine, propter mœſtitiam illorum temporum. Cum enim ſtirps illa Davidica in extremas conjecta eſſet miſerias, multæ fæmellæ ex illa cognatione nomen Mariæ habuerunt, uti cenſet D. Chemnit. cap. 5. harm. p. 49.

Maria unde nomen habeat.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. Jeſum Nazarenum eſſe verum ac patribus promiſſum Meſſiam, ex multis Evangelii hujus documentis patet, de quibus v. etiam, quæ diximus in Feſto Nativitat. Item ἀπόδειξιν Meſſ. orſim à me editam.

II. Monemur de Angelorum in exequendis Dei man. promtitudine, Heb.1,14. Pſ.34,8. & 91,11. Matth.18,11. 19.

III. Promiſſionum divinarum complementum nunq. fallit, Gal. 4,4. Rom.11,29. 2.Cor.1,20. 1.Cor.10,13. Pſ.35,4.

IV. Deus res arduas & maximas per viles & abjectos h. nes operatur, Luc.1,48.49. Pſ.113.6.7. 1.Pet.5,5.6.

Chriſtus cur ex virgine intacta naſci voluerit.

V. Chriſtus voluit naſci ex virgine intacta, & tame. ſponſata, ut conſtaret, utrumque vitæ genus, & conjugium, & virginitatem, Deo placere, Gen. 2,18.24. Matth.19,5.6. Sir.25,1.2. rinth.7,35.

VI. Notent autem μισόγαμοι Papiſtici illud inprimis, S.S. Trinitas conjugium evidenter honorare voluerit, dum nem deſponſatam, non inter virgines, ſed mulieres beatam di. Luc.1,42. delegit.

VII. Dignitati fœminei ſexûs adſerendæ inſervit, quod ctus Sanctorum ex fœmina, absque viro, homo naſci dignatu. patet itaque ipſis quoque aditus ad vitæ æternæ conſortium. 3,28. 1.Pet.3,7.

Helvidii Blaſphemia de Maria.

IIX. Impius eſt & blaſphemus Helvidius, ex eo, quod ria Joſepho deſponſata dicitur falsò inferens, illam poſt na. Chriſtum conjugium cum Joſepho conſummâſſe, & plures li. genuiſſe. Particula enim, donec, quod habetur Matth.1,24.25.

Donec particula quid ſignificet.

ſi Hebræâ, non finitum, ſed infinitum tempus ſignificat, Ge. Pſal.110,1.

PARS II.

Secundæ partis membra ſunt duo:

I. Angelica ſalutatio, &

II. Legationis commemoratio.

In ſalutatione obſerventur,

1. Angeli ingreſſus. Neque enim noctu in ſomnis apparui. riæ, ſicut Joſepho, Matth.1,20. ſed clarâ luce conclave illud, i. Maria tunc commorabatur, viſibili ſpecie ingreſſus eſt, in corp. ad tempus adſumto, ut veritas rei conſtaret, nec φάντασμα ve. ctrum putaretur.

2. *Salutationis Angelicæ propoſitio:* χαῖρε κεχαριτωμένη, ſalve gratis à Deo dilecta, gratiam gratis conſecuta. Vocabulum χαῖρε aliàs ſignificat gaude, exulta; ſed uſitate eſt vulgaris ſalutandi formula Matth. 26, 49. Actor. 15, 23. Participium paſſivum κεχαριτωμένη veteres reddiderunt, gratiâ plena, ſed minùs appoſitè. Dicitur enim Maria κεχαριτωμένη, non propriè à qualitatibus infuſis, aut donis inhærentibus; ſed quòd eam Deus ſingulari & gratuitô favore complexus, dilectam & acceptam ſibi reddiderit: quemadmodum Ephel. 1, 6. dicitur: Deus ἐχαρίτωσε ἡμᾶς, hoc eſt, nos, qui inimici eramus, gratuitô favore acceptos & caros ſibi reddidit in dilecto.

χαῖρε vocabulum quid ſignificet.

Maria quâ ratione dicatur κεχαριτωμένη.

3. *Salutationis amicæ ratio.*

1. *A cauſa efficiente:* quia Dominus tecum eſt, hoc eſt, tibi favet: vel Dominus tecum, hoc eſt, Salus tibi ſit; Dominus ſit tecum, Bifariàm enim hæc loquendi formula uſurpatur in ſacris; *I. Indicativè*, 1. Sam. 10, 7. 2. Sam. 7, 3. Gen. 21, 22. Jud. 6. 12. atque hoc ſenſu notat præſentiam & gratiam Dei, quam peculiaribus beneficiis, donis & operationibus declarat. *II. Optativè*, ut ſit votum & vox comprecantis. Joſ. 1, 17. 1. Sam. 17, 37. & 20. 3, 1. Par. 22, 16. *Alij* autumant, loqui ita Angelum, quia Maria conceptura & paritura erat Meſſiam, cujus nomen Immanuel, h. e. nobiſcum Deus. Eſ. 7, 14.

Dominus tecũ, quomodo in ſacris accipiatur.

2. *Ab effectu;* quia es benedicta inter omnes mulieres, εὐλογημένη dicitur Maria, non εὐλογητὸς, nominaliter, illud potiſſimùm innuens, quòd præ omnibus mulieribus illuſtri benedictione à Deo ſit ornata, electa quippe ex univerſo ſexu fœmineo, ad ſingulare hoc opus, ut Filium Dei concipiat & pariat. Notanter dicit, inter mulieres, non inter virgines ad primam promiſſionem reſpiciens. Geneſ. 1, 15. & Jerem. 31, 22. Galat. 4, 4.

Mariæ cur dicatur εὐλογημένη.

4. *Salutationis in Maria ſive effectus, ſive operatio:* nimirùm ταραχὴ, perturbatio cum admiratione conjuncta; cujus cauſa eſſe poterat,

Maria cur ob angelicam ſalutationem fuerit perturbata.

1. *Majeſtatica Angeli apparitio* Veriſimile enim eſt, Angelum non ſimpliciter humana ſpecie apparuiſſe, ſed aliquid cœleſtis Majeſtatis in eo eluxiſſe, quemadmodum contigit, Jud. 13, 20. Luc. 2, 9. Matth. 28, 3 Pſal. 104. 4.

2. *Inſolita Angeli oratio & ſalutatio:* Iis enim uſus erat formulis, quæ in ſcriptura præſtantiſſimis perſonis tribuuntur, Jud. 5, 24. & 6, 12.

Digitized by Google

2. Διαλογισμὸς, ſeu propria ratiocinatio: ſecum enim tat, qualis eſſet vis ſalutationis, unde proficiſcere & quo evaſura eſſet.

5. *Salutationis interpretatio*, inſtar digreſſionis. Prop eſt: Noli timere. Ratio, exponens cauſam, quare tàm ma cis eam verbis ſalutârit: quia ut κεχαριτωμένη, nacta es vel niſti (tale nihil cogitans) gratiam apud Deum; inſignem rùm illam gratiam, quòd Meſſiæ mater futura es. Hebræâ phraſi invenire homines etiam dicuntur ea, quæ caſu incid quæ illis ignaris divinâ ſorte contingunt: ubi tamen co runt, gratô & hilari animô ſuſcipiunt. Hoc unum partis dæ membrum.

Invenire quid ſecundum phraſin hebræam ſignificet.

Alterum membrum aperit ſummam negotii, vel ipſum legationis, gratiâ cujus ad Mariam miſſus fuerat An Notetur.

1. *Particula attentionis*, Ecce, quâ in eadem materi quondam erat Eſaias, cap. 7, 14. Integram Prophetæ ſente repetit Angelus. Quod enim ibi in tertia perſona dicitur: gravida Virgo pariet: Hoc Gabriel in ſecunda perſona effer ce tu, quæ Virgo es, concipies & paries Filium.

2. *Cauſa materialis*, ex qua naſciturus, vel carnem a turus eſt Dei Filius; uterus eſt B. Virginis Mariæ. Neque ſimpliciter dicit, concipies, ſed addit, in utero: ita enim i re voluit, Filium Dei carnem ſuam ex ſubſtantia Mariæ mat ſumturum.

3. *Filii naſcituri proſopographica deſcriptio*. Deſcribit tem Filius iſte 1. *Ratione nominis*; vocabis nomen ejus, Je cujus nominis ſignificatio manifeſta eſt ex interpretatione hujus Matt. 1, 21. Vide de hoc nomine plura, in Feſto Circum in harm. Evang. D. Chemnit. c. 9. p. 114. & 115.

Filii Mariæ nomen.

2. *Ratione perſonæ*, quæ duas involvit naturas, divinam manam. Futurus enim erat hic Mariæ Filius.

Perſona Filius Mariæ cur dicatur Magnus.

1. *Deus*: Hic erit Magnus, Hoc dicitur,

1. *Ratione perſonæ*, quia Deus & homo;
2. *Ratione officij*;
3. *Ratione regni ſui*. Additur ἐπεξήγησις: & Filius Al vocabitur; hoc eſt, erit unigenitus Dei Filius, na non adoptivus.

2. *Homo*; Maria enim concipiet eum & pariet, verum rùm hominem, ex matris ſubſtantia, ſine virili ſemine

hæ duæ naturæ unione perſonali, & in æternum indiſſolubili unientur, ita ut is, qui ab æterno fuit Filius Dei, jam in carne manifeſtetur & prædicetur Filius Altiſſimi; & una perſona ſit Filius Mariæ & Filius Altiſſimi, hoc eſt, veri Dei. Hebræum enim עֶלְיוֹן excelſus ſive Altiſſimus, eſt unum ex propriis veri Dei nominibus. Perſona itaque erit θεάνθρωπος, Deus & Homo, Filius Dei & Filius Mariæ, in unitate perſonæ.

Filius Mariæ Deus & homo.

3. *Ratione officii*, quod futurum.

Officium.

1. *Sacerdotale:* Jeſus vocabitur, quippe qui λύτρῳ ſuô ſalvum faciet populum ſuum, quod Sacerdotis eſt.

2. *Propheticum:* Erit Magnus, ſc. ille Propheta, Deut. 18, 18. patribus V.T. olim promiſſus.

3. *Regium:* Dominus enim dabit illi ſedem David Patris ipſius, hoc eſt, regnum Davidis in ipſo continuabitur in æternum, ſecundum vaticinia, Eſa. 9, 7. Jer 23, 5. & 30, 10. & 33, 14. Ezech. 34, 11. & 37, 25. Oſe. 2, 18. Quæ enim uſpiam magnificè promiſſa fuerant, de regno, throno vel ſolio Davidis, ut & de reſtitutione collapſi tabernaculi Davidis, illa omnia in Chriſto verè & ſpiritualiter implenda fuerunt. Non autem de terreno ſolio Davidis hæc ſunt accipienda, ſed de ſpirituali regno, quòd Chriſtus cœleſti modô ſit regnaturus, ita ut factâ purgatione peccatorum per ſemetipſum, ſeſſurus ſit in throno dexteræ ac majeſtatis Dei, & in regni iſtius conſortium etiam humanitatem ſuam cooptaturus. Pſalm. 110, 1. Hebr. 1, 3. 4.

Additur expolitio, ἐπιμονὴ & Synonymia, regni hujus ſpiritualis, quòd regnaturus ſit ſuper domum Jacob, hoc eſt, Eccleſiam, in æternum: & regni ejus non erit finis. Quæ verba duo inſinuant:

1. *Populi in regno Meſſiæ deſcriptionem;* qui dicitur domus Jacob. Hac appellatione verò non ii ſolùm intelliguntur, qui ex domo Jacob carnaliter deſcenderunt, licèt in illa ſolium regni primò collocandum fuerit. Eſa. 2, 3. Rom. 11. 15, 8. ſed & omnes illi, qui ex gentibus ad domum Jacob acceſſuri eſſent. Eruditè enim (uti D. Chemnitius habet) à quibusdam annotatum eſt: quando in regno Meſſiæ diſtinctè nominantur domus Juda & domus Iſrael ſeu Jacob, quòd per domum Jacob, ſimul etiam vocatio gentium intelligenda ſit. Regnum enim Iſrael, hoc eſt, decem tribus abductæ, nec redierunt ſimul in terram Iſrael, nec in diſperſione inter gentes peculiarem habuerunt politiam; ſed factæ ſunt

Domûs Jacob nomine quinam intelligantur.

Harm. Evang. cap 5. p. 53.

quaſi

V. Falſa eſt & illa Monachorum, quam D. Chemnitius recitat, depravatio, de Maria collo Eccleſiæ. Dicunt enim Verbum incarnatum, tanquam caput Eccleſiæ, plenum eſſe gratiâ, ita ut de plenitudine ejus omnes accipiamus. Joh. 1, 16. Mariam verò ex capite plenam factam gratiâ, tanquam collum, ex cujus plenitudine membra Eccleſiæ gratiam accipiant. Harm. Evang. p. 49. & 50.

VI. Ejusdem farinæ eſt, quòd Mariam è cenſu reliquorum hominum eximentes, ἀναμάρτητον & ſine peccati originalis labe natam Pontificii (ſed ἄπερ χάριτος) ſtatuunt, quia gratiâ plenam eſſe, & habere peccarum, pronunciante Bellarminô conc. 2. ſint ἀσύστατα. Non enim dicitur Maria πλήρης χάριτος, ſicut Mariæ Filius Joh. 1, 14. ſed κεχαριτωμένη, gratiam gratis adepta, conſecuta. Et vel παραχὴ naturæ peccatricis indicium eſt manifeſtiſſimum. Gen. 5, 5. & 6, 3. 5. & 8, 21. Prov. 22, 15. Sap. 12, 10. Rom. 3, 23. Eph. 4, 24. 1. Corinth. 15, 22. Prov. 20, 9. Pſal 19, 13. & 51, 7. & 53, 2. Tit. 1, 15. Rom. 7, 18. Eſa. 1, 6. & 53, 6. Epheſ. 2, 3. Johann. 1, 5. Matth. 15, 19. Galat. 5, 17. Eſa. 64, 6. Maria an ſecundùm errorem Pontificiorum ſit ἀναμάρτητος.

VII. Vox conſolationis eſt illa Angeli ad Mariam, Dominus tecum, deſumta ex promiſſionibus de Meſſia: ero tecum, Gen. 26, 24. & 31, 3. Exod. 3, 12. Eſa. 41, 10. & 43, 2. Matth. 28, 20. Pſal. 91, 15. Rom. 8, 31.

IIX. Nihil adeò efficax ad pellendum connatum timorem, quàm certitudo de gratia & favore Dei, Pſalm. 73, 25. 26. Exod. 33, 14. 15. 16.

IX. Chriſtus eſt verus Homo, & quoad carnem nobis ὁμοούσιος; quia conceptus in utero virginis Mariæ, Eſa 7, 14. Conſule locos.

X. Chriſtus eſt verus Deus; quia Filius Altiſſimi, non adoptivus, ſed naturalis & eſſentialis, Pſal. 2, 7. Joh. 1, 14. 18. & 8, 58. Act. 7, 17. Mich. 5, 2. Matth. 16, 16. Heb. 13, 8. Coloſſ. 1, 15.

XI. Gemina autem natura non conſtituit geminam perſonam; ſed Filius Mariæ eſt Filius Dei, & Filius Dei eſt Filius Mariæ, propter ineffabilem illam & intimam naturam Unionem, & ſubſecutam Naturarum duarum in Chriſto κοινωνίαν, Joh. 1, 14. 1. Tim. 3, 16. 1. Joh. 1, 1. 2. 3.

XII. Neque tamen qualemcunque agnoſcimus naturarum conſociationem, neque nudam naturæ humanæ in λόγῳ ſuſtentationem, (qui Calvinianorum & Semi-Calvinianorum error eſt;) ſed talem arctiſſimam Unionem, quâ λόγος infinitam ſuam ὑπόστασιν humanitati, per ſe ἀνυποστάτῳ, propriaque perſonalitate deſti-

tutæ, verè, realiter & plenè communicavit, ita ut humanitas ei adſiſtat, ſed per eum ſubſiſtat ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀσυγχύ ἀδιασπάστως, &c.

XIII. Talem enim oportebat eſſe Mediatorem, qui ſ Deus & Homo, abſque peccato tamen, in una perſona eſſet, Ez 34,5. Zach. 14,9. Jer. 23,5. 1. 1 Cor. 1,13. & 8,6. 1. Tim. 2,5.

XIV. Homo quidem eſſe debuit, ut maledictionem ſubire, & pœnam mortis in carne ſuſtinere poſſet, Hebr. 7,26. G 4,4. 1. Pet. 3,18. & 4,1. 2. Cor. 5,21. & 13, 4. Eſ. 53, 6. & ſeqq.

XV. Deus verò ſimul eſſe debuit, ut faciendo & patienc gem Dei implere, mortem vincere, ac nobis juſtitiam & vitam nam reſtituere poſſet, Hebr. 2,24. & 7,26. 2. Cor. 13,4. Act. 2,24. 16,10. Dan. 9,24. Joh. 3,16. 1. Joh. 4,9. 10. Rom. 3,25. & 5,8. & 8,32 de plura apud D. Chemnit. in aureo libello, de duabus natur. Chriſto, cap. 11.

XVI. Propoſitio Angelica; quod ex Maria natum eſt (I Mariæ) vocatur Filius Altiſſimi: (dici autem requirit vel pra ponit etiam ineſſe) neq; eſt ſynonymica, nec accidantalis, nec pica, nec regularis, ſed inuſitata, Joh. 1,14.

XVII. Patet inde error Samoſateni & Neſtorii, qui runt, naturas in Chriſto eſſe παντάπασιν ἀκοινωνήτους; hunc rem hodie ab orco revocatum communem ſibi fecerunt Jeſuv cæ & Calvinianæ vulpeculæ.

XIIX. Patet etiam inde alter Calvinianorum & Eſavit error, ex priori promanans, quando realem proprietatum municationem, quantum in ſe eſt, hoc eſt, ipſam perſonalem nem negant.

XIX. Patet inde & Photinianorum impius error, quô ſtum verum eſſe Deum Patri ὁμοούσιον, negant & pernegant, q tamen Angelus Filium Altiſſimi, Filium Dei, regnô æternô i ctum pronunciat.

XX. Neque audiendi ſunt cum Manichæis Anabapt qui veram nobiſque conſubſtantialem Chriſti humanitatem runt, Ioh. 1,14. Phil. 2,7. Hebr. 4,15. & 5,2.

XXI. Monemur de officio Chriſti, quod in ſalvation puli ſui unicè conſiſtit. Vide locos & libellos methodicos.

XXII. Docemur etiam, de communicatione Majeſtat lio Hominis datæ; quod ſecundùm humanitatem factum e cùm divinitati dari nihil poſſit, in præcedente Matthiæ Feſto divimus.

X

XXIII. Et multùm errant Calviniani, cum complicibus ſtatuentes, Omnipræſentiam ideò carni Chriſti adſignari non poſſe, quia humanitas concepta ſit, non niſi in utero Mariæ finito. Ἀλόγως enim localitatem, certô reſpectu ſpontè admiſſam, ipſi Majeſtati communicatæ ἁπλῶς opponunt.

XXIV. Regnum Meſſiæ non temporale & caducum, ſed ſpirituale & æternum fore ex hac Angeli oratione colligitur, Eſa. 9,6.7. & 44,5.6. Zach.2,4. & 9,9. Dan.7,14. Mich.4,7. Joh.6,15. & 18,37. Matth.20,28. Luc.9,58.

XXV. Regnum illud Meſſiæ, in regno Davidis, quaſi in typo, adumbratum fuit. David enim unctus fuit in Regem longè antè, quàm ſolium regni occuparet, ad quod non niſi poſt multas perſecutiones & afflictiones exaltatus fuit: ſuper domum Juda *initiò* rex factus; *Deinde* etiam ſuper reliquas tribus Iſraelis, *imò* ad gentes etiam extendit calceamentum ſuum, Pſ.60,8. & 108, 8. *Inſuper* populum ſuum primùm ab hoſtium violenta oppreſſione liberavit; *deinde* in pace ac juſtitia ipſum gubernavit, Eſa,9,7. Ier.23,5. Quæ omnia ad regnum Chriſti accommodari facilimè poſſunt.

David quãdo in Regẽ fuerit unctus.

XXVI. Gentes quoque alienæ à politia Iſraelis domui Iacob inſerendæ fuerunt: quæ enim ſit vera domus Iacob, Paulus omnium clariſſimè explicat, Rom.9,6. Gal.6,16. Eſ.44,4. Mich.4,2 Ier.3,14. Zach.2,4. Ezech.37,28.

XXVII. Sicut autem per Evangelium hoc Chriſti Regnum per totum orbem diſperſum eſt; ità Chriſtus ad dexteram Dei exaltatus, ubiquè verè præſens & efficax, illud adminiſtrat, Pſ.72,8. Mal. 1,11. Luc.24,47, Act.1,8. Marc.16,20. Eph.4,10. Matth.28,20.

XXIIX. Quicunque igitur Evangelio credunt, hos Chriſtus in regnum ſuum recipit, ut in illo non externis, ſed æternis fruantur bonis, Marc.16,15. Luc.10,16. Rom.10,17. Epheſ.2,19. Galat.1,4. Coloſſ.1,13.14. 1.Petr.2,9. Phil.3,20. Luc. 17,21. Roman.5,1. & 14, 17. Apoc.1,6.

Chriſtus omnes credentes in regnum ſuũ recipit.

XXIX. Regnum verò ſuum Chriſtus non externâ vi aut gladiò, ſed Spiritu oris ſui adverſus omnem Satanæ & conjuratorum impetum defendit, tuetur ac propagat, repreſſiſque hoſtium ſuorum conatibus conſervabit ad extremum usque diem, ubi Regnum tradet Deo & Patri, Apoc.19,11.14.15. 2.Theſſal.2,8. Eſa.11,4. Pſal.2,1. & ſeqq. & 8,3. & 9,6. & 29,10. & 99,1. & 145,13. Exod.15,18. Dan.2,44. 1.Cor.15,24,28.

XXX. Errant itaque totô cœlô Iudæi, terrenum ſibi M & externum regnum ſomniantes, Luc. 17, 20. Matth. 22, 41. 42. Ioh. 18, 37.

XXXI. Antichriſtianismum reſipit, quòd Papa Rom ψευδώνυμος Chriſti vicarius, ſuperiorem ſeſe omnibus mun gibus jactat, Dan. 11, 42. 43. Apoc. 17, 3. 2. Theſſ. 2, 4.

XXXII. Errant demùm etiam cum Chiliaſtis Anaba fingentes politicum Chriſti in his terris regnum, mille annos finem mundi duraturum, in quo exſtinctis impiis, omnes ſancti ſint futuri, Matth. 13, 49. 50. & 24, 12. 2. Tim. 3, 1. 2.

PARS III.

Tertia pars continet uberiorem myſterii de Conceptio Incarnatione Meſſiæ declarationem, in qua notetur

1. Cauſa προκαταρκτική vel occaſio, quam præbet modeſt riæ de modo conceptionis inquiſitio. Ipſa enim rei novitas gnitudo cogebat eam modeſtè ſciſcitari, cùm divina ei prole mitteretur, an uſitatô & naturali, an verò inuſitatô & prætern li modô id implendum eſſet.

2. Ἀπορία vel dubitandi ratio; quia virum non cognoſco eſt, ſum benè cuſtodita virgo; & licèt ſponſa ſim, nondum t in domum ſponſi ſum deducta. Colligitur inde, Mariam deſponſatam fuiſſe; ità ut poſt aliquot demum menſes, m dæis ex lege Deut. 22, 23. uſitatô, ad domum ſponſi deducere Matth. 1, 18. Ineptiunt h. l. Pontificii, ex eo, quòd Maria dicit cognoſco virum, votum perpetuæ virginitatis extorquere irritô laborantes. Ita enim παρθένος; non cognoſco v hoc eſt, feci votum; & habeo propoſitum, me nunquam ve gnoſcere virum: Sed *1. vis infertur textui. 2 Vetus Teſtamen tale votum*, præſertim in deſponſatis planè *ignorat. 3. Ipſa deſpo cum tali voto pugnat.* Mariam autem, etiamſi votum caſtitati mne non fecerit, ſemper-virginem manſiſſe antè, in & poſt pa pietate chriſtianâ credere jubemur. Ceterùm quæſivit Maria ex diffidentia, ac ſi verbis Angeli fidem derogaret, ſed oſtendit modum, quô illud fieri vel poſſit, vel debeat, non intelligere.

3. Modus conceptionis innuitur miraculoſus, omnemque tam transcendens: Cujus indicatur vel declaratur potiùs

1. *Cauſa efficiens ſive operans principalis*, (αἴτιον δημιουργικὸν) Spiritus S. & Virtus Altiſſimi, h. e. Deus Pater, vel ejusdem vis & efficacia: q.d. Erit opus hoc totius SS. Trinitatis.

2. *Cauſa materialis repetitur*; nim. ſemen mulieris; ſuperveniet IN TE; & obumbrabit TIBI: quæ verba illud denuò innuunt, ex ſubſtantia carnis & ſangvinis Mariæ Filium Dei humanam Naturam adſumturum; ut ſit ſemen mulieris & Filius Davidis.

3. *Cauſa formalis* verbis ſuperveniendi & obumbrandi exprimitur; quòd videlicet Spiritus ſanctus carnem Chriſti ſit creaturus non ex ſe, ſed ex virginis ſubſtantia, cui deinde animam inditurus, & vi ſuâ eandem ſanctificaturus ſit. In Græco habetur verbum ἐπελθεῖν, quòd, annotante D. Chemnitiô, uſurpatur, quando Spiritus ſanctus non generali actione, (ut in conceptione & formatione omnium hominum (ſed actione extraordinariâ & ope ratione cœleſti, non ſecundùm communem naturæ curſum, aliquid operatur, Jud. 14, 6. Actor. 1, 8. Alterum verò verbùm, ἐπισκιάζειν, putat eſſe ἐμφατικώτερον: uſurpari enim illud de peculiari ratione præſentiæ, operationis & defenſionis divinæ, Exod. 40, 35. Deut. 33, 12. Matth. 17, 5. q. d. Deus Pater velamentô quaſi quodam opus hoc involvet & teget; atque ita eô ipsô momentô Filius Dei cum maſſa per Spiritum ſanctum ſanctificata ſeſe perſonaliter conjunget, ut caro cum λόγῳ ſit unum ὑφιστάμενον. D. Chemnitius eleganter, ut omnia; Tria, inquit, Spiritus S. ſuperveniens, & Virtus Altiſſimi obumbrans, operantur in conceptione Chriſti: 1. Ut præter naturæ ordinem, ſine virili ſemine, virgo, operante Spiritu S. concipiat fœtum. 2. Ut maſſa illa Incarnationis Filii Dei ſanctificetur, hoc eſt, mundetur & ſeparetur à peccato, Hebr. 7, 26. ut quod naſcitur ſanctum ſit. 3. Ut præter & contra omnem naturam fieri poſſit unio Divinitatis & humanitatis, in unam perſonam Chriſti. Hæc ſumma ſunt miracula, quæ fides noſtra reverenter credit; mens autem comprehendere non poteſt.

Harm. Evang. p. 15.

Ἐπελθεῖν in Evang. Luc 1. quid ſignificet.

Ἐπισκιάζειν quid ſignificet.

4. *Effectum vel conſequens operis*; hoc eſt, incarnationis iſtius: τὸ ἅγιον, Sanctum quod naſcetur ἐκ σοῦ (ita enim quædam exemplaria legunt) ex te, (in te, ne quis putet corpus cœlitùs in uterum virginis adlatum) hoc eſt, ex tuæ carnis ſubſtantia, vocabitur Filius Dei, ſcil. verè & realiter, propter vinculum unionis perſonalis arctiſſimum, ratione cujus ſanctum illud, quod ex Maria naſcitur, vocatur (& revera eſt) Filius Dei: & Filius Mariæ vocatur (& revera eſt) Filius Altiſſimi. Habes hic Unionis & Unio-

nem ſubſecutæ communicationis, *tùm* naturarum, *tùm* prop
tum fundamentum inexpugnabile.

Quæritur à nonnullis, cur in neutro genere loquatur I
τὸ ἅγιον γεννώμενον? Reſpondet D. Chemnitius; fieri hoc
oſtendat, quòd ſecundùm carnem Filius Dei natus ſit ex M
2. *Ut doceat*, Chriſtum non tantùm ſecundum divinam na
ſanctum eſſe, ſed & maſſam adſumtam ſanctificatam eſſe. 3.
perſonæ fingantur, addit: Sanctum illud (intelligit totum
μενον) Filius Dei vocabitur. 4. *Poſſibilitatem* conceptionis u
declarat & probat Angelus

I. *Exemplô Eliſabethæ ſterilis*, quæ in ſenectute ſua co
filium: mirum itaque Maria videri non debet, ſi ipſa juven
virgo permanens, ex Spiritu ſancto concipiat. Exemplun
hocce proponit, ut

1. *Fidem Mariæ confirmet*;
2. *Eidem oſtendat*, cui hoc myſterium communicare, &
quo de hac tanta re conferre debeat. Sponſo enim in
non audebat; quia fidem non inveniſſet narratio. Con
ſtoriam Matth. 1. deſcriptam.

II. *Dei omnipotentiâ*; quia apud Deum nullum verb
impoſſibile. In promiſſionibus enim divinis ſimul con
tur, & Dei voluntas, & ejuſdem potentia; utrumque fid
plectitur, certò ſtatuens, Deum velle & poſſe præſtare o
quæ pollicitus eſt, licet rationi humanæ omnibusq; creatu
deantur impoſſibilia.

5. *Tandem ſequitur eventus* annunciationis ſive leg
angelicæ triplex:

1. *Mariæ morigeratio*, per Epiphonema: Ecce ancill
mini. Continent hæc verba, *tùm* fidei obſequium, cuju
prium eſt, in Domini ſui verba & facta non inquirere,
ſentiri; *tùm* ſummam obtemperandi promtitudinem; *tù*
fundiſſimam humilitatem: quæ unô ancillæ nomine comp
duntur omnia.

2. *Mariæ aſſenſio & impregnatio*: Fiat mihi ſecundù
bum tuum. Γένοιτο, fiat, idem quod Hebræis Amen; ho
votum, pro rei denunciatæ impletione, pium adjiciens. At
Maria ſtatim de Spiritu ſancto gravida facta concepit in
ipſum Dei Filium unigenitum.

3. *Angeli diſceſſio*, ſive more humanô, ſive per diſp
nem facta.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. In myſteriis divinis libenter nos erudiri patiamur, exemplô Mariæ, rationem conceptionis ſibi declarari piè petentis. Col.1,9. & 3,16. Act.17,11.

II. Confirmatur articulus fidei, de conceptione Chriſti ex Spiritu ſancto. Matth.1,18. Eſaiæ 7,14. Hebr.7,3. Videantur libelli Catechetici.

III. Sed & alter ille hic fundatur articulus, de Chriſto nato ex Maria virgine. Galat.4,4. Salvâ enim, h. e. *neq;* per conceptionem, *neq;* per partum violatâ virginitate, Filius Dei ex Maria natus eſt, quod contra negantes Ebionitas & Priſcillianiſtas eſt notandum.

IV. Articulus de Mariæ virginitate perpetuâ fundamenti locô habet, non traditionem Eccleſiæ, uti Pontificii fabulantur, ſed infallibilem fidei cynoſuram, ſacram ſcripturam. Nam 1. virginem parituram Angelus Gabriel h. l. adſerit. 2. Urgent hoc ipſum teſtimonia ſcripturæ, Geneſ.3,15. Jerem.31,22. Eſ.7,14. Gal.4,4. Hebr.7,3. 3. Non lumborum, ſed ventris & uteri fructus dicitur. Luc.1,42.

V. Errant Valentiniani, Chriſtum humanam ſuam naturam de cœlo attuliſſe ſomniantes; quibus *ὁμόψηφοι* ſunt Schwencofeldiani, Chriſto carnem non creatam, & noſtræ ſubſtantiæ ratione ſimilem, ſed peculiarem & planè cœleſtem attribuentes.

VI. Errant Marcionitæ, fingentes Chriſtum non verè, ſed putativè tantùm natum eſſe, cùm virgo parere nequeat; ſcil. ordinariè, ſecundùm communem naturæ curſum: at præter rerum ſeriem Virgo parit hominem.

VII. Erravit Neſtorius, Mariam *θεοτόκον* Deiparam blaſphemè inficiatus, quòd infantem pepererit; at non nudum, ſed ſanctum, quod ex illa natum, Filius Dei verè eſt & vocatur.

IIX. Iterum habemus teſtimonium invictum, & adverſus omnes Erebi portas conſiſtens, Unionis perſonalis duarum in Chriſto naturarum: quia Deus & Homo ſunt unus Chriſtus; ſicut anima & corpus ſunt unus homo. Johann.1,14. 1.Timoth.3,16.

IX.

Digitized by Google

IX. Sanctiſſima Chriſti conceptio immundam noſtram conceptionem tegit, ne à Domino abjiciamur ideò, quòd in peccatis concepti & nati ſumus.

X. Myſterium Trinitatis hoc locô primùm in N. T. revelatur.

XI. Monemur de Dei Omnipotentia, cui nihil impoſſibile. Pſalm. 115, 3. Jer. 32, 17. Zach. 8, 6. Eph. 3, 20. Gen. 18, 13. Roman. 4, 18. & ſeqq.

XII. Audiendi itaq; non ſunt, qui impiâ petulantiâ Dei Omnipotentiam *vel* limitare, *vel* ad axiomata Philoſophica reſtringere audent, quales præ ceteris ſunt Calviniani, Deum univerſâ ſuâ vi efficere non poſſe, blaſphemô ore convitiantes, ut unum corpus ſit ſimul in pluribus locis.

XIII. Commendatur nobis exemplô Mariæ ſtudium ſubmiſſionis & humilitatis, de qua præced. feſt. Matt. egimus.

XIV. Ridiculi admodum ſunt Miſſifices, vel ſacrificuli Pontificii, in hunc modum colligentes: Sicut Maria Chriſtum concepit virtute quinque verborum: fiat mihi ſecundùm verbum tuum: ſic Sacerdos ex pane euchariſtico conficit corpus Chriſti, vi quinq; verborum: hoc enim eſt corpus meum. Funiculi ex arena contexti.

XV. In articulis fidei verbo Dei revelato unicè eſt confidendum & inhærendum. Sermo enim Dei eſt Veritas; in qua nos conſervet & confirmet Is, qui eſt veritas, via & vita noſtra, Amen.

DISPOSITIO SECUNDA.

PROPOSITIO διμερής.

DEſcribitur hoc Evangeliô concepti Meſſiæ, Servatoris noſtri, Domini Jeſu Chriſti hiſtoria, in qua eſt revelatio gratiæ divinæ, Virgini Deiparæ ſingulariter exhibitæ; quòd ipſa ſit futura mater Meſſiæ, piorum multorum votis à condito mundo diu multumq; deſiderati: illa verò mox concepit ex Spiritu ſancto, fidem verbis Angeli adhibens. Partes continet duas:

I. Evangeliſtæ præloquium; &

II. Angeli cum Maria colloquium.

PARS I.

Præloquium nihil complectitur aliud, quàm certarum circumſtantiarum quarundam commemorationem, quæ ad ſidem rei

rei faciendam, myſteriique ſublimitatem indicandam haud parùm conducunt. Eæ verò ſunt;

1. Temporis notatio, quando contigerit conceptio Chriſti; menſe ſexto; qui numerandus eſt non ab initio anni, ſed ab eo tempore, quô Johannes Baptiſta fuit conceptus. Eccleſia collocat in menſem Martium, & diem ejusdem 25. conceptioni Chriſti ſacrum deſtinat: ſic novem elapſis menſibus nativitas ejus præcisè incidit in 25. Decembris diem. Recentiores verò Chronologi, ſecuti Joſephi Scaligeri ſupputationem, nuncium virgini Mariæ adlatum, in principium Januarii, nativitatem verò Chriſti in menſem Octobrem collocant, uti prolixè habetur in Chronologia Calviſii: quam tamen ſententiam D. Calixtus non niſi probabilem, ob ſcrupulum adhuc reſiduum, pro certa autem & indubitata haberi non poſſe judicat. Sed de hac re apud populum diſputare eſt planè inconveniens & infrugiferum. D. Finckius favet communi ſententiæ contra Hoſpinianum Calviniſtam, cujus rationes refutat, part. 1. poſt pag. 152. **Chriſti conceptio cur in menſem Martium fuerit collocata.** **Concord. Evang. pag. 39. & ſeqq.**

2. Legati vel perſonæ miſſæ ſignificatio; quis miſſus fuerit? Angelus Gabriel, qui & ipſe Zachariæ apparuerat, nativitatem Johannis præcurſoris Dei mandatô itidem prænuncians, Luc. 1, 19. Gabriel autem, ſi interpreteris, Dei fortitudinem ſignificat. Gloſſa ordinaria ex Beda: Ideò, inquit, Angeli ex nomine aliquando ſignantur, ut ex ipſo nomine, quid miniſtraturi veniant, demonſtretur. Gabriel fortitudo Dei, quod illum nunciet, qui ad debellandum diabolum veniebat. **Gabriel quid ſignificet.**

3. Mittentis conſideratio; à quo miſſus Angelus? à Deo, negotii hujus authore & gubernatore unico. Hujus enim ſolius eſt opus, dare mundo Filium, eumq; in carnem mittere; opus nimirùm dilectionis ἀνεκδιηγήτου, Ioh. 3, 16. 1. Ioh. 4, 9.

4. Loci determinatio; quò miſſus fuerit? In civitatem Galilææ, cujus nomen Nazareth: Gloſſ. ord. quia Nazaræus, hoc eſt, Sanctus ſanctorum nunciabatur futurus: unde Chriſtus poſteà Nazarenus cognominatus fuit, Matth. 2, 23. Significat autem civitatem germinis, vel ſurculorum; בֶּצֶר (ſurculus, ramus, Eſa. 11, 1. נָזִיר capillitium, inſigne Nazaræi, ut qui capillos non totondit, Jer. 7, 29. à נָזַר ſeparavit, ſcil. devotione, religione ab aliis: Hinc נָזִיר Nazaræus, ſeparatus, conſecratus, addictus Domino, Num. 6, 2. & ſeqq. Judic. 13, 4. 5.) & hoc nomen gerere voluit Filius Dei, qui fuit germen Davidis, Eſa. 4, 2. & 11, 1. Ier. 23, 5. ſeparatus ab omnibus pec- **Nazaræus nomē quid ſignificet.**

catoribus, & conſecratus ad annunciandum Evangelium, Eſ.
Porrò Nazareth, in tribu Sebulon ſita, exiguum fuit & contem
oppidulum, ita ut Nathanaël Joh.1,46. diceret: à Nazareth po
aliquid boni eſſe? Filio tamen Dei locus iſte conceptionis & e
tionis præ ceteris placuit, ut qui vilia coram mundo elegit, 1
1,28. Galilæa autem fuit Palæſtinæ pars Septentrionalis, inter
& Judæam interjacet Samaria; & tractus iſte terræ habitus
ignobilior, ex quo Phariſæi Ioh.7,52. putabant non adſurger
phetam, *nedum* ut Meſſias ibi conciperetur, *aut* inde ad doce
prodiret, quod tamen poſtea factum eſt; & regionem iſtam Sa
miraculis inprimis locupletavit, & concionibus ſuis nobilit

5. *Objecti* vel perſonæ *mentio*, ad quam miſſus fuit Ange
la verò deſcribitur tripliciter:

1. *A ſexu virginali* quòd fuerit Virgo: Virginem enim m
habère debuit Meſſias, ſecundum oracula per Spiritum ſanctu
culiariter ea de re edita, Gen.3,15. Eſ.7,14. Mulier à diabolo ſe
mortem intulit; contrà mulier ab Angelo edocta ſalutem e
gloſſ. ord.

2 *A nexu conjugali:* fuit enim deſponſata viro Joſepho,
mo Davidis, cui promiſſus erat Meſſias, 2.Sam.7,12. oriundo.

3. *A nomine ſingulari:* Maria ab amaritudine, propter te
rum iſtorum mœſtitiam ita appellata. Habuit commune ho
men cum ſorore Moſis, Exod.15,20.

Quæritur hoc loco de cauſis, cur ex virgine deſponſata
voluerit Meſſias? Reſpondetur, factum hoc eſſe,

Meſſias cur ex virgine deſponſata naſci voluerit.

1. *In conjugii honorem:*

2. *Propter convenientiam quandam,* inter principium perc
nis & reparationis noſtræ. Nam & Eva prima mater erat virg
ſponſata, cùm aſtu diaboli ſeduceretur, & introduceret in
dum verbum ædificatorium mortis.

Confer D. Calixt. cõcord. pag. 44. & 45.

3. *Ut per generationem & familiam Joſephi origo etiam M
oſtenderetur.* Deſcribitur enim familia Mariæ per familiam ſp
cùm lex nuptiarum præciperet, ſingulos de ſuis tribubus ſp
quærere, quam legem Joſephum & Mariam obſervâſſe dubium
eſt, idque poſtmodum confirmat Angelus, quando de Mariæ
dicit: dabit ei Dominus ſedem David patris ſui. Theophyla
Dicit autem deſponſatam virginem viro, qui erat de domo Da
ut oſtenderet, & ipſam ex genere David deſcendiſſe. Juxta le
enim conjuges ex eodem genere, & eadem cognationis catena
gnatas eſſe oportebat.

4. *Ne Maria prægnans deprehenſa periculum incurreret*,& pœnas legis de ſcortatione evitaret.

5. *Ut famæ conſuleret.*

6. *Ut in Ægyptum fugiens tutorem & conſolatorem haberet.*

7. *Ut partus ejus celaretur à diabolo*, qui putabat Meſſiam non de virgine, ſed uxore generatum, uti Ignatius loquitur. Gloſſ. ordin. ex Beda: de deſponſata, inquit, voluit naſci, ut per Joſeph texeretur ordo generationis, & ne quaſi adultera lapidaretur. In quo & impudicis virginibus occaſio tollitur, ne dicant, matrem Domini fuiſſe infamatam. Et ut virgo ſolatium viri, & teſtem virginitatis haberet, & ut diabolus myſterium ignoraret.

USUS I. Informatorius.

De Dei in ſervandis promiſſis conſtantia & veritate planè & in æternum immutabili, licèt interdum certô conſiliô moram trahat, ſervantiſſimus tamen eſt promiſſionum ſuarum, Pſ.33,4.9. Promiſerat Deus Filium ſuum, Redemtorem mundo futurum, *tùm* immediatè, Geneſ.3,15. & 12,3. & 22,18. & 28,14. & 49,10. Exod. 4,13 Deut.18,15. 2.Sam.8,12. *tùm* mediatè, per Prophetas majores & minores, fore nimirùm ipſum Filium Dei æternum, Mich.5,2. Pſ.2,7. & adſumturum illum, ad redimendum genus humanum, carnem vel naturam humanam, Gen.3,15. Eſa.9,6. abſque peccato tamen, ideoque ſanctus Dei dicitur, Pſ.16,3. & juſtus, Eſ.53,11. Jer.23,5. concipiendum de Spiritu ſancto, & naſciturum ex virgine pura & illibata, Eſa.7,14. Ier.31,22. Geneſ.3,15. & 49,10. oriundum ex poſteritate Abrahæ, Gen.21,12. & 22,18. Deut.18,15. Ierem.30,21. & quidem è regia tribu Iuda: Gen.49,10. Pſal.78,68. ex familia Davidis, 2.Sam. 7,12. Pſal.132,11. Ier.23,5. Eſa.11,1. & 16,5. Ezech 34,23 Amos 9,11. Et quanquam ad annos ferme 4000 promiſſionem differret; venit tamen ſuô tempore deſideratus cunctis gentibus; Hagg. 2,3. eô planè, quô prædictum fuerat modô, Eſa.14,27. Hab.2,3. *Idem* ergò *eſto judicium de comminationibus pœnarum*; Exod.20,5. Pſ.37, 35. de interitu mundi; 2.Pet.3,4. & ſeqq. de reſurrectione mortuorum, Eſa.26,19. Dan.12,2. Ioh.5,28. & vitæ æternæ præmiis, Rom.5,2. & 8,23. Tit.2,13. 1.Pet.1,3. Ioh.14,3. Matth 25,34. 1.Cor.2,9.

Dei conſtantia in ſervandis promiſſis & comminationibus pœnarum.

II. Refutatorius.

Judæorum, Jeſum Nazarenum promiſſum eſſe Meſſiam, obſti-

natè nimis negantium & pernegantium. Refutantur autem illi, omnium circumſtantiarum, de quibus in textu monuimus, accuratâ contemplatione; ſc.

1. *Temporis notabilitate*;
2 *Legati ſublimitate*; Dan.9.
3. *Loci concinnitate*; Matth.2,23.
4. *Matris virginitate*;
5. *Familiæ celebritate.* Vide plura in feſt. Nativit. Chriſti. Confer etiam ἀπόδειξιν meam Meſſiæ; & Elenchos Iudæorum D. Helvici.

III. Conſolatorius.

De Dei in mittendo auxilio εὐκαιρίᾳ ſive opportunitate, 1. Corinth. 10, 13. Pſ. 55, 23. Hab. 2, 3.

PARS II.

In Colloquio Angeli cum Maria habito obſervanda veniunt

auxiliū Dei εὐκαιρίᾳ.

I. *Angelica ſalutatio.* Angelus enim viſibili ad Mariam formâ, corpore nim. ad tempus adſumtô, ingreſſus, palàm locutus eſt, verbis articulatis uſus, rei ita fidem faciens. Præmittit autem amicam ſalutationem, dicens: χαῖρε κεχαριτωμένη, ſalve, ave, gaude ô gratioſa, hoc eſt, quæ es ornata gratiâ, non quæ tuis dotibus eam promeruiſti. Eſt enim formæ paſſivæ, q.d. ſuſcepta es in gratiam, adoptata es & electa ad ſingulare quoddam munus, per quod gratia Dei mundo communicabitur.

Pontificiorum inſani errores de Mariâ.

Vetus vulgata verſio reddidit: Ave gratiâ plena: ſed græco non reſpondet, & multis (in Papatu uti videre eſt;) anſam erroris præbuit, ut ex Maria quendam quaſi gratiæ fontem fecerint, ex quo reliquis gratia & miſericordia ſit haurienda; ſeu ex cujus plenitudine reſiqui homines gratiam accipiant. Unde vocare eam non erubuerunt matrem gratiæ & miſericordiæ. Scripſerunt etiam; Patrem cœleſtem, qui habeat juſtitiam & miſericordiam, retentâ ſibi juſtitiâ, miſericordiam exercendam Mariæ contuliſſe. Item, omnes gratias faciendas ei commiſiſſe quas ipſa fideliter diſtribuat, ita ut omnes in ſuis neceſſitatibus teneantur ad eam recurrere. Item, nullam gratiam de cœlo venire ad terram, niſi tranſeat per manus Mariæ. Mariam eſſe mediam inter Chriſtum & Eccleſiam, ſicut collum eſt medium inter caput & corpus, quemadmodum ex Bernhardino hæc & alia multa recenſuit, Dn. D. Chemnit. in Exam. Concil. Tri-

Digitized by Google

Trident. part. 3. pag. 233. Sed benè habet. Omnia hæc Papiſtarum figmenta, omniſque adeò ipſorum ſtructura, quâ ſalutationem hancce Angelicam in quotidianæ precationis & invocationis Mariæ formulam converterunt, unô ſaltem lingvæ fundamentalis intuitu concidit penitùs. χαριτῶσαι enim ſignificat gratiâ adfici, gratis diligi; non gratiâ plenum eſſe. Cujus vel ſolius argumenti tanta eſt vis, ut Janſenius Epiſcopus, Pontificius, veritati locum concedens, ſcribere nullus vereatur: Ad verbum ſonat gratificata, hoc eſt, quam Deus ſingulari & gratuitô ſuô favore ſibi gratam fecit, & gratam habet. Pro gratificata tamen melius eſt, ſi dicatur & vertatur gratioſa. Gratioſi enim dicuntur Latinis, quibus favetur ſingulari aliquô animi ſtudiô, quamvis ea dictio græcæ vocis ſignificationem non adæquet. Non enim Angelus eam ſalutat gratioſam, h. e. acceptam, placentem & gratam; ſed effectam gratioſam, ut donum Dei ſignificetur, quô facta eſt gratioſa: non enim ex ſeipſa erat gratioſa, ſed ex divinæ benignitatis dono. Hinc Theophylactus: *Porrò id quod ſuprà dixit, gratioſa, quaſi interpretans dicit; inveniſti gratiam coram Domino. Hoc enim eſt gratioſam eſſe, vel plenam gratiâ*, quòd *invenerit gratiam apud Deum*, hoc eſt, *placuerit Deo.*

χαριτῶσαι quid ſignificet.

Gratioſi quinam apud Latinos ſint.

Sed res per ſe eſt manifeſta; progredior itaque ad reliquam ſalutationis Angelicæ partem. Addit autem Angelus, *tùm* gaudii, *tùm* attentionis excitandæ gratiâ, Dominus tecum, ſcil. *vel* eſt, *vel* erit, *vel* eſto. Præſens & futurum eſt ἐξηγητικὸν, & prioris ſententiæ αἰτιολογικὸν. Si enim quæratur, cur Maria ſit κεχαριτωμένη? Reſp. quia Dominus cum illa eſt vel erit. Omnes autem illi ſunt in gratia, cum quibus Deus eſt. In imperativo verò ſumtum, εὐκτικὸν eſt & comprecantis; q. d. Salus tibi ſit, Dominus tecum ſit, vel Dominus adſit tibi; hoc eſt, magnum illud opus in te & per te efficiat, ut in ſalutem cedat omni populo: ita enim uſurpatur, Judic. 6, 12.

Maria cur ſit κεχαριτωμένη.

Dominus tecum.

Tandem in ſalutatione ſubjicit Angelus; (εὐλογημένη) benedicta tu inter mulieres, hoc eſt, feliciſſima es mulierum; ſola quippe ad eam gratiam & dignitatem evecta, ut ſis mater Meſſiæ; quo vel uno Privilegio ſingulari ſuper mulieres reliquas omnes es exaltata, ut eas etiam, quibus idem, quod eſſent benedictæ, encomium attributum legitur, longo poſt te intervallo relinquas. Jud. 5, 24. Ruth. 3, 10. 1. Sam. 25, 33. Jud. 13, 23.

Maria benedicta.

Ψευδερμηνεία ergò eſt, & textûs ſacri depravatio intolerabilis, quòd fingant Mariolatræ, ideò dici Mariam benedictam, quòd

Maria cur ſecundùm furorem per Mariola-

[…]rum di[…] per eam mulieres ſint benedicendæ, quemadmodum mares per Chriſtum. Contumelioſa ſunt hæc & blaſphema in ſemen mulieris benedictum, in quo ſolo omnes gentes, populi & tribus terræ benedicuntur. Gloſ. or. ex Gregorio: benedicta in mulieribus, quæ ſine exemplo muliebris conditionis & Virgo, & Mater eſt, & Deum genuit.

[…] bene-dicta.

II. Maria territa conſolatio. Ubi notetur

1. Cauſarum commemoratio. Terrorem enim vel perturbationem incuſſit Mariæ.

1. *Angeli viſio*, cum cœleſti quadam majeſtate conjuncta.
2. *Angeli oratio*, utpote quæ non eſſet adſveta audire ejuſmodi magnificos ſermones. Gloſ. ord. addit: turbata eſt, ſcil. more humanæ fragilitatis: de angelica viſione, & de inſolita ſalutatione: quia neſciebat, ſi præteritum, an futurum eſſet, quod Angelus dixit.
3. *Interna mentis cogitatio:* auditâ enim inſolitâ compellandi formulâ cogitavit, qualis eſſet iſta ſalutatio. Notetur, quòd Angeli ſalutatio dicatur ἀσπασμὸς; hoc enim contra Pontificios eſt urgendum. Differunt plurimùm, ſalutare & adorare vel invocare.

2. Terroris depulſio. Jubet enim Angelus Mariam bono eſſe animo, & lætari de ea gratia, quam invenerat apud Deum. Invenire autem gratiam Hebræâ phraſi eſt, conſequi gratiam, & eſſe in gratia. Geneſ. 18,3. & 30,27. & 33,8.10.15. Num. 32,5. 1. Sam. 1,18. Gl. ord. turbatam inſolitâ ſalutatione, quaſi familiariùs notam vocat ex nomine. Ne timeat jubet, & quare gratiâ plenam (gratiâ affectam) vocaverit, pleniùs explicat. Lutherus in poſt. dom. fol. 452. a metum Mariæ ita interpretatur: Da ſind ihr Gedancken eingefallen/ daß ſie denckt: Ich bin ein armes Aſchenbrödlin/ ſol ich nu Mutter werden/ vnd einen Sohn gebären/ vnd weis von keinem Manne/ wer wil mirs gleuben/ daß ich von mir ſelbſt ſchwanger ſey? Fühlet alſo/ daß ſie durch dieſe Bottſchafft des Engels in Gefahr gefuhret wird. Darumb dencket ſie: Wird man es von mir erfahren/ daß ich ſchwanger bin/ vnd mich darauff fragen/ wie wil ichs beweiſen/ daß ich von keinem Manne wiſſe? Vnd das ich auch die Warheit/ wo vnſer HERR Gott nicht vber Maria ſonderlich gehalten hette/ ſo were es nicht Wunder/ daß ſie were geſteiniget oder verbrand worden. Denn ſchwanger ſeyn vnd doch von keinem Manne wollen wiſſen/ wer des Kindes Vater ſey/ da gehört Stein vnd Fewer zu [...] Moſe. Weil es nu mit dieſer Empfängnis nicht ſo

Invenire gratiam quid ſignificet.

zu-

zugehen ſolte / wie es in der Welt die gemeine Weiſe iſt/ſo fürchtet ſich Maria/ und fraget/ wie es denn zugehen werde.

III. Conceptionis denunciatio, verſ. 31. 32. & 33. comprehenſa. Continent autem verba iſthæc, cœlô quippe delata, inſignem & locupletiſſimam μυστηριολογίαν. Exprimit enim Angelus.

1. Myſterium conceptionis; Ecce concipies in utero. Hîc verum hominem, de ſubſtantia maternæ carnis Angelus adſerit, gl. ord. Deſumta ſunt hæc verba ex Eſa. 7, 14. tertiâ ſolùm perſonâ in ſecundam mutatâ; ut pateat, Mariam eſſe illam ipſam virginem, de qua Propheta locutus fuerat. Theophyl. ita: *Ecce concipies, hoc ſingulare, quod nulli alteri conceſſum.* In utero autem dixit, ut oſtendat, Dominum ex ipſius virginis utero incarnatum ſubſtantialiter. — Conceptio Chriſti.

2. Myſterium partûs vel generationis, ex eodem Eſaiæ vaticinio petitum.

3. Myſterium Nominis, quod ſimul officii rationem involvit. Jeſus enim interprete Angelo, Matth. 1, 21. eſt Salvator; quia ſalvum faciet populum ſuum à peccatis ſuis. Gl. ord. Jeſus Salvator ſive ſalutaris dicitur: ipſe enim ſalvum faciet non populum Iſraeliticum, ſed ſuum; ſive ex præputio, ſive ex circumciſione, in unum ovile ſub uno Paſtore congregatum. Theophylactus: *Benè dictus eſt Jeſus; quia ob ſalutem noſtri generis venit.* Nomen enim hoc in græcam linguam converſum dicitur ſalus Jeſus igitur σωτὴρ eſt, hoc eſt, Salvator, quia & Joſua ſalus dicitur. — Nomen Meſſiæ, Jeſus.

Excipiunt Judæi: Jeſus Nazarenus non eſt Meſſias; quia Prophetieum ipſi Immanuelis nomen non competit. Mariæ enim Filius in circumciſione Jeſus, non Immanuel, nuncupatus fuit. Reſp. Filius Mariæ eſt utrumq;: Jeſus ſive Salvator, *quoad* officium; & Immanuel ſive θεάνθρωπος, *quoad* perſonam. Extat verò hoc nomen Eſa. 12, 3.

4. Myſterium perſonæ, ratione cujus dicitur Magnus, ex Eſa. 11, 6. Magnus (1.) *quoad* officium, de quo jam modò diximus, & beneficium ſalvationis: Salvator enim Catholicus futurus, ſalutemq; reparaturus toti mundo. — Jeſus cur dicatur Magnus.

Magnus (2.) *quoad* Divinitatem. Gloſſ. ord. Hic verum Deum, de Deo Patre adſerit. Et addit in margine, ex Beda & Ambroſio: Magnus, non quòd ante partum virginis magnus non fuerit; ſed quòd potentiam, quam Filius Dei naturaliter habet, homo ex tempore erat accepturus, ut una ſit perſona, Homo & Deus. Filius autem Altiſſimi vocabitur, ſecundùm oraculum Pſal. — Altiſſimus ſive Excelſus quid ſignificet.

Digitized by Google

Pſalm.2,7. & 2.Sam.7,14. Eſt verò Altiſſimus vel Excelſus unum ex nominibus vero Deo propriis, & ſignificat eum, qui poteſtatem habet & imperium in omnia, ſeu qui cœlum & terram poſſidet. Gen.14,19. Theophyl. *Vocatur filius Altiſſimi, qui apparebat homo. Nam quia una fuit hypoſtaſis, revera Filius Altiſſimi fuit filius virginis.* Porrò vocandi verbum non habet nudi tantùm hominis ſignificationem, ſed ipſam notat rei veritatem, ſuô tempore ita manifeſtandam, ut ipsô opere demonſtretur, agnoſcatur & prædicetur verus & æternus Dei Filius. Phraſi enim Hebræâ nomen rei vocari dicitur, quod res ipſa eſt. Hinc Theophylactus: *Fuit quidem ante ſecula Filius Altiſſimi Verbum, ſed non vocabatur neq; cognoſcebatur: poſtquam autem incarnatum eſt & apparuit in carne, tunc & vocatum eſt Filius Altiſſimi, qui apparebat & miracula faciebat.*

Vocari in Evangelio Luc. cap. 1. quid ſignificet.

Magnus (3.) *quoad* humanitatem, ex Maria in perſonæ unitatem adſumendam David enim dicitur Pater ejus: regiâ itaque ſtirpe oriundus.

Magnus (4.) *quoad* perſonalem unionem. Qui enim naturalis Dei Filius, Davidis quoq; ſecundùm carnem futurus eſt Filius. Rom. 1,3. & eſt unus utrobiq; Filius, non duo.

Magnus (5.) demum, *quoad* regiam dignitatem, ſecundum vaticinia, Eſ.9,7. 2.Sam.7,13.19. Pſ.89,30. Dan.2,44.45. & 7,14.18. Regnum verò Chriſti deſcribitur ab Angelo,

Regnum Chriſti quale.

1. *Ratione amplitudinis vel extenſionis.* Regnabit enim non tantùm ſuper tribum Juda, ſed ſuper totam Jacobi domum, inter gentes etiam diſperſam, quam unà cum iis, qui ex gentibus fidei Iſraeliticæ accedent, ſub unum caput colliget. Et vocatur thronus Davidis, non illud ſolium, quod David tenuit & Salomon, ſed quod Davidi promiſſum erat, complendum in Chriſto ejus Filio. Per domum Jacob intelligitur Eccleſia ex Judæis & gentibus collecta Theophyl. *Audiens thronum vel ſedem David, ne putes ſenſibile quoddam regnum, ſed divinum, quô regnavit ſuper omnes gentes per prædicationem.* Domus enim Jacob ſunt hi, qui ex Hebræis crediderunt, atque etiam, qui ex aliis gentibus. Illi enim propriè Jacob & Iſrael. Adſtipulatur gl. ord. ex Beda: Sedem, inquiens, h.l. Iſraeliticam plebem, cui David & filii ejus temporalis regni gubernacula præbuerunt. Hujus regnum ſpirituale datum eſt Chriſto, quoniam diſpoſitum eſt à Deo, ut de ſemine David incarnaretur, qui illam gentem in perpetuum vocaret regnum. Et non ſolùm in una gente Judæorum, ſed regnabit in domo Jacob in æternum, h.e. in tota Eccleſia, quæ per fidem & confeſſionem Chriſti

Thronus Davidis quid ſit.

Per domũ Jacob quinam intelligantur.

ad

Digitized by Google

ad Patriarcharum pertinet ſortem; ſive in illis, qui de Patriarcharum ſorte nati, ſive in his, qui de oleaſtro inciſi, in olivam bonam ſunt inſerti.

2. *Ratione durationis*; non tantùm erit ampliſſimum & nullis terminis incluſum regnum, ſed & durabit in omnia ſecula, habiturum eminentiam ſuper omnia regna terrarum, usque ad fines totius mundi. Regnum itaque innuitur non hujus mundi: nullum enim regnum hujus mundi eſt æternum; ſed cœleſte & æternum, alterius ſeculi ſtatum ſpectans. Verus hic eſt & vernaculus verborum ſenſus, quem ſuô etiam calculô D. Calixtus probat: *Regnum*, inquiens, *Meſſiæ, ſedes David, & regnum in domo Jacob appellatur, non quòd temporale eſſet, ſenſibile & terrenum; ſed quòd in regno Davidis adumbratum fuerit, & Davidi in proprio ſemine promiſſum, ſub typo regni ſui*, 2. Sam. 7, 14. Hebr. 1, 5. *Ita & domus Jacob hîc non accipi debet pro familia Jacob carnali, ſed pro ſpirituali, quæ eſt omnium fidelium congregatio, quemadmodum etiam omnes fideles dicuntur filii Abrahami*, Gal. 3, 29. Hæc ille. Regni nomine quid intelligendum. Cun. ord. Evang p. 47

IV. *Mariæ interrogatio*, quam *alii* dubitantis, *alii* de modo rei perficiendæ inquirentis ſtatuunt. Sed poſterior ſententia prævalet meritô, atque eò inclinat adjecta ratio. Intellexit enim & credidit B. virgo, mox impletum iri, quod Angelus dixerat; ſed cùm ipſa integritatis ſibi ſuæ eſſet conſcia, quærit, quomodo hoc fieri poſſit; ſiquidem virum non cognoverit. Patet idipſum ex ſubſequente Angeli reſponſo, quod ad modi ſolummodò explicationem eſt accommodatum. Liquet etiam inde, quid reſponderi poſſit ac debeat ad quæſtionem: Cur Maria *nec* reprehenſa, *nec* punita fuerit, cùm Zachariæ non vitio tantùm datum fuerit, cùm quæreret, unde hoc ſciam? ſed pœnas etiam inquiſitionis dederit: Zacharias enim non quærebat de modo, ſed rem ipſam vocabat in dubium, quòd ſua & conjugis ſenectus obſtare videretur. Maria autem non dubitavit de reipſa, tantùm de modo voluit inſtrui, quem ipſa intelligere non poterat. Hinc gloſſ. ord. ex Ambroſio: Cùm Sara riſit de promiſſione Dei, & Maria dixit, quomodo fiet iſtud? Cur non fuerunt mutæ, ſicut Zacharias? Sed Sara & Maria non dubitant factum iri, quod promittitur, ſed modum requirunt. Zacharias *qui negat ſe ſcire, negat ſe credere, & alium authorem ſuæ fidei quærit; & ideò accepit ſignum tacendi: quòd ſigna non fidelibus, ſed infidelibus dantur.* Et Theophylactus: *Non quaſi diſcredens virgo dixit; quomodo erit mihi iſtud? ſed ut prudens & intelligens, ut ducat, modum inquirit.* Non enim prius tale quiddam factum eſt, neque Maria cur ob interrogationem non fuerit punita.

poſthac fiet. Ideò & agnoſcit ei Angelus,& non condemnat,ut Zachariam; ſed magis modum docet. Nam Zacharias meritò condemnatur; habuit enim exempla multa, quandoquidem & multæ ſteriles fuerunt: virgini autem nullum exemplum erat.

Pontificiorum figmentum de caſtitate Mariæ. Ceterùm ex his Mariæ verbis,non in præterito,ſed in præſenti(virum non cognoſco)prolatis, Pontificii ſtabilire præſumunt ſuum figmentum, quo ſtatuunt, Mariam habuiſſe propoſitum, & feciſſe ſolenne votum ſervandæ perpetuæ caſtitatis. Verùm (quod
1. in præcedente etiam diſpoſ. attigimus) ſalva res eſt. Ejusmodi
2. enim votum ſcriptura ignorat, & ipſa Mariæ deſponſatio cum tali
3. voto expreſſè pugnat, nullum habens nec mandatum, nec exemplum. Quod autem in præſenti, non in præterito loquatur Maria,in promtu cauſa eſt; quia *nondum* erat in domum ſponſi deducta, *nec* brevi adeò id futurum erat. Dicit igitur, quomodo fiet iſtud,cùm nondum virum cognoſcam, hoc eſt, *nondum* verſer in cubili conjugali,aut *nondum* utar conſvetudine conjugali. Schererus quidem Ieſucida ille Lutheromaſtyx, ſententiæ ſuæ fundamentum quærit in patrum authoritate, part.2. poſtill.pag. 95. in hunc modum concludens: Aus dieſen Worten ſchlieſſen recht und wol die heiligen Lehrer/als Auguſtinus, Gregorius Nyſſenus, Venerabilis Beda, Bernhardus, &c. daß Maria ihre Jungfrawſchafft Gott dem HERRN auffgeopffert und verlobet habe. Verùm ruinoſum admodùm eſt hoc fundamentum, apocryphis traditionibus & fabuloſô Jacobi protevangeliô ſuperſtructum. Et quantum ad Patres attinet, alter alterum in amplectenda iſta opinione præter rem & ſcripturam ſecutus eſt. Vide Exam. Concil. Trid. part.3. p. 63.

V. Plenior nuncij explanatio. Angelus enim fidem Mariæ confirmaturus,ad interrogationem ejus nervosâ & jucundâ brevitate myſterium tantum comprehendens reſpondet;

1. Modum conceptionis indicando; conceptionem nimirùm iſtam fore non naturalem,per legitimam viri conjunctionem, ſed opus Spiritus ſancti peculiare. Sic enim Angelus: Spiritus ſanctus ſupervenict in te, & Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur Sanctum,Filius Dei vocabitur. Quæ verba continent

I. Τὸ ποιητικόν. Opus eſt ad extra: (recentiores mixtum non incongruè vocant. Ejusdem itaque operatio toti Trinitati tribuitur, ac proinde ſingularum mentionem facere voluit Angelus: q. d. concipies, ô Maria, in utero, verùm virtute & efficaciâ di-

divinâ, quæ obumbrabit tibi, hoc eſt, te complectetur & circumdabit, teque cooperiet, & admirabili modô, ſupra captum rationis humanæ, fœcundam gravidamque reddet, ut è tuis ſangvinibus Filius Dei homo naſcatur. Porrò per δύναμιν ὑψίστου alii intelligunt Filium Dei; *alij* ſimpliciter efficacem & omnipotentem operationem Spiritûs ſancti. Prior ſententia adplauſorum habet Theophylactum, qui in hunc locum ita commentatur: *Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, fœcundum reddens uterum tuum & condens carnem conſubſtantiali verbo. Virtus verò Altiſſimi Filius eſt Dei. Chriſtus enim Dei virtus eſt.* Innuitur autem Spiritum ſanctum futurum admirandæ hujus conceptionis δημιουργὸν ſive opificem, Obumbrare quid ſignificet. Δύναμις ὑψίστου quid ſit.

1. *Carnem adſumendam ſeparando & purgando;*
2. *Vires ſupernaturales ſubminiſtrando*, ut ſine virili ſemine concipere, & illæſâ virginitate concipere poſſit Dei Filium;
3. *Naturas uniendo:* atque inde emergit alterum illud,

II. Τὸ ἑπόμενον, operationis iſtius & virtutis divinæ conſequens, ut

1. *Duæ naturæ*, divina & humana *uniantur*, ad conſtituendum unum in Chriſto incarnato ὑφιστάμενον; utque
2. *Conceptio ſit ſancta*, & abſque omni peccati inquinamento; & ut
3. *Naſcatur ex Maria*, non nudus homo, ſed *ipſe Dei Filius* carne humanâ indutus. Et hoc ipſum eſt, quod Angelus dicit: Mariæ filius vocabitur Filius Dei. Item: Sanctum, quod ex te naſcetur, vocabitur Filius Altiſſimi. Concretum enim unius naturæ rectè prædicatur de concreto alterius naturæ. Theophylactus: *Confundatur & hoc loco Neſtorius: ille enim dixit, quòd non fuerit Filius Dei in utero virginis quieſcens, ſed nudus homo è virgine fuerit natus, poſteaq; habuerit Deum factum ſibi comitem. Audiat igitur, quòd illud, quod naſcebatur in utero, erat Filius Dei. Et non alius quidem fœtus eſt uteri, alius autem Filius Dei: ſed unus & idem fuit Filius virginis, & Filius Dei.* Hæc de modo conceptionis.

2. *Fidem exemplô Eliſabethæ confirmando.* Angelus enim pro confirmatione ejus, quod dixerat de virtute divina, adducit exemplum novum, Mariæ hactenus incognitum, de Eliſabethæ cognatæ ſuæ, in ſumma ſenectute, contra uſitatum ac communem naturæ curſum, fœcundatione. Quæ enim per omnem vitam fuerat ſterilis, jam divinâ diſpoſitione [illegible]a eſt gravida.

Argumentum eſt tale:

Si Eliſabetha ſterilis & jam vetula, volente Deô, concepit ex ordinario mariti concubitu, utiq; mirum tibi videri non debet, ſi eodem volente Deô Virgo permanens ex Spiritu S. concipiat.

Verum illud: Ergo & hoc: Gloſſ. ordin. ex Beda; *Ne virgo*, inquit, *deſperet de partu, accipit exemplum ſterilis anûs parituræ, ut diſcat omnia Deo poſſibilia, quæ ordini naturæ videntur contraria.*

Et addit gloſſa: non quaſi incredulam exemplis hortatur ad fidem; ſed credenti, quæ audierat, ampliora replicat myſteria; ut quæ Deum virgo erat paritura, præcurſorem quoque de anu ſterili naſciturum agnoſceret.

Elisabetha cur dicatur Mariæ cognata. Luc. 1, 5.

Quæritur hoc locô; cur Angelus Eliſabetham dicat Mariæ cognatam, cùm *hæc* ex tribu Juda, *illa* ex tribu Levi de filiabus Aaron ortum traxerit? Reſp. Reliquæ tribûs omnes lege divinâ commiſceri prohibebantur; ſola verò tribus Levi, quippe quæ nullas habebat poſſeſſiones, atque inde tranſlatio & commixtio hereditatum metuenda non erat; ab hac lege fuit immunis ac libera, præſertim quoad mulieres. Liberum itaque fuit etiam aliis nubere; inprimis autem regia & Sacerdotalis tribus per nuptias ſæpè conjungebantur, 2. Par. 22, 11. Vide D. Chemn. Harm. Evang. lib. 1. c. 3. Gloſſ. ordin. ex Beda: Legimus, quòd Aaron, qui de tribu Levi erat, accepit uxorem de tribu Juda, Eliſabeth ſororem Naaſon. Et in poſteris David legimus, quòd Jojada Pontifex uxorem habuit de tribu regali, Joſabeth filiam Joram: Unde utraque tribûs, regalis & ſacerdotalis, erant conjunctæ. Hinc Maria & Eliſabeth cognatæ. Et congruit, ut de utraque tribu Mediator naſceretur, qui regnat in æternum, & eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech: & convenit, ut cum *altera* de ſpiritu conceperit, *altera* ſpiritu repleta prophetaverit. Secundùm carnem quoque videantur fuiſſe cognatæ, quæ ſecundùm Deum ſpiritualis cognationis conſortiô non carebant.

3. Omnipotentiam Dei prædicando. Orationem enim ſuam concludit Angelus pronunciatô generali; non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum; hoc eſt, nullum verbum apud Deum eſt impoſſibile. Lutherus: Kein Ding. Hebræis enim דָּבָר & verbum & rem ſignificat: & innuitur illud; Omnipotentiam Dei extendi ad illas res, quæ verbô Dei comprehenſæ ſunt. D. Chemnitius: licet, inquit, non ignotus mihi ſit Hebraiſmus ille, quo Dabar, omne verbum, pro omni re uſurpatur, plurimùm tamen

Lib. de duabus nat. in Christo c. 25, f. 148.

hoc

hoc locô mihi placet illa ἔμφασις, ut intelligatur, omne verbum, hoc eſt, quicquid Deus in verbo patefecit & tradidit, illud & poteſt, & quidem facilè poteſt efficere, etiamſi modum & rationem, quomodo illud fieri poſſit, nos percipere aut explicare non poſſimus. Porrò perita eſt hæc ſententia ex Gen. 18,14. ex hiſtoria Sacræ, cujus exemplum Angelus Mariæ ſimul in mentem tacitè vult revocatum, ut ſciat & credat, verè eſſe Deum ejus potentiæ, ut præter naturæ curſum facere queat, quodcunq; voluerit.

VI. Fidelis Mariæ declaratio. Illa enim in reſponſo Angeli non tantùm obſequenter acquieſcens, ſed & deſideranter expetens in ſe compleri, quod Deus benignè concluſerat: Ecce, ait, ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Quæ verba continent.

1. Gratiæ divinæ admirationem & prædicationem, quâ ſe miſeram & pauperculam virginem tantô, tamque ſtupendô negotiô indignam fatetur.

2. Sui in Dei voluntatem oblationem: Fiat mihi ſecundùm verbum tuum: Et factum eſt ita. Eô ipsô enim momentô in utero ſuo Filium Dei concepit, & paulò pòſt verſ. 43. mater Domini fuit ſalutata.

Gloſſ. ord. Non de ſingularitate meriti ſe extollit, ſed ſuæ conditionis & divinæ dignationis per omnia memor, ſe ancillam illius eſſe fatetur, cujus mater eligitur, & cum magna devotione promiſſionem Angeli optat impleri.

USUS I. Informatorius.

De perſona & officio Domini ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, de qua ſequentes h.l. notentur aphoriſmi, in quibus totius myſterii cardo vertitur.

I. Perſona Chriſti duabus conſtat naturis, divinâ & humanâ: ideò enim dicitur Immanuel. Eſ. 7,14. Matt. 1,23 Joh. 1,14. 1. Joh. 4,2. Rom. 1,3. & 9,5. 1. Tim. 3,16. Hinc verſus:

Sum quod eram, nec eram quod ſum, nunc dicor utrumq;:
Ignoras, niſi me ſtirpe ab utraq; tenes

II. Chriſtum eſſe verum ac naturalem Deum, probatur Chriſtus verus Deus.

1. Ex nominibus divinis: vocatur enim expreſsè Deus, Joh. 1,1. Act. 20,28. 1. Timoth. 3,16. Tit. 2, 13. 1 Johann. 5,20. Rom. 9,5. Κύριος, Dominus, quo nomine redditur nomen Jehovah, ſolius Dei proprium. Johann. 20,28. Act. 10,36. 1. Cor. 2,8. & 15,48. Matth 28,18.

Digitized by Google

2. *Ex attributis eſſentialibus ſoli Deo propriis.* E.g. quòd Chriſt. [illegible];

1. *Æternitas.* Pſalm.2,7. Mich.5,2. Prov.8,22. Johann.1,1. & 17,5. Eſa.9,6. Hebr.9,14. 1.Johann.1,1. & 5,20. Col.1,15. Hebr. 7,11. & 13,8. Apoc 1,7. & 2,8.
2. *Immutabilitas.* Pſ.102,18. Heb[illegible].11.12 & 13,8.
3. *Immortalitas* Johann.1,4. & 5, 6. Actor.3,15. Johann.14,6. 1.Johann.1.2. & 5,20.
4. *Infinitas & Omnipræſentia.* Johann.1,18. & 3,13. Matth.18,20. & 28.20.
5. *Omnipotentia.* Apoc.1,8. & 11,17. Luc.1,35. 1.Cor.1,24. Eſa.9,6. Phil.3.20. Matt.11,26. Pſal.8,7.
6. *Omniſcientia & Omniſapientia.* Prov.8,22. Matth.11,19. Luc. 11,49. 1.Cor.1,24. Johann.2,25. & 16,30. & 21,17. Apoc.2,23. Col.2,3.
7. *Summa agendi libertas.* Johann.5,21. & 10,18. Matth.8,3. Pſalm.115,3.
8. *Divina Majeſtas & gloria.* Exod.16,7. 1.Cor.10,9. Eſ.6,3. Joh.12, 41. Rom.9,5. 1.Cor.2.8. Apoc.17.14. & 19,16.
9. *Æqualitas cum Patre.* Joh.5,18. Pphil.2,6. Joh.10,30. & 16,15. & 17,10. Col.2,9. 1.Joh.5,7.

3. *Ex proprietate Filii perſonali,* quæ reſpectu Patris eſt generatio, reſpectu Spiritus ſancti ſpiratio:

Qui enim eſt ab æterno à Patre genitus, & unà cum Patre ab æterno ſpirat Spiritum ſanctum, is eſt verus Deus:

Atqui Filius Dei ab æterno eſt à Patre genitus; Pſalm.2,7. & 72,17. Hebr.1,5. Prov.8,24. & 30,4. Joh.1,14. & 3,16. & 5,18. Rom.8,32. Col.1,15. Mich.5,2. Hebr.1,3. Joh.14,9: Et à Filio procedit Spiritus ſanctus. Rom.8,10. Gal.4,6. Gen.1,2. Eſ.11,4. 1.Theſſ.2,8. Joh.15,26. & 16,14. & 20,22.

E. eſt verus ac naturalis Deus.

4. *Ex operibus ſoli Deo propriis.* Johann.5,17.19.20.21. & 14,13 Gen.1,1. Pſal 33,6. Joh.1,1.3.4. Col.1,16. Prov.8,30. Apoc.3,14. 1.Cor. 8,6. Hebr.1,3 Joh.3.2. & 10,37.38.

5. *Ex cultu divino* Joh.5,23. & 14,1. Eſ.11,10. & 45,23. Rom. 14,9. Matt.28,19. Rom.9,1.5. Phil.2,10. Apoc.5.13.

III. Chriſtum eſſe verum, perfectum ac naturalem hominem, probatur.

Chriſtus verus Homo.

1. *Ab appellationibus tùm* propriis, *tùm* figuratis. 1.Tim.2,5. Luc.23,47. Dan.7,13. Matth.26,13. Apoc.1,13. Johan.1,14. Zach.6,12.

A&,

Act.4,27. & 17,31. Eſa.9,6. Matth.1,1. Gen.49,10. Eſa.7,14. Luc.2,7. Gen 3,15. & 22,18. 2.Sam.7,2. Act.2 30. Pſal.89,30.36. & 132,11. Eſa. 11,1. Zach.6,12. Jer.23,5. Apoc.5,5.

2. *A partibus hominis eſſentialibus*, corpore & anima rationali. Matth. 20, 28. & 26,35. Luc.23, 46. Johann. 10,15. Matth. 26, 26. Iohann. 2,21.

3. *A propriis hominis affectionibus.*

4. *A propriis hominis operationibus & effectis.* Act.10,38 Phil.2,7. Hebr.4,15. & 5,2. Confer hiſtoriam Evangelicam.

IV. Duæ iſtæ naturæ, divina & humana, in Chriſto perſonaliter ſunt unitæ; ita ut Deus & Homo, Filius Dei & Filius Mariæ ſint unum ὑφιστάμενον. Adſumtio autem humanæ naturæ dicitur uſitatè ἐνσαρκώσεως, Incarnatio, cujus cauſæ ponderentur.

V. Cauſa efficiens Incarnationis eſt, tota ſacroſancta Trinitas, & ſolus Filius, ſive ſecunda Trinitatis perſona, ſed diverſô reſpectu: illa inchoativè, hæc terminativè. Ioh.10,6. Ier. 23,5. Gal 4,4. Rom.8,3. Hebr.10,5. Luc.1,35. Ioh.1,14. & 6, 8.41.42. & 8.42. & 16,28. Col.2,9. 1.Tim.3,16. Ebr.2,14. 1.Ioh.3,8. & 4.2 Unde factum, ut Incarnatio dicta ſit opus Trinitatis mixtum. D.Gerh. in Exeg. pag.1220. Incarnationis Chriſti cauſa efficiens.

Materiæ vicem quaſi obtinent duæ naturæ, divina τοῦ λόγου & humana; illa eſt adſumens, hæc adſumta. Ib p.1229. Materia.

Forma & modus Incarnationis in Unione conſiſtit; quòd ὑπόστασις τοῦ λόγου ſit facta carnis ὑποστάσεως, unde ipſa Unio vocatur ὑποστατική, perſonalis, de qua præcipuè loquuntur dicta, Ioh.1,14. Col.2,9. 1.Tim.3,16. Ebr 2,14.16. Ut autem formale hoc rectiùs intelligatur, ſciendum conſiſtere Unionem hypoſtaticam. Forma. Unio hypoſtatica in quibus conſiſtat.

1. Non in nuda humanæ naturæ ſuſtentatione, & carnis, in λόγου ὑποστατικῇ geſtatione; Vide D.Gerh.Exeg.p.1255.

2. Nec in nuda præſentia τοῦ λόγου ad carnem;

3. Nec in gratioſa præſentia vel inhabitatione;

4. Nec in gratiarum habitualium infuſione, vel donorum communicatione; hæc enim conſequentia potiùs ſunt, quàm ipſa Unionis forma. *Sed*

1. In profundiſſima naturarum περιχωρήσει, immanentia vel permeatione;

2. In præſentiſſima naturarum præſentia;

3. In mutua unius ὑφισταμένου conſtitutione. Ita enim perſonaliter duæ illæ naturæ ſunt unitæ, ut unus tantùm ſit Chriſtus, & una tantùm perſona. Qui enim ante Incarnationem ſimplex

erat

era & ἀσύνθετος persona, is nunc poſt Incarnationem factus eſt σύνθετος perſona.

Finis Incarnationis. Finis Incarnationis proximus & immediatus eſt generis humani redemtio, ſalusq; hominum æterna; remotus & mediatus, gloriæ divinæ manifeſtatio. Gen.3,15. Matth.20,28. Luc.19,10. 1.Tim.2,5. Hebr.2,14. 1.Joh.3,8 Luc.2,14.

Effectus Incarnationis. Effectus Incarnationis τȢ λόγȢ, ſive Unionis eſt communicatio, *tùm* naturarum, propter quam concretum unius naturæ prædicatur de Concreto alterius naturæ; Matth.1,21.23. & 16,13.16. Ioh.1,14. Col.2,9. Hebr.2,11 *tùm* naturalium proprietatum & operationum, propter quam *vel* propria naturarum de Chriſto prædicantur; divina quidem propter Deitatem; humana verò propter humanitatem; *vel* divina majeſtas, potentia & gloria de Chriſto prædicatur ſecundùm humanam naturam, per & propter unionem hypoſtaticam; *vel* nomina & opera officii de Chriſto ſecundùm utramque naturam prædicantur; unde tria emergunt Communicationis idiomatum genera, de quibus conſulantur libelli methodici & loci Theologici præ ceteris Exeg. D. Gerh.c.10. de perſona & officio Chriſti, pag.1313. & ſeqq. cap. 11.p.1326. & ſeqq. cap. 12.p. 1357.& ſeqq. cap. 13. pag.1473. & ſeqq.

Officium Chriſti. VI. Officium Chriſti (quod fluit ex fine Incarnationis. Matth.1,21. 1.Tim.2,5. 1.Ioh.3,8.) exprimitur unô Meſſiæ vocabulô, quod in Hebræa & Græca lingva unctum ſignificat. Unctus enim eſt in Prophetam, Sacerdotem & Regem: unde triplex ejus vulgò ſtatuitur officium; Propheticum, Sacerdotale & Regium.

Officium Chriſti Propheticum quid. Officium Propheticum eſt, quô nobis æternum Patris ſui cœleſtis conſilium & voluntatem de ſalute noſtra revelavit. Eſa.61,1. Luc.4,8. Deut.18,18. Luc.7,16. Matth.23,10. Ioh.3,2.

Sacerdotale quid. Officium Sacerdotale eſt, quô medium ſeſe inter Deum & homines ponens, Deum toti humano generi reconciliavit, legi divinæ ſatisfaciendo, pœnas peccatorum in ſeſe derivando, & apud Deum pro nobis intercedendo. Pſal.110,4. 1.Tim.2,5. Hebr.5,10. & 9,15. Rom.8,34. Luc.2,11. Rom.3,25. 1.Ioh.2,1.

Regium quid. Officium Regium eſt, quô Chriſtus θεάνθρωπος omnia in cœlo & in terra gubernat, inprimis verò Eccleſiam ſuam defendit ac tuetur. Pſalm. 2, 6. Eſa.33,22. Ezech.37,24,25. Oſe 3,5. Zach. 9,9. Luc.1,33. Ebr.2,10 & 7,2. Mich.5,2. Vide D. Gerhard. Exeg. cap. 15. pag. 1511. & ſeqq.

VII.

Digitized by Google

VII. Et quia officii ſui partes executus eſt Chriſtus *partim* in maxima abjectione & infirmitate, *partim* etiamnum exequitur in ſumma gloria, inde diverſi in perſona ejus conſiderandi veniunt ſtatus, quorum unus dicitur humiliationis ſive exinanitionis; alter gloriæ vel exaltationis.

Status exinanitionis eſt Jeſu Chriſti θεανθρώπε in forma ſervili humilis obedientia, ſive ſubjectio ad mortem uſq; crucis, de qua, ut in propria ſede tractat Apoſtolus, Phil. 2, 7. & ſeqq. cujus loci genuinum & vernaculum ſenſum habet D. Gerh. Exeg. cap. 14. p. 1486. & ſeq. Et ad hunc ſtatum pertinet tota Chriſti hiſtoria à conceptione uſque ad ſepulturam ejus. **Status Chriſti exinanitionis quid.**

Status exaltationis eſt Jeſu Chriſti, ex mortuis reſuſcitati, ὑπερύψωσις, ſive ſolennis inthroniſatio, (inauguratio) ad perfectam & plenam cœleſtis imperii uſurpationem, & gubernationem cœli & terræ, & inprimis Eccleſiæ. Actor. 2, 36. Phil. 2, 9. 10. Epheſ. 1, 11. Ad hunc ſtatum ſpectat deſcenſus ad inferos, reſurrectio, adſcenſio ad cœlos, & ſeſſio ad dextram Dei. D. Gerhard. Exeg pag. 1501. **Status Exaltationis quid.**

II. Monitorius.

I. Ut articulum hunc, de Incarnatione & perſona Chriſti, nobis quàm commendatiſſimum eſſe patiamur, & inſignem hanc de Redemtore noſtro doctrinam ſingulari ſtudiô perdiſcamus. Commendet hoc nobis ſtudium articuli

1. *Dignitas*, quam ipſi conciliat
   1. *Originis conſideratio*: neque enim naturâ notus, ſed divinitùs revelatus eſt. Matth. 16, 17. Rom. 16, 25.
   2. *Objectio contemplatio*. Objectum eſt ipſe Chriſtus, ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς τῆς σωτηρίας ἡμῶν Hebr. 12, 2. imò ſcopus totius ſcripturæ. Pſ. 40, 10. Hebr. 10, 7. Luc. 24, 44. Joh. 5, 39.
2. *Doctrinæ cognoſcendæ neceſſitas*, quam nobis imponit,
   1. *Mandatum divinum*. Deut. 18, 18. Matth. 17, 5.
   2. *Aliorum exemplum*. Luc. 10, 42. 1. Cor. 2, 2. Phil. 3, 8.
   3. *Imminens periculum & damnum*. In Chriſti enim cognitione conſiſtit vita æterna: Ergò in Chriſti ignoratione conſiſtit damnatio æterna. *Si Chriſtum neſcis, nihil eſt, ſi cetera diſcis*. Joh. 5, 23. & 17, 3. 1. Joh. 5, 12.
3. *Summa utilitas*. Ex ſalutari enim Chriſti cognitione eſt. **Cognitionis Chriſti utilitas.**
   1. *Peccatorum remiſſio*. Luc. 1, 77.
   2. *Juſtificatio*. Eſa. 53, 11. Sap. 15, 3.

3. *Vita* æternæ participatio. Joh.17,3. Eph.3,19.

Mariæ virtutes. II. Ut virtutes Mariæ imitatione exprimere ſtude
Virtutes dico ;

1. *Humilitatem*, de qua in præced. feſt. Matth. plura.

2. *Taciturnitatem* ; quia oracula & myſteria divina no
ſim per plateas diſcurſitando propalat ; ſed tacitè ſecum p
Maria quater locuta. rat : modeſtè ſimul & pauca loquitur. Bernhardus obſervav
riam quater in hiſtoria Evangelica locutam eſſe ; 1. ad An
h. l. poſtquam ſemel atque iterum illam allocutus fuiſſet.
Eliſabetham. Luc.1,40.46. 3. Ad Filium in templo repertum
2,48. 4. In nuptiis Canæ. Joh.2,3. Ita

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus. Sir.28,28.29. Pſal
Sir.22,33. & 23,7. Eccl.5,1. Jac.1,19. & 3,7. Prov.10,19. & 29,11. I
Job.39,37. Sir.26,18. 1.Cor.14,34. 1.Tim.2,11.

3. *Caſtitatem* : domi enim eſt inventa & caſtè deſpo
virum non cognoſcit. Gen.18,9. & 24,16. & 34,7. Job.31,1.
4.5.6. & 26,19. Sapient.3,13. Act.24,25. Gal.5,25. 1.Timoth.
5,22. Tit.2,5.

III. Conſolatorius.

Dominus nobiſcum. I. Quòd Dominus nobiſcū, præſens electis ſuis, quo
locô & tempore, cujuscunq; ſint conditionis & ſtatûs. Pſ. 2
27,1.2. & 91,15. Matth.18,20. & 28,20.

II. Quòd cùm Angeli lapſi ſint abjecti, nos homin
gratiam ſimus recepti. Matth 25,41. 2.Pet.2,4. Eph 1,4. Luc.
1.Cor.15,22.

Super cap. 2. Hebr. III. Quòd Incarnatione Filii Dei evecti ſimus ſuper
los. Hebr.2,16. Eph.5,30. Joh.1,12. Chryſoſt. *Magnum admi
& ſtupore plenum eſt, carnem noſtram ſurſum ſedere, & adorari
gelis & Archangelis: hoc ſæpè mente verſans ἐκστασιν patior.*

IV. Quòd Chriſtus verus & perfectus Salvator, Me
& Redemtor; quia θεάνθρωπος, verus Deus & verus Homo
3,16. 1.Joh.4,10. Rom.3,25. & 5,8. & 8,32. Joh.1,14. Phil.2,7.
4,15. & 5,2 Luc.2,11.

V. Quòd Deus, 1. conveniens igitur Mediator, pro
ſuam ad Deum & homines οἰκείωσιν: 2. Perfectus Mediator, p
infinitam obedientiæ & ſatisfactionis efficaciam: 3. Suffic
ſimus etiam defenſor, propter infinitam ſuam virtutem: 4. I
ciſſimus interceſſor, propter ſuam cum Patre ὁμοουσίαν: Joh.

5. Pleniſſimus Salvator, propter ſalutem & vitam eſſentialiter ipſi competentem. Joh.1,4. Eſa.45,22.

VI. Si verus homo, verus ergò etiam inde Mediator: 1.Tim.2,4. Incarnatione ſuâ factus noſter frater, conſangvineus, גאל Redemtor verus, proprietates Redemtoris perfectè obtinens. Num.35,19. Job.19,25. Pſ.22,23. Joh.20,17. Hebr.2,11.12. quia propinquitate carnis nos attingit, & interpoſitô pretiô nos liberat: caput noſtrum, cujus nos quoq; membra ſumus; auxiliator noſter, ſincerè nobis συμπάσχων Hebr.4,5.

VII. Quòd divina τοῦ λόγου natura cum humana natura perſonaliter ſit unita: inde enim ceu fructus & effectus unionis dependet. Unio naturarum.

1. *Naturæ noſtræ ſanatio.* Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον ἀθεράπευτον: Ergò τὸ προσληπτὸν τεθεραπευμένον.

2. *Noſtra cum Deo reconciliatio & unio.* Eſ.59,2. Eph.2,3. 2.Petr.1,4. Joh.1,14. Gen.28,12. Joh.1,51.

IIX. Quòd Chriſtus ea, quæ in fideles bona vel mala conferuntur, ſibi per quandam οἰκείωσιν tribuat, σχετικῶς nim. καὶ προσωπικῶς: quia ὁ λόγος carnis adſumtæ paſſiones ſibi οἰκειοῦται & μέτεχε, particeps factus eſt carnis & ſangvinis. Hebr.2,4. Zach. 2,8. Matth.10,40. & 25,40.45. Act.9,4. 1.Sam.8,7. Col.1,24. 2.Cor.4,10 Gal.6,17. Eſa.63,9.

IX. Quòd Chriſtus nos averſari & deſerere nequeat; quia ſecundùm eam naturam, quâ frater noſter eſt, accepit omnem poteſtatem in cœlo & in terra, eſt nobis præſentiſſimus, eſt calamitatum noſtrarum conſcius. Lutherus: Er iſt nicht Gott vnd Engel/ ſondern Gott vnd Menſch worden/ er hat nicht die Engliſche Natur/ ſondern den Samen Abrahæ an ſich genommen/ der ein Menſch iſt/ Fleiſch vnd Blut hat. Darumb heiſt er auch Immanuel/ Gott mit vns/ nicht allein darumb/ daß er vmb vns vnd bey vns iſt/ vnd vnter vns wohnet/ welches gnug were/ ſondern daß er auch worden iſt/ das wir ſind. So nahend iſt Er zu vns kommen/ daß er eben das Fleiſch/ Blut/ Beine an ſich genommen hat/ (doch ohne Sünde) daß wir haben. Dieſen Trotz höret der Teuffel vngern/ daß vnſer Fleiſch vnd Blut GOttes Sohn/ ja GOtt ſelbſt iſt/ vnd regieret im Himmel vber alles. Poſtill. dom. fol. 453. a.

X. Quòd Chriſtus in veritatis ſemita nos deducat; quia Doctor & Propheta noſter: apud Patrem pro nobis intercedat; quia Sacerdos noſter: adverſus omnes omnium hoſtium machi-

nationes & inſultus nos defendat: quia Rex noſter. Eſa
Johann. 14, 6.

Conceptio noſtra purgata. XI. Quòd conceptione ſuâ ſanctiſſimâ immundam n
conceptionem Chriſtus ſanctificaverit, ne noſtra nobis ir
dities in condemnationem cederet, Rom. 8, 1. Lutherus i
Eccleſ. Alles was von Fleiſchlicher Empfängnis herkömpt/
vnrein/ darumb iſt Chriſtus von einer Jungfrawen gebor
poſt. dom. fol. 452 b. Chriſtus hat wollen anheben/ da wi
ben/ doch ohn Sünde: Denn er hat vns durch vnd dur
ligen wollen. Wir heben in Sünden an/ werden in Sünd
pfangen vnd gebohren/ es ſey Keyſer/ König/ Fürſt/ rei
arm/ alles was Menſch heiſt vnd iſt/ wird in Sünden empf
Vide plura ib. f. 453. b. Pſalm. 51. Chriſtus aber hat allein den Titel vnd die Ehre/ daß
heiligen Geiſt empfangen iſt.

IV. Refutatorius.

Transſubſtantiatio Papiſtarũ. Pontificiorum, ex Angeli de Dei omnipotentia pro
to ita Sophiſticantium: Apud Deum non eſt impoſſibile
verbum. E. credenda eſt Transſubſtantiatio, etſi nat
res ac modum, quin captum humanum omnem longe
vallô ſuperet.

Exam. Conc. Trid. part. 2. pag. 138. Sed rectè reſpondet D. Chemnitius: Non quia Deu
potens eſt, ideò quicquid nobis viſum fuerit, ſine ve
us teſtimonio ipſi tribuere debemus. Tertullianus in
Potuiſſet Deus hominem volatilem facere, ſed non quia pot
& fecit. Scriptura igitur tradit hanc regulam: Omnia q
voluit fecit: Voluntas autem Dei in rebus fidei ex verbo ipſiu
da & judicanda eſt. Et quando de voluntate Dei ex verbo ce
ſtat, tunc valet argumentum ab omnipotentia. Ideò ſignifica
gelus loquitur, cùm affirmat omne verbum, hoc eſt, *quicquid*
bo patefecit, apud Deum non eſſe impoſſibile. Hæc ille. De Tr
ſtantiatione itaque tenemus regulam Theologicam, q
tradit Chryſoſtomus: *Quod non eſt ſcriptum, non*
eſt ſentiendum.

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

PApiſtis feſtum præſens, feſtum Mariale dicitur: quô ipsô animi ſui morbũ produnt egregiè; in honorẽ nimirùm Mariæ feſtivitatẽ hanc ſeſe celeberare, in cujus laudes toti ſeſe effundunt, quibus nos noſtrô locô nihil quicquã detractũ volumus, modò laudes ſint juſtæ, nõ injuſtæ; veræ, non falſæ, fictæ & ementitæ. Eam enim Filio Dei & Mariæ reverentiam exhibere didicimus, ut creaturam matrẽ Creatori anteferre nefas ducamus & impium; memores Canonis Theologici: A foro ad chorum non valet conſequentia, hoc eſt, à conſtitutionibus, legibus ac moribus politicis humaniſque, ad regnum Chriſti, & ea quæ ſunt illius, non licet argumentari. Nihil ergò nobis commercii cum hyperbolicis Mariæ encomiis, quæ videantur, ſi libet, in Examin. Concil. Tridenr. part. 3. de invocatione ſanctorum. Nihil nobis cum illo Diſcipuli de Temp. Etſi nullus humanus ſermo in laude ejus (Mariæ) invenitur idoneus, non tamen propter hoc ab ejus laude ceſſare debemus; ſed quod poſſumus faciamus: nam ipſa hodie facta eſt mater Chriſti, & poteſt nobis gratiam impetrare. Nihil cum illis Parati emblematibus, quibus Mariam Soli comparat, *tùm* propter luminis communitatem, *tùm* propter ſplendoris ſubtilitatem. Sicut enim Sol immittit radium ſuum per parvum foramen, & illuminat ſplendore ſuo totam domum: Sic B. virgo Maria propter modicum ſervitium ſibi exhibitum infundit peccatoribus radium gratiæ & miſericordiæ ſuæ. Item: Debent eam ſpecialiter peccatores laudare & benedicere, quòd iram Dei contra nos placat & mitigat.

D. Finckius cent. 1. Can. 24.

Serm. 11. de ſanctis.

Serm. 32. & 33. de ſanctis.

Probamus potius illud Epiphanii: *ἡ Μαρία ἐν τιμῇ, ὁ κύριος προσκυνείσθω*: *Maria ſit in honore, Dominus adoretur.* Item: Sit in honore Maria, Pater, Filius & Spiritus ſanctus adoretur: Mariam nemo adoret. Nos pro præſentis Feſti ſolemnitate *veram* monſtrabimus *rationem, diem hunc piè ac reverenter, legitimè ac decenter, ſub honore Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti θεανθρώπου celebrandi.*

Hæreſ. 79. contra Collyridianos.

Ἐξήγησις.

Scopum itaq; præfixum adſequemur facilè;

I. *Opera diei hujus piè conſiderando.* Tradunt enim veteres, varia quondam hac die contigiſſe miracula; inter illa verò præ ceteris emicat, hominis creatio, & lapſum ſubſecuta ejusdem in gratiam receptio; nec non πρωτευαγγελίου, de venturo mulieris ſemi-

Miracula quæ die Annunciationis Mariæ olim facta fuerint.

poſthac fieri. Ideò & agnoſcit et Angelus, & non condemnat, ut Zachariam; ſed magis modum docet. Nam Zacharias meritò condemnatur; habuit enim exempla multa, quandoquidem & multæ ſteriles fuerunt: virgini autem nullum exemplum erat.

Pontificiorum figmentum de caſtitate Mariæ.

Ceterùm ex his Mariæ verbis, non in præterito, ſed in præſenti (virum non cognoſco) prolatis, Pontificii ſtabilire præſumunt ſuum figmentum, quo ſtatuunt, Mariam habuiſſe propoſitum, & feciſſe ſolenne votum ſervandæ perpetuæ caſtitatis. Verùm (quod
1. in præcedente etiam diſpoſ. attigimus) ſalva res eſt. Ejusmodi
2. enim votum ſcriptura ignorat, & ipſa Mariæ deſponſatio cum tali
3. voto expreſſè pugnat, nullum habens nec mandatum, nec exemplum. Quod autem in præſenti, non in præterito loquatur Maria, in promtu cauſa eſt; quia *nondum* erat in domum ſponſi deducta, *nec* brevi adeò id futurum erat. Dicit igitur, quomodo fiet iſtud, cùm nondum virum cognoſcam, hoc eſt, *nondum* verſer in cubili conjugali, aut *nondum* utar conſvetudine conjugali. Schererus quidem Ieſucida ille Lutheromaſtyx, ſententiæ ſuæ fundamentum quærit in patrum authoritate, part. 2. poſtill. pag. 95. in hunc modum concludens: Aus dieſen Worten ſchlieſſen recht vnd wol die heiligen Lehrer/als Auguſtinus, Gregorius Nyſſenus, Venerabilis Beda, Bernhardus, &c. daß Maria ihre Jungfrawſchafft Gott dem HERRN auffgeopffert vnd verlobet habe. Verùm ruinoſum admodùm eſt hoc fundamentum, apocryphis traditionibus & fabuloſô Jacobi protevangeliô ſuperſtructum. Et quantum ad Patres attinet, alter alterum in amplectenda iſta opinione præter rem & ſcripturam ſecutus eſt. Vide Exam. Concil. Trid. part. 3. p. 63.

V. Plenior nuncij explanatio. Angelus enim fidem Mariæ confirmaturus, ad interrogationem ejus nervoſâ & jucundâ brevitate myſterium tantum comprehendens reſpondet;

1. Modum conceptionis indicando; conceptionem nimirùm iſtam fore non naturalem, per legitimam viri conjunctionem, ſed opus Spiritus ſancti peculiare. Sic enim Angelus: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur Sanctum, Filius Dei vocabitur. Quæ verba continent

I. Τὸ ποιητικόν. Opus eſt ad extra: (recentiores mixtum non incongruè vocant. Ejusdem itaque operatio toti Trinitati tribuitur, ac proinde ſingularum mentionem facere voluit Angelus: q. d. concipies, ô Maria, in utero, verùm virtute & efficaciâ di-

Digitized by Google

diviná, quæ obumbrabit tibi, hoc eſt, te complectetur & circumdabit, teque cooperiet, & admirabili modô, ſupra captum rationis humanæ, fœcundam gravidamque reddet, ut è tuis ſangvinibus Filius Dei homo naſcatur. Porrò per δύναμιν ὑψίςου alii intelligunt Filium Dei; *alii* ſimpliciter efficacem & omnipotentem operationem Spiritûs ſancti. Prior ſententia adplauſorum habet Theophylactum, qui in hunc locum ita commentatur: *Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, fœcundum reddens uterum tuum & condens carnem conſubſtantiali verbo. Virtus vero Altiſſimi Filius eſt Dei. Chriſtus enim Dei virtus eſt.* Innuitur autem Spiritum ſanctum futurum admirandæ hujus conceptionis δημιουργὸν ſive opificem, Obumbrare quid ſignificet. Δύναμις ὑψίςου quid ſit.

1. *Carnem adſumendam ſeparando & purgando;*

2. *Vires ſupernaturales ſubminiſtrando*, ut ſine virili ſemine concipere, & illæsâ virginitate concipere poſſit Dei Filium;

3. *Naturas uniendo:* atque inde emergit alterum illud,

II. Τὸ ἑπόμενον, operationis iſtius & virtutis divinæ conſequens, ut

1. *Duæ naturæ*, divina & humana *uniantur*, ad conſtituendum unum in Chriſto incarnato ὑφιςάμενον; utque

2. *Conceptio ſit ſancta*, & absque omnì peccati inquinamento; & ut

3. *Naſcatur ex Maria*, non nudus homo, ſed *ipſe Dei Filius* carne humanâ indutus. Et hoc ipſum eſt, quod Angelus dicit: Mariæ filius vocabitur Filius Dei. Item: Sanctum, quod ex te naſcetur, vocabitur Filius Altiſſimi. Concretum enim unius naturæ rectè prædicatur de concreto alterius naturæ. Theophylactus: *Confundatur & hoc loco Neſtorius: ille enim dixit, quòd non fuerit Filius Dei in utero virginis quieſcens, ſed nudus homo è virgine fuerit natus, poſteaq; habuerit Deum factum ſibi comitem. Audiat igitur, quòd illud, quod naſcebatur in utero, erat Filius Dei. Et non alius quidem fœtus eſt uteri, alius autem Filius Dei: ſed unus & idem fuit Filius virginis, & Filius Dei.* Hæc de modo conceptionis.

2 *Fidem exempló Eliſabethæ confirmando.* Angelus enim pro confirmatione ejus, quod dixerat de virtute divina, adducit exemplum novum, Mariæ hactenus incognitum, de Eliſabethæ cognatæ ſuæ, in ſumma ſenectute, contra uſitatum ac communem naturæ curſum, fœcundatione. Quæ enim per omnem vitam fuerat ſterilis, jam divinâ diſpoſitione [illegible]a eſt gravida.

Digitized by Google

Argumentum eſt tale:

Si Eliſabetha ſterilis & jam vetula, volente Deô, concepit ex ordinario mariti concubitu, utiq; mirum tibi videri non debet, ſi eodem volente Deô Virgo permanens ex Spiritu S. concipias.

Verum illud: Ergo & hoc: Gloſſ. ordin. ex Beda: *Ne virgo*, inquit, *deſperet de partu, accipit exemplum ſterilis anûs pariture, ut diſcat omnia Deo poſſibilia, quæ ordini naturæ videntur contraria.*

Et addit gloſſa: non quaſi incredulam exemplis hortatur ad fidem; ſed credenti, quæ audierat, ampliora replicat myſteria; ut quæ Deum virgo erat paritura, præcurſorem quoque de anu ſterili naſciturum agnoſceret.

Eliſabetha cur dicatur Mariæ cognata. Luc. 1, 5.

Quæritur hoc locô; cur Angelus Eliſabetham dicat Mariæ cognatam, cùm *hæc* ex tribu Juda, *illa* ex tribu Levi de filiabus Aaron ortum traxerit? Reſp. Reliquæ tribûs omnes lege divinâ commiſceri prohibebantur; ſola verò tribus Levi, quippe quæ nullas habebat poſſeſſiones, atque inde translatio & commixtio hereditatum metuenda non erat; ab hac lege fuit immunis ac libera, præſertim quoad mulieres. Liberum itaque fuit etiam aliis nubere; inprimis autem regia & Sacerdotalis tribus per nuptias ſæpè conjungebantur, 2. Par. 22, 11. Vide D. Chemn. Harm. Evang. lib. 1. c. 3. Gloſſ. ordin. ex Beda: Legimus, quòd Aaron, qui de tribu Levi erat, accepit uxorem de tribu Juda, Eliſabeth ſororem Naaſon. Et in poſteris David legimus, quòd Jojada Pontifex uxorem habuit de tribû regali, Jolabeth filiam Joram: Unde utraque tribûs, regalis & ſacerdotalis, erant conjunctæ. Hinc Maria & Eliſabeth cognatæ. Et congruit, ut de utraque tribu Mediator naſceretur, qui regnat in æternum, & eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech: & convenit, ut eum *altera* de ſpiritu conceperit, *altera* ſpiritu repleta prophetaverit. Secundùm carnem quoque videantur fuiſſe cognatæ, quæ ſecundùm Deum ſpiritualis cognationis conſortiô non carebant.

Lib. de duabus nat. in Christo c. 13, f. 148.

3. *Omnipotentiam Dei prædicando.* Orationem enim ſuam concludit Angelus pronunciatô generali; non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum; hoc eſt, nullum verbum apud Deum eſt impoſſibile. Lutherus: Kein Ding. Hebræis enim דָּבָר & verbum & rem ſignificat: & innuitur illud; Omnipotentiam Dei extendi ad illas res, quæ verbô Dei comprehenſæ ſunt. D. Chemnitius: licet, inquit, non ignotus mihi ſit Hebraiſmus ille, quo Dabar, omne verbum, pro omni re uſurpatur, plurimùm tamen

hoc

hoc locô mihi placet illa ἔμφασις, ut intelligatur, omne verbum, hoc eſt, quicquid Deus in verbo patefecit & tradidit, illud & poteſt, & quidem facilè poteſt efficere, etiamſi modum & rationem, quomodo illud fieri poſſit, nos percipere aut explicare non poſſimus. Porrò petita eſt hæc ſententia ex Gen. 18, 14. ex hiſtoria Sacræ, cujus exemplum Angelus Mariæ ſimul in mentem tacitè vult revocatum, ut ſciat & credat, verè eſſe Deum ejus potentiæ, ut præter naturæ curſum facere queat, quodcunq; voluerit.

VI. Fidelis Mariæ declaratio. Illa enim in reſponſo Angeli non tantùm obſequenter acquieſcens, ſed & deſideranter expetens in ſe compleri, quod Deus benignè concluſerat: Ecce, ait, ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Quæ verba continent

1. Gratiæ divinæ admirationem & prædicationem, quâ ſe miſeram & pauperculam virginem tantô, tamque ſtupendô negotiô indignam fatetur.

2. Sui in Dei voluntatem oblationem: Fiat mihi ſecundùm verbum tuum: Et factum eſt ita. Eò ipsô enim momentô in utero ſuo Filium Dei concepit, & paulò pòſt verſ. 43. mater Domini fuit ſalutata.

Gloſſ. ord. Non de ſingularitate meriti ſe extollit, ſed ſuæ conditionis & divinæ dignationis per omnia memor, ſe ancillam illius eſſe fatetur, cujus mater eligitur, & cum magna devotione promiſſionem Angeli optat impleri.

USUS I. Informatorius.

De perſona & officio Domini ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, de qua ſequentes h. l. notentur aphoriſmi, in quibus totius myſterii cardo vertitur.

I. Perſona Chriſti duabus conſtat naturis, divinâ & humanâ: ideò enim dicitur Immanuel. Eſ. 7, 14. Matt. 1, 23 Joh. 1, 14. 1. Joh. 4, 2. Rom. 1, 3. & 9, 5. 1. Tim. 3, 16. Hinc verſus:

Sum quod eram, nec eram quod ſum, nunc dicor utrumq;:
Ignoras, niſi me ſtirpe ab utraq; tenes

II. Chriſtum eſſe verum ac naturalem Deum, probatur Chriſtus verus Deus.

1. Ex nominibus divinis: vocatur enim expreſſè Deus, Joh. 1, 1. Actor. 20, 28. 1. Timoth. 3, 16. Tit. 2, 13. 1 Johann. 5, 20. Rom. 9, 5. Κύριος, Dominus, quo nomine redditur nomen Jehovah, ſolius Dei proprium. Johann. 20, 28. Act. 10, 36. 1. Cor. 2, 8. & 15, 48. Matth. 28, 18.

Digitized by Google

Act.4,27. & 17,31. Eſa.9,6. Matth.1,1. Gen.49,10. Eſa.7,14. Luc.2,7. Gen 3,15. & 22,18. 2.Sam.7,2. Act.2 30. Pſal.89,30.36. & 132,11. Eſa. 11,1. Zach.6,12. Jer.23,5. Apoc.5,5.

2. *A partibus hominis eſſentialibus*, corpore & anima rationali. Matth.20,28. & 26,35. Luc.23, 46. Johann. 10,15. Matth. 26,26. Iohann. 2,21.

3. *A propriis hominis affectionibus.*

4. *A propriis hominis operationibus & effectis.* Act.10,38 Phil.2,7. Hebr.4,15. & 5,2. Confer hiſtoriam Evangelicam.

IV. Duæ iſtæ naturæ, divina & humana, in Chriſto perſonaliter ſunt unitæ; ita ut Deus & Homo, Filius Dei & Filius Mariæ ſint unum ὑφιστάμενον. Adſumtio autem humanæ naturæ dicitur uſitatè ἐνσάρκωσις, Incarnatio, cujus cauſæ ponderentur.

V. Cauſa efficiens Incarnationis eſt, tota ſacroſancta Trinitas, & ſolus Filius, ſive ſecunda Trinitatis perſona, ſed diverſò reſpectu: illa inchoativè, hæc terminativè. Ioh.10,6. Ier. 23,5. Gal 4,4. Rom.8,3. Hebr.10,5. Luc.1,35. Ioh.1,14. & 6, 8.41.42. & 8.42. & 16,28. Col.2,9. 1.Tim.3,16. Ebr.2,14. 1.Ioh.3,8. & 4.2 Unde factum, ut Incarnatio dicta ſit opus Trinitatis mixtum. D.Gerh. in Exeg. pag.1220. **Incarnationis Chriſti cauſa efficiens.**

Materiæ vicem quaſi obtinent duæ naturæ, divina τοῦ λόγου & humana; illa eſt adſumens, hæc adſumta. Ib p.1229. **Materia.**

Forma & modus Incarnationis in Unione conſiſtit; quòd ὑπόστασις τοῦ λόγου ſit facta carnis ὑπόστασις, unde ipſa Unio vocatur ὑποστατικὴ, perſonalis, de qua præcipuè loquuntur dicta, Ioh.1,14. Col.2,9. 1.Tim.3,16. Ebr 2,14.16. Ut autem formale hoc rectiùs intelligatur, ſciendum conſiſtere Unionem hypoſtaticam. **Forma.** **Unio hypoſtatica in quibus conſiſtat.**

1. Non in nuda humanæ naturæ ſuſtentatione, & carnis, in λόγου ὑποστάσει geſtatione; Vide D.Gerh.Exeg.p.1255.

2. Nec in nuda præſentia τοῦ λόγου ad carnem;

3. Nec in gratioſa præſentia vel inhabitatione;

4. Nec in gratiarum habitualium infuſione, vel donorum communicatione; hæc enim conſequentia potiùs ſunt, quàm ipſa Unionis forma. *Sed*

1. In profundiſſima naturarum περιχωρήσει, immanentia vel permeatione;

2. In præſentiſſima naturarum præſentia;

3. In mutua unius ὑφισταμένου conſtitutione. Ita enim perſonaliter duæ illæ naturæ ſunt unitæ, ut unus tantùm ſit Chriſtus, & una tantùm perſona. Qui enim ante Incarnationem ſimplex erat

era & ἀσύνθετος persona, is nunc poſt Incarnationem factus eſt σύνθετος persona.

Finis Incarnationis. Finis Incarnationis proximus & immediatus eſt generis humani redemtio, ſalusq́; hominum æterna; remotus & mediatus, gloriæ divinæ manifeſtatio. Gen. 3, 15. Matth. 20, 28. Luc. 19, 10. 1. Tim. 2, 5. Hebr. 2, 14. 1. Joh. 3, 8 Luc. 2, 14.

Effectus Incarnationis. Effectus Incarnationis τοῦ λόγου, ſive Unionis eſt communicatio, *tùm* naturarum, propter quam concretum unius naturæ prædicatur de Concreto alterius naturæ; Matth. 1, 21. 23. & 16, 13. 16. Joh. 1, 14. Col. 2, 9. Hebr. 2, 11 *tùm* naturalium proprietatum & operationum, propter quam *vel* propria naturarum de Chriſto prædicantur; divina quidem propter Deitatem; humana verò propter humanitatem; *vel* divina majeſtas, potentia & gloria de Chriſto prædicatur ſecundùm humanam naturam, per & propter unionem hypoſtaticam; *vel* nomina & opera officii de Chriſto ſecundùm utramque naturam prædicantur; unde tria emergunt Communicationis idiomatum genera, de quibus conſulantur libelli methodici & loci Theologici præ ceteris Exeg. D. Gerh. c. 10. de perſona & officio Chriſti, pag. 1313. & ſeqq. cap. 11. p. 1326. & ſeqq. cap. 12. p. 1357. & ſeqq. cap. 13. pag. 1473. & ſeqq.

Officium Chriſti. VI. Officium Chriſti (quod fluit ex fine Incarnationis. Matth. 1, 21. 1. Tim. 2, 5. 1. Ioh. 3, 8.) exprimitur unô Meſſiæ vocabulô, quod in Hebræa & Græca lingva unctum ſignificat. Unctus enim eſt in Prophetam, Sacerdotem & Regem: unde triplex ejus vulgò ſtatuitur officium; Propheticum, Sacerdotale & Regium.

Officium Chriſti Propheticum quid. Officium Propheticum eſt, quô nobis æternum Patris ſui cœleſtis conſilium & voluntatem de ſalute noſtra revelavit. Eſa. 61, 1. Luc. 4, 8. Deut. 18, 18. Luc. 7, 16. Matth. 23, 10. Ioh. 3, 2.

Sacerdotale quid. Officium Sacerdotale eſt, quô medium ſeſe inter Deum & homines ponens, Deum toti humano generi reconciliavit, legi divinę ſatisfaciendo, pœnas peccatorum in ſeſe derivando, & apud Deum pro nobis intercedendo. Pſal. 110, 4. 1. Tim. 2, 5. Hebr. 5, 10. & 9, 15. Rom. 8, 34. Luc. 2, 11. Rom. 3, 25. 1. Ioh. 2, 1.

Regium quid. Officium Regium eſt, quô Chriſtus θεάνθρωπος omnia in cœlo & in terra gubernat, inprimis verò Eccleſiam ſuam defendit ac tuetur. Pſalm. 2, 6. Eſa. 33, 22. Ezech. 37, 24, 25. Oſe 3, 5. Zach. 9, 9. Luc. 1, 33. Ebr. 2, 10 & 7, 2. Mich. 5, 2. Vide D. Gerhard. Exeg. cap. 15. pag. 1511. & ſeqq.

VII.

Digitized by Google

VII. Et quia officii ſui partes executus eſt Chriſtus *partim* in maxima abjectione & infirmitate, *partim* etiamnum exequitur in ſumma gloria, inde diverſi in perſona ejus conſiderandi veniunt ſtatus, quorum unus dicitur humiliationis ſive exinanitionis; alter gloriæ vel exaltationis.

Status exinanitionis eſt Jeſu Chriſti θεανθρώπου in forma ſervili humilis obedientia, ſive ſubjectio ad mortem uſq; crucis, de qua, ut in propria ſede tractat Apoſtolus, Phil. 2, 7. & ſeqq. cujus loci genuinum & vernaculum ſenſum habet D. Gerh. Exeg. cap. 14. p. 1486. & ſeq. Et ad hunc ſtatum pertinet tota Chriſti hiſtoria à conceptione uſque ad ſepulturam ejus. **Status Chriſti exinanitionis quid.**

Status exaltationis eſt Jeſu Chriſti, ex mortuis reſuſcitati, ὑπερύψωσις, ſive ſolennis inthroniſatio, (inauguratio) ad perfectam & plenam cœleſtis imperii uſurpationem, & gubernationem cœli & terræ, & inprimis Eccleſiæ. Actor. 2, 36. Phil. 2, 9. 10. Epheſ. 1, 11. Ad hunc ſtatum ſpectat deſcenſus ad inferos, reſurrectio, adſcenſio ad cœlos, & ſeſſio ad dextram Dei. D. Gerhard. Exeg. pag. 1501. **Status Exaltationis quid.**

II. Monitorius.

I. Ut articulum hunc, de Incarnatione & perſona Chriſti, nobis quàm commendatiſſimum eſſe patiamur, & inſignem hanc de Redemtore noſtro doctrinam ſingulari ſtudiô perdiſcamus, Commendet hoc nobis ſtudium articuli

1. *Dignitas*, quam ipſi conciliat
   1. *Originis conſideratio:* neque enim naturâ notus, ſed divinitùs revelatus eſt. Matth. 16, 17. Rom. 16, 25.
   2. *Objectio contemplatio.* Objectum eſt ipſe Chriſtus, ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς τῆς σωτηρίας ἡμῶν Hebr. 12, 2. imò ſcopus totius ſcripturæ. Pſ. 40, 10. Hebr. 10, 7. Luc. 24, 44. Joh. 5, 39.
2. *Doctrinæ cognoſcendæ neceſſitas*, quam nobis imponit,
   1. *Mandatum divinum.* Deut. 18, 18. Matth. 17, 5.
   2. *Aliorum exemplum.* Luc. 10, 42. 1. Cor. 2, 2. Phil. 3, 8.
   3. *Imminens periculum & damnum.* In Chriſti enim cognitione conſiſtit vita æterna: Ergò in Chriſti ignoratione conſiſtit damnatio æterna. *Si Chriſtum neſcis, nihil eſt, ſi cetera diſcis.* Joh. 5, 23. & 17, 3. 1. Joh. 5, 12.
3. *Summa utilitas.* Ex ſalutari enim Chriſti cognitione eſt. **Cognitionis Chriſti utilitas.**
   1. *Peccatorum remiſſio.* Luc. 1, 77.
   2. *Juſtificatio.* Eſa. 53, 11. Sap. 15, 3.

Digitized by Google

3. *Vitæ* æternæ participatio. Joh.17,3. Eph.3,19.

Mariæ virtutes. II. Ut virtutes Mariæ imitatione exprimere ſtud
Virtutes dico;

1. *Humilitatem*; de qua in præced. feſt. Matth. plura.

2. *Taciturnitatem*; quia oracula & myſteria divina ne
ſim per plateas diſcurſitando propalat; ſed tacitè ſecum
Maria quater locuta. rat: modeſtè ſimul & pauca loquitur. Bernhardus obſervav
riam quater in hiſtoria Evangelica locutam eſſe; 1. ad Ar
h: l. poſtquam ſemel atque iterum illam allocutus fuiſſet.
Eliſabetham. Luc.1,40.46. 3. Ad Filium in templo repertur
2,48. 4. In nuptiis Canæ. Joh.2,3. Ita

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus. Sir,28,28.29. Pſa
Sir.22,33. & 23,7. Eccl.5,1. Jac.1,19. & 3,7. Prov.10,19. & 29,11.
Job.39,37. Sir.26,18. 1.Cor.14,34. 1.Tim.2,11.

3. *Caſtitatem*: domi enim eſt inventa & caſtè deſpo
virum non cognoſcit. Gen.18,9. & 24,16. & 34,7. Job.31,1.
4.5.6. & 26,19. Sapient.3,13. Act.24,25. Gal.5,25. 1.Timoth.
5,22. Tit.2,5.

III. Conſolatorius.

Dominus nobiſcum. I. Quòd Dominus nobiſcũ, præſens electis ſuis, que
locô & tempore, cujuscunq; ſint conditionis & ſtatûs. Pſ.
27,1.2. & 91,15. Matth.18,20. & 28,20.

II. Quòd cùm Angeli lapſi ſint abjecti, nos homi
gratiam ſimus recepti. Matth 25,41. 2.Pet.2,4. Eph 1,4. Luc.
1.Cor.15,22.

Super cap. 2. Hebr. III. Quòd Incarnatione Filii Dei evecti ſimus ſuper
los. Hebr.2,16. Eph.5,30. Joh.1,12. Chryſoſt. *Magnum admi*
& ſtupore plenum eſt, carnem noſtram ſurſum ſedere, & adorari
gelis & Archangelis: hoc ſæpè mente verſans ἔκστασιν patior.

IV. Quòd Chriſtus verus & perfectus Salvator, Me
& Redemtor; quia θεάνθρωπος, verus Deus & verus Homo
3,16. 1.Joh.4,10. Rom.3,25. & 5,8. & 8,32. Joh.1,14. Phil.2,7.
4,15. & 5,2 Luc.2,11.

V. Quòd Deus, 1. conveniens igitur Mediator, pro
ſuam ad Deum & homines οἰκείωσιν: 2. Perfectus Mediator, p
infinitam obedientiæ & ſatisfactionis efficaciam: 3. Suffic
ſimus etiam defenſor, propter infinitam ſuam virtutem: 4.
ciſſimus interceſſor, propter ſuam cum Patre ὁμοούσιαν: Joh.

5. Pleniſſimus Salvator, propter ſalutem & vitam eſſentialiter ipſi competentem. Joh.1,4. Eſa.45,22.

VI. Si verus homo, verus ergò etiam inde Mediator: 1.Tim.2,4. Incarnatione ſuâ factus noſter frater, conſangvineus, גאל Redemtor verus, proprietates Redemtoris perfectè obtinens. Num.35,19. Job.19,25.Pſ.22,23. Joh.20,17. Hebr.2,11.12. quia propinquitate carnis nos attingit, & interpoſitô preciô nos liberat: caput noſtrum, cujus nos quoq; membra ſumus; auxiliator noſter, ſincerè nobis συμπάσχων Hebr.4,5.

VII. Quòd divina τοῦ λόγου natura cum humana natura perſonaliter ſit unita: inde enim ceu fructus & effectus unionis dependet. Unio naturarum.

1. *Naturæ noſtræ ſanatio.* Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον ἀθεράπευτον: Ergò τὸ προσληπτὸν τεθεραπευμένον.

2. *Noſtra cum Deo reconciliatio & unio.* Eſ.59,2. Eph.2,3. 2.Petr.1,4. Joh.1,14. Gen.28,12. Joh.1,51.

IIX. Quòd Chriſtus ea, quæ in fideles bona vel mala conferuntur, ſibi per quandam οἰκείωσιν tribuat, σχετικῶς nim. καὶ προσωπικῶς: quia ὁ λόγος carnis adſumtæ paſſiones ſibi οἰκειοῦται & μέτεσχε, particeps factus eſt carnis & ſangvinis. Hebr.2,4. Zach. 2,8. Matth.10,40. & 25,40.45. Act.9,4. 1.Sam.8,7. Col.1,24. 2.Cor.4,10 Gal.6,17. Eſa.63,9.

IX. Quòd Chriſtus nos averſari & deſerere nequeat; quia ſecundùm eam naturam, quâ frater noſter eſt, accepit omnem poteſtatem in cœlo & in terra, eſt nobis præſentiſſimus, eſt calamitatum noſtrarum conſcius. Lutherus: Er iſt nicht Gott vnd Engel/ ſondern Gott vnd Menſch worden/ er hat nicht die Engliſche Natur/ ſondern den Samen Abrahæ an ſich genommen/ der ein Menſch iſt/ Fleiſch vnd Blut hat. Darumb heiſt er auch Immanuel/ Gott mit vns/ nicht allein darumb/ daß er vmb vns vnd bey vns iſt/ vnd vnter vns wohnet/ welches gnug were/ ſondern daß er auch worden iſt/ das wir ſind. So nahend iſt Er zu vns kommen/ daß er eben das Fleiſch/ Blut/ Beine an ſich genommen hat/ (doch ohne Sünde) daß wir haben. Dieſen Trotz höret der Teuffel vngern/ daß vnſer Fleiſch vnd Blut GOttes Sohn/ ja GOtt ſelbſt iſt/ vnd regieret im Himmel vber alles. Poſtill. dom. fol. 453. a.

X. Quòd Chriſtus in veritatis ſemita nos deducat; quia Doctor & Propheta noſter: apud Patrem pro nobis intercedat; quia Sacerdos noſter: adverſus omnes omnium hoſtium machi-

nationes & inſultus nos defendat: quia Rex noſter. Eſa.
Johann. 14, 6.

Conceptio noſtra purgata.

XI. Quòd conceptione ſuâ ſanctiſſimâ imundam no conceptionem Chriſtus ſanctificaverit, ne noſtra nobis im dities in condemnationem cederet. Rom. 8, 1. Lutherus in Eccleſ. Alles was von Fleiſchlicher Empfängnis herkömpt / vnrein / darumb iſt Chriſtus von einer Jungfrawen geborn. poſt. dom. fol. 452 b. Chriſtus hat wollen anheben / da wir ben / doch ohn Sünde: Denn er hat vns durch vnd durc ligen wollen. Wir heben in Sünden an / werden in Sünde pfangen vnd gebohren / es ſey Keyſer / König / Fürſt / reich arm / alles was Menſch heiſt vnd iſt / wird in Sünden empfa Pſalm. 51. Chriſtus aber hat allein den Titel vnd die Ehre / daß e heiligen Geiſt empfangen iſt.

Vide plura ib. f. 453. b.

IV. Refutatorius.

Transſubſtantiatio Papiſtarũ.

Pontificiorum, ex Angeli de Dei omnipotentia pron to ita Sophiſticantium: Apud Deum non eſt impoſſibile o verbum. E. credenda eſt Transſubſtantiatio, etſi natu res ac modum, quin captum humanum omnem longô vallô ſuperet.

Exam. Conc. Trid. part. 2. pag. 138.

Sed rectè reſpondet D. Chemnitius: Non quia Deus potens eſt, ideô quicquid nobis viſum fuerit, ſine ver us teſtimonio ipſi tribuere debemus. Tertullianus inq *Potuiſſet Deus hominem volatilem facere, ſed non quia potui & fecit. Scriptum igitur tradit hanc regulam: Omnia qu voluit fecit: Voluntas autem Dei in rebus fidei ex verbo ipſius da & judicanda eſt. Et quando de voluntate Dei ex verbo cer ſtat, tunc valet argumentum ab omnipotentia. Ideò ſignificant gelus loquitur, cùm affirmat omne verbum,* hoc eſt, *quicquid bo patefecit, apud Deum non eſſe impoſſibile.* Hæc ille. De Tra ſtantiatione itaque tenemus regulam Theologicam, qu tradit Chryſoſtomus: *Quod non eſt ſcriptum, non eſt ſentiendum.*

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

PApiſtis feſtum præſens, feſtum Mariale dicitur: quô ipſô animi ſui morbũ produnt egregiè; in honorẽ nimirùm Mariæ feſtivitatẽ hanc ſeſe celeberare, in cujus laudes toti ſeſe effundunt, quibus nos noſtró locô nihil quicquã detractũ volumus, modò laudes ſint juſtæ, nõ injuſtæ; veræ, non falſæ, fictæ & ementitæ. Eam enim Filio Dei & Mariæ reverentiam exhibere didicimus, ut creaturam matrẽ Creatori anteferre nefas ducamus & impium; memores Canonis Theologici: A foro ad chorum non valet conſequentia, hoc eſt, à conſtitutionibus, legibus ac moribus politicis humaniſque, ad regnum Chriſti, & ea quæ ſunt illius, non licet argumentari. **D. Finckius cent. 1. Can. 24.** Nihil ergò nobis commercii cum hyperbolicis Mariæ encomiis, quæ videantur, ſi libet, in Examin. Concil. Trident. part. 3. de invocatione ſanctorum. Nihil nobis cum illó Diſcipuli de Temp. **Serm. 11. de ſanctis.** Etſi nullus humanus ſermo in laude ejus (Mariæ) invenitur idoneus, non tamen propter hoc ab ejus laude ceſſare debemus; ſed quod poſſumus faciamus: nam ipſa hodie facta eſt mater Chriſti, & poteſt nobis gratiam impetrare. Nihil cum illis Parati emblematibus, quibus Mariam Soli comparat, *tùm* propter luminis communitatem, *tùm* propter ſplendoris ſubtilitatem. Sicut enim Sol immittit radium ſuum per parvum foramen, & illuminat ſplendore ſuo totam domum: Sic B. virgo Maria propter modicum ſervitium ſibi exhibitum infundit peccatoribus radium gratiæ & miſericordiæ ſuæ. **Serm. 32. & 33. de ſanctis.** Item: Debent eam ſpecialiter peccatores laudare & benedicere, quòd iram Dei contra nos placat & mitigat.

Probamus potius illud Epiphanii: *ἡ Μαρία ἐν τιμῇ, ὁ Κύριος προσκυνείσθω*: *Maria ſit in honore, Dominus adoretur.* **Hæreſ. 79. contra Collyridianos.** Item: Sit in honore Maria, Pater, Filius & Spiritus ſanctus adoretur: Mariam nemo adoret. Nos pro præſentis Feſti ſolemnitate *veram* monſtrabimus *rationem, diem hunc piè ac reverenter, legitimè ac decenter, ſub honore Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti θεανθρώπου celebrandi.*

Ἐξήγησις.

Scopum itaq; præfixum adſequemur facilè;

I. *Opera diei hujus piè conſiderando.* Tradunt enim veteres, varia quondam hac die contigiſſe miracula; inter illa verò præ ceteris emicat, hominis creatio, & lapſum ſubſecuta ejuſdem in gratiam receptio; nec non πρωτευαγγελίου, de venturo mulieris ſemi- **Miracula, quæ die Annunciationis Mariæ olim facta fuerint.**

 ne,

ne, promulgatio: Adami ſecundi, hoc eſt, Jeſu Chriſti ſub
rat. Tiberio crucifixio. Etſi enim probabiliter ſaltem hæc i
tuuntur, ἀποδείξεως quippe hiſtoricâ deſtituta: piè tamen ho
cogitantur, ut in ἀναπλάσεως contemplatione ad πλάσιν m
tiones noſtras vel ſponte revocemus; abſit autem ſuperſtitio.

II. Fidem noſtram ſolidis confirmando; quoad eum p
mùm articulum, qui de Meſſiæ adventu tractat. Judæi pra
negant, Meſſiam promiſſum veniſſe: nos verò indubitatò
mus, & veniſſe Meſſiam, & nullum eſſe alium, præter eum,
conceptio ab Angelo hoc loco denunciatur. Argumēta fidem
noſtram confirmantia ſuppeditant circumſtantiæ, quas in E
Evangelii Lucas commemorat; ceu ſunt

1. Temporis infallibilitas. Tempus verò illud, Meſſiæ ad
deſtinatum produnt oracula divina, quæ extant, Gen 49,10.
89,30.37. 2. Sam.7,16. Jer.33,15.17.21, Eſ.9,7. Dan.9,24. Hagg.
Mal.3,1. Argumentamur ita:

Meſſias venit. *Meſſias venire debuit, ſceptrô Judaicô penitùs ablatô; thronô
dicô collapsô, per Meſſiam verò erigendô, (ſpiritualiter) e
æternum ſtabiliendô; durantibus adhuc hebdomadibus Da
ſtante deniq; adhuc templô ſecundô.*

*Atqui Jeſus Nazarenus Meſſias noſter natus eſt in diebus Hero
gis, & Auguſti Cæſaris, quibus* (ut in præcedentibus ann
Lucas) *Johannes Meſſiæ præcurſor conceptus fuerat, atq;
ptrô Judaicô ad Romanos derivatô, thronô Davidis quidem
psô, per ipſum verò ſpiritualiter ſolidè fundatô, reſtitutô &
firmatô, intra 70. Danielis hebdomadas, ſtante adhuc
ſecundô.*

Quin ergò verus ac promiſſus ſit Meſſias, dubitari nullo modo
Vide apodixin Meſſiæ; Item Elenchos Judæorum Chri
Helvici. & diſpoſ. præced. Innuit hanc circumſtantia
cas ſexti menſis mentione, qui numerandus eſt à conc
ne Eliſabethæ.

2. Nuncii dignitas. Mittitur non hominum quiſpiam;
hominibus enim dicitur Pſalm.116,11. omnis homo menda
cœleſtis nuncius, Archangelorum primarius Gabriel: Ange
tem in veritate ſteterunt, & in eadem jam ita ſunt confirmat
mentiri nequeant.

[illegible] Quæritur, cur Angelus miſſus fuerit? Reſp. Quia im
Angelus ſe duxerat protoplaſtos; neceſſe itaque fuit, ut
Angelus reduceret nunciô ſuô ſalutem ad puram virginem. D

de temp. Sicut Eva, inquit, per diabolum eſt decepta, & ei mendacium nunciavit, & per conſequens mortem æternam: Ita conveniens fuit, Angelum Mariæ annunciare veritatem & vitam æternam. Undè Eccleſia canit in Sequentia, uti vocant: Mittit ad virginem, non quemvis Angelum, ſed fortitudinem ſuam Archangelum amator hominis. Sunt enim Angeli ſalutis noſtræ cupidiſſimi, ideò non gravantur nobis inſervire, & magna cum lætitia voluntatem Dei aliaque miranda Dei opera annunciant. Gen. 18, 10. & 19, 12. & 22, 11. 12. Judic. 6, 12. 14. & 13, 3. Dan. 9, 21. 22. & 10, 11. Tob. 12, 14. 18. 20. Luc. 1, 26. 27. & 2, 10. 11. & 24, 5. Matth. 28, 5. Actor. 1, 10. 11. 1. Petr. 1, 12. Hebr. 1, 14. Daniel. 4, 10. 20. Pſalm. 91, 11. Exod. 23, 20. Eſaiæ 63, 9. Cauſas Angeli miſſi plures habet D. Bald. homil. p. 290.

3. Loci ſingularitas. Mittitur Angelus in civitatem Nazareth, ut adimpleretur illud Eſaiæ 9, 1. 2. & 11. 1. Vide præced. diſpoſ.

4. Matris proprietas; quæ fuit virgo pura & intemerata. Meſſiæ mater.

Meſſias enim naſci debuit è virgine: Eſaiæ 7, 14. Ubi in Hebræo eſt vocabulum עַלְמָה, quod virginem, juvenculam & abſconditam, hoc eſt, illibatam notat, qualis Miriam & Rebecca. Exod. 2. 8. Gen. 24, 16 43.

Contrarium doceri ex univerſa ſcriptura non poteſt. Jer. 31, 22 Gen. 3, 15. Mater noſtri Meſſiæ

Virgo fuit partum poſt, in & ante ſuum: idque confirmant ſancti Evangeliſtæ ὁμοθυμαδὸν, quorum authoritas nobis eſt ſacroſancta, nihil morantibus inſanas Iudæorum blaſphemias, qui in præconceptis ſuis deliriis, de adventu Meſſiæ adhuc futuro, & terreſtri ejus regno, perire malunt, quàm agnitâ veritate Deo gloriam dare, ad æternam ſui ſalutem.

Quæritur, Cur de virgine potius, quàm ex alia quapiam muliere incarnari Filius Dei voluerit? Et dantur ex patribus rationes ſequentes: Chriſtus cur ex virgine naſci voluerit.

1. Ut manifeſtum eſſet, quòd ſine viri opera fuiſſet conceptus.

2. Ut Creator uteretur novô & admirandô partu: &, ut Chryſoſtomus loquitur, *digniorem haberet ingreſſum, quàm noſter eſt.*

3. Ut hunc quoque naſcendi modum ſ[illegible] æ ſubjacere potentiæ oſtenderet.

Cùm enim Adamum feciſſet hominem, *nec* de viro, *nec* de fœmina; Evam verò de viro ſine fœmina; reliquos homines

de

de viro & fœmina ; reſtabat quartus modus, de fœmina ſine
& hunc ipſe ſibi uſurpavit.

4. Ut lapſui reſponderet reparatio, vide præced. diſpoſ.

Mariæ ἔτυμον Papiſticum.

Obiter addo ἔτυμον Mariæ Papiſticum. Ajunt enim Pa
læ & profundè docti Magiſtri noſtri Jeſucidæ Mariam ſign
ſtellam Maris.

Part. 2. poſt. p. 93.

Confirmat hanc ſententiam Lutheromaſtyx Schererus
Hebreiſch ſol dieſer Name heiſſen ein Meerſtern. Dignum
ἔτυμον tripode Papali & tranſmarinâ Jeſucidarum] ſapienti
vimus Hebræum Maria vel Mirjam rectè exponi amaritudin

Mariæ nomen quid ſignificet.

ris ; (▭ מִרְיָם gutta vel ſtilla maris : מַר enim ſign
amarum ; & in uno Eſaiæ 40,15. guttam maris ſalſi : ▭
mare dicitur) Legere autem debebat Monachus malè
ſtilla, quæ vox haud dubiè ipſi incognita fuit : legit igit
turpem ἀπαιδευσίαν pro ſtilla, ſtella. Mirum Jeſuwidam
ſuô ἀπαιδευσίαν iſtam adeò turpem comprobare & confir
Verùm ita mutuum muli ſcabunt.

pag 94.

Angelus ubi ſecundum Schereri delirium Mariam offenderit.

Quæritur inter eoſdem Papiſtas : ubi & quo in loco A
offenderit Mariam ? Reſpondet pro omnibus idem Schere
cella, in ihrem verſchloſſenen Kämmerlein ; & addit, doct
inde pro ſororibus ſuis texens : ſonderlich die Geiſtlichen
frawen / die ſich zum Gottesdienſt ergeben haben / ſollen
Cellen bleiben. Figmentum homini placet, pergit itaque r
meditari dicere debebam : Die Schlaffkammer Mariæ
der Engel Dienſt / von Nazareth vber Meer wunderbarlich
ret worden / vnd ſtehet ietz zu Loretho in einer Kirchen / da de
bigen aus der gantzen Chriſtenheit groſſer Troſt / Hülff vnd
in allerley Nöthen bewieſen wird. Hæc ille ita narrat ἀπ
φῆς, credat, qui fabulas præ veritate amat. Nos nug
ejuſmodi nullatenus adſveti non ſequimur μύθοις σεσοφ
ſed habemus firmiorem ſermonem Propheticum, cui dur
dimus, ceu lucernæ apparenti in obſcuro loco, rectè facimu
1,16.19. Conſolationem, opem & auxilium habemus in
Dei & Mariæ Filio ; Schereriano verò comento opponim
nihil, niſi illud Chemnitii : Proclive & uſitatum eſt human
nio, ex ſignis ſeu miraculis, ſine verbo & mandato Dei, fin
va dogmata, & inſtituere peculiares cultûs, cùm tamen in
Deus hoc ipſum prohibuerit, & cavendum mandaverit. D
& ſeqq. Matth. 24,23.24. 2. Theſſ. 2,9.10.11.

Exam. Concil. Trid. part. 4. de reliquiis ſanctorum. Fol 17.

III. *Beneficia conceptionis vel Incarnationis devotè ponderando;* cujuſmodi ſunt:

1. *Angelica gratulatio*, ad univerſum hominum genus directa. Satan Evam decipiendo totum genus humanum decepit: Ita Angelus Mariam ſalutando, totum humanum genus ſalutavit. Luc.15,10. Ebr.1,14.

Beneficia ex conceptione Chriſti provenientia.

2. *Gratuita reconciliatio.* Omnes enim in Chriſto ſumus κεχαριτωμένοι, Joh.1,12. Eph.1,6.

3. *Divina inhabitatio*: Olim Deus à nobis ſeparatus, Eſ.59,2. jam Dominus nobiſcum. Jud.6,12. Rom.8,31.

4. *Cæleſtis benedictio.* In Adamo ſumus maledicti: In Chriſto benedicti: Eph.1,3. Gal.3,9. Matth.25,34.

Ave Papiſticum.

Fuerunt hodieque ſunt in Papatu, qui myſteria in verbo Ave quæſiverunt, contendentes, per inverſionem dici Eva; uſumque eſſe Angelum hac voce peculiari conſilio, ut ſit Ave, quaſi ſine Væ, ſcil. peccati, maledictionis, ſuperbiæ, hypocriſeos, querelæ & doloris. Sed notandum,

1. Angelum latinè locutum non eſſe, ſuâ itaq; futilitate perit hoc commentum.

2. Ἀναμάρτητον ex hominibus natum ſcripturam noſſe neminem, unicum ſi demas Mariæ Filium, qui dicitur hoc loco τὸ ἅγιον. Talis enim requirebatur Pontifex. Hebr.7,26. Hoc dum dicimus apud Schererum Mariæ hoſtes, Sectiſche Marienfeinde. Sed plus infertur, quàm antecedentia permittunt. Inanis eſt & ſuperſtitioſa Pontificiorum conſvetudo, quâ ſalutationem hanc Angeli in precationem transformârunt. Sic enim Dicip. de temp. ſciendum quod nullus hominum excellentiùs, & dulciùs, & gratiùs beatam virginem poterit ſalutare ſeu laudare, quàm hac ſalutione, quàm ipſe Deus Pater dictavit, & ei per Angelum deſtinavit, (ſemel ſcilicet dicendam, non quotidiè: falſum enim eſt quod ſequitur,) & eſt à nobis frequenter hac ſalutione ſalutanda, quòd tale gaudium habet ex illa ſalutatione devotè dicta, quale habuit, quando hodiè ſalutata fuit ab Angelo. Vide præced. diſp. Theophylactus: *Quia Eva dictum erat à Domino, ut in triſtitiis pariat filios, ſolvit triſtitiam illam gaudium, quod Angelus virgini adferens dicit: gaude gratioſa. Et quia maledicta fuit Eva, hæc dicitur benedicta.*

Maria non ἀναμάρτητος. pag. 94.

Ave Maria.

IV. *Timorem omnem planè relegando.* Ideo enim territæ Mariæ dicit Angelus: ne timeas Maria, &c. Hæc eſt enim dies, quam fecit Dominus: hodie Dominus adflictionem populi ſui reſpexit & redemtionem miſit: hodiè mortem, quam fœmina intulit, fœ-

Digitized by Google

minæ ſemen fugavit, Hebr.2,14.15. Vide diſp. tert. in Feſto Nativ. & in Feſt. Paſch. diſp. tert.

Conceptio Chriſti myſterium. *V. Ipſum Conceptionis myſterium accuratè enucleando.* Fuit enim conceptio Meſſiæ,

1. Myſterium præfigurale, temporibus etiam V. T. quondam adumbratum, in

1. *Adæ ex gleba terræ formatione*; erat enim terra etiam dum virgo, uti Ambroſ. & Athanaſ. loquuntur.
2. *Promiſſionis primæ promulgatione.*
3. *Valedictoria Jacobi concione*; Schilo enim cutisulam notat illam, quæ fœtum ambit & complectitur:
4. *Legis Leviticæ ſanctione:* loquitur enim lex de mulieribus concepto ſemine parientibus, venturam aliquando innuens puerperam, ſine virili ſemine, parituram. Lev.12.
5. *Virgæ Aaronicæ germinatione*;
6. *Rubi ardentis exhibitione*;
7. *Portæ clauſæ viſione*; Ezech. 44.
8. Lapidis ſine manu avulſi oſtenſione.

2. Myſterium peculiare, quod exemplum ſimile *non* habuit, *nec* habiturum eſt unquam.

3. Myſterium mirabile; quod patet,

1. *Ex virginis impragnatione*, vel conceptione;
2. *Ex nominis ſingularis impoſitione*;
3. *Ex admiranda duarum diſſimilium naturarum*, divinæ & humanæ, perſonali *Unione*;
4. *Ex regni adminiſtratione*;
5. *Ex myſterij tanti declaratione*, quæ modum conceptionis non naturalem, ſed præternaturalem, imò planè divinum oſtendit;
6. *Ex Unionem conſecuta naturarum*, proprietatum & operationum reali *communicatione*;
7. *Ex rei, per exemplum aliud*, æquè fermè rationi incredibile, *confirmatione*. Quæ omnia, cùm in præcedentibus fusè ſatis, pro ratione inſtituti, ſint expoſita, eò Lectorem benevolum remitto. Hic actum agere nolo. Addo tamen, quod uberiori myſterii explicationi inſervit, quæſtionem unam atq; alteram.

Angelus cur Meſſiæ nomen Immanuel non retinuerit. I. Cur Angelus, cùm reliqua ex Eſ.7.14. vaticinio deprompſerit, non idem Meſſiæ nomen Immanuel retinuerit? Reſp. 1. Angelus commodè dicere non poterat; vocabitur Immanuel, Deus nobiſcum: loquendum enim ipſi erat, ut Angelo: Angelicam verò naturam Filius Dei non adſumſit, Hebr.2,16. Scenæ itaq; in-

ſer-

ſerviens, pro Immanuele ſubſtituit Jeſu appellationem. 2. Angelus paulò pòſt Propheticum hoc nomen per περίφρασιν deſcribit, quando Jeſum hunc & Mariæ & Altiſſimi filium futurum adſeverat.

II. Cùm Chriſtus conceptus dicatur de Spiritu ſancto, quæritur, an Spiritus S. poſſit dici Pater Chriſti? Reſp. Minimè verò omnium: quia caro Chriſti non eſt propagata ac ſubſtantia divinitatis, ſeu ex eſſentia Spiritus ſancti, ſed ex ſangvinibus Mariæ, tantùm per operationem Spiritus ſancti. Ipſius enim fuit,

Spiritus ſanctus an dici poſſit Pater Chriſti.

1. Ἄμεσος ἐνέργεια, *immediata operatio*, quâ virgini Mariæ ſubminiſtravit facultatem, ſine virili ſemine, præter naturæ ſeriem, fœtum concipiendi.

2. Θαυμάσιος ἁγιασμὸς, *admirabilis ſanctificatio*, quâ maſſam illam, ex qua humana τοῦ λόγου natura formata fuit, ſanctificavit, hoc eſt, à peccato mundavit.

3. Ἄῤῥητος ἕνωσις, *ineffabilis Unio*, quòd ex divina & humana naturis factum eſt unum ὑφιστάμενον, Deus & Homo, Unus Chriſtus. Fuit itaq; Spiritus ſanctus conceptionis cauſa non σπερματικὴ, ſed δημιουργικὴ, ἁγιαστικὴ, τελειωτική. Vide D. Gerhard. Exeg. pag. 226.

III. Cur verò Spiritui Sancto adſignatur Chriſti conceptio? Reſp.

Chriſti cõceptio cur Spiritui ſancto aſcribatur.

1. *Propter charitatis*, miſericordiæ & bonitatis divinæ *declarationem*: charitas autem tribuitur peculiariter Spiritui ſancto. Joh. 3,16. Tit. 2,10. 2. Tim, 1,7.

2. *Propter ſanctificationem*, quæ Spir. S. itidem adſignatur. Rom. 3,4. Luc. 1,35. Hebr. 7 26. Plura vide d. l.

IV. Cur Filius, non Pater, aut Spiritus ſanctus, caro factus eſt? Reſp.

Pater, aut Spiritus ſanctus cur non ſit factus caro.

1. Ob *recreationem* vel ſecundam creationem. Conveniens enim erat, ut cujus erat κτίσις & πλάσις, ejuſdem etiam eſſet ἀνάκτισις καὶ ἀνάπλασις. Joh. 1,3. Col. 1,15.16. Hebr. 1,3.

2. Ob *imaginis divinæ reſtaurationem*; Geneſ. 1,27. Coloſſ. 1,15. Epheſ. 4,24.

3. Propter *noſtram adoptionem*. Joh. 1,12. Gal. 4,5. Eph 2,3.

4. Propter *reconciliationem*. Eſ. 59,2. 1. Tim. 2,5.

5. Ob *vitæ reparationem*. Eph. 4,18. Joh. 1,4.

6. Ob θεογνωσίας *communicationem*. Joh. 1,18. Matth. 11,26. Vide D. Gerh. exeg. pag. 1222.

Mariæ partus an fuerit miraculoſus. V. Quæritur, an Mariæ partus fuerit miraculoſus, non ſecundùm, ſed præter naturæ ordinem, ita ut in partu planè illæſa fuerit ἀπειρωδίν? *Nonnulli* reſpondent affirmativè, nixi eâ ſolummodò ratione: *qualis* conceptio *talis* partus: illa miraculoſa: Ergò & hic. *Alij* malunt ἐπέχειν. quàm certi quidpiam ſine ſcriptura affirmare. Sunt tamen *magni nominis Theologi*, qui piè ac modeſtè negotium univerſum ponderantes, in negantem concedunt ſententiam inter quos vel inprimis eſt B. Lutherus, quem ſecutus eſt judicii exactiſſimi Theologus D. Chemnitius & alii. Rationes allegant iſtas:

Harm. Evang. part.1, c. 8. p.97. & 98. 1. Τὸ ἄγραφον; quia ſcriptura nullius miraculi circa nativitatem Chriſti meminit. Quod itaque non eſt ſcriptum, non eſt ſentiendum.

2. Scriptura communi utitur pariendi vocabulô; unde communem & uſitatem fuiſſe partûs modum colligitur. Eſa.7,14. Luc. 2, 6. 7.

3. Accedunt Phraſes ſcripturæ, de modo partûs naturali, quæ ad Chriſtum etiam accommodantur. Exod. 13,2. Num. 8,16. Luc.2,7. Pſal.22,10.

4. Huc faciunt illuſtria ſcripturæ teſtimonia, quibus Chriſtus dicitur fratribus ſuis ſimilis factus. κατὰ πάντα, ut poſſit compati noſtris infirmitatibus, & in eo ſuccurrere, ἐν ᾧ αὐτὸς πέπονθεν. Hebr.2,17.18. & 4. 15.

5. Tandem evincit idem finis incarnationis, qui fuit peccatum expiare; hujus autem radix in nobis eſt nativitas immunda, quam ſuâ nativitate emundare, & mox primò vitæ ſuæ ortu peccatum expiare cœpit. Vid. Luther. Tom. 6. Jenenſ. fol. 73 D. Förſterum diſp. ex Symb. Apoſt. dec. 3. probl. 6. & D. Joh. Tarnovium in exercitation. bibl. p. 84.

VI. Rationem in obſequium fidei captivando, quod laudabili exemplô Mariam θεοτόκον feciſſe, ex clauſula Evangelii patet. Vide præcedentia. Concludimus voto Eccleſiæ: *Deus, qui de beatæ Mariæ virginis utero, verbum tuum, Angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis, ut qui verè Filium tuum à Spiritu ſancto in Maria conceptum natumq́ credimus, ejus Filij apud te interceſſionibus adjuvemur*; per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum,

Amen.

FERIA

FERIA SECUNDA PASCHATOS,

EVANGELIUM

Luc.24. à verſ.13. uſq; ad 36.

DISPOSITIO PRIMA.

COntinetur hoc Evangelio hiſtoria longè-jucundiſſima, quâ traditur, quò pactô Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam verbis factisq; vivum ſeſe oſtenderit duobus diſcipulis, in Emmaus abeuntibus. Commodè itaq; refertur ad domicilium generis cauſarum Demonſtravi. Contigit autem hæc apparitio ipsô ſtatim reſurrectionis Dominicæ die, & fuit numerô ac ordine tertia. Nam uti ex Marco habemus, *Prima* omnium fuit, quâ Mariæ Magdalenæ, in horto prope monumentum adparuit, Marc.16,9. Johan. 20,11. & ſeqq. *Secunda* fuit illa, quâ viſus eſt mulieribus à ſepulcro regreſſis: Matth.28,9. *Tertia* eſt præſentis Evangelii, quam Marcus cap.16,12. & 13 admodum breviter, Lucas verò fusè & ſecundùm omnes circumſtantias deſcripſit. Nos διέξοδον pulcerrimæ ſvaviſſimæque hujus hiſtoriæ conſvetâ τριχοτομίᾳ comprehendemus, contemplaturi,

I. *Diſcipulorum Emmaunticorum emigrationem vel peregrinationem;*

II. *Chriſti* cum iisdem conjuncti *ſermocinationem;*

III. *Chriſti manifeſtationem.*

PARS I.

In primæ partis expoſitione quinque circumſtantiæ ſunt attendendæ:

I. *Perſonarum peregrinantium denominatio.* Vocantur duo ex illis, ſc. Chriſti diſcipulis, qui una cum Apoſtolis Dominum Jeſum ſecuti fuerant, & nunc in eorum etiam erant conſortio. Veriſimile eſt, ex 72. diſcipulorum numero eos fuiſſe, quorum operâ in prædicatione Evangelii per Judæam Chriſtus uſus fuerat, Luc. 10,1. Quòd autem non fuerint ex 12. Apoſtolorum numero, ex eo manifeſtum eſt, quod reverſi Hieroſolymam dicuntur inveniſſe Apoſtolos congregatos, & qui cum iis erant. Ac unius quidem nomen exprimitur, quod dictus fuerit Cleophas, quem fratrem fuiſ-

Digitized by Google

Cleophus. ſe Joſephi author eſt Euſeb. lib. 3. hiſt. Eccl. cap. 11. Uxor ejus fuit ſoror Mariæ θεοτόκȣ, unde dicitur Maria Cleophe, ſc. uxor. Joh. 19,25. Alibi dicitur Maria Jacobi : Marc. 16,1. & Maria Joſes, ſcil. mater ; Marc. 15,47. Matth. 27,56. Ex primo enim marito Jacobum & Joſen ſuſcepiſſe dicitur. Cognatus itaque Chriſti Cleophas fuit duplici nomine. Alterius verò nomen expreſſè non ponitur. Theophylactus *ſuſpicatur fuiſſe Lucam, ipſum hiſtoriæ hujus ſcriptorem* ; verùm ſententia iſthæc fundamento caret. Lucas enim ad fidem Chriſtianam poſt Chriſti demum ad cœlos adſcenſionem pervenit. Hinc ipſe teſtatur, ſe habere Evangelium ſuum ab Apoſtolis, qui fuerant rerum abs ſe deſcriptarum αὐτόπται, converſati nim. cum Chriſto, tempore miniſterii ipſius, & qui extiterant miniſtri ſermonis, & pars aliqua rerum, quas narrabat. Accenſus autem ille cupiditate omnia accuratiùs cognoſcendi (& ſuò tempore in literas referendi) quæ de curſu miniſterii Chriſti in his terris inveſtigari poterant, Hieroſolymam adiit, & audivit ipſos Apoſtolos, inprimis etiam mariam virginem, ex cujus ore præcipuè hauſit, quæ cap. 1. & 2. commemorat. Confer gloſſ. ord. Verùm enim verò alter ille quis fuerit, cùm nomen ejus reticeatur, ſcrupuloſè indagare opus haud fuerit, nec illud ſcire uſque adeò refert ; ſive is fuerit Nathanael, ſive Ammaon, ſive alius quiſpiam, perinde eſt.

II. Temporis deſcriptio : Contigit eodem die, nimir. reſurrectionis Dominicæ, horis, uti ex circumſtantiis textûs colligitur, pomeridianis.

III. Loci determinatio. Vocatur Emmahus, diſtans ab Hieroſolymis ſpacio ſtadiorum 60, hoc eſt, duobus propemodùm milliaribus Germanicis. Stadium enim teſte Pliniô, lib. 2. cap. 23. habuit 125. paſſûs. In Hebræo nomen habere dicitur à munitione.

Emmahus. מָעוֹז enim eſt fortalitium, munitio ; אֵם mater : ita Emmahus eſſet, mater fortitudinis, quòd in ea arx fuerit munita. Exiguum fuit oppidulum, (unde Lucæ dicitur κώμη, vicus, pagus, caſtellum ;) ſitum verſus occaſum Solſtitialem, in via verſus Joppen, & meminit ejus Joſephus, lib. 7. de bell. Jud. cap. 26. Poſt everſam verò Hieroſolymam novum ibi oppidum à Romanis eſt conditum, ex eventu belli Nicopolis appellatum, ut habet Sozomenus lib. 5. cap. 20. Vide plura in Harm. Evang. reſurrectionis D. Gerh. cap. 7. pag. 177. & 178.

IV. Pro-

Digitized by Google

IV. Profectionis cauſa & ratio. Cauſa ſuſceptæ ruſticationis vel exſpatiationis utique non fuit illa, ut viderent Jeſum: hoc enim *nec* ſperare, *nec* credere hactenus potuerunt. Adnotat enim Lucas in præcedentibus, quòd relationes de Chriſto reſuſcitato & diſcipulis fuerint ὡσεὶ λῆρος, ceu deliramentum, ideoque illis fidem non adhibuerint. Rus itaque abeunt, *vel* ſui cujusdam negotii causâ; *vel* ex metu, ut ſi quid adverſi diſcipulis ex rumore de Chriſti reſurrectione evenerit, illi eſſent in tuto, & quaſi extra omnem teli jactum; (weit davon/ iſt gut für den Schoß) *vel* eô animô egrediuntur, ut urbem cæde & ſangvine repletam fugiant, & à malorum conſortio ſecedant. Lucas paulò aliter. Cauſam enim itineris 1 ex colloquio ipſorum deducens, triſtes admodùm eos fuiſſe, & de omnibus iis locutos fuiſſe commemorat, quæ in crucifixione Chriſto acciderant. Tentârunt ergò inde ortam animi ægritudinem familiari colloquiô *vel* diſcutere, *vel* aliquô modô lenire. 2. Propriis etiam verbis, quô animô in Emmahus profecti ſint, aperiunt. Sperabamus ipſum fore Redemtorem Israëlis. Quô ipſô haud obſcurè ſignificant, magnas ſeſe ſpes de ſplendido Chriſti in terris regno concepiſſe, quas cùm ſentiant in fumum redigi, ad ſuos & ad opera vocationis priſtinæ redire ſtatuerunt. Quicquid ſit, magnam ex omni parte fidei ſuæ infirmitatem produnt.

V. Eventûs inopinati adnotatio: Cujus obſervetur

1. Occaſio, quam Chriſto ſubminiſtrat ὁμιλία, & jucunda ſui recordatio. Etſi enim admodum infirma ipſorum eſſet fides; grata tamen adhuc Magiſtri ſui memoria in animis eorum reſidet; hinc adeò fit, ut inter ambulandum de ipſo colloquantur, atque de omnibus ſimul rebus, quæ ſuperioribus diebus proximis ipſi evenerant. Lucas vocat συμβεβηκότα, reſpectu ad colloquentium opinionem habito. Συμβεβηκότα enim dicuntur contingentia, quæ caſu fortuitô, per accidens, uti Logici loquuntur, eveniunt. Talia enim videbantur diſcipulis, quæ Chriſto contigerant, quandoquidem ὡρισμένην τὴν θεοῦ βουλὴν Actor. 2,23. per infirmitatem nondum intelligebant: interim tamen non omne planè deponere poterant deſiderium noſcendi, quid tribuendum ſit ſparſis de Chriſti reſurrectione rumoribus. Inter ſeſe itaque de toto hoc negotio conferunt, *unô* quidem haſce, *alterô* verò illas defendente partes, *hoc* dicente, nondum omnem de Chriſto ſpem eſſe abjiciendam; *illô* contrà inferente, parùm adhuc ſpei de ipſo eſſe

eſſe reliquum. Hoc enim eſt *συζητεῖν*, unà cum altero de re aliqua quærere, collatis in utramq; partem rationibus ac ſententiis.

2. *Chriſti adparitio,* facta *ἐν τῷ ὁμιλεῖν καὶ συζητεῖν αὐτοὺς*, inter diſputandum & colloquendum. Additur *ἐξηγήσεως ἕνεκα* modus apparitionis. Adparet enim illis,

1. *Ut viator peregrinus*, cui iter aliquod magnum ſit conficiendum; ideoque *συνεπορεύετο αὐτοῖς*, comitem itineris ipſis ſeſe adjungebat.

2. *Ut homo ignotus*, quia ut Marcus habet cap.16,12. *ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ* ad ipſos veniebat, *οὐκ ὄντως, ἀλλὰ δοκήσεως*. non ſecundùm rei veritatem; ſed ſecundùm diſcipulorum opinionem.

Subjicitur ratio: oculi enim eorum tenebantur, ne eum agnoſceretur, ſed pro homine peregrino haberent; hoc eſt, efficit Dominus, ut ipſum non agnoſcerent, tametſi præſentem intuerentur: idque eam ob cauſam factum putatur, ut tanto liberiùs poſſet cum ipſis conferre, cogitationes in corde latentes elicere, & conſequenti inſtructioni viam patefacere.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. Chriſtô ex oculis omiſſô triſtitiâ ac mœrore animi replentur. Joh.16,16.20. Pſ.13,7. & 27,9. & 30,8. & 44,25. & 88,15. & 143,7. Eſ.8,17. Jer.17,9.10. Matt 14,30. Pſ.104,29.

II. Ea eſt humanæ naturæ perverſitas, ut quæ lætitiæ nobis materiam præbere debebant, inde triſtitiæ argumentum petamus. Luc.5,8. Gen.42,28.35. & 45,3. Exod.19,16. Matt.2,3. & 17,6. Luc.1,12.

III. Ne ergò ſinamus mœrorem in corde radices agere. Prov.14,10. Sir.30,22. & ſeqq. & 38,18.19.21. Eccl.11,10. 2.Cor.6,10. 1.Theſſ. 4,13.

IV. Verum eſt tritum illud: Prout res ſeſe dant, ita magni & humiles ſumus. Jer.17,9.10. Pſal.30,7.

V. Colloquia pia nunquam ſuô carent fructu. Pſalm. 119,172. Prov.6,22. Pſalm.19,15. & 51,17. Tob.12,7. Sir.21,16. & 27,12. Eph. 4,29.

VI. Chriſtus enim ipſe piis colloquiis, rerumq; ſacrarum tractationi intereſt, ac per hæc eſt efficax in animis hominum. Matt.18,20. Prov.8,31. 1.Theſſ.5,11. Exod.20,24. Prov.16,21.24. & 17,27. Sir.27,8. & 40,21. Col.3,16.17. & 4,6.

VII. Non

VII. Non ſatis eſt in templo audire verbum, niſi etiam domi mediteris & rumines. Col.3,16. Pſal.1,2. Pſalm. 119,16, 46. 47. 54. 55. 62.

IIX. Abſtinendum à malis, ſpurcis & impiis ſermonibus. Eph.4,29. Prov.15,2. Pſ.5,11. Sir.23,1. Eph.5,4. Sir.19,5. 1.Cor.15,33. Mal.2,17. Prov.3,32. Sap.1,8. Matth.12,36.

IX. Optimum viæ condimentum eſt pium de Chriſto colloquium. Devt.6,7. & 11,19. Col.3,16. Act.8.28 Joh.5,39.

X. Chriſtus non ſemper in forma conſolatoris & opitulatoris, ſed quandoq; in forma peregrini, immò adverſarii apparet. Pſal.10,1. Gen.32,24. Cant.2,9 Jer.14,8.9.

XI. Carnalibus de Chriſto cogitationibus, oculi mentis tenentur ne agnoſcatur. Roman. 8,7. & 14,17. 1.Petr. 2, 9. Eph. 1,18. & 5,8.

XII. Tenebantur oculi diſcipulorum, non caligine peculiariter offusâ ligati; ſed quia claritate, ad viſionem corporis clarificati neceſſariâ, non donabantur, exemplò Bileami & Gehaſi, quorum oculi detectione & apertione opus habebant. Num.22,31. 2.Reg.6,17. immò tenebantur oculi, non ut non viderent illum, ſed ne agnoſcerent: de oculis itaq; mentis potiùs, quàm corporis eſt accipiendum, quod contra Calvinianos probè eſt notandum. *Oculi diſcipulorum cur dicantur detenti in Evangelio Luc.24.*

XIII. Ineptiunt Pontificii, quando ex eo, quòd vulgata verſio pro græco ὁμιλεῖν ſubſtituit fabulari, fictis & ementitis regni AntiChriſtiani fabulis, atque adeò etiam ſcriptis Canonicis patrocinium quærunt. Ad fontes enim eſt reſpiciendum; græcum igitur ὁμιλεῖν non eſt fabulas tractare; ſed colloqui; unde Pagninus reddidit, dum colloquerentur. *Bell. l. 1. c. 9. de verbo Dei.*

XIV. Chriſtus eſt bonus ille Paſtor, oviculas errantes ſolicitè quærens, & ad ovile ſuum reducens, Ezech.34,23. Luc 15,4. Joh. 10,11. Vide Domin Miſericord. Domini.

XV. Chriſtus illis ſeſe manifeſtare voluit, in quorum commodum venerat, mortuus erat & reſurrexerat. Luc.19,20. Rom.4, 24 1.Tim.1,15. Matth.9,13. & 18,11.

XVI. Quamprimùm in die noviſſimo ex ſepulcris noſtris prodibimus, continuò Chriſtus nobis apparebit. 1.Cor.13,13 1.Joh. 3,2. Job.19,25.

XVII. Diſcipuli Emauntici Hieroſolymam deſerentes, conſortia malorum vitanda eſſe monent. Eſ.52,11. Pſ.1,1. & 26,4. & 119,115. & 141,5. Prov.1,10.15. & 3,31. & 13.20. & 22,24. Jer.15,17. Act. 2,40. 1.Cor.5,6. 9.13. & 6,14.17. Eph.5,7.11. 2.Theſſ.3.6.14. Apoc.18,4 *Conſortia prava vitanda.*

Ii XIIX.

Digitized by Google

XIIX. Chriſtus crucifixus Judæis eſt ſcandalo. Eſ.8,14. Matt. 13,57. Marc.6,3. Joh.6,61. Matt 11,6. 1.Cor.1,23.

Opiniones præconceptæ. XIX. Opinionum præconceptarum, ſiquidem radices egerint, magna eſt vis: principiis itaque obſtandum. Matth.11,2. & 18,1 & ſeqq. & 20,21. Eſa.30,21. & 48,17. Matth.17,5. & 23,10. Johann. 6,68. & 14,6.

Infirmitas humana. XX. Infirmitatis humanæ exemplum habemus in duobus hiſce diſci[illegible]is. Matth.26,41. Roman.5,6. Johann. 3, 2. & 11, 6. & 12,42. & 19,3.

Infirma fidei. XXI. Chriſtus infirmos in fide non abjicit, ſed iisdem ſeſe adſociat. Eſ.42,3. Actor.20,35. Rom.14,1. 1.Cor.1,27. & 9,22. Rom. 15,1. 1.Theſſ.5,14.

XXII. Non mediocre conſolationis momentum in eo poſitum eſt, ſi altos cordis dolores cum aliis communicemus. Matt. 26,39.

Cordis dolores & anguſtiis unde oriantur. XXIII. Dolores & anguſtiæ cordis inde ſæpenumerò oriuntur, quòd caſu fortuitò calamitates nobis evenire putamus. Dei manum & conſilium non reſpicientes. Amos 3 5.6. Thr.3,37. Pſal. 34,21. Matt.10,30. Luc.21,18. Job.1,12. Zach.3,1.2. Ezech.9,5.6. Apoc.7,2.3. 1.Cor.11,32. Pſ.116,13. Eſ.9,13. & 42,24. & 51,17. Jer.25,15.17. Prov.3,12. Apoc.3,19.

Chriſto quâ ratione appropinquandum. XXIV. Si adpropinquamus Chriſto; ipſe ad propinquat nobis. Jacob. 4, 8. Jerem. 30, 21. Eſaiæ 55, 6. Appropinquamus autem ipſi

1. *Verâ pœnitentiâ;*
2. *Sanctô cordis deſideriô;*
3. *Colloquiis ſacris;*
4. *Sincerâ dilectione.*

Cognitiones adflictorum. XXV. Depictas quodammodo habemus cogitationes afflictorum, ſub cruce laborantium: his enim Chriſtus longiſſimè abeſſe, peregrinus & alienus videtur. Judic.6,13. Pſalm.10,1. & 13,1.2. & 31,23.

Forma Chriſti peregrina. XXVI. Chriſtus per paupertatem, exilia, morbos, &c. ad nos venit; hæc eſt peregrina ipſius forma, in cruce & afflictione potiſſimùm conſpiciunda. Gen.42,7. Eſ.28,21.

Peregrinus Chriſtus. XXVII. Habitus peregrini monet,

1. *De Chriſti incarnatione*: Joh.1,14. Gen.18,1.

2. *De Judæorum obſtinatione*, quòd Meſſiam ſuum ut peregrinum rejecerint; Pſalm.69,9. Eſ.53,2. Johan.1,11. Act.13,46. Pſalm. 118,22.23. Act.4,11.

3. *De*

3. *De profundiſſima Chriſti exinanitione:* Matth. 8,20. Actor. 10,38. Phil.2,7.8.

4. *De ſubſecuta ejuſdem exaltatione:* Luc.19,12 Phil.2,10.

5. *De Chriſti patefactione*, quæ fit per Verbum & Sacramenta, in quibus veluti involucris latet; 2.Cor.5,6.7. 1.Cor.13,12.

6. *De Eccleſiæ in hoc mundo conditione;* Jer.14,8.9.

7. *De fidelium in hac vita peregrinatione.* Pſal.39,13 Gen.47,9. Hebr.13,14. 1.Petr.2,11.

PARS II.

Secundâ parte quatuor continentur membra; nimirùm

I. *Chriſti ἐρώτησις, interrogatio,* quâ quærit de argumento ſermonum, quos invicem conferebant: non quòd ignoraret, ſed ut cogitationes in corde adhuc latitantes eliceret, & informationi materiam uberiorem præberet; ſimulq; ex tricis, quibus implicìti hærebant diſcipuli, evolveret. Duo verò quærit;

1. *Colloquij materiam*, ἀντιβάλλειν λόγους, eſt ſermones inter ſe conferre, & ex oppoſito ſibi invicem reſpondere, opponere & ſolvere, quod ſuprà dicebatur συζητεῖν. Metaphora deſumta videtur à luſu pilæ, ubi alter eam ad alterum è regione projicit.

2. *Triſtitiæ cauſam.* In græco eſt emphaticum vocabulum, σκυθρωπός, triſtem vultum gerens: ipſo enim oris habitu triſtitiam quandam præ ſe ferebant; erant vultu triſti ac turbido, ſie ſahen gar ſchwartz vnd finſter aus. Non ſine cauſa de utroq; quærit Chriſtus; aderat enim eô fine, ut quæ ignorarent, ex ipſo diſcerent diſcipuli; & triſtitia eorum in gaudium verteretur, id quod effectus Evangelii eſt proprius & adæquatus. σκυθρωπός.

II. *Ἀντερώτησις Cleophæ, mutua interrogatio.* Cleophas enim quæſtioni à Chriſto propoſitæ reſponſurus viciſſim quærit: Tuné ſolus peregrinus ex Hieroſolymis, neque cognoviſti, quæ facta ſunt illic his diebus? παροικεῖν eſt, incolam eſſe, peregrè advenire in locum aliquem habitandi gratiâ. Miratur itaque Cleophas, quî cupiat Dominus iſta ſibi explicari, quæ omnium vocibus ac ſermonibus tùm decantabantur, ita ut nemo quiſquam eſſe poſſet tam peregrinus & hoſpes in Jeruſalem, qui iſta ignoraret, quæ publicè in conſpectu omnium geſta fuerant. Hoc igitur vult Cleophas; quòd ea, quæ Hieroſolymis περὶ τοῦ χριστοῦ contigerant, (1) in luce ac notitia hominum omnium ſint expoſita, ut ne quidem peregrinos, ob Paſchatis feſtum ibi congregatos, latere queant; (2) adeoq; injuſta, ut ſummam deteſtationem mereantur.

Digitized by Google

III. *Cleophæ διήγησις narratio.* Cùm enim Chriſtus ulteriùs peregrinum ſe ſimularet, cui omnia illa facta eſſent incognita; & porrò inſtando quæreret, ποῖα; quæ & qualia contigerint: Cleophas ei rem omnem ordine exponit, intimos cordis ſui receſſûs candidè aperiens. Complectitur autem tota Cleophæ narratio quatuor:

1. *Colloquij materiam*, quòd de Jeſu Nazereno ipſis ſermo fuerit, cui ipſi hactenus adhæſerint; Pontifices verò hæreticum illum declaratum in crucem egerint, memoriam ejus ex animis hominum funditùs deletam cupientes.

2. *Suam ſociij, de Chriſto ſententiam.* Ita enim format ſermonem, ut ſuum ſimul de Jeſu Nazareno judicium exponat, hoc eſt, confeſſionem de ipſo ſuam edat, confeſſioni illi Matth. 16, 16. & ſeqq. Joh. 6, 68. 69. multùm abſimilem. Fatentur autem hi duo diſcipuli de Chriſto.

Diſcipulorum in Evangelio Lucæ c. 24. Confeſſio de Chriſto quid comprehenderit.

1. *Quòd fuerit Propheta*; in græco ἀνὴρ προφήτης, vir Propheta, ἀνδρὸς appellatione haud obſcurè innuentes, ſe habere illum pro vulgari quodam Propheta, qualis quondam fuerat, Elias, Eliſæus, Eſaias, Daniel, &c. qui ſortem reliquorum Prophetarum expertus, injuſtè ſit trucidatus; non autem pro ſingulari illo & magno Propheta, ἐξαιρέτως καὶ ἐξοχικῶς ita dicto. Notum enim erat inter Judæos Prophetæ nomen κατ᾽ ἐξοχὴν Meſſiæ tribui. Deut. 18, 18. Luc. 7, 16. Joh. 6, 14. Act 3, 21. & 7, 37.

2. *Quòd fuerit δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ.* Quidam illam ἐν τῷ λόγῳ δύναμιν referunt ad vitæ inculpatæ ſanctimoniam; ſed rectiùs refertur ad opera & miracula Chriſti. Divinum enim eum fuiſſe Doctorem, ab ipſo Deo miſſum, ex operibus & factis ejus manifeſtò eluxit. Ea enim ipſum edidiſſe miracula innuit, quæ non niſi divinam virtutem operationemque indubitatò præſupponant, teſte ipſo Nicodemo, Joh. 3, 2. Eas inſuper ipſum ad populum habuiſſe conciones, quæ pondus & efficaciam in animis auditorum habuerint admirabilem: docebat enim ὡς ἐξουσίαν ἔχων, & non ſicut Scribæ. Matth. 7, 29. Joh. 7, 46.

3. *Quòd in utroq, excelluerit coram Deo & toto populo*; hoc eſt, Dei ipſius teſtimonio, qui tot ac tantas virtutes, tantaque miracula per eum ediderit, & verbum ejus per illa confirmaverit, quin & totius populi teſtimonio, apud quem in ſumma fuerat exiſtimatione, eximius Propheta habitus fuerit. Deo itaque & univerſo populo Jeſum iſtum fuiſſe acceptum perſpicuè ſignificat. Atque hæc erat diſcipulorum iſtorum de Chriſto tùm temporis

ſen-

ſententia. Unde apparet, quantâ fidei infirmitate ſub iſta tentatione laboraverint. Cùm enim antehac Jeſum Nazarenum pro Meſſia indubitatò habuiſſent, & profeſſi idem publicè fuiſſent, jam dubitare incipiunt; & Prophetam quidem inſignem illum etiamdum agnoſcunt, verbis factiſque in Dei ac totius gentis Hebrææ oculis ac conſpectu potentem: Eſſe autem Jeſum illum, per Prophetas promiſſum, ac ſacrarum literarum oraculis decantatum Meſſiam, nunc demum ambigere incipiunt.

3. Paſſionis hiſtoriam, cujus epitomen quaſi quandam Cleophas commemorat, non ſine ſingulari animi conſternatione ſubjungens, quàm indignis modis verè divinus iſte Doctor & propheta acceptus fuerit. ἄρχοντας enim (intelligit proceres Hieroſolymitanos, penes quos ſummum erat de religione judicium;) ipſum in ſuo concilio, ut hæreticum & ſeditioſum condemnâſſe, &, ut extremo ſupplicio dignum, Pilato in condemnationem mortis tradidiſſe, cruci etiam adfixiſſe. Pilatus enim erat executor; ipſi verò Pontifices & Principes rei erant mortis innocuæ. Ita nim. Chriſti innocentiam haud obſcurè prædicat: ἄρχοντας autem & Pontifices crudelitatis & injuſtiæ inſimulat

4. Graviſſimam querimoniam, quâ conqueritur

1. De ſpei fruſtratione. Nos ſperabamus (hoc eſt, hactenus ſpe divites fuimus, à qua nunc penitùs fermè dejecti ſumus) quod ipſe eſſet ὁ μέλλων λυτροῦσθαι, redemturus vel Redemtor Iſraëlis, credentes, ipſum eſſe Meſſiam promiſſum, cui liberatio Iſraëlis in Scriptis Prophetarum adſignatur. Patet ex frigida & timida hac Cleophæ confeſſione, communem Chriſti diſcipulos Judæorum errorem eſſe ſecutos. Illi enim quoties de liberatione per Meſſiam futura audiebant, ſomniabant liberationem à jugo & poteſtate Romanorum aliorumque hoſtium, qui Judæos premebant, ac tantùm non opprimebant. Eôdem carnali affectû diſcipuli hi faſcinati, putabant, Chriſtum regnum Iſraëliticum reſtauraturum, & totam Hebræorum gentem in priſtinam libertatem adſerturum; inter ſectatores verò ſuos terrena beneficia & magnas in hoc mundo dignitates diſtributurum. Hoc enim illi vocabant redimere Iſraëlem, neque de regno Meſſiæ tùm temporis aliter, aut ampliùs quid ſibi promittebant. Scire autem facilè poterant ex ipſo vaticiniorum propheticorum ſono, Pſ.72,14. & 130.8. Eſa. 59,20. Oſ.13,14. liberationem illam non fore corporale, ſed ſpirituale ſolummodò beneficium. Λυτροῦν enim eſt propriè dato certo redemtionis precio captivum liberare, quod Meſſias non auro

& argento, ſed ſangvinis ſui precioſi profuſione præſtare debebat. Zachar. 9, 11.

2. *De promiſſionum factarum annihilatione.* Promiſerat quidem Jeſus ille Nazarenus, ſe tertiò die à morte reſurrecturum: Matth. 16, 21. & 17, 23 & 20, 19. & 26, 32. Marc. 8, 31. & 9, 31. & 14, 28. Luc. 9, 22. & 18, 33. Johann. 2, 18. & ſeqq. & 10, 18. Cùm verò tertius jam agatur dies, inquit Cleophas, neque dum redivivus nobis conſpectus uſpiam fuerit, verendum eſt, ne promiſſio illa ſit futura inanis & evanida.

3. *De ſui conſternatione.* ἐξέστησαν, attonitos nos reddiderunt, de ſtatu mentis dejecerunt, ad mentis alienationem uſq; nos perterrefecerunt mulieres quædam ex nobis, hoc eſt, ex numero fidelium Chriſto hucuſque adhærentium. Territos autem ſeſe & conſternatos Cleophas ait:

Diſcipuli Chriſti poſt paſſionem cur fuerint territi.

1. *Ob temporibus crucifixi amiſſionem:* inventum enim eſſe ſepulcrum vacuum; corpus verò Jeſu Nazareni inventum non eſſe.

2. *Ob Angelorum viſionem & concionem*, qui ipſum vivere adſeruerint.

3. *Ob diſcipulorum* αὐτοπτῶν *comprobationem.* Hoc quid rei ſit (volunt dicere) & quid hac de re credendum ſit, vel non, ignoramus. Ita enim dubii & perplexi redditi ſumus, ut expedire nos nequeamus. Et quid mallemus, quàm ſi contingat nobis de totius rei veritate certi quidpiam cognoſcere & ſufficienter informari.

Patet ex hac diſcipulorum querela, ipſos nuncium duntaxat de vacuo ſepulcro & Angelorum concione audiviſſe; alterum verò de Chriſti apparitione, vel non audiviſſe, vel inter fabulas retuliſſe. Hactenus Cleophæ narratio; quam excipit

IV. *Chriſti* ἀπόκρισις, *reſponſio*, quæ & ipſa continet

1. Ἐπιτίμησιν ſive *duarum increpationem*, figuratam ἐκφωνήσει vel Exclamatione Rhetoricâ, quâ ipſis exprobrat

1. *Intelligentiæ ruditatem*, vocans eos ἀνοήτους, mente & intelligentiâ carentes, ſtupidos, ſtolidos, inſipientes.

2. *Cordis tarditatem*, ad credendum iis omnibus, quæ locuti hac de re Prophetæ fuerant

2. Ἐπιδήλωσιν ἢ ἐπίκρισιν, *juſtam declamtionem*, quâ fidem eorum ex Evangelio informat; quòd oportuerit Chriſtum ταῦτα, hoc eſt, ea omnia, quæ in paſſione ipſi contigerant, pati, & poſtmodum intrare in gloriam ſuam. Illud notat ſtatum exinanitionis;

nis; hoc ſtatum Exaltationis, quem vocat ſuam gloriam; aliàs dicitur gloria Patris, Phil. 2, 11. quia ſecundùm humanam naturam ipſi à Patrè data eſt. Diſcipuli paſſionem referebant inter τὰ συμβεβηκότα, uti primà parte dicebatur: Chriſtus opinioni huic opponit τὸ ἀναγκαῖον, inquiens, ſic ἔδει, oportebat, hoc eſt, neceſſarium fuit Chriſtum pati, crucifigi, mori, Chriſti ſtatus exaltationis cur dicatur gloria Patris.

I. Propter *Patris cœleſtis decretum & ordinationem*;

II. Propter *generis humani redemtionem*;

III. Propter *ſcripturarum impletionem.* Senſus itaque eſt: Itáne vobis abſurdum videtur, quòd Jeſus Nazarenus, quem vos Meſſiam credidiſtis, ſubjecerit ſeſe paſſioni & morti, ut propterea fidem veſtram abjeceritis, & vos falſos eſſe exiſtimetis? Atqui hoc ipſum debebat vos vel maximè confirmare, tanquam certiſſimum γνώρισμα, quòd hunc ipſum Jeſum, qui talia paſſus eſt, per ſuam innocentiam, Meſſiam eſſe oporteat: præſertim quia hoc accidit, quòd nunc redivivus eſſe dicitur tertio à crucifixione die. Nam ut Prophetæ multa alia de Meſſia vaticinati ſunt; ita & hoc disertè prænunciaverunt, quòd oporteat eum pati, crucifigi, mori, ſepeliri, & poſthæc in gloriam ſuam, reſurgendo ſcil. & victorem mortis ſeſe exhibendo, ingredi. Quòd autèm iſta vos offendunt, quid aliud inde colligetur, quàm vos eſſe Propheticorum vaticiniorum planè ignaros, aut certè tardos admodùm ad credendum, quorum utrumque ſummo vobis eſt dedecori? Niſi enim talia ipſi accidiſſent, Meſſia utique verus, hoc eſt, mundi Redemtor non eſſet.

5. Βεβαίωσιν, *confirmationem.* Ut enim fidem dictis faciat, ipſe ſibi hanc ſumit operam, ut ex Moſe & Prophetis *vel* omnia, *vel* certè potiora, (fuit enim concio trium aut quatuor horarum) vaticinia producat, recitet, interpretatione ſuâ explanet, verum ſenſum monſtret, (hoc enim τὸ διερμηνεύειν) paſſionemque adeò Chriſti, & omnia, quæ cum ipſo contigerant, ibi prænunciari doceat, factâ ad Jeſum Nazarenum applicatione ad oculum demonſtrans, in ipſo hæc omnia eſſe adimpleta. Optare quidem poteramus totam iſtam concionem verbotenus conſignatam, & omnia ſcripturæ oracula, quæ quidem confirmationis loco produxerat Chriſtus in ſpecie expreſſa fuiſſe: quia tamen ipſi habemus libros Moſis & Prophetarum, ſatis fuiſſe viſum eſt Evangeliſtæ illud annotâſſe, quòd ex eorum vaticiniis de Chriſto morituro & reſurrecturo tota contexta fuerit concio. Porrò vaticiniorum nomine intelliguntur non modò expreſſa ſcripturæ dicta, ſed ipſi etiam Vaticinia ſunt etiam typi.

typi,

Digitized by Google

typi, velut umbræ & figuræ futurorum. Veriſimile itaque eſt Chriſtum produxiſſe *ex dictis* V.T. illa: Gen.3,15. & 12,3. & 18,18. & 22,18. & 26,4. & 28,14. & 49,11. 2.Sam.7,13.1.Paral.18,11.Pſal.2,7. & 8,6. & 16,9. & 22,1.2. & ſeqq. & 31,5. & 41,10. & 68,1. & ſeqq. & 69 1,2.5.21.22. & 71,15 & 89,4.30. & 109.8. & 110,7. & 132,11. Eſa. 11,1. & 43,24.25. & 50,6. & 53,4 5. & ſeqq. & 55,3.4. & 63,1.2.3. Daniel.9,26.27.Oſe. 6,2. & 13,14. Mich 2,13 Zach.9,11 & 11,12. & 12,10. & 13,7. *Ex typis* præ ceteris illos, ex Gen.2,21. & 3,21. & 4,4. & 6.14. & 22,2. & ſeqq. & 37,28. & 39,20. & 41,14. Exod.2,2 3. & 3,2. & 12,1. & ſeqq. Lev 16,21. Num.16,48. & 17.8. & 19,2. & 21,8. & ſeqq. & 35, 28. Joh.10,26. Jud.7,20. & 16,3. 1.Sam.17,49. 2. Par. 3,5. Dan.6,22. Jon.2,1. & ſeqq.

Hæc & alia loca materiam concioni huic uberrimam præbuerunt, quæ & eâ à diſcipulis attentione audita fuit, ut via illos citiùs deficeret, quàm auſcultandi ſatietas adſiceret.

Porismata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Chriſtus non procul à nobis abeſt, licèt in cruce quandoque amiſſus videatur. Eſ.49,14. Pſ.34,19. & 91,15. Eſ.41,10. Matth. 28,20. Eſ.54,7. Joh.14,18. & 16,16.

II. Mos Dei eſt conturbare, ut exhilaret; vulnerare, ut ſanet; affligere, ut benefaciat. Eſ.28,21. 1.Sam.2,6. Pſ.30,12. & 116,5.6. Tob.3,21,22.

Triſtitiæ cauſa.

III. Omnis triſtitiæ fons & origo eſt, Chriſtum non rectè agnoviſſe. Matt.6,33. Sap.15,3. Jer.9,24. Joh.17,3.

IV. In mœrore itaque conſtituti Chriſtum concionantem audiamus; verbum enim ejus vivam & efficacem perturbatis mentibus conſolationem ſubminiſtrat. Pſal.18,7. & 77,4. & 119,50.92. Rom.15,4.

Crucis utilitas.

V. Per anguſta ad auguſta, per crucem ad lucem parata nobis eſt via. Phil.2,8.9. Pſ.110,v.ult. Hebr.2,9. Act.14,22. 2. Tim,2. 11.12. Pſal.18,36. Prov.15,33.

Officium Chriſti paſtorale.

VI. Depingitur hoc loco officium Chriſti paſtorale, Zach. 11,7. Eſa.9,6. Luc.15,5. Ezech.34,23. Johan.10,12. Vide Domin. Miſeric. Domin.

VII. Quemadmodum Chriſtus non niſi per crucem & paſſionem declaratus eſt verus & promiſſus Meſſias; eundem ad modum

Digitized by Google

dum & nos non niſi per multas adflictiones in regnum Dei ingredimur. Act.14.22.

IIX. Triſtitia in mœrore animi, ex oris vultu adparet facilè. Prov.15,13. Sir.13,31. Triſtitia.

IX. Sancti quoque in hac vita non ſunt ἀναμάρτητοι, Job. 15,14.15.16. Eccl.7,21. Prov.20,9. Joh.3,6. Rom.7,18. & 8 7. Sancti non ſine peccatis.

X. Noteiur noſtra in myſteriis divinis ſocordia & ἄγνοια. 1.Cor.2,14. 2.Cor.3,5. Roman.8,7. 2. Corinth.4,4. Eph.4,18. Rom. 5,10. Matth.16,17.

XI. Unde extrema hominis viriumque naturalium ἀδυναμία, in intelligendis & credendis ſacrarum literarum myſteriis, ad ſalutem noſtram ſpectantibus, cognoſcitur. Joh. 1,5. Eph. 5,8. Joh.3,27. & 15,5. Rom,9,16. Joh.6,44 1. Cor.3,6. Phil.2,13. Ezech. 2,4. & 11,19. & 36,26. Zach.7,12. Deut.31,27. Act.7,51. Gen,6,5. & 8,21. Jer.13,23. Liberi arbitrii ἀδυναμία.

XII. Sacræ literæ Chriſtum nobis monſtrant, ut ex agnitione ejus vitam habeamus æternam. Joh.5,39, & 17,3. Luc.16,29.

XIII. Crux probat Chriſtianos. Sir.2,5. & 27,6. & 4,19. Prov. 17,3. Sap.3,5.6. Eſ.48,10. Zach.13,9. Mal,3,3. Pſ.66,10. Jac.1,12. 1.Petr. 4,12. Tob.12,13. Rom.8,28. Crux Chriſtianos probat.

XIV. Chriſtus in cruce noſtra quandoq; ita ſeſe gerit, ac ſi planè nihil ipſi de nobis conſtaret, ut quid in corde noſtro lateat nobis & aliis manifeſtet. Eſ.54,7. Pſ.10,1. & 13,1.2.3. Pſ.94,12. 1.Cor. 11,19. 2.Cor.12,7. Eſ.27,9. & 28,19. Chriſti in cruce occultatio.

XV. Triſtitiæ cauſa in nobis eſt Chriſtus mortuus & ſepultus. Cant,3,1.2.3. Pſ.30,8.

XVI. De Chriſti præſentia & gratia non ex carnis noſtræ ſenſu, ſed Dei verbo ſtatuendum eſt. Eſ.41,17. Jer.31,20. Oſe.11,9. Jer.32,41. Mal.2,10. Sir.50,24. Pſ.34,19. Eſ.57,15. & 66,2. Pſal.91,15. Eſa.43,2. Gen.15,1. & 26,24. & 13,3. Pſ.97,11.

XVII. Comitaris exemplum habemus in Cleopha: non enim duriùs reſpondet Chriſto nec ægre fert materiam ſermonum quæri ab eo, quem peregrinum ipſe ſtatuebat. Coloſſ.4,6. Gal. 5,22. Humanitas.

XIIX. Chriſtus in gloriam ſuam ingreſſus τῶν παθημάτων ſuorum non meminit: ita in vita æterna perpetua erit oblivio omnium, quæ unquam perpeſſi ſumus, malorum. Eſa.25,8. Apoc. 7,17. & 21,4. Eſa.35,10. Paſſionum æterna nulla memoria.

XIX. Exemplum in Cleopha confeſſionis de Chriſto maſculæ habemus, nobis omnibus imitandum, Matth.10,32. Act. 5,29. 1.Petr.3,15.

Miniſtri Eccleſiæ quæ docent faciunt ipſi.

XX. Miniſtri Eccleſiæ operam dent, ut quæ rectè docent, opere exprimant. Matth.5,19. Ezech.44,10. 12,13. 1. Timoth.3,2. Tit.1,6. 1. Corinth.4,4. & 9,27. 2. Corinth.6,3.4. Tit.2,7.10. 2. Tim.4,5.

XXI. Iidem non apud homines tantùm, ſed inprimis apud Deum ſincerè ſe gerant. Cor.2,5.11.

Miniſter verbi ſit δυνατὸς ἐν λόγῳ.

XXII. Miniſter Eccleſiæ ſit δυνατὸς ἐν λόγῳ 1. non ſua ſomnia ſed Dei eloquia proponendo. 1.Petr.4,11. 2.Cor.2,16. 2. Non humanæ ſapientiæ, ſed Spiritûs & virtutis divinæ plena verba proferendo. 1.Cor.2,1.4. 1.Theſſ.2,4. Gal.1,10. 3. Pro incremento verbi ardenter & indeſinenter orando. Col.4,3. 2.Theſſ.3,1.

Scopus ſcripturæ.

XXIII. Scopus omnium Prophetarum, immò totius ſcripturæ, eſt Chriſtus, Pſalm. 40,8. Johann.5,39. 1. Petr.1,10.11. Apocal.5,5.

Fidei lucta.

XXIV. Fides in tentationibus ſæpenumerò cum incredulitate luctatur, donec tandem ſuperior evadat. Gall.5,17. Matt.15,28 Marc.9,24. Joh.11,27. Rom.7,22.23.

Redimere officium Meſſiæ.

XXV. Meſſiæ officium eſt redimere Iſraël. Gen.48,16. Job. 19,25. Pſ.14,7. & 19,15. & 31,6. & 53,7. & 72,14. & 28,35. & 130,8. Eſ. 1,27. & 41,14. & 43,14. & 44,6. & 45,17. & 47,4. & 49,7.26. & 54,5. & 59,20. & 60,16. & 63,4.9 16. Jer.31,11. Oſe.13,13. Zach.8,7. Luc. 1,68.74. Matt.20,28. Luc.2,38. Rom.3,24. 1.Cor.1,30. Gal.3,13. & 4, 4.5. Eph.1,7. Col.1,14. 1.Theſſ.1,10. 1.Tim.2,6. Tit.2,14. 1.Petr.1,18. Hebr.2,15, & 9,12.15.

Ratio impedit fidem.

XXVI. Judicium rationis & ſenſuum maximum eſt fidei obſtaculum. Rom.8,6. Prov.3,5. Eſ.29,14. 2.Cor.10,5.

Error ſine verbo facilis.

XXVII. Verbo ex oculis ſepoſito facilis & proclivis eſt in errorem lapſus. Pſ.119,67. Matth.22,29. 2. Theſſ.2-11. 2. Petr.1,19. Deut.4,2. & 6,32. & 28,14. Eſ.30,21.

XXIIX. Conſcientias piorum etiam quandoq; terret, quod maximè exhilarare eos debebat. Eſ.8,12.13. Exod.10,20.

Incredulitas naturalis.

XXIX. Teſtimonium exhibet Cleophas cum ſocio incredulitatis, naturâ in omnium hominum cordibus hærentis, 1.Cor. 2,14. Matth.17,20. Marc.9,24. Johann 3,19. & 8,24. & 16,8.9. Roman.11,20. 2.Corinth.4,3.4. Roman.11,32. Hebr.3,19. Marc.16,14. Luc.9,41. Sap.11,8. Johann.20,27. 2.Corinth.6,14.16. 1.Petr.2,8. Apoc.21,8.

XXX. Verbo judicium rationis præferre extremæ eſt ſtultitiæ.

Digitized by Google

XXXI. Fides non eſt ſolùm notitia & intelligentia in mente, ſed etiam motus in corde, fiducia nimirùm quæ aſſenſum in voluntate & prærequirit & præſupponit. Jac. 2,14.19. Matt. 15,8. Eſ.29,13. Tit.1,16. Matt.7,21. Phil.2,10. Marc.1,24. & 3,11. Luc.4,33. Eſ 28,16. Rom.10,11. Hebr.11,1. Pſ.125,1.2. Tim.1,12. Rom.8,33. Hebr. 4,16. Rom.3,25, Joh.3,16. Pſ.130,7. Hebr.13,9. Rom.4,16. Eph.3,11.12 1.Tim.3,13. Eſ.26,4. & 45,24. *Fides non nuda notitia.*

XXXII. Fides eſt una copulativa; credendum enim eſt, non quibusdam tantùm ſed omnibus, quæ Prophetæ & Apoſtoli locuti ſunt, Eph.2,20. *Fides eſt una copulativa.*

XXXIII. Miniſtri Eccleſiæ ſciant, quandoq; lenitatem adhibendam, quandoq; Zelum juſtum eſſe neceſſarium. Matth.13,52. Luc.24,47. Joh.20,23. Act.2,38. & 16,31.

XXXIV. Chriſti objurgatio non eſt convitiantis, aut temerè iraſcentis, ſed graviter inſtruentis officium. Jer.26,11. Eſ.28,13. Jac.1,21. *Objurgatio Chriſti.*

XXXV. Neque enim omnis vehementia eſt in vitio; adhibendus eſt quandoque Zelus neceſſarius, ad adferendam Dei gloriam, ad vindicandam veritatem, ad emandandum proximum, ad cæcitatem pertinacem revelandam, ad conterendas ſecuras conſcientias. Pſal.141,5. 1.Cor.6,5. Matt.18,17. Phil.3,18,19. Gal.4,18. Exod.11,8. & 32,19. Joh.2,15. Luc.19,45. Prov.27,6. Eccl.7,6. *Zelus qualis requiratur.*

XXXVI. Scandalo crucis opponatur conſilium & Decretum Dei, quòd oporteat nos cum Chriſto pati, Pſalm.34,20. Prov. 11,31. 1.Petr.4,18. Jer.25,29. & 49.12. Act.14,22. 2. Tim.3,12. Job.7,1. Pſalm.77,11. Prov.18,12. Tob.12,13. Matth.10,22. 1.Theſſ.3,4.2.Timoth. 2,11.12. *Crucis ſcandalo quid opponendum.*

XXXVII. Chriſtus quâ homo divinam accepit gloriam & Majeſtatem. Joh.13,3. Apoc.5,6.12. Pſ.8,6. Vid. feſt. Matth. *Chriſti hominis gloria.*

XXXIIX. Paſſiva Chriſti obedientia, non excludit vel tollit activam ejus obedientiam. Sophiſtam igitur agit Piſcator, quando ex hoc textu ita παραλογίζει: Chriſtum oportuit pati & mori: Ergò non opus ipſi fuit activam præſtare obedientiam: quia à poſitione unius ad excluſionem alterius non valet conſequentia. Vide D. Echarti tractatum ſeorſim de hac controverſia editum. *Paſſiva Chriſti obedientia non tollit activam.*

XXXIX. Verbum eſt medium cognoſcendi Chriſtum, & beneficia ejus nobis conferendi. Pſalm. 119,130. Sirac.15,22. Johann. 5,39.

Revelationes extra verbum nō quærendæ.

XL. Ad verbum à Chriſto remittimur, eô igitur ſimus contenti, nec optemus novas revelationes, Luc.16,29. 2. Petr.1,19. Eſ. 8,20. Pſ. 119,105.

Traditiones rejiciendæ.

XLI. Ad traditiones non remittimur, ut plantationem itaque à Deo non plantatam, ſed ut hominum adinventiones meritò rejicimus. Matt.15,9.13. Col.2,20.

Spiritus S. per verbum efficax.

XLII. Per prædicationem verbi Spiritus S. eſt efficax, modò verbum non oſcitanter ſed ardenter audiatur. Eſ.59,21. 1.Cor.11,5. & 14,3. Act.2,37. & 16,14. Joh.3,8. & 15,26. 27. & 20,22. 2. Cor.3,3. 1.Theſſ.1,2.5. Tit.3,5. 1.Joh.5,7. Joh.14,26. & 16,14. 2.Cor.3,6. 1.Cor. 12,3. Matth.10,20. Eph.3,6.7. 2. Cor.2,14. Act. 20, 28. Luc.10,16. Marc.16,16. Rom.10,17.

Verbi miniſtri officium.

XLIII. Officium miniſtrorum verbi primarium eſt ſcripturas interpretari; interpretatio autem non ſit τῆς ἰδίας ἐπιλύσεως, ſed Spiritum S. interpretem authenticum ſectetur. Actor.8,31. 2. Petr. 1,20.

Interpretatio ſcripturæ non ex Papa.

XLIV. Errant itaque totô cœlô, qui deſertis ſimpliciſſimis Iſraëlis fontibus ad lacunas Romanæ Eccleſiæ turbidas ſeſe conferunt, veram & legitimam ſcripturæ articulorumque fidei interpretationem ex ſcrinio Papali fruſtra expectantes. Matth.23, 2. Luc.11,52.

XLV. Quæ de obſcuritate & imperfectione ſcripturæ (utriusque enim defectûs non ſine inſigni nominis divini contumelia inſimulatur) hoc locô blaterant Pontificii, dudum à noſtris Doctoribus ſunt protrita. Conſulantur libelli methodici, loci & Diſputationes Theologicæ.

Canonica & Apocrypha ſcripta differunt.

XLVI. Illud hoc locô præcipuè notamus: Chriſtus ex Moſe & Prophetis doctrinam ſuam confirmans, manifeſtum inter ſcripta Canonica & Apocrypha diſcrimen conſtituit. Firmum manet ἀξίωμα: Omne ſcriptum Biblicum (loquimur jam de V. T. ſcriptis) deſtitutum Chriſti Apoſtolorumque approbatione, commendatione, allegatione, Canonicum non eſt ſed ἀπόκρυφον Luc.16,29. Act.26,22.

XLVII. Vaticinia V.T. in N.T. patent.

Una ſalus in V. & N. T.

XLVIII. Non aliter ſalvati ſunt Patres V.T. quàm nos in N. T. Una eſt enim utrobiq; ſalutis via, unus juſtificandi modus, unus Mediator & Salvator. Joh.8,56. Luc.10,24. Act.15,10.11. Act.4,12. & 10,43. 1.Tim.2,5.

Scholaſticorū error.

XLIX. Falſum itaque eſt narratum Scholaſticorum Doctorum, patres ante legem latam legis naturæ impletione, Iſraëlitas

poſt legem latam ejusdem obſervatione eſſe ſalvatos ; nos verò poſt Chriſtum natum lege Evangelicâ ſalvari, ſomniantium. Gal, 3, 21. 22.

L. Deteriores illis ſunt Photiniani, negantes, officium Chriſti, ſuâ efficaciâ ad patres V. T. pertinuiſſe, Heb. 13,3. Apoc. 13, 8. Geneſ. 22,18. Actor. 15,11. Johan. 3,14. 1. Corinth. 5.7. Hebr. 7.8 9. 10. Johan. 8,56. Actor. 13,27. Rom. 9.4.5. & ſeqq. Sed de ſecunda parte ſatis. Photinianorum error de ſalute patrum V. T.

PARS III.

Reſtat ut quò pactò diſcipulis Emaunticis, quos vocant, Dominus ſeſe manifeſtârit, percipiamus. Hic verò tria in conſiderationem veniunt:

1. *Acta extra diverſorum*, in via ipſis adhuc conſtitutis; caſtello autem ad quod ibant, propioribus factis. Commemoratur ibi.

1. *Chriſti ſimulatio.* Προσποιεῖσθαι eſt ſimulare, fingere; & volunt quidam, Chriſtum ſeriò ſibi propoſuiſſe iter longius, perſvaſum verò diſcipulorum precibus manſiſſe. Sed nulla nos neceſſitas cogit ita ſentire. Cur enim longiùs proficiſceretur, qui in momento adeſſe poterat, ubicunque volebat? Quin eum ipſum in finem diſcipulis hiſce Chriſtus ſeſe adſociaverat, ut in diverſorio eis ſeſe manifeſtaret. Dicendum itaq; quòd verè externis geſtibus ita ſimulaverit Chriſtus, ac ſi longiùs ire vellet. Cauſas ſimulationis præ ceteris habuit iſtas: Προσποιεῖσθαι quid.

1. *Ut diſcipulorum cogitationes repræſentaret.* Illi putabant Chriſtum longiſſimè abs ſe abeſſe: qualis igitur in cordibus ipſorum erat; talem exteriùs ſe gerebat. Pſ. 18,26.
2. *Ut ſuam aſcenſionem & reditum ad Patrem præfiguraret*, ideoque enim longiùs ſeſe profecturum ſimulat. Luc. 19,12.
3. *Ut affectum diſcipulorum hoc pactô vehementiùs excitaret:* accenſi enim illi erant amore & ardore pluribus peregrinum hunc viatorem audiendi.
4. *Ut afflictorum cogitationes adumbraret*, quibus Chriſtus quàm longiſſimè abeſſe videtur.
5. *Ut diſcipulos ſuos tentando probaret*, non ad malum, ſed ad bonum. Jac. 1, 13.

2. *Diſcipulorum coactio.* Παραβιάζεσθαι eſt à βιάω, quod ſignificat vim infero, violenter urgeo, vi quaſi quadam admotâ cogo. Παραβιάζεσθαι.

Digitized by Google

Inſinuantur modus coactionis geminus quòd contigerit

1. *factis*; quòd manu ipſum adprehenſum tenuerint:

2. *dictis*, per preces, obſecrationes & compellationes.

Expreßè autem λόγος iſte παραβιαστικὸς ponitur, continetq;

1. *Propoſitionem*; Mane nobiſcum:

2. *Rationem*; quoniam adveſperaſcit, Sole vergente ad veſperam, & inclinata eſt jam dies. Putabant enim ipſum eſſe peregrinum, qui religionis causâ hoc ipsô feſtô Hieroſolymam venerit. Monent igitur, ne ingruente nocte, in tanta peregrinorum vias obſidentium multitudine viæ ulteriori ſeſe committat, atq; ita periculo ſe exponat, ſed cum ipſis ad diverſorium proximum divertat. Mallent enim colloquiô ejus diutiùs frui.

Μένειν. 3. *Chriſti in manſionem conſenſio.* Μένειν hôc locô eſt pernoctare, idque à Chriſto diſcipuli petierant. Cùm itaque illi rogando inſtarent, exorabilem ſe præbuit, & intravit cum illis diverſorium, tanquam eâ nocte apud illos hoſpitaturus, donec eſſet tempus maturum ſeſe manifeſtandi.

II. *Acta in diverſorio.* Hîc occurrit

Κατακλίνειν. 1. *Cœnatio.* Ingreſſus, enim hoſpitium publicum cum illis accumbit. Κατακλίνειν reſpicit veterem menſæ accumbendi morem. Habebant enim menſas rotundas, in quarum circuitu in lectis jacebant, ſiniſtræ innixi cibum capientes.

2. *Chriſti agnitio vel manifeſtatio.* Ecce enim dum adpoſitis eduliis accumbunt, accipit Chriſtus panem, benedicit, frangit, & porrigit eum diſcipulis, quô factô aperiuntur oculi eorum, ut ipſum agnoſcant. Eô enim fine apparuerat non ut ignotus, qualis venerat, iterum diſcederet, ſed ut redivivum ſe ipſis exhiberet, & reſurrectionis veritatem hâc ſui manifeſtatione comprobatam redderet. Ita aperti dicuntur oculi eorum, ac Dominum ac Magiſtrum ſuum peregrinum hunc viatorem fuiſſe animadverterent.

Apertio oculorum quid. D. Finck. Cent. 1. can. 56. Apertio enim oculorum nihil notat aliud, quàm impedimenti remotionem: Chriſtô enim, auferente velum ab oculis, qui tenebantur, ne ipſum ab initio agnoſcerent. Huc pertinet regula Theologica: *Res in Scriptura S. ſæpè fieri dicitur, quando augeſcit vel innoteſcit.* Exempla ſunt apud Auguſt. locut. de Geneſi cap. 3. Quod ſcriptum eſt, inquit ille de Adam & Eva, aperti ſunt oculi eorum, cùm abſurdè credatur, eos in Paradiſo cœcos, vel clauſis oculis oberraſſe, locutionis eſt, quâ etiam de Agar ſcriptum eſt, aperuit oculos ſuos, & vidit puteum. Neque enim clauſis priùs ocu-

oculis ſedebat. Et quòd in fractione panis, aperti ſunt oculi eorum, quò cognoverunt Dominum poſt reſurrectionem. Neq; enim per viam cum illo clauſis oculis ambulabant. Papiſtarum dè Euchariſtia commentum ſecundæ diſpoſitioni reſervabimus.

3. *Chriſti diſparitio.* Manifeſtatione enim peractâ, & fide diſcipulorum de reſurrectione confirmatâ continuò ex oculis eorum ſeſe eripuit vel ſubduxit Chriſtus, ἄφαντος γενόμενος ἀπ' αὐτῶν, quod vulgata verſio malè per evaneſcentiam reddidit. Evaneſcunt enim propriè ea, quæ in nihilum rediguntur, quod de Chriſti corpore dici haudquaquam poteſt. Rectiùs vertitur; inconſpicuus (non apparens) factus eſt, deſiit eſſe conſpicuus. Calvinus cum aſſeclis interpretatur, de diſceſſu vulgari, repentino quidem, illo tamen viſibili: ut ſit, ſenſus, ἄφαντος ἐγένετο, hoc eſt, er lieff geſchwinde zur Thür hinaus. Vis infertur textui manifeſta, D. Gerhard. Emphaſis, inquit, vocabuli, ἄφαντος ἐγένετο, oſtendit, quòd miraculoſo quodam modo ſubitò, menſæ adhuc adſidens, deſierit ab illis videri, vel ipſo adhuc præſente, vel etiam inviſibiliter diſcedente, per dotem agilitatis. Quòd ſi enim in ſtatu exinanitionis per medios Nazarethanos tranſire potuit, Luc. 4, 30. ſeq; à furore Judæorum in templo abſcondere, ac per medium eorum è templo exire, Joh. 8, 59. quantò magis in ſtatu Exaltationis poſt reſurrectionem ſuam, per quam in gloriam intraverat, illud facere potuit. Er poſt pauca: Quòd Chriſtus videndum ſe exhibuerat in via his comitibus, id liberrimæ erat οἰκονομίας, & erat habitus corporis ad tempus adſcitus: quòd verò oculis mortalibus ſe ſubtrahit, id de proprietate glorioſæ carnis eſt. Hæc ille. Quicunque enim corpus habet glorioſum, ille, uti Scholaſtici loquuntur, in ſua poteſtate habet, videri quando vult, & quando non vult, non videri. Habuit tamen hoc ipſum Chriſtus, non ſolùm ex conditione corporis glorioſi, ſed etiam ex virtute Deitatis, per quam fieri poteſt, ut corpora etiam non glorioſa miraculosè non videantur.

ἄφαντος. Corpus Chriſti non evanuit.

Harm. Evang. cap. 7. de reſurr. pag. 228.

pag. 229.

4. *Mutua diſcipulorum confeſſio.* Chriſto enim ita ab illis digreſſo, vel inconſpicuo potiùs ab eis factô, erumpunt in mutuam confeſſionem, arſiſſe cor utriusque, dum locutus ipſis fuiſſet in via, & ſcripturas aperuiſſet. Καίεσθαι ſive ardere hôc locô eſt, ſentire verbi prædicati efficaciam, novam inde concipere lucem, & lætitiâ per Spiritûs ſancti operationem internâ inflammari. Hoc fatentur ſe ſenſiſſe hi diſcipuli, & mirum eſſe, immò ſeſe cul-

Καίεσθαι.

pan-

pandos, quòd non ſtatim agnoverint, quem & qualem ſecum haberent Doctorem.

Porrò per ignem quem ſenſiſſe ſeſe perhibent, intelligitur

Ignis ſacer. 1. *ignis attentionis & ſpiritualis devotionis*, ex diligenti auſcultatione accenſus;

2. *ignis lætitiæ & exultationis*;

3. *ignis ſinceræ* ergà reliquos diſcipulos *dilectionis*, qui in ſequentibus è veſtigio ſeſe exerit, ubi commemorantur

III. *Acta in urbe Hieroſolyma.* Sequitur enim continuò

I. *Diſcipulorum ad cætum regreſſio.* Illi ſiquidem Spiritu ſanctô accenſi, præ gaudii magnitudine cõtinere ſe nequeunt, ſed ſtatim rectà ad Apoſtolos reliquosque condiſcipulos retrò ſe conferunt, ad impertiendum ipſis nuncium tàm exoptatiſſimum. Quod ut expediant, eâ ipsâ horâ, quâ Chriſtus manifeſtatus quidem, inconſpicuus autem iterum illis factus, omni abjectâ morâ ſurgunt, inſtructam menſam & omnia relinquentes Hieroſolymā feſtinant, quantò poſſunt opere pedibus quaſi alis utentes. Flagrabant enim ſtudiô gloriæ Chriſti provehendæ, & deſideriô ſalutis fraternæ promovendæ.

2. *Novorum relatio.* Hieroſolymam multâ demum nocte reverſi inveniunt undecim (Apoſtolos,) & reliquos, qui cum illis erant; congregatos, noctem quaſi pervigilem ducentes, & de Chriſti reſurrectione colloquentes. Illis verò dum Emauntici cupiunt ex templo nunciare, quæ in via tùm viderant, tùm audierant; ecce illi hos prævenientes novum referunt reſuſcitati Chriſti teſtimonium, quòd

1. verè (*ὄντως οὐχ οἰομένως*) Chriſtus ſurrexerit; &

2. Petro Apoſtolo, interea ſc. temporis, dum illi peregrè abfuerant, apparuerit.

ἐξηγεῖσθαι. 3. *Manifeſtationis reciproca narratio.* ἐξηγεῖσθαι eſt enarrare, ἐξηγηταί. explicare, ordine recenſere: unde ἐξηγηταί, ſacrorum interpretes, qui res ad cultum Dei pertinentes interpretantur. Act. 10, 8. & 15, 12. 14. & 21, 19. Enarrant itaque duo:

1. Τὰ ἐν ὁδῷ πραχθέντα καὶ λεχθέντα, quæ in via geſta & dicta erant, quomodo ſocium itineris & comitem ipſum Dominum Jeſum habuerint, quæ & qualia dixerit, quomodo ſcripturas aperuerit.

2. Τὰ ἐν τῷ πανδοχείῳ γενόμενα, quomodo nimirùm agnitus ab ipſis fuerit Jeſus, ἐν τῇ τοῦ ἄρτου κλάσει, in panis fractione. Atq; ita utrinq; in fide egregiè fuère confirmati.

Quæ-

Quæritur h.l. quomodo ex fractione panis agnoverint Chriſtum? Dicunt *nonnulli*, habuiſſe Chriſtum peculiarem panem frangendi ritum. Sed fundamentô hæc ſententia deſtituitur. *Alij*, cenſent, habuiſſe illum ſingularem benedicendi & precandi conſvetudinem, cui diſcipuli adſveti. Sed textus diſertè dicit: apertos fuiſſe eorum oculos: cauſa itaque agnitionis non in ritu aliquo fractionis aut precationis peculiari, ſed in divina potentia eſt quærenda. Ea enim & oculos tenuerat, & viciſſim aperuit. Proinde illud ἐν κλάσει τοῦ ἄρτου non notat ſive medium, ſive cauſam efficientem, ſive argumentum, ex quo Dominum agnoverint, ſed tempus duntaxat agnitionis innuit, ut ſit ἐν τῇ κλάσει, idem quod inter frangendum hoc eſt eo ipſo momento, cùm frangeret panem. Hæc textui conveniunt; interim neque priorem ſententiam planè rejectam volumus. Confer. D. Gerhard. Harm. Evang. pag. 224.

Ex fractione panis Chriſtus quomodo agnitus.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Simulat quandoque Chriſtus abitum à nobis; precibus tamen piorum retineri ſe patitur Jerem. 14, 8. 9. Geneſ. 32, 26. Exod. 32, 14. & 33, 12. Matth. 15, 13. Pſalm. 17, 9. Eſa. 46, 4. & 66, 13. Joſ. 10, 3. Oſe. 12, 3.

Chriſtus abiturus precibus retinetur.

II. Ex ſimulatione verò Chriſti nihil accedit patrocinii ad Pſeudopoliticorum nonnullos; qui hoc exemplo ad palliandam prudentiam ſuam mixtam, h.e. ſimulandi & mentiendi libidinem, peſſimè abutuntur: finibus enim diſtingvuntur & judicantur actiones, Pſ. 15. 2. Zach. 8, 16. 17.

Simulatio pſeudopolitica.

III. Veſperâ Mundi ingruente, (cum qua conjuncta eſt veſpera calamitatum nec non veſpera doctrinæ Evangelicæ, Matth. 24, 21. Zach. 14, 7.) rogandus eſt Chriſtus, ne nos deſerat. 1. Cor. 10, 12. 1. Joh. 2, 18. Jer. 14, 8.

Veſperâ mundi Chriſtus orandus.

IV. Chriſtus enim piorum precibus ſeſe accommodat. Pſ. 145, 9. Jer. 18, 8. Pſ. 18, 26. & 50, 15. & 91, 15. Eſ. 65, 24. Jer. 29, 12. Matth. 7, 7. Luc. 11, 5. Joh. 14, 13. 14. & 16, 23. 24.

Precum vis.

V. Chriſtus licèt ſub cruce amiſſus videatur, præſtò tamen eſt. Pſ. 34, 19. & 91, 15. & 145, 18. Eſ. 41, 10. & 43, 2. Matt. 18, 20. & 28, 20. Joh. 14, 3. 23. Apoc. 1, 12. 13. Eſ. 54, 7.

Chriſti ſub cruce præſentia.

VI. Ridiculi ſunt Papiſtæ, qui ex hoc convivio, vix dum incepto, colligere præſumunt Chriſtum inſtituiſſe & celebrâſſe cœnam ſub una ſpecie.

Papiſtarum error de communione ſub una.

Digitized by Google

Calviniſtarum error de viſibilitate corporis Chriſti.

VII. Errant Calviniani, corpus Chriſti in ſtatu etiam gloriæ, ſemper neceſſariò viſibile ſtatuentes, quem errorem ſolidis fundamentis refutavit D. Hunnius p. m. in aſſertione doctrinæ de perſona & majeſtate Chriſti. Pezelio & Grabio oppoſita, pag. 282. & ſeqq.

Verbi efficacia.

IIX. Monemur de efficacia verbi prædicati. Jerem. 23,29. Pſalm.19,8.9. & 119,92.104.105. Eſa.55,10. Prov 6,13. Rom.1,16. & 10,7. Actor. 11,14. & 26,18. 1. Corinth. 1, 18.21. Jacob.1,18.21. Hebr. 4. v. 12.

Anabaptiſtæ.

IX. Vim iſtam verbi ignorant Anabaptiſtæ & Schwenckfeldiani, quibus Scriptura eſt litera mortua. Johann. 6, 63. 2. Corinth.3,8.

Auditus verbi externus.

X. Chriſtus intelligentiam verbi aperit, ſine quo externus auditus eſt inutilis Apoc.5,5. Rom.15,4. Matt.22,29.

XI. Ex verbo Chriſtus addiſcendus. Joh.5,39. Vide part. 2.

XII. In diſcipulis commendatur humanitas, hoſpitalitas, gratitudo & civilitas. Hebr. 13,2. Gen.18,2. & 19,1. Eccl.11,1. Rom. 12,13. 1.Petr.4,9. Job.31,32. Joſ.2,1. Act. 10,21.22.23. & 28.8. Matth. 25,35. Gen.31,24. & 43,27. Jud.18,15. 2.Sam.8,10. & 19,7. Prov.12,25. & 15,30. & 16,15.24. Eſ.40,1.2. Sir.4,8. & 6, 6. & 26,16. & 37. 25. & 41,21. Gal.5,22. & 6,2. Eph.4,32. Col.3,12 2.Tim.2,24. 1. Petr.3,8. Sir.12,1. & 29,2.3.9. Col.3,15. Luc.6,33. & 17,17. Prov.17,13. Sap.16,29 1.Theſſ.3,8 & 5,18. 1.Tim.5,17. Sir.7,31. Gal.4,14. Deut.12.29. & 16,10 Gal.6,6. 1. Cor.9.11.

XIII. Cibus ſumendus cum benedictione & gratiarum actione. 1.Tim.4,5. 1.Sam.9,13. Eſa 62,9 Act.27,35. 1.Corinth.10,31 Deut.8, 10.

XIV. De natura corporum glorificatorum.

XV, Colloquia piorum mutua fidem confirmant. Rom. 1,11. Vide part. 1.

Corporis Chriſti præſentia.

XVI. Chriſti corpus poteſt alicubi eſſe ἀοράτως καὶ ἀναισθήτως. Matth. 18,20. & 28,20.

XVII. Chriſtus diſparentiâ ſuâ à terrenis ad cœleſtia nos revocare voluit. Matth.6,33. Col.3,1.

Vices lætitiæ & triſtitiæ.

XIIX. Perpetuæ ſunt in hac vita lætitiæ & triſtitiæ viciſſitudines. Joh.16.16.22. Eccl.7,15. Sir.41,19. Rom.12,12 Job. 2,10 Phil. 4,12. Pſ.30,12. Eſ.24,8.9. Jer.15.9. & 16,9. & 33,11. Thren.5,15. Joel.1,12 Jon.4,7. Sir.11,29.

Spiritus S. per verbum efficax.

XIX. Verbum conjunctam habet Spiritûs ſancti efficaciam. Eſa.59,21. 1.Corinth.12,5. Matth.10,20. 1. Corinth. 2,5 10. & 12,3.

11,3. Johann.14,26. Actor.6,10. Johann. 20,22. Act.2,3.4. Eph.3,5. 1 Petr.1,10 . 2.Petr.1,21.

XX. Spiritûs ſancti impulſus, non ſinit quieſcere pios, ſed ad Dei gloriam promovendam indeſinenter cogit, urget, impellit Rom.8,14. 2.Cor.5,14. Gal.5 6,

XXI. Quemadmodum diſcipuli Emauntici ad terreſtrem; ita noſtrum eſt ad cœleſtem pio deſiderio anhelare Hieroſolymam. Col.3,1. Gal.4,26. Apoc.21,2.

XXII. Chriſtum propter peccatores miſeros & veniſſe, & paſſum, mortuum ac reſuſcitatum eſſe, vel inde patet, quòd Petro Apoſtolo ſingulariter ſe manifeſtavit. Rom.4,24.

XXIII. Chriſtus ex ſepulcro nobis communicat. *1. cor ſociale.* Prov.8,31. Johan.14,23. *2. cor amicum & commiſerabile*, ut ita loquar. Hebr.4,15. Eſa. 42,2. *3. cor didacticum*, noſtræ informationi inſerviens.

XXIV. Noſtrum eſt, gratitudinis ergò ipſi offerre, *1. cor deſiderans; 2. cor docile* & obtemperans; *3. cor ardens*, non flammis iræ, odii, libidinum; nec deſiderio rerum terrenarum: ſed amore Jeſu Chriſti.

XXV. Converſi dent operam, ut alios ſuo exemplo lucrentur & convertant. Luc.22,32. Pſal.51,15.

XXVI. Pii mutuis ſeſe conſolationibus erigant. 1.Theſſ.4, 18. & 5,11. Hebr.10,25. 2.Cor.4,8.9. Job. 42,11.

DISPOSITIO SECUNDA.

PROPOSITIO διμερής.

Quartam textus prælectus continet Chriſti, poſt ſuam à mortuis reſurrectionem, manifeſtationem, quæ & ipſa nonnulla ſuppeditat argumenta, quibus verè ſe reſurrexiſſe Chriſtus demonſtravit. Ne enim quicquam vel haſitationis vel dubitationis in animis fidelium ſupereſſet poſt eas apparitiones, quæ factæ ſunt fœminis, illas quoque Eccleſia recenſet revelationes, quæ viris contigerunt, qui hujus rei veraces per univerſum terrarum orbem teſtes futuri erant. Nos per διχοτομίαν hâc vice hiſtoriæ διέξοδον, ſuccinctam ſuſcepturi conſiderabimus.

I. Cleopbam cum ſocio ſuo Emauntem exſpatiantem;
II. Chriſtum diſcipulis Emaunticis ſeſe manifeſtantem.

Digitized by Google

PARS I.

Prioris partis explicationi duo inſerviunt:

I. Itineris Emauntici deſcriptio, petita

1. ἀπὸ τοῦ χρόνου, à tempore, quô ſit ſuſceptum, nempe ipſô reſurrectionis Dominicæ die.

2. ἀπὸ τοῦ τόπου à loco, quò nimirùm profectio iſthæc ſit inſtituta. Locus iſte dicitur Emmaus: Joſepho eſt Ammaus, de quo vide prolixiùs præced diſp.

Ecce! 3. ἀπὸ τῶν προσώπων, à perſonis peregrinantibus: Et ecce (τὸ δεικτικὸν evidentiam boni exempli ſignificat) duo ex illis ibant. Duo erant diſcipuli ex illis, h.e. de numero 70. diſcipulorum Chriſti. Hic ἀορίστως & indefinitè ponuntur infrà ὡρισμένως diſtinctè, ex parte tamen nominantur. Alter enim fuiſſe dicitur Cleophas; alter verò eſt ἀνώνυμος. Sunt qui Lucam fuiſſe dicunt; ideoque nomen ipſius de induſtria, modeſtiæ gratiâ reticeri. F. Franciſcus Polygranus Franciſcanus ita: *Unius hic nomen exprimitur, alterum magna pars Doctorum Lucam ipſum fuiſſe putat, qui ut moris eſt authorum in his rebus, ſuum ſubſiluit nomen. ut Johannes, loquens de diſcipulo, quem diligebat Jeſus, ſeipſum intelligit. Et Paulus dicens: Scio hominem in Chriſto &c.* 2.Cor.12.2. *de ſe loqui probatur. Ambroſius tamen opinatur, Amon quendam filium Ruffi fuiſſe. Sed parùm ad nervum;* (Hæc ille) immò parùm ad fidem rei faciendam. Lucam enim Chriſtum nunquam vidiſſe, ex proœmio Evangelio præmiſſo indubitatò colligitur. Nobis ſufficit ſcire, duos fuiſſe: de iis, quæ ſcripta non ſunt parùm ſumus ſolliciti. Unde probari queat, (quæ Hieronymi olim fuit ſententia) Cleopham Emauntanum fuiſſe civem; domicilium ibi habuiſſe; domumque cujus à Domino, propter fractionem panis in Eccleſiam conſecratum fuiſſe, diſcipiant illi, qui ἄπερ γραφῶν temerè hoc adſeverare præſumſerunt.

part. 1. poſtill. p. 326.

4. ἀπὸ τῶν πραχθέντων à rebus geſtis: ibant ſc. ruſticatum, vel periculi vitandi causâ, fugam capeſſentes, erumpentes & evadere conantes: vel, quod veriſimilius videtur, animi recolligendi gratiâ. *Pericula enim Chriſtianis non temerè adeunda*, (inquit Cyrillus) *ſed cum venerint, fortiter vincenda ſunt.*

5. ἀπὸ τῶν λεχθέντων, à ſermonibus, quibus inter ſe uſi fuerint. Quanquam enim triſtes eſſent: tamen iter hocce non ſine colloquio familiari fecerunt. Forma colloquii exprimitur verbis ὁμιλεῖν καὶ συζητεῖν, quorum illud ſignificat, amicè ac familiari-

ὁμιλεῖν συζητεῖν.

riter, nudè ac ſimpliciter ſermones conferre, ita tamen ut ardorem & diligentiam ſimul involvat: (unde ὁμιλία græcis dicitur ſermo concinnè compoſitus) hoc verò, in cauſas & modos rei inquirere. Materia colloquii fuit, περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων, quâ phraſi tota paſſionis hiſtoria, nec nō rumores mulierū, de Chriſti apparitione, notantur. Συμβεβηκότα autem dicebantur ὁμοθύμως καὶ δοξαστῶς, quia diſcipulis talia videbantur. ὁμιλία. συμβεβηκότα.

Apparet inde,

1. Colloquia inter ipſos fuiſſe de Chriſto. Scintilla enim fidei etiam dum in corde diſcipulorum latebat.
2. In morte Chriſti nullum eos Dei conſilium cognoviſſe, ſed totam paſſionem caſum fortuitum habuiſſe. Quæ etiam cauſa eſt, quòd tantùm doleant & indignentur adverſariis, nullâ verò conſolatione erigere ſeſe valeant. Ambulant itaque (ait F. Franciſc Polygranus) colloquentes, mutuoque interrogantes de re facta: num verus fuerit hic Jeſus Salvator, aut impoſtor quiſpiam: maximè cùm in partem utramque non levibus moverentur argumentis. Fuit ſpes, propter eximias in eo virtutes, quas probè cognoverant, ſed contrà luctabatur diffidentia, quòd occiſus, in tertium jam diem quaſi penitùs extinctus videbatur. Unde Theophylactus: *loquebantur*, inquit, *non ut credentes, ſed ut dubitantes, & de rebus mirabilibus ſtupeſcentes, nec ſtatim rei tàm admirandæ ſententiâ ſuâ accedentes.* pag. 326. Matth. 28. v. 20.

II. Chriſti adſociatio. Hic datur peregrinantibus comes itineris longè exoptatiſſimus, colloquio ipſorum pio ſemet intermiſcens Hinc gl. ord. *loquentes de ſe Dominus adpropinquans comitatur, ut & fidem reſurrectionis eorum mentibus incendat, & quid ſe promiſerat facturum impleat.* Notetur

1. quando ipſis ſeſe conjunxerit; dum nim. colloquuntur & inquiunt de morte ac reſurrectione Chriſti: difficillimô autem tempô laborant.

2. *Quomodo* illis ſeſe admiſcuerit, nimirùm

1. *adpropinquando*; (ἐγγίζω) tardiùs enim illi incedebant, more eorum, qui inter eundum res ſerias tractant.
2. *Simul ambulando.* Non enim præterit illos, ſed συνεπορεύετο αὐτοῖς lentô pede & ipſe promovens, atq; ita ad tarditatem eorum ſeſe accommodans. συμπορεύεσθαι enim non tantùm ad viam, ſed ad captum & intelligentiam diſcipulorum referri debet. συμπορεύεσθαι.

 3. Ocu-

D. Calixt. conc. Evang. p. 327.

3. *Oculos eorum tenendo*, ne agnoſceretur. Obtulit enim ſe iis videndum Servator aliâ formâ, ut eſt apud Marcum, nempe, ſicut ex ipſorum ſermonibus conſtat, advenæ ſive peregrini: Nam & Mariæ hortulanus viſus fuit. Et non tantùm divinæ poteſtatis, ſed glorioſi quoque corporis, propter perfectam ejus, quòd animæ obedit, ſubjectionem, videtur eſſe, apparere ubi lubet, & cùm lubet, & quomodo lubet. Neque facilè quis negabit, glorificatione nonnullam, in externa quoque corporum reſurgentium effigie, mutationem induci, per quam fiat, ut ab oculis, corruptioni obnoxiis, haut ita promtè, ut pridem, agnoſcamur. Hæc ille: quibus addo, quæ Polygranus habet: Tenti, inquiens, fuerunt oculi eorum, h.e. Chriſtus, in cujus poteſtate erat, ſic vel ſic corporeis hominum oculis apparere, talem ſpeciem adſpectui eorum oppoſuit, ut peregrinum ſe videre arbitrarentur, ſicut & Maria hortulanum credidit. Nec fuit ob id in Chriſto deceptio, quia non ut falleret, ſed ut efficaciùs ſe probaret, aliquamdiu propriam ſpeciem occultavit, h.e. donec per ſcripturas & ſigna rem faceret manifeſtam. Sed prior ſententia ad veritatem propriùs accedere videtur. Sic enim porrò ſubjicit Calixtus: *Potuit quidem divinitùs aliquod impedimentum in oculis eorum fieri, ſed ut factum fuiſſe ſtatuamus, nihil opus eſt: multò minus ut à Satana factum putemus*, cum Auguſt. 3. de conſenſu Evangeliſt. c. 25. Nam ſicut Gen. 3, 7. & in hac ipſa hiſtoria oculi aperti dicuntur, non quòd antè clauſi eſſent, ſed quòd miniſteriò oculorum agnoſceretur, quod priùs non agnoſcebatur, perinde ac ſi antè reapſe clauſi tunc demum aperirentur: Ita quoque hîc intelligi poteſt, oculos teneri, non quòd reapſe teneantur; ſed quòd non magis Chriſtum agnoſcant duo illi diſcipuli, quàm ſi tenerentur eorum oculi; ut autem non agnoſcerent, factum fuit ob ſpeciem peregrini, & fortè immutationem quandam, quæ corpus glorioſum decuit, ita permittente & diſponente ipſo Domino, ut dum non agnoſcitur, occaſionem habeat ſuos docendi. Gl. ordin. *Apparuit quidem*, inquit, *in ſpecie propria, ſed ſpeciem quam recognoſcerent non oſtendit.* Sicut & ipſi & intùs amabant, & tamen dubitabant; ſic ipſe fortis & præſens adeſt, & quis ſit non oſtendit. De ſe ergò loquentibus præſentiam exhibet, ſed de ſe dubitantibus ſpeciem cognitionis aufert.

pag. 328.

Chriſtus in forma peregrina cur & quomodo apparuerit.

Oculorum apertio.

Theophylactus quærit hôc locô: *Quare in altera forma apparuit, & tenebantur oculi eorum?* Et reſpondet: *Nempè ut ambiguam ſuam ſententiam revelarent, ut ulcus detegerent, ac pharmacum*

ſu-

ſuſciperent, ut dulcior eis poſt multam converſationem eſſet, ut doceret ex Moſe & Prophetis, ac tunc agnoſceretur, & magis credant, quòd corpus ſuum ultra non ſit tale, quale ſolet ab omnibus videri, quamvis illud ipſum, quod paſſum eſt, ſurrexit: attamen quibus vult, apparet.

USUS I. Informatorius.

De modo Chriſtum in peregrinatione hujus vitæ attrahendi. Fiet verò iſtud **Chriſtum ad nos alliciendi modus.**

1. *à malis nos ſeparando*; vel, *malorum conſortia vitando*. Ideo enim duo hi diſcipuli Hieroſolymâ relictâ aliò commigrant, ut facto hoc publico teſtatum faciant, averſari ſeſe toto pectore immaniſſimam illam Judæorum truculentiam, quam in Jeſu Nazareno trucidatione & crucifixione innocentiſſimâ exercuerant Vide diſp. 1. part. 1. poriſm. 18.

2. *Concordia & Φιλαδελφία Chriſtiana, qualis in diſcipulis hiſce duobus conſpicitur, ſtudendo.* Amoſ. 3, 3. Pſ. 133, 1. Joh. 17, 10. 21. Sir. 25, 1. Matth. 5, 9. & 18, 19. 1. Cor. 1, 10. 2. Cor. 13, 11. Eph. 4, 3. Phil. 2, 2. 1. Petr. 3, 8. Gen 13, 8. Job. 2, 11. Act. 2, 44. 46. & 4, 32. & 5, 12. & 8, 6. & 12. 20. & 15, 25.

3. *De Deo, rebusq; ſacris, exemplo horum diſcipulorum, frequenter* in templo, in ædibus privatis, in menſa, in via, in lecto *meditationes inſtituendo & ſermones habendo.* Deut. 6, 7. Col. 3, 16. & 4, 6. Lev. 26, 11. Matth. 18, 20. Epheſ. 4, 27. 29. 1. Corinth. 15. 33.

4. *Paſſionis & mortis Chriſti* in triſti etiam rerum ſtatu, *non obliviſcendo.* 1. Cor. 11, 26. 2. Tim. 2, 8.

II. Conſolatorius.

1. Quòd Chriſtus, Magiſter noſter unicus. Matth. 23, 10. Iubens adſit his, qui de Deo & rebus ſacris, ex ſcripturis, non ſtudio vanitatis, ſed amore cognoſcendæ veritatis, conferunt. Matt. 18, 20. & 28, 20. Joh. 14, 23. Pſ. 91, 15. Eſ. 43, 2. **Chriſti præſentia apud pios & corde contritos.**

2. Quòd peccatoribus anxiis, & ſenſu iræ divinæ perculſis, ſe proximum Chriſtus adjungat, ut trepidos & trementes confortet, & contritos corde ſanet, Pſ. 34, 19. & 145, 14. 18. Eſ. 42, 3. & 49, 14. 15. & 57. 15. Joh. 14, 18.

3. Quòd per & propter reſurrectionem Chriſti animæ noſtræ ex tribulationibus & anguſtiis, per beatam *ἀνάλυσιν*, ducantur

Digitized by Google

tur ad Emmahus, auroram Solis Juſtitiæ, & muniſſimam arcem in cœleſti Zion. Prov.18,10. ubi poſt modicum luctum & triduanam triſtitiam, prolixâ recreatione & ſummô, immò æterno perfundemur & perfruemur gaudiô. Pſ.30,12. Jer.31,16.17. Tob.3,22. Luc.6,21, Joh.16,22. Eſ.35,10. Sap.5,1,16.17.

Chriſtus nobis eſt, τὸ πᾶν.

4. Quòd Chriſtus nobis eſſe velit omnia peregrinis & iter facientibus comes, orphanis & derelictis patronus & receptaculum, perturbatis & afflictis mentibus ſolatium. Eſ.43,1.2. Pſ.68.6.& 91,15. Gen.15,1. 1.Cor.1,30. 1.Joh.4,9.10. Matt.11,28. Joh.10,14.&11, 46. & 15,13. Rom.8,34. & 14,8. Eph.5,30. 1.Cor.9,19.

III. Monitorius.

Triſtitia quomodo expellenda.

Monemur 1. de modo expellendi ex animo triſtitiàm, nim.

1. ſolitudinem fugiendo. Eccl.4,10. Prov.27,9.

2. recreationes quærendo. Sir.30,22.23.24.

3. Colloquia pia & ſalutaria inſtituendo.

Sæpè quorundam teneri oculos, ne ſtatim Chriſtum agnoſcant, non in malum, ſed in bonum eorum: ſicut omnibus penè Apoſtolis contigit, quem cognoſcere non poterant, donec per ſcripturas intellectum & oculos ipſis aperuiſſet. Matth.14,25.26. Luc.5,8. Joh.21,4. Act.9,5.

PARS II.

Poſterior Evangelii pars in manifeſtationis enarratione tota eſt occupata, quam ingrediuntur, τὰ τῆς ὀπτασίας ἢ φανερώσεως

1. *ἡγούμενα ſive antecedentia;*

2. *συνεζευγμένα ἢ ἅμα ὄντα conjuncta;* &

3. *ἑπόμενα, conſequentia.*

Quoad antecedentia, obſervationem meretur

1. *Interrogatio Chriſti humana,* quâ occaſionem quaſi quandam quærit ad ſubſequentem tùm doctrinam, tùm informationem perveniendi. Junctus ergò ſub ignota ſpecie diſcipulis quærit,

1. de *qua* re tàm ſeriò conferant;

2. *quæ* ſit triſtitiæ cauſa? Vultu enim mœrorem animi internum prodebant. Ceterùm inquirit præcipuè Chriſtus in cauſam triſtitiæ, ut eò magis ad veri confeſſionem eos adigat. Et quærit, non ut ignorans, ſed ut anſam captans incredulitatem illorum arguendi, & inſcitiam corrigendi.

2. *Reſponſio Cleophæ ſatis auſtera & inhumana,* prolata per θαυμασμὸν: *Tuné ſolus peregrinus es Hieroſolymis, neq;* ergò *noviſti, quæ facta*

Digitized by Google

faĉta ſunt illic his diebus? q. d. Gravis eſt noſtri mœroris cauſa, & colloquii noſtri materia, quam te latere mirum, niſi planè ſis hic terrarũ hoſpes, qui ignores, quæ ante triduum Hieroſolymis acta fuerint, tanta profectò at talia, tamque omnium vocibus decantata, ut neminem latere facilè queant. Gl. ord. *Peregrinum putant, quem non agnoſcunt.* Et verè peregrinus erat eis, à quorum fragilitate per gloriam reſurrectionis tàm longè ſtabat, à quorum fide, reſurrectionis neſcia extraneus manebat.

3 Chriſti inſtantia: quaenam ſunt illa? Pleniorem hoc pactò reſponſionem & confeſſionem urge, ut ipſimet ulcus ſuum detegant, & pharmacum expetant.

4. *Cleophæ ſententia.* Ea verò continet.

1. Frigidam & imperfectam de Chriſto confeſſionem. Exprimunt enim.

1. *Nomen*; loqui ſeſe, dicentes, de quodam Jeſu, quod ſonat, ſi interpreteris, Salvatorem vel Servatorem. Talem enim ab ipſis Chriſtum hactenus eſſe habitum, paulò pòſt apertis verbis fatebitur Cleophas.

2. *Patriam* vel civitatem, à qua ob conceptionem & educationem cognomentum ſortitus fuerat, ut Nazarenus diceretur.

3. *Officium*, quòd fuerit Propheta, divinâ virtute prædit us δυνατὸς quippe vel potens opere & ſermone, coram Deo; & coram omni populo. Fatentur itaq;, quòd miraculis totaq; vitâ excelluerunt, & inſigni docendi facultate inſtructus fuerit, teſte ipsô Deô & approbantibus hominibus. Habebant enim Chriſti conciones aculeos, & ſingularem quandã δεινότητα, quâ auditorum corda mirè percellebantur, Matth, 7. 29. Alii ſimpliciter de profeſſione muneris intelligunt, quòd inſignis fuerit Eccleſiæ Judaicæ Doctor. Quæ ſanè confeſſio multâ adhuc imperfectione laborat. Gl. ord. *Prophetam & magnum fatentur; Filium Dei tacent: vel quia nondum perfectè credunt, vel ſi credunt, timent tradi in manûs Judæorum, neſcientes cum quo loquantur.*

2. *Tepidam de paſſione & morte ejus diſſertationem*, quam inſtituunt.

1. Per quandam *commiſerationem*;

2. Per tacitam *indignationem*; quomodo eum tradiderint Pontifices & Principes Judæorum, Pilato nimirùm, ſeculari ju-

dici, non ut in eum inquireretur, ſed ut indictâ causâ, & fruſtrà Præſide *reclamantę* capitali ſuppliciô afficeretur. Addunt itaque: & crucifixerunt eum, quod dolendum & deplorandum, tantum, tàm præclarum, tàm egregiis divinitus inſtructum donis virum, morte adeò miſerandâ innocuum plecti..

3. *Per deſperationem*.. Nos (miſeri) ſperabamus eum eſſe illum, qui redemturus eſſet Iſrael. Ubi

1. Occultant fidem ſuam, quòd ejus fuerint diſcipuli.

1. Quòd firmam quidem de ipſo ſpem conceperint adfirmant; fore ipſum Meſſiam, populi Iſraelitici promiſſum Redemtorem. At interēmptus eſt:. Omni itaq; ſpe dejecti ſumus Palàm itaq; oſtendent, ſe ignorare, quid ſit redimere Iſrael; quia hæc duo, pati & redimere Iſrael non concordare, nec ſimul conſiſtere poſſe arbitrantur.. Referunt enim animos & cogitationes ad regna hujus mundi, ubi extinctô Rege, regnum ipſius deſinit. Gl.. ord. Quodammodò redarguunt ſeipſos, quòd in illam redemtionem ſperaverint; quem mortuum viderant; nec reſurrecturum credebant, & maximè docent cum ſine culpa occiſum, quem innocentem noverant, & ex hoc triſtes incedebant.. Item ad textum tertia dies eſt hodie: promiſſam reſurrectionem tacent, timentes eum, cui loquebantur: Theophylactus: *Quaſi fruſtrat ſpe dicunt, nos ſperabamus, quòd ipſe & alios ſalvaturus eſſet, & ecce neq; ſeipſum ſervavit: ita parum noſtra expectationi reſpondit, ita imbellis fuit. Et prope eadem dicebant, quæ latro in cruce; alios ſervavit, ſeipſum ſervare non poteſt.*

3. *Dubiam de Chriſti reſurrectione adſertionem*; cujus teſtes producunt..

1. *Mulieres*, genus hominum loquax, cui fidem planè derogant diſcipuli;

2. *Angelos*;;

3. *Diſcipulos*; Petrum & Johannem quorum teſtimoniô nec adſentiuntur, nec contradicunt, in medio omnia relinquentes, nec certi quidpiam affirmare præſumentes; territos autem ſeſe hoc reſurrectionis uncio διαῤῥήδλιυ profitentur. Quô ipsô ſignificant, quid ipſi optarint unicè. Chriſtum nimirùm adhuc ſuperſtitem eſſe. De reſurrectione autem ejus rem certò & liquidò ſeſe ſcire non poſſe, neq; cor ipſorum tale παράδοξον (uti videbatur) recipere poſſe.. Erat enim res iſthæc ultra captum rationis; & quia verebantur plura ſubſecutura pericula, ideoq; territos

tos & obſtupefactos ſeſe pronunciat Cleophas. Vides & audis, quàm frigidè loquantur de iis, quæ regnum Chriſti attinent, adeò Judaica animos eorum opinio de regno Chriſti terreno effaſcinaverat.

5. *Errori oppoſita à Chriſto homilia*, conſtans.

1. *Incrupatione graviſſimâ*, quâ exta at.

1. ἀνόησιν, *amentiam* eorum, h. e. tenebras naturales, & cordis ignorantiam connatam, quòd velut homines ψυχικοὶ non percipiant ea, quæ ſunt Spiritùs Dei 1. Cor. 2. 14.

2. βραδύτητα τῆς καρδίας, quòd tanta cordibus ipſorum ineſſet ruditas, tantaq; ad credendum difficultas, ut ſcriptis Prophetarum fidem fermè omnem derogent.

2. *Informatione dilucidiſſimâ*, quâ neceſſitatem paſſionis & reſurrectionis ſuæ invictè demonſtrat, uſus argumentandi ratione κατὰ τὸ βίαιον, & per inverſionem oſtendens, illud ipſum, quò maximè in perſona & officio Meſſiæ offendebantur, fuiſſe infallibilem veri Meſſiæ notam.

3. *Confirmatione adſertionis firmiſſimâ*, quam deſumit à teſtimonio ſcripturarum divino, ideòq; planè infallibili. Exorſus enim à Moſe & omnibus Prophetis, perſequitur vaticinia omnia, quæ de ipſo, h. e. de ipſius nativitate, paſſione, morte & reſurrectione in V. T. unquam prædicta fuerant. Vis illationis eſt iſta:

Moſi & Prophetis eſt credendum; ipſorum enim ſcriptura fuit θεόπνευστος, 2. Tim. 3. v. 16.

Atqui Moſes & Prophetæ omnes paſſionem & reſurrectionem Meſſiæ diſertis verbis denunciârunt:

Ergò fides ipſis eſt adhibenda. Minor eſt κρινόμενον, illam itaq; abunde probavit diſcipulis, luculenter & copioſè ſingularum partium veritatem deducens. Specialem vaticiniorum Propheticorum ἐξήγησιν ſcribi Spiritus ſanctus noluit, ne mandatum de ſcrutandis ſcripturis negligeremus, ſed ipſi libros Propheticos evolveremus. Vid. præced. diſput. Hactenus φανερώσεως antecedentia.

Concomitantia vel cònjuncta quod ſpectat, comprehendunt illa ipſam Chriſti φανέρωσιν, in qua obſervetur.

I. *Chriſtus profectionem ulteriorem ſimulans.* Ubi enim ventum eſt, quò ibatur, ipſe ſimulabat ſive præ ſe ferebat, longiùs

 ſe itu-

Digitized by Google

ſe iturum. Ita conveniebat peregrino & iter facienti, pro quo ab illis habebatur. Ulteriorem autem itionem præ ſe ferebat non abſolutè, ſed ſub illa conditione, niſi ab ipſis detineatur. Gl. ordin. ait: *talem ſe exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente* Polygranus ita: Quod putamus, voluerit hæc fictio? Veritas erat quicquid egit; ſed ſicut anteà illis ſpeciem occultârat, quò commodiùs erudiret: ita nunc hoc ſignô eos probare voluit, num auditam veritatem verè diligerent, num cum ſcientia fidei etiam pietatis actionem adamarent.

p. 334 poſtil.

παραβιά-ζω

2. *Cleophas cum ſocio manſionem ſuadens & orans.* Coegerunt enim illum, *παρεβιάσαντο*, h. e. vel invitum detinuerunt, manu pallio ipſius injectâ. Polygranus: Illi & dulciter, ut Dominum, invitant, & cogebant fortiter, allegantes horam jam approximare requietionis.

Propoſito eſt: Mane nobiſcum. *Ratio* à periculoſo, quoniam adveſperaſcit. **Die Nacht iſt niemandes Freund.**

3. *Chriſtus in accubitu ſive convivio ad menſam ſeſe revelans.* Modus deſcribitur. Revelat enim diſcipulis ſeſe,

1. *cum eis accumbendo;*
2. *panem accipiendo;*
3. *benedicendo;*
4. *panem frangendo;*
5. *fractum panem porrigendo;* quod ipſe tanquam paterfamiliâs inter domeſticos ſeu diſcipulos ſuos facere ſolitus fuerat. Hi ritus à Servatore adhibere ſoliti diſcipulis iſtis non fuêre,
6. *Oculos eorum aperiendo,* h. e. impedimenta removendo, ut & corporalia ſpecie cernerent, quem jam vivum è ſcripturis didicerant. Gloſ. ord. *ſubtrahitur carnalibus oculis ſpecies infirmitatis, ut mentibus incipiat apparere gloria reſurrectionis.* Ita viatorem illum peregrinum, qui cum iter duorum fermè milliarium emenſi fuerant, cibumq; jam in menſa ſumturi erant, ipſiſſimum, de quo ſermo ipſis fuerat, Salvatorem, nudius tertius ignominiosè crucifixum & mortuum, jam vero gloriosè reſuſcitatum, eſſe cognoſcebant.
7. *Ex conſpectu eorum ſeſe ſubducendo;* ἄφαντος ἐγένετο, h. e. non amplius apparuit, viſus eſt illis. Vide præced diſp.

Aretius de Chriſti deſparentia.

Aretius falſam diſparitionis cauſam adducit, inquiens: ſubducit autem, quia corporalis præſentia nihil ipſis proderat.

Hæc

Hæc eò dicit,ut præſentiæ Chriſti in S. Cœna reali negandæ prætextum quendam habeat. Sed fallit & fallitur ille διὰ τὸ μὴ αἴτιον,ὡς αἴτιον. Nos veriores ſubſtituimus cauſas diſparitionis,ut nimirum. Cur Chriſtus diſparuerit.

1. Corpus ſuum inviſibiliter & inſenſibiliter alicubi eſſe poſſe oſtendat,cùm ſit non ſolùm glorificatum, ſed & λόγῳ perſonaliter unitum corpus.
2. Ut non ad hanc vitam ſeſe reſurrexiſſe demonſtraret, ſed cœleſte ac ſpirituale regnum poſt ſuam reſurrectionem & ad cœlos adſcenſionem inchoaret.
3. Ut efficaciùs eorum animos in ſe raperet, ac veritatis conſtantiores faceret præcones,ſtatim velut Spiritus ex oculis eorum evaneſcit,modò ſcil. ſuperiùs declaratò. Polygranus, pag. 335.

Reſtant manifeſtationis *conſequentia*. Agnitô enim Chriſtô diſcipuli.

1. *egregiam de Chriſto confeſſionem edunt;* quòd concione ſuâ cor eorum inflammaverit; q. d. verè Chriſtus fuit. Nam ſi non fuiſſet,animus noſter ipſô loquente ita accendi non potuiſſet. Gl. ordin. Ex audito ſermone, cor priùs torpore incredulitatis,& timoris frigidum, igne ſancti Spiritûs eſt accenſum,ut jam ſupernô deſideriô ardeat, & ad credendam veritatem ſe extendat. Quot præceptis inſtruitur homo,tot quaſi facibus inflammatur.
2. *Hieroſolymam redeunt*: portæ enim noctu etiam tempore pacis patebant. Lucas addit, quales repererint undecim Apoſtolos cum reliquis; nimirùm congregatos,vel metu Judæorum,vel deſiderio Chriſti,de quo ſeſe narrationibus & colloquii jucundis oblectant,cùm ipſo careant.

Quæritur,cur dicantur undecim, cum decem tantùm fuerint:Judas enim laqueo vitam finierat, Thomas, teſte Iohanne c. 20. 24. non erat cum eis? Reſp. Ex uſu Scripturæ maxima pars nomen totius retinet. Collegium itaq; Apoſtolorum,quemadmodum ſuperſtite adhuc Iudâ, numero & nomine duodecim: Ita illo ſublato per undecim nuncupatum & diſcriptum fuit,atq; adeò (verba ſunt D. Calixti) licèt unus abeſſet, nihilominus uſitatam nomenclaturam retinuit,ad eum modum, quo non obſtante unius vel alte- Apoſtoli undecim. Concord. Evang.pag. 531.

rius abſentiâ,Decemviri vel Centumviri dicuntur congregati eſſe. Confer. D. Gerhard Harm. pag. 233.

3. *Novum reſurrectionis teſtimonium audiunt:* Dominum nimirùm verè reſurrexiſſe,& vivum Simoni petro apparuiſſe.

4. *Suam quoq; hiſtoriam diſcipulis & Apoſtolis congregatis referunt*,& quomodo ab ipſis cognitus ſit Ieſus,nim.in fractione panis,ediſſerunt.

USVS.

I. Informatorius.

Reſurrectionis Chriſti cauſa.

1. De Reſurrectionis Chriſti cauſis. Reſurrexiſſe ipſum ſecundum ſcripturas auctor eſt D. Paulus, 1.Cor.15, 4.& calculo ſuo hîc comprobat ipſum os veritatis; cauſas itaque reſurrectionis in iiſdem contineri conſentaneum eſt. Nos præcipuas adnotabimus, Reſurrectio itaq; Chriſti eſſe debuit.

1. *Verum veri Meſſiæ judicium*,ipſo h. l. atteſtante Salvatore. Oportuit Chriſtum ταῦτα pati,& intrare in gloriam ſuam.Pſ.8,6. 6.& 16,10. 11. & 110, 7. Iob. 19, 25. (ipſe de pulvere ſurget, Hebr.) Oſe.6.2.& 13,14. Eſ. 9,4.5.& 53. 8. 10. Mich.2,13. Soph.3,8.(expecta me in die reſurrectionis, uti habet vulgata) Act.2,23.1.Cor. 15, 3.4.

2. *Divinitatis teſtimonium.* Omnes homines propter peccatum corruptioni ſunt obnoxii.Gen.3,19. Solus Chriſtus,quippe θεάνθρωπος eximitur. Pſ.16. 10.Act.2. 24. Rom.1, 4.

3. *Innocentiæ ſuffragium.* Luc.1,35.Eſ.53,9.Heb. 7,26.

4. *Victoriæ argumentuta.* Oſe.13,14. 1. Cor.15,54.

5. *Spei firmamentum.* Quod enim præceſsit in capite, ſequetur in corpore, 1.Cor. 15, 20. 22.Col. 1, 18. Apoc. 1.5. Phil.3,12. Iob.19,25.Rom.8,11.2. Cor.4,14.

6. *Noſtri incitamentum* , ut quotidie ſpiritualiter à morte peccati reſurgamus,Rom.6,4. Col.3,5.

7. *Promiſſionum divinarum complementum.* Luc.18,33. Ioh.10,18. & 16,22. Vſus: contra Iudæos, reſurrectionem Chriſti præfractè negantes. Sed credendum eſt magis ſoli Mariæ veraci, quàm univerſæ Iudæorum turbæ fallaci.

Scripturæ vis & efficacia.

2. De S. Scripturæ vi & efficacia. Non eſt litera mortua, & ſonus in aere evaneſcens, abſq; omni ἐνεργείᾳ; ſed verbum Propheticum(& Apoſtolicum) habet vim inflammandi corda auditorum,abigendi incredulitatem, accendendi fidem, gaudium conſo-

conſolationem & juſtitiam. Orandus modò eſt Deus, ut corda noſtra frigida calore Spiritùs Sancti calefaciat. Vide præced. diſp.

II. Conſolatorius.

1. Quòd diſcipulos hoſce, fide admodum infirmos, ob ſtoliditatem & cordis ad credendum tarditatem non abjciat, ſed toleret. Luc. 15,2. Eſa. 42,3. Ezech. 34,16. Fidei infirmitas.

2. Quòd Chriſti auſteritas non ſit vera, ſed tantùm in bonum noſtrum ſimulata. Eſa. 54, 7. Thren. 3, 33. Chriſtus cur paſſus.

3. Quòd oportuerit ipſum pati ac mori, non ſui, ſed noſtri causâ. Eſa. 43.25. & 53. 4.5. ut paſſionis & mortis ſuæ ſacrificiô pro noſtris ſceleribus Patri ſatis faceret. Joh. 10,14. Rom. 5,8.9. & 8, 34. 2. Cor. 5.14. Gal. 1,3.4. & 2:20. Eph. 1,7. & 5,2.25.26. Col. 1,14.21.22. & 2,13.14.15. 1. Tim. 2,5.6.

4. Quòd Chriſtus rogatus velit nobiſcum manere, & nobiſcum in umbra etiam mortis facere. Pſal. 23, 4. Matth. 18, 20. & 28, 20.

5. Quòd revertente Chriſto oculi noſtri non tenebuntur ampliùs, ſed apertis oculis videbimus Chriſtum qualis eſt. Cor. 13.12. 1. Joh. 3, 2.

6. Quòd poſt paſſionem Cſtriſtus in gloriam ſuam intravit; idem nobis ſperandum. Act. 14. 22. 2. Tim. 2. 11. 12. & 3. 12. 2. Cor. 4, 17.

III. Refutatorius.

Pontificiorum, falsò ſtatuentium Chriſtum. Emaunti duobus diſcipulis Sacramentum Euchariſtiæ adminiſtrâſſe, & quia non niſi panis fracti mentio fiat, uſum Euchariſtiæ ſub una ſpecie facto & Exemplo ſuo confirmâſſe. Ita ποτηριοκλεψίας ſuæ fundamentum in hoc textu ſibi paratum eſſe opinantur Pontificii. Verùm præter rem ſpem. Nam: Papiſtarum error de Sacramento Cœnæ in Emaus celebrata.

1. de Cœna Domini judicandum & pronunciandum ex ſede propria, verbis nimirùm inſtitutionis Chriſti; ubi fatente Concilio Conſtantienſi & adprobante Concilio Tridentino ſub utràq; ſpecie eſt inſtituta. Uſus Cœnæ ſub una nō poteſt probari.
2. Repugnat ſcopus Servatori Chriſto propoſitus. Ingreſſus enim erat ille hoſpitium, ut cibum eum diſcipulis caperet, & edendo bibendoq; ſuam illis reſurrectionem comprobaret. Nec Evangeliſta vel unico verbulo meminit, quòd

Sacra-

Digitized by Google

Sacramentum Cœnæ *tum* cum illis vel egerit, vel agere etiam voluerit.

3. Ita CHRISTUS ſummæ inconſtantiæ argueretur, qui antè triduum ſub utraque, jam ſub una ſpecie inſtituiſſet Cœnam.

4. Deſunt, immò non prolata fuerunt verba ſubſtantialia, (hoc eſt corpus meum) quæ Euchariſtiam maximè conſtiunt: ſine illis enim Sacramẽtum confici, vel adminiſtrationem Cœnæ fieri poſſe, ipſi Pontificii negant.

5. Sequeretur etiam, Sacerdotibus potiùs quàm laicis ſub una communicandum, quia diſcipuli erant ex numero Sacerdotum

6. Duo hi diſcipuli inſtitutioni Cœnæ non interſuerunt; ex ritibus itaque & ceremoniis ignotis agnoſcere Dominum, non potuerunt. Plura in hanc ſententiam vide apud D. Hunn. de Sacram. c. 17. pag. mihi 610. D. Chemnit. Exam. Concil. Trid. part. 2. pag. 216. & 217. D. Calix. pag. 530. D. Gerh. Harm. pag. 225. & 229. ubi contra Pontificios ita cõcludit.

Aut in voce panis h. l. admittenda eſt Synecdoche, aut CHRISTUS conſecravit ſine vino,

Si prius, non poteſt communio ſub una ſpecie hic probari. Si poſterius,

E. etiam hodie Sacerdotes conſecrationem facere poſſunt ſine vino.

At hoc ipſi Pontificii negant, adeò ut Cajetanus ſacrilegum pronunciàrit Sacerdotem, qui conſecret panem & non vinum. Hæc ille.

Quòd autem Pontificii formulam conſecrationis obtendunt, quod iiſdem propemodum verbis hic uſus legatur Chriſtus, quibus in S. Cœnæ inſtitutione uſus fuerat, illud ne unius quidem eſt teruncii. Fuit enim mos iſte Chriſto uſitatus, extra Cœnæ etiam ſuæ adminiſtrationem, ut tali ritu & conſecratione benediceret epulis adpoſitis, panemque frangeret, uti patet ex Matth. 14. & 15. cap. & eundem morem hodieq; Judæi obſervare dicuntur. Duodecim verò argumenta, quæ pro ſua h. e. falſa Pontificiorum ſententia, conſarcinavit & peculiari ad populum ſuum homilià deblateravit Schererus, ea vel ex falſis principiis cõnſtant; vel merà principii petitione laborant; vel cohærent ut funiculi ex arenis contexti. Vide ſi lubet, Poſtill. par. 1. pag. 348. & ſeqq.

DISPO-

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

DUos nobis Eccleſia Chriſti diſcipulos hodie ob oculos ſtatuit, qui pietatis memores non ludicra tractant, non genio indulgent, non fabulas Paſchales commemorant; ſed de Salvatore crucifixo anxiè nimis ſunt ſolliciti. Hinc adeò fit, ut ipſis ſeſe adſocians Chriſtus inſigni ac perſpicuâ φανερώσει ſui videndi copiam faciat. Nos veſtigia eorum prementes illud potiſsimùm πρακτικὸν addiſcere jam conabimur, *quid genuinus Paſchæ diſcipulos* (Oſterſchüler) *facere conveniat, ut & ipſi Chriſtum ſecum habeant, retineant, & beneficiis ejusdem uti- frui digne queant.* Paſchales diſcipulos quid deceat

ἐξήγησις.

Diſcipulos Paſchales genuinos nihil magis decet, quàm

1. ab impiis ſeceſſionem facere. Emaunta petunt hi diſcipuli, quia cum ſanguinariis Hieroſolymæ incolis ampliùs converſari & vivere ipſos tædet pigetq;. Eundem plane ad modum veros Chriſti diſcipulos decet malorum conſortia vitare, ſi corpore ſemper non licet, animo certè & externa confeſſione ab iiſdem ſeparari convenit & expedit. Pſ. 1, *1.* & 26,4. & *119, 114.* & *141.* v. 5. Prov. *1*,10.*15.* & 3,*31.* & *13*, 20. & 22, 24. Jer.*15*,*17*. Act.2,40.*1* Cor.5,6. *9.13.2.* cor. 6, *14.17.* Epheſ. 5,*7.11.2.* Theſ.3,6.*14* Apoc. *18*, 4. Jac.4,*4*. Jer.*51*, 46. Eſa. 52, *11*. Sir.*13*, *1.* & 8, *18.1.* Cor. *15. 33.* Hoc ipſum eſt, quod Phil. 2. *15.* præcipit Paulus, ut nimirum pii ſint ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα θεοῦ ἀμώμητα, ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης.

2. De rebus ſacris ſæpè multumq; & conferre & audire. Vide diſpoſ.*1.* part.*1.* Matth.*12,34*. Pſ.*37,13.* & *77,13*. Prov. *12*, *18.* & *13*, 2. *14.* & *16,23*. Epheſ. *4*,29. & *5. 19.* col.*3*, *16.* & *4*, 6. Sir. *21*, *28.* *2.* Petr. *2.18.* Pſal. *5*,10. & *12*, *2.* & *34*,*14.* & *104*,*34.* & *105. 2.* & 119,*23.* 97. 99. & 143, *5.* Iacob, *3*,*2.* Actor. 1,*3*. Matth. 12, v. *36.*

3. Paſſionem, reſurrectionem, omniaq; adeo beneficia meritóq; Chriſti parta adſiduè meditari. 1. Cor.*2*,*2*. Gal. 6, *14.2.* Tim.*2*, 8.

4. *Accurratè ſeipſum examinare*, & examini etiam rigoroſo libenter ſe ſubmittere. 1. *Cor*, 11, 28. 2. *Cor*. 13, 5. Quandoquidem verô homo difficulter ſeipſum probet, multo minus examini ſponte ſe ſiſtat, hinc adeo fit, ut Deus variis modis ſuos exerceat diſcipulos, eosq; in fide probet & examinet. Tob. 12, 13. Sir. 2, 5. 1. Pet. 1, 7. Sir. 28, 6. 2. *Cor*. 8, 2. Jac. 1, 12. Pſalm. 11. 4. 5. & 17. 3. & 26, 2. & 139, 23. *Prov*. 17, 3. Ier. 6, 27. & 9, 7. & 11, 20. & 12. 3. & 17, 10. Sap. 3, 3. Rom. 12, 3. Epheſ. 5. 10. *Phil*. 1, 10. 1. Theſſal. 2. 4. & 5, 21. 1. Iohan. 4, 1. 1. *Petr*. 4, 12. In examine horum diſcipulorum triplex deprehenditur defectus:

Deus ſuos variè exercet.

Examen Emaunorum

1. *Elatio*, quam reſponſionem moroſâ & ſupercilioſâ prodit Cleophas. Luc. 12. 49. Rom. 11. 20. 1. *Cor*. 10. 12. Gal. 6. 3. *Job*. 31. 17. 18.

Omnis homo nihil eſt, aliquid qui ſe putat eſſe,
Eſt aliquid quisquis ſe putat eſſe nihil.

2. *Ignoratio*, quæ in eo conſpicitur, quod neq; de perſona, neque de officio CHRISTI rectè ſentiunt. Eſa. 27. 11. Ier. 4. 21. & 5. 4. Eſa. 1. 3. Rom. 1. 10. 1. Corinth. 2. 14. Eph. 4, 18. & 5. 17.

3. *Deſperatio*. Deſperant nimirum illi de toto Chriſti regno, decepti:

1. *Principum authoritate*;
2. *Chriſti paupertate*, tenuitate & infirmitate;
3. *Paſſionis diuturnitate*,
4. *Mulierum garrulitate.*

5. *Correptiones juſtas æquô animô & ſuſcipere & perferre:* quandoquidem diſcipuli Emauntici ægre haud quaquam ferunt, ſe ſtultos à Chriſto appellari. Matth. 16, 23. *Prov*. 12, 1. & 27, 6. Eccleſ. 7, 17. *Pſalm*. 141, 5. Amoſ. 5, 10.

6. *Ardenter ac diligenter orare*; illud potiſſimum, ut Chriſtus nobiſcum, veſperâ ingruente, manere dignetur. *Jer*. 14, 8. 9. Veſpera autem eſt triplex.

Veſpera triplex.

1. *veſpera hujus mundi*, quâ
1. lumen minuitur;
2. Vmbra augetur;
3. calor attenuaur: ita lumen verbi tenebris hæreticorum involvitur; umbræ terrenorum bonorum ſubinde longiores fiunt, Ierem. 7, 28. calor charitatis Chriſtianæ deficit Matth. 24, 12. 1. Cor. 10, 11. Eph. 5. 16. *Pſalm*. 71, 9. Matth. 28. 20.

2. *Veſpera gaudii Spiritualis*, ingruentibus calamitatum denſiſſima

ſiſſimarum nimbis obruti & tantum non oppreſſi *Pſalm.* 69. v. 2. 3.

3. *Veſpera vitæ temporalis.* Pſalm 71, 9. 18.

7. *Verbum prædicatum non faſtidire.* Joh. 8, 47. Luc. 11, 28.

8. *Verbo prædicato fidem adhibere.* Cleophas credit ignoto, non reſpiciens quis dicat, ſed quid dicatur. Johan 3, 16. Roman. 1, 16. 17. & 10, 4. 11. Act. 16, 31. Ebr. 11. 6. Jer. 5, 3. Sir. 1, 34. Luc. 1, 45. Marc. 16, 16. Johan. 5. 24 Chriſtus concionatur diſcipulis de paſſione & reſurrectione ſua, utramq; probat,

1. *ex vaticiniorum antiquitate;*

2. *ex typorum & figurarum perſpicuitate;*

3. *à regni ſui ſtabilitate;*

4. *ex impoſſibilitate.* Teſtimonia pete ex diſpoſ. 1, & 2.

9. *Chriſtum hoſpitiò excipere:* non quod ipſe noſtrâ beneficentiâ & liberalitate egeat, ſed ut gratum faciamns ipſi jubenti membris ſuis, & miniſterio cumprimis ſacro benefacere. Eſaiæ 50, 6. 7. Matth. 25, 40. quemadmodum videmus diſcipulos hoſce duos Cœnam Chriſto gratis animis prolixe ac liberaliter offerre. *Prov.* 5, 16. 1. *Cor.* 9, 11. 14. 2. *Cor.* 9: 6. 7. 1. Tim. 5, 17. Heb. 13, 17. 1. Theſſ. 5. 12.

10. *Temporalia negligere* 1. Tim. 6, 17. 9. Matth. 19. 23. 24. 1. Cor. 1, 25. *Prov.* 11, 4. Ezechiel. 7. 19. Pſal. 49, 6. 17. 7. & 62, 13. Sirac. 5, 1. *Prov.* 30, 8. Matth. 6. 33. Col. 3, 1. 2.

11. *Beneficia Chriſti agnoſcere* & plenò ore prædicare *Pſal.* 103, 1. 2. 3.

12. *Alios erudire*, ut & ipſi nobiſcum convertantur & ſalvi fiant. *Pſalm.* 51, 15. Luc. 22. 32. Actor. 26, 29. Joh. 4. 53. Hoc enim proprium habet veritatis cognitio, hoc quoq; gratiæ lumen efflagitat, ut omnes cupiat ſui participes eſſe. Nec ſatis pius cenſendus eſt, qui cum poſſet alios ad pietatẽ allicere nõ cõatur, Polygrani s Hæc ſi omnia obſervaverimus, & ipſo facto exprimere ſtuduerimus, Chriſtum in mundi hac veſpera extrema præſentem nobis habebimus, & ipſo duce ad cœleſtis lucis ſempiternæ gaudia migrabimus. Concludimus orantes cum Eccleſia: *Deus, qui per mortem Filii tui peccatum & mortem deſtruxiſti, & per reſurrectionem ejus juſtitiam & vitam æternam donaſti, ut à poteſtate diaboli liberati in tuo regno viveremus: concede nobis ut hæc firmiter credentes & in fide perſeverantes tibi ſemper gratias agamus per eundem Filium tuum dilectum Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Amen.

FERIA TERTIA PASCHATOS

Evangel. Luc. 24. à verſ. 36 usq; ad 48.

DISPOSITIO PRIMA.

Continuatur hoc Evangelio hiſtoria reſurrectionis Dominicæ; creſcunt ſubinde φανερώσεις ſiue revelationes Chriſti reſuſcitati. Initio ſummo manè Mariæ Madalenæ in forma hortulani ad ſepulchrum apparuerat, deinde mulieribus reliquis in via; tum Simoni *Petro*; dehinc diſcipulis Emaunticis; jam quinto locô toti diſcipulorum cœtui apparet, quibus ſeſe ſpectãdum & contrectandum præbet. Contigit & hæc manifeſtatio ipſo reſurrectionis Dominicæ de inſtituta coram Apoſtolis ideo, quia

1. priores apparitiones fuere particulares, quibus ſuccedit hæc quodammodo generalis;
2. Apoſtoli debebant eſſe teſtes reſurrectionis in toto terrarum orbe; plurimum itaq; referebat, eos ipſo ſtatim Paſchatis die plenè cognoſcere, quod verè reſurrexiſſet Luc. 24, 48. Act. *1*, 8. & *10*, *41*.
3. pleriq; eorum vel languidâ ad modum fide Angelorum hominumq; teſtimonio credebant: Vnde Marc. 16, 14. Dominus Jeſus ἀπιστίαν καὶ σκληροκαρδίαν eorum redarguiſſe legitur. *Patet* ex dictis, eſſe hoc Evangelium generis partim *Demonſtrativi*, quatenus rem geſtam *Commemorat*; partim *Deliberativi*, quatenus Salvator ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις multis evidentibus argumentis reſurrectionem ſuam diſcipulis & probat & perſuadet. Τεχνοτομία ita habet. *Continetur* hoc textu.

1. Ipſa Domini Jeſu Chriſti apparitio;

2. Reſurrectionis comprobatio,

3. Paſchalis coram diſcipulis congregatis habita concio.

pars

PARS I.

EAdem eſt hæc manifeſtatio cum illa quam Johan. cap. 20. per circumſtantias paulò aliàs recenſet. In primæ partis expoſitione notetur

1. *Tempus.* dicit enim Lucas apparuiſſe Chriſtum, ταῦτα αὐτῶν λαλούντων, cum diſcipuli, congregati varios ſermones de Petrina & Emauntica revelatione ultrò citroque conferrent, & de Domini ac Magiſtri ſui reſurrectione judicia colligerent. Ex Johannis relatione liquet, contigiſſe hanc revelationem οὔσης ὀψίας ſcil. ὥρας, cùm eſſet veſpera; ubi tamen ſciendum, non ipſâ veſperâ, ſed tribus ad minimum horis poſt Solis occaſionem, adeoque multa de nocte Chriſtum apparuiſſe, cum fores eſſent clauſæ, quæ circumſtantia nocti potiùs, quam veſpertino tempori præciſè ſumto congruit.

2. *Modus* apparitionis. Apparet nimirum Chriſtus

1. *Medium ſeſe ſiſtendo*; quod non ſucceſſivè ac pedetentim contigit, quemadmodum aliàs homo de loco in locum viſibiliter movetur ac progreditur; ſed ex improviſo planè ἐν μέσῳ αὐτῶν ſtetit. Quæ certè σαφῶς miraculoſum probat ingreſſum, quòd corpore ſuô glorificatô inviſibiliter, h. e. ingreſſum non videntibus diſcipulis, medium eis ſeſe intulerit, perinde ut olim in ſtatu quoque exinanitionis factum fuerat, Luc. 4, 30. Joh. 8, 59.

2. *Jucundiſſimò eos verbô ſalutando*: *pax vobis*. Pax autem apud Hebræos nomen generale eſt, ſignificans pacem, tranquillitatem, concordiam, ſalutem, atq; adeò omnem felicitatem. Quemadmodum enim in bello omnis mali idea; ita in pace omnium bonorum ſumma. Etſi autem uſitata hæc fuit ſeculi iſtius ſalutandi formula: tenendum tamen Chriſtum hac compellatione non tantum more conſuetô diſcipulos ſalutare; ſed ſimul teſtari voluiſſe, ſe jam redivivum ex mortuis adferre pacem, paſſione ac morte ſuâ apud Deum nobis partam ac paratam, & hoc nomine omnis generis, cœleſtia & ſpiritualia bona venire. Cùm enim regnum ejus non ſit hujus ſeculi, fructusque reſurrectionis non ad temporalem hanc ac caducam, ſed ad ſpiritualem & æternam vitam ſpectet, ideo q; intelligitur felicitas regno Chriſti competens, ſpiritualis, cœleſtis & æterna conſiſtens in peccatorum remiſſione, Dei reconcilia- Pax Hebræis quid notet.

 tione,

I. Iterum confirmatur veritas promiſſionis Chriſti, de ſua apud fideles præſentia, Matth. 18, 20. Vide ſer. 2. Paſch. diſp. 1.

II. Monemur de officio Chriſti Mediatorio. ideò enim ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, ut oſtenderet ſe verum eſſe illum Dei hominumq; Mediatorem. 1, Tim. 2. 5. Hebr. 8, 6. & 12, 24. Eſa. 12, 6. Rom. 5, 10.

III. Officium quoq; Chriſti eſt, conſolari timidos & conſternatos. Eſa. 61, 1. 2. Luc. 4, 18. Eſai. 40, 1. 2. Pſalm. 34, 19. & 51, & 146, v. 8. Officium Chriſti Mediatorium.

IV. Colloquiis piis Chriſtus apprimè delectatur. Coloſſ. 3, 16. Jac. 4, 8. Vide præced. ſer.

V. Chriſtus beneficia, meritò ſuô parta. æqualiter omnibus verè credentibus diſtribuit, non abjiciens infirmos ac meticuloſos. Eſa. 42, 3. Rom. 10, 12. Act. 10, 34.

VI. Monemur de piis ſalutationibus, qualis eſt iſta Domini Jeſu, pax vobis; ad ejuſdem exemplum & nos invicem benè precemur, ſtatuentes firmiter, ejuſmodi vota apud fideles eſſe efficacia Luc. 10, 5. 6. Gen. 43, 27. Ruth. 2, 4. Sir. 41, 24. Matth. 10, 12. 13. Luc. 1, 28. & 40. Act. 21, 7. 18. Rom. 16, 3, & ſeqq. 2. Cor. 13, 12 Hebr. 12, 13. Salutationes piæ

VII. Fructus reſurrectionis Chriſti præcipuus eſt pax Luc. 2, 14. Eſai. 53, 5. Zach. 9, 10. 2. Theſſ. 3. 16. Johan. 14, 27. 2. Cor. 13, 11. Matth. 5, 9. Vide Domin. Quaſim. Pax fructus reſurrectionis Chriſti

IIX. Quicunq; veri ac genuini Chriſti diſcipuli eſſe voluerint, hi meminerint ſectari pacem veram ac non ſimulatam, ſtudentes habere pacem. Paci ſtudendum & quomodo

1. *cum Deo*, quæ obtinetur, cum mandata ejus obſervantur Sap. 3, 3. Luc. 1. 79. Rom. 5, 1. & 14, 17. Phil. 4, 7. 9. Col. 3, 15. Luc. 2, 29. Tob 3, 6.
2. *cum hominibus aliis*. Pſalm. 34, 14. 1. Pet. 3, 11. Zach. 8, 19. Marc. 9, 50. Rom. 12, 18. & 14, 19. 1. Cor. 7, 15. & 14, 33. 2. Cor. 13, 11. 2. Theſſ. 3, 16.
3. *Nobiſcum ipſis*, quam ſequimur
   1. *peccato vitando*, Eſa. 57, 21.
   2. *peccata confitendo*, Pſ. 32, 3.
   3. *Juſtitiam operando*, Pſalm. 34, v. 15. Eſa. 32. v. 17.
   4. *circa terrena non nimium nos fatigando*;
   5. *Scripturam S. legendo & amando*, in quo eſt vera animæ requies.

IX. Pax

IX. Parta eſt autem nobis per Chriſti paſſionem, mortem & reſurrectionem, pax.

Pax Chriſti multiplex.

1. *ſupra nos* cum Patre cœleſti Rom. 5, 10. Jer. 29. 11.
2. *intra nos*, in corde noſtro; 1 Joh: 3. 21. Rom. 8, 16.
3. *infra nos*, à diabolo & inferno Col. 1. v. 13.

X. Quicquid CHRISTUS optat & precatur, illud revera etiam nobis confert. Deus enim non verba, ſed res loquitur Johan. 14. 27.

Pacis nomine omnia bona veniunt.

XI. Qui pacem dedit, (inquit gl. ordin.) unô verbô omnia dedit; unde Apoſtoli gratiam & pacem plerumq; conjungunt. Rom. 1, 7 1. Cor. 1, 3. 2. Cor. 1, 2. Gal. 1, 3 Eph. 1, 2. 3. 1, Petr. 1, Apoc, 1, 4.

XII Quia enim Chriſtus morte ſuâ Patri nos conciliando, gratiam impetravit, ideoq; reſurgendo pacem nobis veram attulit quæ dicitur pax Chriſti. Col 3, 15 Joh 14, 27. & 16, 33. Eſa. 9. 6.

Miniſterium pacis.

XIII. Miniſterium eſt medium illud, per quod pax & reconciliatio nobis offertur, 2. Cor. 5, 16. Eſa. 51, 7. Nah. 1, 15 Zach 9, 10. Act. 10, 36. Eph 2, 17. & 6, 15.

Corporis Chriſti conditiones.

XIV. De conditionibus corporis Chriſti poſt reſurrectionem, quòd [illegible] non ampliùs ſubjacet. Et quemadmodum Spiritui non obſtant fores clauſæ, parietes, ligna, lapides &c. ita videmus eadem evenire in corpore Chriſti glorioſo 1. Cor. 15, 44.

XV. Incredulitas eſt meticuloſa; fides contra in ſummis etiam periculis animoſa. Levit. 26, 36. Matth. 8, 26. & 14, 26. Sap. 10, 7. Joh 3. 2. & 7, 13. & 19, 38. Pſal. 23. 4 & 27, & 46, 3.

Chriſtus in tentationibus timetur.

XVI. In tentationibus etiam cor hominis ſæpè timore percellitur, ipſum quoq; Chriſtum timens, Gen. 15, 12. Pſalm. 55. 5. & 119, 120. oritur illud

1. ex humana infirmitate;
2. ex divinæ Majeſtatis reverentia, & filiali erga Deum pietate Pſal. 2. v. 11. Phil 2, 12.

XVII. Diabolus noctu ludificare ſolet homines Job. 4, 14. Pſal. 91, 5.

XIIX. Prætextus veritatis humanæ Naturæ in Chriſto facile nobis imponit, ut vel negemus, vel dubitemus de iis, quæ ultra & præter eſſentiales humanæ naturæ proprietates, ipſi ut homini data eſſe ſcriptura aſſerit. Matth. 14, 26.

XIX. I·

XIX. Idem contingit Calvinianis in diſputatione, de vera ac reali corporis ac ſanguinis Chriſti in Cœna S. præſentia. Verbum non fallit.

XX. Noſtrum eſt prætextibus iſtis ſublatis Verbo revelato ſimpliciter adhærere.

Verbum non fallit, multos ſpecioſa feſellit
Gloſſa, Dei Verbô nitere, tutus eris.

XXI. Occurrit hoc locô doctrina de ſpectris, ſive ſpiritibus apparentibus in quibus judicandis homines ſæpe falluntur. Dicuntur aliàs φαντάσματα Matth. 14. 26. ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, quod videantur eſſe id, quod apparet hominum oculis, revera autem non eſt. De ſpectris

XXII. Dari ſpectra extra omnem eſt controverſiam. Non poſtremus enim diaboli conatus eſt ludificandi, terrendi, contriſtandi & affligandi homines per ſpectra & terriculamenta, quæ hominum ſenſus vel per imagines, vel per ſonos externos occupant. Et dantur ſpectrorum exempla in ſacra etiam ſcriptura. 1. Sam. 28, 11. Eſa. 13, 21. & 34, 13. 14. Sap. 17, 3. 4. 5. 6. Matth. 14, 26. Spectra dari.

XXIII. Eſſe autem ſpectra corpora vel animas defunctorum conſtans quidem eſt Pontificiorum opinio; verùm planè ἀπερ-γεαφῶν; & protrita ſunt jam dudum hæc opinionum ſive φαντάσματα ſive ſpectra à multis repurgatæ doctrinæ Doctoribus. Vide D. Luth. in Poſtill. domeſt. f. mihi 197. Item Tom. 2. Jen. Germ. f. mihi, 34. 35. 36. D. Balduin. p. m. in aureo de caſibus conſcientiæ libello lib. 3. cap. 7. pag 817. & ſeqq. ubi probat. 1. animas defunctorum nec redire, nec moleſtare viventes. 2. Ex apparitionibus ſpectrorũ de rebus humanis vel dogmatibus fidei judicium informari non poſſe. 3. docet etiam quibus de cauſis ſpectra tumultuentur & moleſta ſint aliis. 4. quomodo animus pii hominis ſeſe munire & erigere poſſit, contra illuſiones & tumultuationes ſpectrorum? 5. an liceat ſalvâ pietate Spiritus apparentes adjurare, ut, qui qualeſve ſint, prodant, quid velint, & qua de cauſa moleſti ſint, ſignificent? 6. an ſpectra fugari poſſint precibus pro defunctis, oblatione corporis Dominici in Miſſa, oblatione cereorum, eleemoſynis, jejuniis & ſimilibus rebus? 7. An reliquiæ ſanctorum aliquid præſtare poſſint ad fuganda ſpectra diabolica? 8. An ſignum crucis idem efficere queat? Eſt liber iſte in manibus omnium, eò igitur materiæ hujus cupidum Papiſtarum error de ſpectris.

Lectorem remitto. Conferri poteſt Bened. Aretius in problem. Theol. Loc. 146. pag. 436. & ſeqq.

PARS II.

Chriſtus reſurrectionẽ ſuam ut probet.

FIdelis eſt Deus 1. Cor. 10. 13. Ut igitur diſcipulis ſuis ſcrupulum de ſpectro eximeret, certosq; omninò redderet, non illuſioni, ſed veritati hic locum eſſe pergit jam Salvator evidentiſſimè reſurectionem ſuam demonſtrare.

1. quidem *loquendo* demonſtrat, ſe non eſſe ſpectrum, quòd rarò, aut nihil, aut parùm loqui ſolet. Ne enim quicquam dubii de reſurrectione Chriſti in animis diſcipulorum eſſet reliquum, non in propria ſolummodò ſpecie illis ſeſe manifeſtat, omnia facici lineamenta, omnia corporis ſui membra ipſis conſpicienda exhibens; ſed & linguâ ac voce notâ eos compellat: quid, inquiens, turbati eſtis, & quare cogitationes (ejuſmodi) adſcendunt in cordibus veſtris. Διαλογισμοὺς vocat, falſas diſcipulorum cogitationes, quibus ex ingreſſu repentino ac miraculoſo ratiocinabantur, Chriſti corpus non eſſe verum corpus, quandoquidem foribus clauſis intraret; cùm potius tùm divinæ ejus omnipotentiæ, tùm corpori clarificato illud attribuere deberent cujus ea eſt conditio, ut corpora etiam ſolida abſq; ullo impedimento poſſint pertranſire. Etſi enim Chriſtus in reſurrectione ſua verum ac naturale corpus, adeoq; illud ipſum corpus, in quo paſſionẽ ac mortẽ ille ſuſtinuerat, è ſepulcro; retuliſſet corpus tamen iſtud θνηταῖς δυχερείαις nõn ampliùs erat obnoxium, ſed clarificatum, & proprietatibus corporis ſpiritualis præditum. Verbum ἀναβαίνει innuit, cogitationes & ratiocinationes illas non fuiſſe deſuper à Spiritu bono, ſed ex corruptione peccati, cordibus adhuc eorum inhærentis. Matth. 15, 19. Hinc Fr. Polygranus ait: Aperit pariter arcana cogitatuum, ut ante hac ſæpiſſimè fecerat, vel ſic perſuaſurus faciliùs.

Διαλογισμοί.

Corpus clarificatũ corpora ſolida tranſiens.

ἀναβαίνει.

2. *Manus pedesq; oſtendendo:* quò ipsô ad αὐτοψίαν ſenſuũq; exteriorum teſtimonium provocare videtur. Nam, uti Poeta canit,

Segniùs irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus.

3. *Palpationem manuum permittendo.* Jubentur enim Apoſtoli.

li non ſolùm exterius Chriſti corpus & membra videre; ſed etiam ex veſtigiis clavorum aliisq; indiciis, ſtatuere quòd eodem corpore Chriſtus reſurrexerit & appareat, quô paſſionem & mortem ſuſtinuerat. Argumentum concludit ita:

Quicquid vere habet membra corporea, quæ videntur & contrectantur, illud non eſt ſpectrum:

Ego vere habeo membra corporea, quæ vobis jam videnda & contrectanda offero:

Ergo non ſum ſpectrum.

Malè autem hinc inferunt Calviniani, actu videri & palpari eſſe ἰδίωμα eſſentiale corporis quantumvis glorificati. Quicquid enim huius factum, ex nulla neceſſitate, ſed liberrima οἰκονομίᾳ eſt profectum, ut diſcipulos de reſurrectione ſua certos redderet. Huc facit illud Polygrani: Eam verò quam conceperant cogitationem ſic excludit: (videte manus meas &c,) craſſam ſimul in eis ſubſtantiam, & clavorum oſtendens fixuram, ut tàm hominem verum, quàm hunc eſſe crucifixum, & non alium agnoſcerent. Sciendum tamen utrumq; in Chriſti corpore jam immortalitatis & incorruptionis, adeoq; ſubtilitatis dote clarificatum, nihil horum neceſſariò extitiſſe, ſed ſolâ voluntate, (qua & Spiritus corpus ſenſibile ſibi adſumit) ut rudes adhuc diſcipulorum animos per ſenſuum ſaltem experientiam in fidem pelliceret. Ideo non fuit in Chriſto deluſio aut fictio, ſed inæſtimabilis, circa noſtram ignaviam ſollicitudo, quâ jam ab omnî humanæ infirmitatis abſolutus actione, humana tamen agens, ſenſim ad divina perduxit.

Calvinianorum error de viſibilitate & palpabilitate corporis glorificati. poſt p. 349.

4. *In conſpectu omnium comedendo.* Cùm enim nondum perfectè crederent, præ gaudio autem mirarentur, (mirabile enim in ipſis certamen fuiſſe perſpicuum eſt, admiratio fidei reſtitit, fides verò ad gaudia propulit) adjecit inſuper aliud veri & vivi hominis documentum, quærens ex eis, an habeant βρώσιμόν τι aliquid eſui aptum? Cumq; obtuliſſent illi partem piſcis aſſi, quæ ex cæna ipſis adhuc erat reliqua, & particulam favi mellei, accipiens comedit coram eis, ut ſi uiſu & tactu non ſatis eſſent perſuaſi, vel ex eſu hominem agnoſcerent: quia edere eſt maximum vitæ argumentum. Unde Jairi filiæ, ex morte reſuſcitatæ, cibum exhiberi quondam juſſerat. Luc. 8, 55. ut omnibus in-

ὀπτὸς per Syncopen dicitur pro ὀπτητός· ab ὀπτάω aſſo torreo κηρίον ſignificat mel in cellulis

adhuc latẽ ἀκριβὴς cara. —de conſtaret, verè eam vivere. Et B. Petrus argumentum hoc, à victu deſumtum, peculiariter urget. Act. 10. 40. 41.

Chriſtus quomodo comederit poſt reſurrectionem? Quæritur h. l. cùm Corpus Chriſti poſt reſurrectionem fuerit ſpirituale & glorificatum, nullius cibi indigum, quomodo dicatur CHRISTUS hîc comediſſe? Veteres rectè reſpondent, factum & illud eſſe ex libera οἰκονομίᾳ & diſpenſatione. Neq; enim (referente Polygranò) ut homo mortalis cibô eguit, ſed divinâ diſpenſatione hoc modò noſtræ infirmitati prævidit. Solent quærere multi, ubinam cibus iſte manſerit, cùm non eſſet in eo digeſtio naturalis? Sed nihil oportet hinc diſcruciari plurimum, qui ſuâ virtute, dum voluit, & palpabilem & viſibilem ſe præbuit, quod tamen glorificata caro non admiſit, ſi noſtram tantùm adſpexerimus. Et rurſum adhuc in mortali corpore craſſam naturam, dum voluit, depoſuit; eâdem quoq; potuit virtute & cibum ſumere, & ſumtum deponere. Quandoquidem & Angeli in adſumtis corporibus manducâſſe & bibiſſe leguntur; ſed & non ſolùm edēndo, verum & edendi ritu ſe creditur manifeſtâſſe. Quanquam igitur Chriſtus non ἐξ ἀναγκης ἢ ἐνδείας, ſed liberâ voluntate commederit; verè tamen ipſum comediſſe ſtatuendum eſt, menſæ haud dubie adſidendo, circumſtantibus diſcipulis, & manducantem attentè læteq; ſpectantibus. D. Hunnius author eſt, cibum à Chriſto ſumtum non fuiſſe digeſtum, ſed clarificati corporis naturâ, velut igne quodam, abſumtum. Atque hac ratione omne diſcipulis exemit dubium, & quod Johannes ſcribit, gaviſi ſunt diſcipuli viſô Domino.

Gen. 18. & 19.

Chriſtus verè comedit.

De Perſona Chriſti pag. 110.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

Corporum glorificatorum conditiones. I. De conditione & prærogativis corporum glorificatorum, quarum tres in hoc Evangelio proponuntur. 1. quòd eâ ſint ſubtilitate, ut poſſint penetrare muros & parietes, nec quicquam acceſſui ipſorum poſſit obſtare. Joh. 20. 19. 27. 29. Matth. 22. v. 30. Philipp. 3. 21. 2. Quòd eâ ſint poteſtate, ut videnda & palpanda exhibere ſe queant, ſi velint, & rurſum etiam utrumque tollere h. e. ita adeſſe, ut nec videri poſſint, nec palpari, ſi velint uti propriâ ſuâ conditione, Luc. 24. 31. Matth. 27. verſ. 53. 3. Quòd cibo & potu non indigeant & tamen, ſi velint, cibos poſſint adſu-

Digitized by Google

adſumere. Vide D. Hunnium in quæſt.& Reſponſ. de Perſon. & Majeſt. Ieſu Chriſti. p. 282. & ſeqq.

II. Reſurrectionem ſuam Chriſtus non tantùm propter diſcipulos, ſed propter nos ſimul confirmavit, ne teſtimonio eorum fidem derogandi anſam haberemus. 1. Corinth. 15, 14. 18.

III. Maxima nobis in hoc articulo conſolatio eſt propoſita, quòd Chriſtus reſuſcitatus, & ad dextram Patris exaltatus, ſecundum utramque Naturam nobis præſens eſt, & regnum gratiæ in his terris adminiſtrat. Roman. 4, 23. Matth. 18, 20. & 28. 20. Chriſti præſentia.

IV. Falſum eſt Calvinianorum dogma: Vbicunque eſt corpus, (etiam glorificatum) ibi neceſſe eſt ut tangatur, & incurrat in oculos, alias verum corpus eſſe nequit. Vide D. Hunn. d. l. Calvin. error de corpore Chriſti.

V. Viſibile enim, & inviſibile (quoad præſentem quæſtionem) dicitur vel reſpectu δυνάμεως, potentiæ; vel reſpectu ἐνεργείας ſeu actûs ſecundi. Viſibile potentiâ ſignificat id, quod ſuâ naturâ ita comparatum eſt, ut cerni poſsit, etiamſi actu non ſemper, neceſſariò ſit expoſitum viſui eorum, quibus adeſt. Viſibile dupliciter dicitur.

VI. De corpore merè phyſico, & niſi impediat vis divina, vera eſt Calvinianorum propoſitio, de corpore ſpirituali & glorificato falſo. Hoc enim ejuſmodi neceſsitati ſubjectum non eſt: ſed poteſt uti ſuâ libertate, nec pateſcit mortalium oculis, niſi per diſpenſationem voluntariam.

VII. Quod in ſpecie corpus Chriſti attinet, de eo ſemper tenendum, quod illud poſt reſurrectionem non tantum ſit corpus glorificatum, ſed præterea immenſas habeat prærogativas ex eo, quod eſt τοῦ λόγου proprium corpus, ideoque poteſt facere contra omnes regulas phyſicas, quicquid vult, & reverà etiam facit ac præſtat, quicquid omnipotenti ſuô verbô promiſit. Corporis Chriſti prærogativæ.

IIX. Chriſtus vulnera ac cicatrices monſtrare voluit in tribus locis, in latere circa cor; in manibus & in pedibus. Cant. 8. 6. Pſal. 22, 17.

IX. Chriſtus etiamdum vulnera ſua in verbo Evangelii & Sacramentorum diſpenſatione territis cordibus monſtrare ſolet. Eſa. 49. 16. Hebr. 9, 24. Ioh. 6, 53. 54. 55. Eph. 1, 7. Col. 1, 14. 20. Vide Dom. Quaſim. Vulnera Chriſti mõſtrantur.

X. Cogitationes malæ ex cordibus ejiciendæ. Iob. 42, 2. Pſ. 94, 11. Eſa. 55. 7. Ezech. 11, 2. Sap. 9, 14. Sir. 23, 2. Matth. 15, 19.

Vulnera cur Chriſtus retinuerit.

XI. Stigmata vulnerum ſuorum, poſt reſurrectionem retinuit Dominus Jeſus ad corroborandam diſcipulorum fidem idq; fuit liberæ in Chriſto voluntatis, minimè autem omnium neceſſitatis talis, quaſi non potuiſſet illa ſtatim deponere ſi voluiſſet.

Stigmata an adhuc habeat Chriſtus.

XII. Quid verò de ſtigmatibus ipſis factum ſit, an retinuerit ea in ſua ad cœlos adſcenſione; an etiamdum eadem geſtet in corpore ſuo glorioſo, cumq; illis ad judiciũ aliquando rediturus ſit? an verò ea poſt confirmatos diſcipulos, maximè in adſcenſione ſua aboleverit? in quæſtione adhuc eſt inter ſinceros etiam Theologos, aliis poſteriorem hanc, alias priorem illam ſententiam amplectentibus & defendentibus. Vide D. Hun. de perſ. Chriſti pag. 120. D. Hoe comment. in Apoc. pag. 50. & 51. D. Gerhard. Harmon. p. 317. 318. 319. 320.

XIII. Etſi Chriſtum dexterâ Dei exaltatũ manibus corporeis tangere: contractare jam non poſſimus manu tamen fidei ad ſalutem noſtram ipſum tangimus, verbo Evangelii fidem adhibentes. Rom. 10. 6. & ſeqq.

XIV. Perturbationes animi & terrores ſubiti impediunt quandoq; oculos, ut res clatiſſimas rectè intueri nequeamus Johan. 20, 14.

Reſurrectionis Chriſti difficultas

XV. Hinc Chriſtus ſæpè nobis in ſpectrũ cõvertitur Matth. 14. 26.

XVI. Reſurrectionis Chriſti difficultatem ex variis Chriſti manifeſtationibus colligere promtum eſt Act. 17. 18. Johan. 21, 14. 1. Cor. 15 3 4. & ſeqq. Act. 10. 40. 41. 2. Tim. 2. 8.

Manducatio naturalis & ſupernaturalis.

XVII. Non omnis vera manducatio eſt naturalis; nam & ſupernaturalis eſt vera, non apparens aut phantaſtica. Gen. 18, 8.

XIIX. Patet inde quanti momenti ſit illatio Calviniſtica: ſi corpus Chriſti in cœna verè & realiter mãducatur. Ergo naturaliter manducatur, dentibus conteritur, in ſtomachum trajicitur &c. Diſtinguendum enim eſt inter manducationem naturalem & ſupernaturalem ſive myſticam: utraq; vera eſt manducatio, ſed neutra cum altera confundenda.

XIX. Interdum præ gaudio non poſſumus ſtatim fide ea capere, quæ polliceri nobis auſi non fueramus Gen. 45. 26. 27. Pſal. 126, 1. 2.

XX. Fides etiam in corde jam hærens interdum propter rerum magnitudinem, quas difficulter complecti poteſt, titubat

Reſurrectio ſpiritualis probatur.

XXI. Reſurrectio ſpiritualis per viſum, tactum, auditum, guſtum & illa probatur, cum 1. cicatrices peccatorum noſtrorum, palam

Digitized by Google

palam oſtendimus. Pſ. 32, 5. Prov. 28. 13. 1. Joh. 1, 8. 9.
2. tribulationes & anguſtias ſentimus;
3. verbum pœnitentiæ audimus;
4. vitæ æternæ jucunditates percipimus. Pſal. 34. 9.

PARS III.

IN Paſchali Chriſti ſermone notetur 1. *Concionum antehac abs ſe habitarum repetitio, vel renovatio.* Non enim contentus Chriſtus viſibili & palpabili reſurrectionis ſuæ demonſtratione jam porrò deducit, eos ad οἰκεῖον, proprium ac immotum fidei fundamentum ſive principiū, quod eſt infallibile Dei Verbum: In mentem eis revocans toties ab ipſo auditas conciones, de Filio hominis paſſuro, morituro & reſurrecturo, quas tunc quidem non intellectas, nunc opere videant completas. Colligitur autem ex Evangeliſtarum monumentis hiſtoricis, quinquies ad minimum Chriſtum prædixiſſe Apoſtolis paſſionem, mortem ac reſurrectionem ſuam, Matth. 6, 21. & 17, 9. 21, Luc. 9, 44. & 18, 30, Matth. 26. 2.

Hæc omnia in memoriam Apoſtolis revocat, ut nihil quicquam præter opinionem aut voluntatem ſibi accidiſſe, indubitatò ſtatuant.

Quæritur h.l. cur dicat Chriſtus, cum eſſem vobiſcum? Ergone eô tempore non erat cum illis? Reſp. Diſtinguendum eſt inter modos præſentiæ. Antea cum ipſis erat in ſtatu Exinanitionis, & in corpore mortali; jam cum ipſis eſt in ſtatu Exaltationis, & in corpore glorificato Innuit itaq; h. l. tempus illud, quò cum diſcipulis in terris viſibiliter conoverſatus fuerat. *Modi præſentia.*

2. *Vaticiniorum Propheticorum allegatio & explicatio*: quoniam, inquit, neceſſe fuit impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moſis & Prophetis, & Pſalmis de me. Et hæc dicens, digreſſionem facit, ad quod in via Emauntica ad duos illos fecerat diſcipulos, idem ad collegium diſcipulorum univerſum inſtituit, primaria ex V. T. vaticinia altiùs repetendo, & ad illa, quæ geſta hactenus fuerant perſpicuè applicando. Quod autem de neceſſitate profert impletionis, intelligendum eſt de neceſſitate non abſoluta, quâ coacti fuerint Judæi Chriſtum occidere, ut ſcripturæ hac ratione expleri poſſent: ſed de neceſſitate *Paſſionis neceſſitas hypothetica.*

Digitized by Google

tate hypothetica, quâ Deus incorrigibiles Judæorum voluntates prævidens, propter generis humani redemtionem, in manus eorum Filium ſuum occidendum tradere conſtituit, atque id ipſum per Prophetas etiam in V. T. prædixit. Nec aliam ob cauſam prædixit toties, (inquit Polygranus) quàm ut poſt factum faciliùs crederent. Et quidem conſiliô Dei actum eſt; ut nihil in humanæ redemtionis opere fieret, quod non jam dudum fuiſſet ex Spiritu Sancto præſagitum. Ideò ſic factum eſt, quia ſic erat ſcriptum; ſed ſic erat ſcriptum, quia ita erat futurum. Citat autem & Moſen, & Prophetas & Pſalmos, ut oſtendat omnes prorſus ſcripturas aliquid de Chriſto prædixiſſe. Dividit autem ſimul totum V. T. in tres quaſi claſſes præcipuas, Moſen, Prophetas & Pſalmos.

pag. 351.

3. *Intellectus reſeratio.* Fruſtrà enim ſecundum Auguſtinum, lingua docentis laborat, niſi intùs ſit qui doceat. Ne igitur fruſtrà ſcripturas Chriſtus citaret, ne gratia ſua lumen adjecit intelligentiæ. Ita concio illa Chriſti fuit viva, potens & efficax, quæ ipſorum corda fortiùs penetravit, magiſque confirmavit, quàm omnes externæ apparitiones. Intellexerunt enim conſilium Dei & conſenſum omnium Prophetarum, tùm per exteriorem vaticiniorum Propheticorum explicationem, tùm per interiorem mentis illuminationem, quòd verum Meſſiam hæc oportuerit omnia pati & reſurgere. Hinc ſequitur.

4. *Expreſſa neceſſitatis iſtius ſignificatio.* Sic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertiò die, nimirùm ut conſtaret, eum eſſe victorem mortis, diaboli & inferni. Hæc autem verba συμπεράσματος ſive concluſionis quodammodò cujuſdam vicem repræſentant.

5. *Paſſionis & Reſurrectionis Chriſti fructificatio*, quæ in eo conſiſtit, quòd in nomine Chriſti prædicari neceſſe ſit, pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, initiò factô ab Hieroſolymis.

Fructus paſſionis Chriſti.

Hic enim eſt præcipuus fructus ſanctiſſimi ſui meriti, quo de quatuor potiſſimum innuit:

1. *quid prædicare debeant?* nimirùm

1. pœnitentiam ex Lege;

2. remiſſionem peccatorum ex Evangelio. Ubi obiter quaſi notetur, μετάνοιαν ſive pœnitentiam accipi, non pro parte tantùm converſionis altera, contritione; ſed pro tota ſalutari & vera con-

Græcis à μετὰ & νοεῖν q.d. pòſt ſapere, mutamentē in

ra converſione, quæ conſtat contritione & fide, ad quam immediatè nova obedientia ſequitur. Hæc materia prædicationis. melius, poſt erratum redire ad mentem. In nomine Chriſti fieri.

2. *Quomodo prædicari velit?* In nomine ſuo. Hæc forma prædicationis. Porrò in nomine Chriſti fieri aliquid dicitur.

1. quod ipſius juſſu ac mandatò fit. Johan. 5. 43.
2. quod in ipſius perſona fit; 1. Cor. 5. 4. 2. Cor. 2, 9.
3 quod ex fide fit in ipſius meritum; Joh 14, 13. & 16. 23.
4. quod fit hoc fine, ut Chriſtus agnoſcatur, invocetur ac colatur; Act. 2, 38.
5. quod fit Chriſti præſentis efficacia & virtute. Marc. 16, 17.

3. *Quibus ſit prædicandum Evangelium?*

1. Judæis?
2. gentibus; ita ut terminus à quo prædicationis Evangelicæ ſit Hieruſalem, Pſal. 110, 2. Eſa. 2, 3. Mich. 4, 2. terminus ad quem ſint omnes gentes. Habes objectum prædicationis.

4. *Per quos, veluti adminiſtros effici debeat?* Impoſuit nimirum hoc ipſum officium & has partes diſcipulis, (habes organon vel cauſam inſtrumentalem!) dicens: Vos autem eſtis teſtes horum; eorum ſcil. quæ hactenus commemoravi, in quibus præcipuum obtinet locum reſurrectio mea, non tamen excluſis reliquis, quæ in diebus carnis meæ egi & locutus ſum: q, d. Ego vos conſtituo præcones mei Evangelii, & omnium eorum, quæ vidiſtis & audiviſtis, ut veſtrà voce & miniſteriò Evangelium annuncietur inter omnes nationes, & colligatur mihi Eccleſia ex toto genere humano, Judæis pariter & gentibus. Continentur itaque pauciſſimis hiſce verbis omnia, quæ de muneris Apoſtolici inſtitutione, deque N. T. miniſterio prolixius cæteri Evangeliſtæ referunt. Matth. 28, 19. 20. Marc. 16, 15. 16. Iohan. 20, 21. et ſeqq.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Vaticinia tunc demum perfectè impleta intelliguntur, quando ipsò rerum eventu comprobantur, Hab. 2, 3. Matth. 2. v. 17. & 27, 9. Luc. 4, 21. 22. 24. Act. 1, 16. Gal. 4, v. 4. Vaticinia ex eventu judicantur.

II. Deus nos illuminat per verbi prædicationem, Pſal. 19, 9. & 119, 105. Proverb. 6, 13. Act. 26, 18. 2. Corint. 4, 9. 2. Petr. 1, 19.

Digitized by Google

III. Chriſtus præter teſtimonia V. T, ad ſuas quoq; conciones provocat, hoc ipſô Vetus Taſtamentum cum Novo conjungens: Vetus in novo patet, novum in veteri latet. Joh. 2, 19, Joh. 3. 15. Matth. 16. 21, & 17, 9. Marc. 9, 9. 10, 31. Luc, 18. 31, Gal. 4, 4.

Calvin. error de præſentia Chriſti in Cœna

IV. Chriſtum ſecundum humanam naturam nobis hodieq; in actione cumprimis & diſpenſatione S. Cœnæ, adeſſe negant Calviniani, verſu Evangelii 44, abuſi, ut & Matth. 26, 10. Joh. 16, 26. ubi tamen diſtinguendum eſt inter id, quod ſimpliciter, & quod ſecundum quid dictum eſt. Negat Chriſtus ſe in mundo cum diſcipulis eſſe non ſimpliciter, (contrarium eſt Matth. 28, 20.) ſed reſpectu habitô ad certũ ac determinatũ illũ præſétiæ modum, quo in diebus carnis ſuæ, more hujus ſeculi cum diſcipulis erat. Manifeſtè itaq; diſtinguit præſentem ſuum ſtatum à priori, ſe nimirum jam eſſe in altero quaſi ſeculo, non cum diſcipulis, h. e. non ampliùs in ſtatu mortalitatis, ſicut ipſi erant

V. Fides antiquiſſima, eſt fides de Chriſto crucifixo & reſuſcitato. Act. 10, 43. & 15. 11. Pſal 14, 8. & 22, 16. 17. & ſeqq.

De ſcriptura V. T.

VI. Habetur hoc loco doctrina, de Scriptura V. T. cujus notetur

1. partitio, ab ipſo Chriſto tradita. Dividit enim univerſum V. T. in libros Moſis, Prophetas (quo nomine comprehenduntur etiam hiſtorici libri extra Moſen, tanquam à Prophetis ſcripti;) & Pſalmos, ad quos ſpectant reliqua Canonicæ ſcripturæ ἁγιόγραφα. Matth. 11, 12. Luc. 16. 29. 31. Johan. 1, 46. Act, 26, 22. & 28. 23. Rom. 3. 21.
2. Teſtimonium à Chriſto ipſi datum, quòd in libris iſtis omnibus reperiantur vaticinia de Chriſto quæ ob id ſcrutari jubemur. Johan 5, 39.
3. Certitudo. v. 46. ab eodem Chriſto confirmata, quod oportuerit fieri, ſicut prædictum erat. 2. Pet. 1, 16. & ſeqq.

Apocrypha.

VII. Apocrypha igitur, cùm ad nullã harum claſſium referri queant, ad ſcripturas ſacras κυρίως & proprie ſic dictas referri nequeunt.

Chriſtus ſcopus ſcripturæ.

IIX. Chriſtus eſt totius ſcripturæ nucleus, ſcopus, clavis, quin omnium concionum finis & fundamentum. Apoc. 5, 9. 2. Cor. 3. v. 14. 15. Luc. 16, 29. Joh, 5, 46. Act. 10, 43. Pſ. 40. 8. Rom 10. 4. 1. Cor. 3. 11.

X. Pſ-

Digitized by Google

IX. Schola paſſionis & reſurrectionis Chriſti eſt ſcriptura Joh 5,39. Luc. 16. 29. Act. 26.22. Joh. 12. 48.

Paſſio & reſurrectio Chriſti conjuncta.

X. Paſſio & reſurrectio Chriſti in ſcriptura plerunq; conjunguntur, & conjunctim etiam deſcribuntur. Pſalm. 110. 7. Eſa. 53. 6. 7. & ſeqq. Pſal. 8, 6. 7. & 16. 2. & ſeqq. Gen, 3.15. 1. Cor. 15, 3. 4.

Gradus agnitionis Chriſti.

XI. Agnitio Chriſti ſuos habet gradûs; in ea igitur ſemper proficere ſtudeamus. Ep.1. 18. Phil. 1, 6. Pſalm. 92. 13, Act. 12. 21. & 19. 20. 2. Cor. 10. 15. Eph. 2. 21. & 4. 14. 15. Col. 1. 10. & 2. 19. 2. Theſſ. 1. 3. 2. Petr. 3. 18. 1. Tim. 4. 15. 2. Tim. 3. 7.

XII. Monemur etiam de renatorum infirmitate 1. Cor. 2. 14. 2. Corinth. 3. 14. Pſ. 119. 18.

XIII. Chriſtus vult prædicari pœnitentiam. Johan. 20. 23. Act. 2, 38. 2. Cor. 5. 20. 1. Theſſ. 5, 14. Matth. 13. 52. 1. Tim. 1, 9. Matth. 5, 13. Eſa. 58. 1.

Pœnitentia dupliciter capitur.

XIV. Pœnitentiæ vocabulum dupliciter capitur; Late, pro integra pœnitentia, Matth. 3. 2. 8. 11. & 9. 13. Luc. 15. 10. Act. 2. 38. & 19, 4, 2. Petr. 3, 9. Apoc. 2. 5. 2. ſtrictè pro ſola contritione, altera converſionis parte Marc, 1, v. 15. Act. 20. 21.

XV. Reſipiſcentibus & de peccatis ſeriò dolentibus Chriſtus vult prædicari remiſſionem peccatorum 2. Tim. 2, 15. Eſa. 35. 4. & 40, 1. 2. Act. 2. 32. & 26. 17. 18. Rom. 14. 1. 1. Theſſ. 5, 14. Act. 17. 30. & 20. 20. 21.

Remiſſio peccatorũ quibus detur.

XVI. Remiſſio autem peccatorum non contingit, niſi verè & ſalutariter ad Deum converſis. 2. Par. 30. 9. Eſa. 1, 19. & 59. v. 20, Jer. 18, 8. Ezech. 18, 21. & 33, 19. Hoſe, 7, 16. Joel. 2, 12, 13. 14. Sir. 17, 28.

XVII. Qui verò peccata ſua nec agnoſcit, nec odio habet, nec devitat, illi peccatorum remiſſio non contingit Jer. 3, 13. Prov. 28, 13. Pſal. 34. 15.

Evangelium non eſt concio pœnitentiæ, quomodo.

XIIX. Incidit hoc locô quæſtio, an Evangelium ſit concio pœnitentiæ. Diſtinguendum eſt inter Evangelii ſignificationem latam & ſtrictam. In laxa ſignificatione, quatenus totum miniſterium complectitur, rectè dicitur, Evangelium eſt prædicatio pœnitentiæ: Sed in ſtricta & propria ſignificatione quatenus gratuitam de peccatorum remiſſione promiſſionem innuit nullô modô dici poteſt, quod Evangelium ſit prædicatio pœnitentiæ, hoc enim eſt proprium Legis officium. Vide form. Concord. art. 5. Hunn. de leg. & Evang. pag. 85. D. Gerhard. Tom 3. L. C. pag. 585. & ſeqq.

Digitized by Google

Paſſionis Chriſti fructus. XIX. Fructus paſſionis & reſurrectionis Chriſti eſt catio Evangelii,& univerſalis gentium vocatio,Eph.2,1 10.5.&28, 19. Marc. 16, 15. Act, 10,35, & 17, 30..

Lex quoq; in N.T. prædicanda. XX. In N.T. non ſolum Evangelium, ſed lex quo canda & urgenda eſt, quod Antinomis eſt opponendu 1. 15. Ioh. 16, 8. Zach. 11, 7. Matth 5, 17. 19.& 13. v. 52. L

RegniChriſti propagatio. XXI. Monſtratur ratio, regni Chriſti propagandi arma,externa ſed prædicationē verbi. Pſal.22,23.& 110,2. 4. Marc. 16, 20. Col. 1. 13. Joh. 18. 37. Apoc. 19, 11. Theſſ. 2, 8, Eſa. 11. 4. Pſal. 8. v. 3. 1. Cor. 15. 24.

Evangelii prædicati initium. XXII. Magna eſt populi, Iudaici tum dignitas, tum tiva, quod initium prædicationis Evangelicæ inter ju ctum eſt Eſa 2, 3. & 31, 9. Mich. 4, 2. Act. 13. v. 46..

XXIII. Initium vero prædicationis Hieroſolymis fa erat..

1. ut implerentur Prophetarum jam modo adducta
2. quia Meſſias peculiariter promiſſus erat judæi 15. 24. Rom. 9. 4. 5. & 15. 8..
3. ut gentes ad ſpem veniæ provocarentur.

XXIV. Apoſtoli à judæis repudiati ad gentes tranſier 13: 46..

XXV. Præcipua pars miniſterii Apoſtolici conſiſtit de Chriſto teſtificatione. Joh. 15, 26. 27. Act. 1. 8. & 10. 39

Apoſtoli teſtes Chriſti XXVI. Apoſtolis itaq; teſtibus quippe non tantu ſed & oculatis, fides in rebus & articulis fidei adhibetu Eſa. 62. 7. Matth. 10. 20. 1. joh. 1. 1. 3. Marc. 16. 15. Matth. Joh. 4. 14..

DISPOSITIO SECUND

Propoſitio διμερής.

ULtimam, quam præſens pericope exhibet, ipſo ſt ſurrectionis Dominicæ die, collegio Apoſtolico, cum ipſis erant, factam revelationem per διχοτομίαν ex templabimur: ubi 1. prior pars *Chriſtum nobis ſiſtet re reſurrectionis ſuæ veritatem demonſtrantem;*

II poſterior, *eundem nobis concionantem & verba ad facientem* exhibebit: nos ibi ſpectatores, hic audito ſimus ſeduli.

Digitized by Google

PARS I.

QUintam jam conſideramus φανέρωσιν, factam nocte diem Reſurrectionis ſecuta. Pro uberiori illius declaratione notetur

1. *Occaſio*, quam arripuit Chriſtus ex mutuo diſcipulorum ſuorum colloquio. Unà enim erat Hieroſolymis, audientes jam quæ geſta erant in itinere Emauntico, & de toto negotio in tumore Domini colloquentes. Quanquam enim aliud non promiſiſſet, quàm velle ſe eos in Galilæam præcedere, Matth. 26. 32. Marc. 16. 7. tamen propter fidei imbecillitatem noluit eos in dubitatione eò usq; relinquere, ſed illò ipſò die de cauſis, fine ac fructu mortis ac reſurrectionis ſuæ informare.

2. *Domini apparitio*. Dum enim illi de rebus iſtis loquuntur, ecce Jeſus ipſe ex improviſo adeſt, & antequam animadverterent, quô pactô intrâſſet, ſubitò adſtat in medio illorum, vivum ſeſe Apoſtolorum & diſcipulorum congregatorum cætui oſtendens. Quomodo ſit ingreſſus, Lucas non meminit: Johannes verò ingreſſum factum eſſe refert, θυρῶν κεκλεισμένων, foribus verè (nô probabiliter, uti Aretius timidiuſculè ponunciat;) clauſis Vide Dom. Quaſim. *Chriſtus ingreditur foribus verè clauſis.*

Nullæ n. munitiones, nullæ fores, nulli parietes Chriſti θεανθρώπου præſentiam impedire poſſunt. Iterum errat Aretius pertinere, inquiens hoc ad Chriſti divinitatem, qui nullô intermediô præpeditur quia ſine morâ ſuis adſit, cum vult. Quid igitur fiet de ipſius Humanitate? Aut manſit illa in apparitione hac extra fores; aut ſimul adparuit. Illud affirmare eſt abſurdum, impium, immo Neſtorianum: Sic enim naturæ divulſæ, ſic vinculum Vnionis perſonalis diſruptum; & apparuiſſet λόγος ſine ſua Humanitate, quam tamen poſteà videri & palpari juſſit. Hoc itaq; poſterius eſt retinendum. Et pertinet hoc ipſum, non ad divinitatem modò Chriſti, ſed etiam ad privilegia, ἐξοχὰς & prærogativas, quas ex Vnione cum λόγῳ humana Chriſti natura habuit, quin & ad corporis glorificati qualitates ac proprietates.

3. *Amica ſalutatio*. Conſiſtens enim Jeſus in medio diſcipu-

Pacem Chriſtus precatur.

lorum ſuorum, pacem illis precatus eſt. non tantum ſecundum morem ac conſuetudinem populi Judaici: ſed vel maximè, quod pleriq; eorum animi angerentur, tum ob abſentiam Magiſtri, tum ob imminentia (uti putabant) pericula: & ut ſcirent, veram nunc demum hominibus pacem, mortis ac reſurrectionis Chriſti beneficiò, eſſe reſtitutam: q. d. Veram vobis adfero pacem mundò cum Deo Patre per me reconciliatò, 2. Cor. 5, 19. Col. 1, 29. Eph. 2. 14. Hanc pacem annunciat brevi ſuâ ſalutatione: Pax vobis, Theophylactus de his quæ hactenus diximus nervosè: *Dominus*, ait *propter ſalutem noſtram omnia faciens ſtat in medio diſcipulorum, volens illis reſurrectionem credibiliorem fieri, & primum ſolità imprecatione perturbationem illorum ſedat. Et iterum oſtendit, quòd ipſe ſit ille ipſorum Magiſter, qui ita alloquꝰ gaudeat, & eos ad prædicationem mittens animet.*

4. *Diſcipulorum trepidatio & perturbatio.* Terroris cauſæ erant, rei inſolentia & novitas, quia inſolitò more in medio eorum adſtat Chriſtus. Formam notam vident, vocem cõſuetam agnoſcunt, de re verò ipſa dubitant anxii.

5. *Falſa perſuaſio ſive imaginatio*, anſam præbens ἀποδείξεως, ut corporis ſui veritatem & reſurectionis ſuæ infallibilitatem demonſtrare cogatur. *I*pſi enim expavefacti & conterriti exiſtimant, ſe videre πνεῦμα ſpiritum h. e. ſpectrum vel φάντασμα quoddam, quod offerat ſe, in adſumta corporis *Ieſu* effigie, non autem Dominum ipſum in rediviva carne adeſſe. Gl. ordin. nõverant diſcipuli, fuiſſe verum hominem ſed poſtquã mortuus eſt non credunt, tertiò die potuiſſe veram carnem de ſepulcro reſurgere. Putant ergò ſe videri ſpiritum, quem emiſit in paſſione: ſed hunc errorem aufert Dominus. Nb. Granõ ſalis hic opus eſt, ne ſpectra cum Pontifiiis ſtatuamus hominum defunctorum animas.

6. *Veritatis demonſtratio.* Quod enim verè & ſine omni fallacia & reſurrexerit, & diſcipulis jam adſit verò ſuo corpore, quod in cruce occiſum, inq; monumento poſtea repoſitum, & nunc de mortuis reſuſcitatum erat illud verò apodicticà illis demonſtrat oratione, cujus

1. *Exordium eſt* ψεκτικὸν ἢ ὀνειδιστικὸν, vituperans & exprobrans illis timiditatem intempeſtivam, quòd ibi turbarentur, ubi minimè opus, immo ubi gaudendum maximè erat: & quòd permitte-

mitterent oriri διαλογισμὸς, cogitationes ſive diſceptationes dubias atq; anxias in cordibus ſuis: Theophylactus: *Quia animarum illorum perturbatio verbis non ſedebatur, monſtrat eis etiam aliunde, Filium Dei ſe eſſe, corda cognoſcentem.* Quare enim inquit, cogitationes aſcendũt in corda veſtra? Etenim in cõfeſſo eſt, ſolius Dei eſſe cognoſcere corda. Gloſſa ordin. ita: *Credebant Apoſtoli, ſed tamen turbantur, quia paucorum opinionem ſententia majoris partis excludit,* Et paulò poſt: Cogitationes aſcendunt, ſc. falſæ, non deſuper deſcendentes, ſed ſicut mala herba in corde aſcendentes. Fidem, quam in vobis plantavi, exigo, quod ex vobis ortum eſt, condemno: *Si non eſt veritas reſurrectionis, perditus eſt, fructus paſſionis.*

2. *Propoſitio:* Ego ipſe ſum: nullum eſt faſcinum, nedum ſpectrum; non larvas vobis objicio, ſed ego ipſe Magiſter veſter ante triduum crucifixus & mortuus, jam divinà propriâ virtute à mortuis reſuſcitatus adſto.

3. *Confirmatio.* Nullum enim ſe eſſe ſpectrum, ſed Chriſtum θεάνθρωπον vero corpore redivivum, illud probat.

1. *Verbis vel dictis;*

2. *Signis*, videndum pariter & palpandum totum ſuum corpus, manus autem inprimis & pedes, clavorum adhuc veſtigia ſervantes, offerendo, ut cognoſcerent & manibus quaſi palparent, quia ipſe non eſſet Spiritus, aut aliquis alius. Spiritùs enim apparere quidem poſſunt, adſumtâ ſc. corporali ſpecie, quemadmodum Angeli non ſemel viſi fuerunt humanâ formâ: Sed palpari & tactu prehendi ac explorari non poſſunt, niſi placeat Deo ſingulariter, ut adſumtis etiam humanis membris tangi ſeſe permittat, quod in lucta *J*acobi cum Filio Dei contigiſſe legimus. Gen. 32, 24. Aliàs ſpectra eam habent naturam, ut prehendi ſe non patiantur, ſed manus prenſantium effugiant. Quod igitur juſſi fuerunt diſcipuli, id haud dubiè fecerunt, inſpectis diligenter, invitante Domino, manibus ac pedibus ejus, & contrectatis clavorum veſtigiis, quemadmodum contrectare eadẽ Thomas poſtea ſatagebat, quod Collegas falli potuiſſe crederet. Gl. ordin. *Multis documentis*, inquit, *perſuadet reſurrectionem, præbendo ſe & oculis videndum & manibus contrectandum. Qui dum palpando oſſa carnemq; monſtrat, ſtatum ſuæ vel noſtræ reſurrectionis ſignificat, in qua corpus noſtrum & ſubtile, erit per effectum ſpiritualis potentiæ, & palpabile per veritatem naturæ.* **Spectra tangi non poſſunt**

Quæ-

Digitized by Google

Pacem Chriſtus precatur. lorum ſuorum, pacem illis precatus eſt. non tantum ſecundum morem ac conſuetudinem populi Judaici: ſed vel maximè, quod pleriq; eorum animi angerentur, tum ob abſentiam Magiſtri, tum ob imminentia (uti putabant) pericula: & ut ſcirent, veram nunc demum hominibus pacem, mortis ac reſurrectionis Chriſti beneficiò, eſſe reſtitutam: q. d. Veram vobis adfero pacem mundò cum Deo Patre per me reconciliatò, 2. Cor. 5, 19. Col. 1, 29. Eph. 2. 14. Hanc pacem annunciat brevi ſuâ ſalutatione: Pax vobis, Theophylactus de his quæ hactenus diximus nervosè: *Dominus*, ait *propter ſalutem noſtram omnia faciens ſtat in medio diſcipulorum, volens illis reſurrectionem credibiliorem fieri, & primum ſolitâ imprecatione perturbationem illorum ſedat. Et iterum oſtendit, quòd ipſe ſit ille ipſorum Magiſter, qui ita alloqui gaudeat, & eos ad prædicationem mittens animet.*

4. *Diſcipulorum trepidatio & perturbatio.* Terroris cauſæ erant, rei inſolentia & novitas, quia inſolitò more in medio eorum adſtat Chriſtus. Formam notam vident, vocem conſuetam agnoſcunt, de re verò ipſa dubitant anxii.

5. *Falſa perſuaſio ſive imaginatio*, anſam præbens ἀποδείξεως, ut corporis ſui veritatem & reſurectionis ſuæ infallibilitatem demonſtrare cogatur. *I*pſi enim expavefacti & conterriti exiſtimant, ſe videre πνεῦμα ſpiritum h. e. ſpectrum vel φάντασμα quoddam, quod offerat ſe, in adſumta corporis *I*eſu effigie, non autem Dominum ipſum in rediviva carne adeſſe. Gl. ordin. noverant diſcipuli, fuiſſe verum hominem ſed. poſtquã mortuus eſt non credunt, tertiò die potuiſſe veram carnem de ſepulcro reſurgere. Putant ergò ſe videri ſpiritum, quem emiſit in paſſione: ſed hunc errorem aufert Dominus. Nb. Granô ſalis hîc opus eſt, ne ſpectra cum Pontifiis ſtatuamus hominum defunctorum animas.

6. *Veritatis demonſtratio.* Quod enim verè & ſine omni fallacia & reſurrexerit, & diſcipulis jam adſit verò ſuo corpore, quod in cruce occiſum, inq; monumento poſtea repoſitum, & nunc de mortuis reſuſcitatum erat illud verò apodicticâ illis demonſtrat oratione, cujus

1. *Exordium eſt* ψεκτικὸν ἢ ὀνειδιστικὸν, vituperans & exprobrans illis timiditatem intempeſtivam, quòd ibi turbarentur, ubi minimè opus, immo ubi gaudendum maximè erat: & quòd permitte-

mitterent oriri διαλογισμὺς, cogitationes ſive diſceptationes dubias atq; anxias in cordibus ſuis: Theophylactus: *Quia animarum illorum perturbatio verbis non ſedebatur, monſtrat eis etiam aliunde, Filium Dei ſe eſſe, corda cognoſcentem.* Quare enim inquit, cogitationes aſcendũt in corda veſtra? Etenim in cõfeſſo eſt, ſolius Dei eſſe cognoſcere corda. Gloſſa ordin. ita: *Credebant Apoſtoli, ſed tamen turbantur, quia paucorum opinionem ſententia majoris partis excludit,* Et paulò poſt: Cogitationes aſcendunt, ſc. falſæ, non deſuper deſcendentes, ſed ſicut mala herba in corde aſcendentes. Fidem, quam in vobis plantavi, exigo, quod ex vobis ortum eſt, condemno: *Si non eſt veritas reſurrectionis, perditus eſt, fructus paſſionis.*

2. *Propoſitio:* Ego ipſe ſum: nullum eſt faſcinum, nedum ſpectrum; non larvas vobis objicio, ſed ego ipſe Magiſter veſter ante triduum crucifixus & mortuus, jam divinâ propriâ virtute à mortuis reſuſcitatus adſto.

3. *Confirmatio.* Nullum enim ſe eſſe ſpectrum, ſed Chriſtum θεάνθρωπον vero corpore redivivum, illud probat.

1. *Verbis vel dictis;*

2. *Signis*, videndũm pariter & palpandum totum ſuum corpus, manus autem inprimis & pedes, clavorum adhuc veſtigia ſervantes, offerendò, ut cognoſcerent & manibus quaſi palparent, quia ipſe non eſſet Spiritus, aut aliquis alius. Spiritus enim apparere quidem poſſunt, adſumtâ ſc. corporali ſpecie, quemadmodum Angeli non ſemel viſi fuerunt humanâ formâ: Sed palpari & tactu prehendi ac explorari non poſſunt, niſi placeat Deo ſingulariter, ut adſumtis etiam humanis membris tangi ſeſe permittat, quod in lucta Jacobi cum Filio Dei contigiſſe legimus. Gen. 32, 24. Aliàs ſpectra eam habent naturam, ut prehendi ſe non patiantur, ſed manus prenſantium effugiant. Quod igitur juſſi fuerunt diſcipuli, id haud dubiè fecerunt, inſpectis diligenter, invitante Domino, manibus ac pedibus ejus, & contrectatis clavorum veſtigiis, quemadmodum contrectare eadē Thomas poſtea ſatagebat, quod Collegas falli potuiſſe crederet. Gl. ordin. *Multis documentis,* inquit, *perſuadet reſurrectionem, prebendo ſe & oculis videndum & manibus contrectandum. Qui dum palpando oſſa carnemq; monſtrat, ſtatum ſuæ vel noſtræ reſurrectionis ſignificat, in qua corpus noſtrum & ſubtile, erit per effectum ſpiritualis potentiæ, & palpabile per veritatem naturæ.*

Spectra tangi non poſſunt

Quæ-

Digitized by Google

Quæritur hoc locô, cur tangi & contrectari Chriſtus à lis velit quod reliquis etiam mulieribus Matth. 28, 9. ſum, a Maria Magdalena Joh. 20, v. 17. tangi nolit. D. C ita reſpondet: Sciamus animos eorum, cum quibus Ch fuit, ipſum reſpexiſſe. Maria Magdalena credebat ip re reſurrexiſſe, ſed ſtatuebat ipſum eô modô in poſterum ris verſaturum, quo ante mortem & reſurrectionem in carnis ſuæ uſus fuerat, ideo tàm arctè eum complecti tur, ne iterum elaberetur; Chriſtus igitur ſe ab illa tangi ut animam ejus ad cœleſtia & ad fidei amplexùs erigeret eres & diſcipuli in fide reſurrectionis confirmandi eran eos non ſolum ſinit, ſed etiam jubet tangere. Hæc ille.

Harm. cap. 8. p. 173.

3. *Factis.* Evidens quidem hæc erat ἀπόδειξις verè Ch vero ſuo corpore reſurrexiſſe: at quia per ἐπίνθεσιν ſubjic ſcipulos rei magnitudine & ſtupore attonitos, immo præ extra ſe quaſi poſitos, non crediciſſe; h. e. aſſenſum non r ſpendiſſe; alio itaq; argumento fortiori corporis reſurrec ſuæ veritâtem confirmandam ratus, cœpit adſidere menſ ſcere, ſi quid haberent edulii, Et cum offerrent partem pi & aliquid de favo apiario, accepit illud & in cōſpectu eor dit, ὀ νόμῳ φύσεως ἀλλὰ οἰκονομίας τρόπῳ, uti loquitur lib. 4. cap. 1. ὀρθοδ. πίστεως Theoph. ita interpretatur: *Qu edit, non ſecundum naturam comedit, ſed ſecundum diſpenſ ad docendum, quòd illud ipſum corpus, quod paſſum eſt, ſu Naturale autem huic corpori erat, clauſis januis ingredi, & bore è loco in locum tranſire. Itaq; cum diſcipuli adhuc no rent, neq; per palpationem perſuaderentur, addit & aliud in concedens, divina quadam virtute conſumendo quod edebat.* ord. Ad inſinuandam veritatem reſurrectionis, non ſolu gi, ſed conveſci voluit: non quòd vel ipſe, vel nos poſt ctionem cibo debeamus indigere, ſed ut corpus, non Sp eſſe manifeſtaret: *manducavit poteſtate, non neceſſitate.* abſorbet aquam terra ſitiens, aliter Solis radius calens: ill gentiâ, iſte potentiâ.

Stultè hinc colligunt nonnulli, carnibus non eſſe dum, quia Chriſtus legatur non carnes comediſſe, ſed piſ nes mel &c. quaſi verò Chriſtus non comederit Agnum

Digitized by Google

lem: vel quaſi ſuo exemplo legem ſtatuere nobis voluerit, quibus cibis veſci debeamus, quibus non Regnum Dei non eſt eſca, nec potus Rom. 14, 17.

4. *Confutatio* falſæ de Spectro imaginationis. Deſumitur illa ἀπὸ τοῦ ὅρου à defintione, vel proprietate veri corporis & ſpectri:

Verum corpus conſtat carne & oſſibus:
Ego habeo carnem & oſſa:
Ergò verum corpus habeo. Contrà.
Spritus eſt, qui nec carnem nec oſſa habet:
Ego habeo carnem & oſſa.
Ergò non ſum Spiritus.

VSVS.

I. Informatorius.

I. Ieſum Chriſtum verè ex morte eſſe eluctatum, quod triplici hoc loco argumentorum genere probatur; Reſurrectio Chriſti probatur.

1. Carnis, oſſium & vulnerum oſtenſione.

2. vera manducatione;

3. *dictorum repetitione*, de quibus mox in ſecundæ partis enarratione pluribus audiemus. Act. 2, 24. 31. 32. & 3. 15. & 4, 10. & 10, 40. 41. 1. Cor. 15. 4. Hebr. 13. 20. Rom. 4. v. 25. & 6. 3. 8. Apoc, 1. 1, 18. *Pſal.* 110. 7. Eſa, 53. 8. Oſe. 6. 7. Matth. 12. 40. Jon. 2. 1. 16. v. 10. Luc. 18. 33. Act. 26. 23. 1. Cor. 15, 20.

II. Chriſtum corpore glorioſo reſurrexiſſe, nihil quicquam gloriam iſtam deformantibus liberrimà voluntate certoq; fine ac conſilio retentis ςίγμασι, in paſſione ipſi ignominioſiſſima impreſſis. Illa enim non fuerunt ſigna defectus & imbecillitatis, ſed honoris. Vide præced. diſpoſ. Qui cenſent, Chriſtum etiamdum retinere in corpore glorioſo ſtigmata has potiſſimum adducunt rationes:

1. Quod cicatrices ſecum in cœlum adlatas Angelis & Electis monſtrârit, ut haberet æternam glorioſæ ſuæ victoriæ memoriam, Eſa. 63, 1. 2. 3. Zach, 13, 6.

2. Quod ideo vulnerum ſuorum ſtigmata non abolere, ſed cœlo inferre voluerit, ut pro nobis intercedês pretium noſtræ liberationis Patri oſtenderet, & ſic cauſam noſtram ageret, Rom; 8, 34, 1. Joh. 2. 1.

3. Ut viſô hoc ſignô Beatorum cumuletur gloria & lætitia;

 dam-

damnandorum autem ageantur luctus & ſupplicia. His fermè ſimilia habet Gl. ordin. inquiens: Cicatrices & tunc ſervavit, & in judicio ſervaturus eſt;

1. ad fidem reſurrectionis inſtruendam;
2. Vt Patri pro nobis ſupplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit ſemper oſtendat;
3. Vt ſuâ morte redemtis, quam miſericorditer ſint adjuti, propoſitus ejuſdem mortis inſinuat indiciis: Sed
4. *P*oſtremò ut in judicio, quàm juſtè damnentur impii, denunciet, oſtensâ quàm ab illis accepit, cicatrice. Non ergò ex impotentiâ curandi cicatrices ſervavit, ſed ut perpetuum victoriæ ſuæ circumferat triumphum. Verum enim verò res hæc eſt quæſtionis, non fidei, ut vel hanc ſolam ob cauſam Dn. D. Hunnius immeritò à Ieſuцidâ Scherero flagelletur, quod in diverſam, ſuis innixus non contemnendis rationibus, abeat ſententiam. Sed malè loquuntur iſtius farinæ homines, quia benè loqui non didicerunt,

Poſtill. part. 1. pag. 54.

Reſurrectionis noſtræ certitudo.

III. Noſtram quoq; corporum noſtrorum reſurrectionem ſuô tempore certo ſubſecuturam, ex Chriſti reſurrectione rectè colligitur & probatur:

1. *Ex Dei juſtitiâ.* Iuſti plurimum in hac vitâ malè habent, erit ergo reſurrectio mortuorum, ubi Deus juſtus erit omnium retributor.

2. *Ex ipsâ naturâ.* *Qui enim* (uti Auguſtinus loquitur) *gramina ſeminum mortua & putrefacta vivificat, per quæ in hoc ſeculo vivas multò magis teipſum reſuſcitabit, ut in æternum vivas.*

3. *Ex Scripturâ* Vide Feſt. Paſch.

Hominem terrent tria.

IV. Tria hominem plerunq; perterrefacere ſolere:

I. *P*eccatum admiſſum Gen. 3, 10. & 4, 14. Sir. 13, 32. Rom. 2, 15.

2. Dubitatio de miſericordiâ Dei & ſalute animæ perpetuâ Iac. 1, 6.

3. Futura tria;
1. Hora mortis incerta;
2. Reſurrectio ad judicium, Ioh. 5, 29.
3. Pœna in inferno æterna.

II. Conſolatorius.

1. Quod nihil poſſit Dominum Ieſum à nobis ſegregare, neq; murus, neque carcer: nos enim ſumus ipſius peculium Matth. 18, 20. & 28, 20. Eph. 1. 3 4. Tit. 2, 14. 1. Pet. 2. 9. Pſalm. 2, 8. Col. 1, 22.

2. Quod

2. Quod apparente Chriſto in extremo judicio pacem habituri ſimus æternam, probatam atq; confirmatam, qualis in mundo non datur Eſa. 32, 18. Vid. præced. diſp. Pacis iſtius effectus in hac etiamdum vitâ perſentiſcimus nimirum,

Pacis internæ effectus

1. Facilem ad Deum acceſſum: Eph. 3. 12. Gal. 4, 6.
2. Liberorum alloquium. Rom. 8. 15.
3. Certam exauditionis fiduciam. Et quanquam homines pacem iſtam ſuis ſibi peccatis ipſi ſæpiſſimè perturbant; illa tamen Chriſti pax manet firma, ſalutem animarum noſtrarum promovens, ſanguine ejus conſcientias noſtras purgante. Pſalm. 51, 2. 1. Cor. 6. 20. Hebr. 9, 14. 1. Ioh. 1, 7. 1. Petr. 1, 19. Apoc. 1. 6.

3. Quod ſanctorum corpora in vitâ æternâ ornabuntur

Corporum glorificatorum proprietates.

1. *Subtilitate;*
2. *Agilitate;*
3. *Impaſſibilitate & immortalitate.* 2. Maccab. 7, 11. 1. Cor. 15, 42. Hinc Theophylactus: *Corpus* inquit *quod nunc habemus, animale eſt,* hoc eſt, *ab anima regitur, & à naturalibus & animalibus qualitatibus ac viribus vivificatur. Quod autem poſt reſurrectionem habebimus, ſpirituale nominavit Paulus, hoc eſt, quod à divino Spiritu vivificetur & gubernetur, modòq; indicibili & ſpirituali ad incorrruptionem alteratum ſit: per reſurrectionem ſpiritudle & ſubtile, & alienum ab omni ineptitudine, neq; cibi, neq; alterius cujuſquam indigens, quamvis ad confirmationem illorum comederit comedens.*

4. Quod in futurâ mortuorum reſurrectione
1. Reddemur naturæ, non injuriæ; dies enim erit ἀποκαταστάσεως τῶν πάντων Act. 3, 21. Eſai. 25, 8. Apocal. 7. 26. & 21. 4. 1. Corinth. 15, 42.
2. Corpora glorificata non egebunt ullo nutrimento. Matth. 22, 30. Apoc. 7, 26.

III. Monitorius.

1. Vt mœrore & triſtitia oppreſsi Domini Ieſu Chriſti recordemur; ipſe enim prope eſt contritis corde. *Pſalm.* 34, 19. Eſa. 57, 15. & 66, 2.
2. *P*ropter peccata non ſimus τεταραγμένοι, ſed deſperationi opponamus verbum Chriſti: Ecquid turbati eſtis? Pax vobis! Pſalm 42, 6. Iohan. 3, 16. Roman. 5, 1. & 8, 1.

Qq 2 PARS

PARS II.

POſt reſurrectionis ſuæ ἀπόδειξιν progreditur Chriſtus
nando,ad rudium diſcipulorum informationem, ſuff
eos inſtruens,

1. *Eadem repetendo*, quæ nimirùm ante paſsionem ac
quoq; ſuam multoties inculcaverat.

2. *Ad Scripturas ſive oracula V.Teſtamenti provocand*
neceſſe fuerit impleri omnia,quæ ſcripta vel prædicta de
erant, in lege Moſis Prophetis & Pſalmis,quibus nullò pl
dò diffidendum.

3. *Facultatem intelligendi ipſis largiendo.* Laboraban
diſcipuli dubitatione,metu,diffidentiâ,duritie, veri igno
incredulitate, &c. tenebras iſtas denſiſsimas diſcuſsit D
Ieſus,mentes illorum aperiendo,ut ſcripturas intelliger
ptimum hoc pactô ſeſe Doctorem declarat,cùm non ſolù
doceat; ſed judicium inſuper ac donum intelligendi ſc
iiſdemq; aſſentiendi ſubminiſtret,quin & progreſſus cor
vet,ut ſubinde auctiores evadant.

4. *Decreti divini immutabilitatem oſtendendo.* Sic
eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati & reſurgere. Immu
tatem iſtam evincit,

1. *Scripturæ S. veritas;*
2. *Mortis & reſurrectionis ſuæ neceſſitas.* Theophylactu
cet eos,quòd neceſſarium fuerit Chriſtum ſic pati.
ſic? Per lignum crucis: quia per lignum interitus,ideò
um fuit per ligum corruptionem tolli.

Miniſterii inſtitutio. 5. *Miniſterii inſtitutionem perſequendo.* Deſcribitur ve

1. A cauſâ efficiente primariâ, Chriſto:

2. A partibus συστατικαῖς, lege & Evangelio:illa p
tentiam; hoc Dei clementiam annunciat. In hîs enim
capitibus continetur ſumma totins doctrinæ cœleſtis.

3. A ſubjectis perſonis, Judæis & gentibus,quibus
prædicandum eſt Evangelium, eô tamen ſervatô ordine
roſolymis,atq, ita inter Iudæos,prædicationis fiat initi
fiat progreſſus ad omnes gentes. Gloſſ. ordin. addit; no
tantùm gente Iudæorum, vel in aliqua parte terrarum.

4

4. A cauſis adjuvantibus, diſcipulis, qui futuri erant teſtes horum omnium, hoc eſt, univerſæ doctrinæ, miraculorum & vitæ in terris à Chriſto peractæ: præcipua autem pars horum eſt paſſio & reſurrectio.

USUS.

I. Informatorius.

1. De fidei noſtræ cum fide Prophetarum, omniumq; adeò V. Teſtamenti fidelium conformitate, quòd Chriſtum oportuerit pati & reſurgere. Act. 10, 43. & 13. 9. & 15. 11, & 26, 22. Vide præced. diſp. **Fides antiqua.**

2. De miniſterii Evangelici proprietatibus, efficacia & utilitate, quæ in eo potiſſimùm conſiſtit: **Miniſterii proprietas & utilitas.**

1. Ut non pigeat miniſtrum verbi eadem ſæpiùs repetere, & auditoribus ſuis diligenter inculcare. Phil. 3, 1.

2. Ut per viam Moſis Prophetarum & Pſalmorum incedat. 1. Pet. 4, 11.

3. Ut verbum ſcriptum unicam doctrinæ vitæq; normam conſtituat.

4. Ut juſtâ interpretatione ſcripturæ ſenſus verus explicetur Act. 8, 31.

5. Ita mentes auditorum ad intelligendum divinitùs aperiantur, Act. 10, 44. & 16, 14.

6. Summa prædicandorum huc redeat, ut Lex & Evangelium pœnitentia & remiſſio peccatorum annuncietur.

7. Auditores ex judæis & gentibus admittantur.

II. Monitorius.

1. Vt auditores ſacrum verbi miniſterium magnificiant, triplici potiſſimùm de causâ: **Miniſterii dignitas.**

1. Propter inſtituentis majeſtatem, qui nullus alius, niſi Deus ipſe, in miniſterio cum bonis ſuis cœleſtibus ad nos deſcendens & nos per illud gradatim ad ſe in cœlum trahens,

2. Propter divinum Spiritus ſancti conſilium, 1. Cor 1, 21. 2. Cor. 6, 2. 1. Petr. 2, 2. Col. 3, 8.

3. Propter methodum ſalutis rectè tenendam. Matth. 7, 13. Eſa. 30, 21.

2. Vt paſtores ad exemplum Chriſti ἀρχιποιμένος loquantur ex Scripturæ ſacræ fundamento; id enim cedit in

Digitized by Google

1. Dei gloriam;
2. Satanæ contumeliam;
3. Noſtram utilitatem. 1. Petr. 1, 19.

III. Conſolatorius.

Quòd in vitâ æternâ futurâ ſit mutua noſtri cógnitio & ſuaviſſima inter Beatos colloquia, qualia h. l. fuere inter Chriſtum redivivum & Apoſtolos. Geneſ. 2, 23. Matth. 17, 4. Pſal. 16, 11.

DISPOSITIO
TERTIA.
propoſitio μονομερής.

OCcupati adhuc ſumus in pia victoriæ per Chriſtum partæ meditatione. Is enim devictâ morte, proſtratisque hoſtibus reliquis in die Reſurrectionis ſuæ præclaros triumphos egit: hinc vox exultationis & ſalutis in tabernaculis juſtorum. Pſalm. 118, 15. Nos pro felici feſti præſentis clauſulâ dicemus *de modo conſequendi & retinendi theſauros Paſchales*, quos quidem cruentâ ſuâ victoriâ Triumphator exoptatiſſimus, Jeſus Chriſtus fidelibus ſuis reparavit.

Ἐξήγησις.

IN propoſiti thematis enodatione duo in conſiderationem veniũnt, *Subjectum & prædicatum*; hoc eſt,

Paſchales theſauri.

1. Quid theſaurorum Paſchalium nomine veniat?
2. Quâ ratione eoſdem & conſequi, & retinere valeamus?

Prius membrum quod ſpectat, prælectum Evangelium ſeptem nobis monſtat κειμήλια ſive theſauros Paſchales, aurô quovis precioſiores:

Chriſtus Mediator.

1. Eſt *Mediatio*. Ideò enim medium inter diſcipulos occupat locum Salvator dilectiſſimus, ut ſciant ipſi, hunc eſſe unicum Dei & hominum Mediatorem 1. Tim. 2, 5. Rom. 8, 34. 1. Joh. 2, 1. Vid. præced. diſpoſ.

Chriſtus pax noſtra.

2. *Pacificatio*. Chriſtus enim eſt pax noſtra, qui fecit ex utriſq; unum Epheſ. 2. 14 Pſal. 89. 16. Eſai 9, 6 & 32, 17. 18. & 53, 5 & 54, 10 & 66, 12. Sophon. 3, 13. Ezech. 37, 26. Eph. 2. 16. 17. Joh. 14. 27.

14, 27. Roman. 5, 1. & 14, 17. Galat. 5, 22. Luc. 2, 14 & 19, 38. Col. 3. 14.

Chriſtus noſter Conſolator.

3. *Conſolatio, vel conſternatarum mentium recreatio* Matth. 11, 28. Pſalm. 4, 2. & 94; 19. & 112, 4 & 138. 7. & 147, 3. & 119, 92. Eſa. 40, 1. & 51. 12. & 66, 13. Solatur autem Chriſtus fideles ſuos

1. *Ignominioſâ morte ac paſſione ſuâ* in hunc enim finem diſcipulis quoq; ſuis ſtigmata vulnerum monſtravit. *Oſtendit vulnus in carne, ut ſanaret vulnus dubitationis in corde*, dicebāt veteres Bernh. *Sim precor in requie propter tua vulnera quinq;* Eſa. 53, 4, 5. 6. & 49, 16. Jer. 31. 20. Rom. 3. 25 & 5. 9. Eph. 1, 7. Coloſſ. 1. 14. 20. Epheſ. 2, 13. 1. Petr, 19. 1. Johan 1, 8. Hebr. 9, 14. Apoc. 1, 5 & 5. 9. Eſai. 43. 25. Matth. 20, 28. Rom. 8, 34. & 14. 8. 9. Galat. 1. 3. 4. & 2, 20. Epheſ. 5, 2. 1. Tim. 2, 5. 6.

2. *Glorioſâ ſuâ reſurrectione*, quam aliquot, argumentis ſuis h. l. probavit diſcipulis. Actor. 2, 22. 23. 24. & 3. 15. Rom. 4, 24. Vide præc. diſpoſ.

4. *Verbi prædicatio*; eò enim ſuos remittit diſcipulos. Pſalm. 23. 4. & 119, 72. 92. 127. 130. 162. Jerē. 15, 16 Prov. 24, 28. Pſalm. 19, 9. & 73, 28. Eſa. 26, 9. Jerem. 6, 16. Oſe. 14, 10. Sir. 6, 25. & 9, 22. Joh. 1, 8. Tob. 4, 20. 2. Timoth. 3, 16. Luc. 16, 29. Eſa. 8, 20. Roman. 15, 4.

5. *Intellectus reſeratio* 1. Cor. 2, 14. Act. 8, 31. Luc 18, 34. 1. Cor. 2, 10. 11. Joh. 3, 3. 6. & 16, 13 & 14, 26. 2. Cor. 4, 6. Eph. 4, 8. 1. Cor. 12, 5. & 14, 3. Eph. 4. 13. Eſa. 59, 21. Notentur hoc loco duo Canones:

1. *Sola ſcriptura eſt norma certiſſima*, ad quam interpretationes omnes ſunt examinandæ. Eſai. 8, 19. 20. Rom. 12, 6. 1. Petr. 4, 11. 1. Theſſ 5, 20. Col. 2, 8. Prov. 13, 14.

2. *Scriptura per ſcripturam, & V. Teſt. per novum, & novum per vetus explicandum & illuſtrandum.* Ita utriuſq; Teſtamenti harmonia & ſcopus, qui Chriſtus eſt, pateſcet. Mal, 3, 1. & 4, 5. Luc. 1, 17. 26. Eſ. 7, 14. Luc. 2, 30. Gen. 22. 3 Eſai. 40, 3. Johan. 1, 23. & 5, 39. Luc. 4, 18. Eſa. 61, 1. Gen. 28, 12. Johan. 1, 51. Num. 21, 9. Joh. 3, 15. Joël. 2, 28, Act. 2, 3 . Deut. 18, 15. Act. 3, 26. Pſalm. 118. 22. Act. 4. 11, & 15, 15. & 26, 22.

6. *Miniſterii inſtitutio.* Hic præſtantiſſimus reſurrectionis fructus. Eſai 30, 2. & 52, 7. Jer. 3. 15. Joël 3, 23. Oſe. 12, 11. Pſalm. 68. 12. Act. 16, 18. Luc. 10, 16. & 16, 29. Rom. 10, 15. 2. Cor. 5, 20. Eph. 4, 11. Miniſterii inſtitutio.

Gentium vocatio.

5. *Gentium vocatio* Gen. 9. 27. & 49, 10. Pſalm. 2, 8. & 18, 44. & 22.

&22,29 30.& 72,11, & 87,4.&98,3.Eſa.2,3& 9,2.&11,10..&
&52,15.& 60,3. Ier.3,17.Oſe.1,10.Ioel.2,28. Amos.9,1.Mi
Sophon.3,9.10. Hagg.2,8. Zachar.8,22. Malach.1,11. M
11.& 21.43. & 28,19.Marc.16,17. Iohan.10,16.& 11,52. Act.
13,46.& 14,27. & 17,30. & 28,28.Rom.15,9. Galat.3,8.1.
7.2.Tim.1,11. Apoc.7,9.& 14.6. Eximia hæc ſunt κειμήλια
ſauri incomparabiles, quæritur jam de modo eoſdem &
quendi & retinendi?

Habemus & hac in parte δαδοῦχον Evangeliſtam, qui fa
bis quodamodo præfert, noſtrarum eſſe partium oſtend

1. De Chriſto ſæpè multumq́; recordari & confabulari. M
34.& 18,20. Coloſſ.3,16. Vide præced. diſp.

2. Pacem oblatam amplexari, & per fidem ſibi adpropria
3,16.18. Rom.1,16,17.& 10,4.1.Cor.1,21. Matth.9,2.22
21. Ioh.8,24.& 14,1.Act.8.37.& 16,31.& 20.21. Gal.5,2
1,22.& 6,11.Ebr.11,6.1.Iohan.3.23.Ier.5,3.Sir.1.34.Matth.15,
1,12. Galat.3,26. Act.13 39. Rom.3,25.& 4,5.Marc.9,2.
Luc.1,45.Iohan.5,24.& 6,35.40.47.& 20.31.

3. Vulnera Chriſti reverenter exoſculari. Vide præced,
& Domin. Quaſim.

Liberalitas. *4. Aliis de noſtro libenter communicare* quemadmodu
mus diſcipulos Chriſti θεώσημα edulia ſua obtuliſſe. Id
cium debent auditores ſuis Paſtoribus. Sir.39,25. Deut
Matth.10,10.1.Cor.9.14. Gal.6,6. Sir.7,31.Ezech.44,30

Schola Chriſti. *5. Scholam Chriſti diligenter viſitare.* Schola Chriſt
ſcripta Moſis, Prophetarum & Apoſtolorum Pſalm.1,2.
29. Eſa.8,20. Luc.10,47.& 11,28. Iohan.8,47.

6. Scripturas perſcrutari, Ioh.5,39. Sir 15,22.2.Pet.1,
ter.31.25.2.Reg.23.2.Act.13,27.Col.4,16.Eccl.4,17.Pſa

7. Miniſterium venerari, ſive pœnitentiam, ſive remi
peccatorum annunciet. 1.Cor.4,1.1.Tim.5,17.1.Theſſ.
7,31. Ier.39.12. Galat.4.15. Serva nobis, ô Deus, hos the
per Ieſum Chriſtum, Regem ac Triumphatorum noſ
Amen.

IN FESTO PHILIPPI & JACOBI,

Evang. Joh. 14. à verſ. 1 ad 15.

DISPOSITIO PRIMA.

INitium eſt Evangelium prælectum concionis valedictoriæ, in cœnaculo à Salvatore Jeſu Chriſto adhuc diſcumbente ad Apoſtolos ſuos habitæ, quâ ipſorum animos adverſus ſcandalum crucis & mortis ſuæ, propriarum item adflictionum ac perſecutionum præmunire voluit, ſpe ſummi emolumenti propoſitâ, quòd ex morte cũprimis & abitu ſuo ad Patrem ad illos eſſet redundaturum. Hinc oritur colloquium inter Chriſtum, Thomam & Philippum, de vera Patris cœleſtis cõgnitione, in unico Dei Filio quærenda. Ex quibus ultrò liquet, pertinere hoc Evangelium ad genus cauſarum, tùm deliberativum, ob conſolationem mœrori diſcipulorum oppoſitam; tùm didaſcalicũ, ob informationem eorum, in articulo de viâ in cœlum & Patris cœleſtis viſione inſtitutam.

Duorum Apoſtolorum feſtivitati conſecratus eſt textus iſte egregius Philippi nimirùm Jacobi. De utroq; multa in hiſtoria Eccleſiaſtica narrantur, quæ ſuis relinquimus autoribus. Nos ſcripturam habemus. Ac initiò Philippum quod ſpectat, nihil omninò de parentibus ejus in ſacris literis proditum eſt. Patria ipſius fuit Bethſaida, teſte Johanne, cap. 1, 43, 44. ubi vocatio quoq; illius, ad Apoſtolicum munus deſcribitur; & habetur in numero 12. Apoſtolorum, Matth. 10. 3. Familiarem eum fuiſſe Chriſto, ex Joh. 6, 5. & 12, 22. colligitur, cui ſententiæ præſens quoque textus haud parum adſtipulatur. Poſt aſcenſionem Chriſti ad cælos cum reliquis manſit Apoſtolis & diſcipulis, donum Spiritus ſancti expectans deſuper Act. 1, 13. Plura de ipſo ſacra pagina non refert. Quæ de officio, prædicatione, rebus geſtis, morte

Philippi Apoſtoli hiſtoria.

Cent. 1. hiſtor. Eccleſ. lib. 2. c. 30. Epit; hiſt. Eccleſ. pag. 17.

te deniq; illius commemorantur, videantur apud D. Luc. Oſiand
Nos ut quorundam deſiderio abundè faciamus ſatis, huc adſcribimus, quæ de Philippo D. Pappus annotavit; ea verò ſic habent: Poſt Andream Philippus commemoratur: quem in Scythiâ prædicâſſe annos 20, & tandem peragratâ minori Aſiâ, cùm ubiq; Ebioneorum falſam doctrinam confutaret, cruci demum ſuffixum, in ipsâq; cruce lapidibus obrutum, & Hierapoli ſepultum eſſe unà cum duabus filiabus, Euſebius l. 3. c, 31. tradit;

Alii Philippum in Scythiâ novem tantum annos docuiſſe tradunt: indeq; ad gentes Oceano junctas veniſſe, eaſq; ad fidem in Chriſtum adduxiſſe. Et rurſus alii, reverſum ipſum ex Scythiâ Hieroſolymam, ibi mortuum eſſe. Diſtinguenda autem eſt hujus Philippi Apoſtoli hiſtoria, de quo Act. 6. 8. & 21. quædam ſunt expoſita. Hæc ille; & hæc nos de Philippo

Jacobi minoris hiſtoria.

Jacobum quod attinet, ſciendum, intelligi hoc locô Jacobum, cognomentò Minorem dictum. Scriptura ſacra refert: 1. ipſum fuiſſe Alphœi & Mariæ Cleophæ filium, Matth. 10, 3, 2. Apoſtolis connumeratum. Ib. 3, Domini fratrem dictum, eò quod eſſet conſobrinus ejus, de matre Cleophæ, ſorore matris Domini, Gal. 1, 19. uti commentatur Hieronymus ſupra dictum locum.

De epiſtola Jacobi,

Quod autem φανερωσιν illam, cujus 1. Cor, 15. 7. Paulus meminit, ſpectat, eam plerìq; ad Jacobum majorem referre maluerunt. Fuiſſe ipſum Eccleſiæ Hieroſolymatanæ Epiſcopum, ἀδέσποτον eſt, & verò fundamentò deſtituitur. Ad hunc Iacobum Paulus poſt converſionem ſuam eſt profectus, Gal. 1, 19. Act. 21, 18. cui etiam Petrus mirandam ſui ex carcere liberationem nunciari voluit. Act. 15, 13. & ſeq. Iacobo huic adſignatur à quibuſdam epiſtola illa, quæ inter Apoſtolicas legitur. Sed multa extant veterum ac recentiorum teſtimonia, quæ inter ſcripta ἀντιλεγόμενα ἀπόκρυφα vulgo dicta, eam referunt. Iterum adſcribo ex D. Pappi epitome brevem Iacobi hiſtoriam: Iacobus Alphæi filius. Marci. 15. cap. non minor, ſed μικρὸς id eſt, parvus nominatur. Idemq; cognomentum habuit fratris Domini, & Iuſti, & Obliæ, i. e. Muri, & Nazaræi. Huic petrus è carcere per Angelum liberatus, nunciari jubet ſuam liberationem, Actor. 12. Idemq; Iacobus in Concilio Apoſtolorum Act. 15. concionem habuit ad reliquos fratres & probatâ ex Amos Propheta vocatione gentium. decrecretum una cum reliquis Apoſtolis condidit, dè abrogatione

pag. 19.

cere-

ceremoniarum legis Moſaicæ, & de juſtitia & ſalute æterna, p e ſolam gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, fide conſequenda. Poſteà verò cum poſtremò Paulus Hieroſolymam veniſſet. Act. 21. autor ei Jacobus fuit, ut propter Judæos offenſos, Nazaræorum ritu ſe purificaret in templo: cui conſilio Paulus obtemperavit, omnium videlicet ſe ſervum faciens, ut plures lucrifaceret, & *Iu*dæis factus tanquam Iudæus. 1. Corinth. 9. Cum autem 30. annos Eccleſiam Hieroſolymitanam Iacobus rexiſſet, tandem à furioſis Iudæis de pinna templi, ſive ſuggeſtu, ut alii tradunt, dejectus, & fullonis fuſte trucidatus eſt. Fuit autem ea *I*acobi hujus, apud Iudæos quoq; exiſtimatio; ut *I*oſephus, deſolationem urbis & templi contigiſſe ſcribat, ultionis gratiâ, propter Iacobum juſtum quòd illum Iudæi, cum juſtiſſimus eſſet, occidiſſent. Et hactenus ille. Confer D. Oſiand. cent. 1: lib. 2. c. 15. & 33.

His ita præmiſſis jam rectà ad textus Evangelici enarrationem acceſſum faciemus, in conſueta primum τεχνολογίᾳ eundem contemplaturi. Continet enim ille,

I. Perturbationi diſcipulorum à Chriſto oppoſitam conſolationem;
II. Thomæ de via ad vitam æternam ſciſcitationem;
III. Philippi de vera Patris cœleſtis cognitione interrogationem.

PARS I.

HAbita eſt hæc concio poſt Agni Paſchalis comeſtionem, & Cœnæ ſacræ inſtitutioné, quam exceperat perſpicua paſſionis mortis Chriſti commemoratio. Quia verò inde diſcipulos turbari animadvertebat Dominus, παραμυθητικῶν hanc, erigendorum illorum causâ ſubjunxit orationem: cujus notetur

1. Propoſitio; &
2. Confirmatio.

I. Propoſitio eſt: Ne turbetur cor veſtrum: h. e. nolite conſternari & animò dejici, propreradverſa.quæ & mihi & vobis eventura pronunciavi; multo minus concidat vobis animus, ob abitum meum, quem brevi ſubſecutum modo innuebam. Græcum ταράσσειν, propriè ſignificat aquam commovere, ut cum quis limum excitando turbidas efficit aquas. Metaphoricè & impropriè eſt turbare, perturbare, terrere ἔμφασις eſt in phraſi, ne turbetur cor

at ne perpetuis ejuſdem vinculis teneatur. Potentiam vero Chriſti inde colligi, quod verum ſe Deum eſſe dicat, in quem non minus quam in ipſum patrem credere, h. e. ſpem & fiduciam ſuam collocare debeant, ac proinde impoſſibile eſſe, ut a morte penitus abſorbeatur D. Pelargus ad diſcipulos erigendos argumentum referens: Fides, inquit, divinitatis meæ inſtar clypei ſcutiq; vobis ſit, ne nimium trepidetis: quia omnipotens Ego eripiam vos è periculis: Deus ipſe mortem ſuperabo, nec moriar; niſi carne paſſibili: nec diſcedam a vobis niſi carne viſibili, Quæſt. in Joh. f. 154.

Controverſia oritur hoc locô Grammatica, de vocabulo πιστεύετε utrum in Indicativo, an Imperativo modo illud ponatur & exponatur? Nos ſalvô aliorum judiciò accedimus ad D. Lucæ Oſiandri ſententiam, qui rectius per Imperativum reddi ſtatuit: credite in Deum & in me credite. Vult autem Chriſtus dicere: Confidite Deo patri & mihi Filio ejus unigenito, tum veſtræ res ſalvæ erunt. Conſervabimus enim vos fideliſſimè, ne ullam animæ jacturam faciatis, etiamſi ſexcentis malis objiciamini. Et huic ſententiæ ſubſcribit noſtri ſeculi Theologus oculatiſſimus, D. Paulus Tarnovius, comment. in Joh. pag. 966. ubi abſurditatis alteram ſententiam hunc in modum arguit:

Firmiter in Deum credens, non turbetur animô, ſed in Chriſtum credat: Vos Apoſtoli firmiter in Deum creditis:

Ergo non turbemini animô, ſed in Chriſtum credite.

Hic inquit, præterquam quod adſumitur tanquam factum, quod erat faciendum, ſtatuitur, poſſe quenquam in Deum credere, qui non credat in Chriſtum, quod eſt falſiſsimum.

2. *A ſumma abitus ſui utilitate vel fructuoſitate.* Fructus autem abitûs, h. e. paſſionis, mortis; reſurrectionis & aſcenſionis atq; adeo univerſi meriti Chriſti conſtituitur hoc loco quatruplex

Fructus abitus Chriſti quatruplex

I. *Vitæ æternæ reperatio.* Huc faciunt verba: in domo Patris mei manſiones multæ ſunt; quod ſi ſecus eſſet, dixiſſem vobis: vado paraturus (parare) vobis locum. Multum interpretes deſudant, in textus hujus genuino ſenſu eruendo. D. Oſiander putat, opponi hæc verba conſolationis locô Apoſtolis, de ejectione in exlium & perſecutione ſua nimium ſollicitis: q. d. etiamſi vos doctrinæ cœleſtis hoſtes è tuguriolis veſtris ejiciant, vel è mundo etiam planè exterminent; tamen Pater meus cœleſtis, & Ego curabimus, ut alicubi manere queatis. Tremellius ita diſtinguit textum, ut verba proficiſco r vel abeo paraturus vobis locum ad verſ, 3. referat, & quaſi novæ orationis initium conſtituat. In

margine ita commentatur: Niſi ita eſſet, ut dico, nempè niſi mo Patris mei, non uni mihi, ſed etiam vobis pateret locus lem hac vos vanâ ſpe deludere: ſed ingenuè id vobis dixiſſem rectius, meô judiciô, ſentire videtur D. Hunnius, qui ad v ternæ promeritum, ſoli Chriſto competens, hæc verba acco dat. Et habet ὁμόψηφον D. Pelargum, qui ſic interpretatu *parata jam ſunt electis māſiones ante jacta mundi fundamenta, confirmat Chriſtus ipſe, Matth. 25. 34. ait tamen, proficiſci ſe, ad dum, h. e. paſſione & morte ſuâ promeriturum nobis vita cæleſt dia.* Cæterùm tota hæc oratio eſt allegorica, ex meta continuatis contexta:

Comment. in Johan. p. 611. & 612.

Quæſt. in Johan. f. 135. b.

Domus patris cœleſtis.

1. Per *domum Patris*, ad quam CHRISTUS per paſſion mortem ſuam contendebat, intelligit cœlum, quod eſt reg gloriæ & æternæ beatitudinis; unô verbô, regnum cœleſte, ante conſtitutionem mundi piis ac fidelibus decretum q ac deſtinatum erat, à Chriſto verò parandum vel compara erat obedientiâ tam activâ, quam paſſivâ.

Μοναὶ, manſiones.

2, Per *μονὰς (ἀπὸ τοῦ μένειν*, à manendo dictas) intelligi Eccleſiæ militantis domicilium; uti Iovianius; nec locum tibus, ſine Baptiſmo decedentibus, deputatum, uti Pelagius tendebat; non diſtincta quædam cœli habitacula, aut certi eiis diviſa palatia: ſed māſiones illas gloriæ, uti B. Ambroſi minat, in quibus cum capite ſuo Chriſto fidelium membr per futura ſunt. Manſiones autem iſtæ opponuntur n quæ in his terris incolimus, tuguriolis ſive hoſpitiis, cu mundo ſuô tempore tranſituris. Hebr. 13, 14. Job. 4, 19. 2. C Pſal. 39, 13. Phil. 3, 20.

Manſiones multæ.

3. *Multa* dicuntur *manſiones*, non propter meritorum d tatem; ſed vel ob capacitatem, vel ob gloriæ diverſitatem 15. 41. vel deniq; ob felicitatis cœleſtis perpetuitatem.

II *Æterna in manſionibus iſtis habitatio.* Vado parar e(ἑτοι locum vobis: Oſtendit nimirum his verbis præparationem abſolutam & ſimplicem, ſed reſpectivam, diſcipulis ſive c tibus, quibus abitu ſuô ingreſſum paravit in illud gloriæ c regnum: manente ſuper incredulos ira Dei Joh. 3, 36. *Locus*, lud obiter addā, hîc pro ſubjecta materia ſignificat metap *bona cœleſtia*, quæ Chriſtus diligentibus ſe præparavit: quæ ſibus obvia non ſunt, ideo Spiritus S. in iiſdem deſcribentis κατάβασις ad captum noſtrûm condeſcendit. II

Locus Joh. 14. quid notet.

III. Credentium in reditu Chriſti adſumtio & introductio. Etſi (ἐάν pro ὅταν, vel ἐπειδάν, quando, cùm) *abiero.* (ad tempus) & paravero ita vobis locum in cœlis, ut virtute paſſionis meæ liceat vobis aliquando ingredi in cœleſtem illam gloriam: (tamen) πάλιν ἔρχομαι, *iterum venio,* (in die noviſſimo viſibiliter) *& adſumam vos* (παραλήψομαι) *ad meipſum.* Quibus verbis clariſſimè ſuum confirmat è cœlis reditum, in extremo die formâ viſibili futurum, teſtibus Act. 1, 11. Angelis. Adſumit interim etiam credentes in ipsâ morte, verum κτ̀ μέρος, ratione animæ ſaltem, Luc. 16, 22. at tunc demum corpora quoque vitæ reſtituta, & cum animabus ſuis conjuncta, in cœleſtē gloriam adſumet, σύμμορφα ea redditurus corpori ſuo glorioſo, Phil. 3, 20.

IV. Communis felicitatis participatio: ut ubi ſum Ego, & vos ſitis. His verbis promittit diſcipulis συμμετοχὴν & conſortium ad æternæ lætitiæ perfruitionem, cum ipſo Chriſto capeſſendam; quam promiſſionem repetit, cap. 12. 26. & 17, 24. Monet hoc loco D. Hunnius p. m. verba hæc non indefinitè accipienda, ut ubicunque ſit Chriſtus, ibidem etiam ſint Apoſtoli & credentes futuri: aliàs enim ſequeretur, eos etiam eſſe in Perſonâ τȣ̃ λόγȣ, & ad dextram Dei, contra Hebr. 1, 13. ſed definitè; & reſtringenda eſſe ad vitam æternam, in qua Sancti non modò cum Chriſto, ſed etiam cum tota Trinitate futuri ſunt Confer D. Tarn. in Joh. p. 1006.

3. Tertium argumentum conſolationis, ut & dehortationis petitur *à via vel ſequendi facilitate: Et quò Ego vado ſcitis, & viam ſtitis.* Grammaticam vocabulorum ἔμφασιν premens D. Tarnovius. ὅπȣ, inquit, propriè accipitur de loco, impropriè de ὅπȣ.
gloriâ cœleſti, in quam per paſſionem ingreſſurus erat Chriſtus. Verbum ὑπάγει ſtrictè ſignificat ſubjectionem, quâ quis oneri, ὑπάγειν
tanquam jugo, ſe ſubjicit, & ſub eodem procedit; latè idem denotat, quod ire, proficiſci. Eadem eſt ratio vocis ὁδȣ̃, quæ propriè ὁδὸς.
viam, translatè paſſionem ac mortem, per quam Chriſtus perrexerit, tanquam medium, in gloriam ſuam ſignificat. Luc. 24, 26. Pſalm. 110, 7. Phil. 2. 8. 9. *Deniq;* τὸ εἰδέναι. propriè eſt oculis videre εἰδέναι.
metaphoricè animó cognoſcere, ſcire, intelligere. Et ita viam diſcipuli ſciebant, nimirum ex Chriſti prædicationibus. Matth. 16, 21, & 17. 22. & 20. 18. 19. Iturus autem erat Chriſtus ad regnum

gnum ſuum cœleſte: non ut ibi ſolus regnet; ſed ut ſuis d
lis, brevi ſecuturis, viam præmonſtret. Viam verò iſtam
c onibus ſuis, niſi ſurdis planè auribus eas audiverint, ipſi
gnitam eſſe non poſſe, Se enim mundi totius Salvatore
agnoviſſe, & didiciſſe, quòd omnibus in ſe credentibus pa
greſſus ad æternæ beatitudinis habitacula q.d. cum via ad
æternam vobis per me dudum ſit monſtrata. & meum di
æquò animò perferre, & ſi quid adverſi in hiſce terris vobis
rit, forti, magnò ac imperterritò animò ſubſiſtere debeti
quippe tùm de me, quod non ſim periturus, tùm de vobi
meò beneficiò ſalutem æternam ſitis conſecuti. Hæc n
ta conſolationum, quæ unò hoc ſyllogiſmo comprehendu

Quicunq; verè in Deum Patrem, & Filium ejus unigenitum Chriſtum credunt; eumq; hoſtibus omnibus potentiorem ſcunt; paratam inſuper in cœlo habent manſionem; certe dem poſſeſſionem à Chriſto redituro introducendi & adſ ſocietatem quoque cum ipſo communem, ut in hac vita cr in vita æternâ gloriæ ac lucis expectant, quò deniq; perv ſit Chriſtus exactè norunt, quin viam ſalutis æternæ adip tenent; illos neq; Chriſtô abitum parante, neq; calamitat cellis ingruentibus triſtari aut animo turbari convenit.

Atqui vos Apoſtoli mei, verè in Deum Patrem, & Filium ejus nitum Jeſum Chriſtum creditis eumq; hoſtibus omnibus orem agnoſcitis; paratam in cœlo manſionem habetis; cer juſdem poſſeſſionem à me redituro introducẽdi & adſumen etatem mecum communem, ut in hac vita crucis, ita in vita gloriæ ac lucis expectatis; quo deniq; Ego perventur exactè nôſtis, quin viam ſalutis æternæ adipiſcendæ tenet

Ergò vos neq; abitum me parante, neq; calamitatum procel imminentibus, triſtari aut animò turbari convenit.

Poriſmata & Theoremata Theologi primæ partis.

Triſtitiæ non indulgendum.

I. Triſtitiæ & mœrori indulgendum non eſt; ſed conſ nibus, ex verbo Dei petitis, animus adverſus quoſvis adv tum inſultûs probè muniendus & obfirmandus. Sir. 30, 2. 21. Prov. 12, 25. & 15. 13. & 17, 22. Eccl. 5, 15, 16, 17. & 11, 10. Pſal. Theſſ. 4, 18. & 5, 11. Pſal. 94, 19. 2. Cor. 4. 8. 9. Rom. 15, 4. Pſal. 11

II

II. Turbatio in ſcripturis datur triplex: 1. *Laudabilis*, cùm homo de peccatis admiſſis turbatur & dolet, & cum vera pœnitentia coincidit. 2. Cor. 7, 10. Pſal. 6, 3. 4. Jer. 31, 14. 23. 2. *Culpabilis*, cùm rerum terrenarum amiſſione homo perturbatur. Matth. 19, 22. 3. *Tolerabilis*, cum homo terretur metu mortis, periculi, calamitatis. Oritur hæc ex carnis noſtræ fideiq; imbecillitate, verbò Dei corrigenda; hæc poſtrema eſt hujus loci propria. Gen. 12. 11. & 26, 7, & 31, 31. & 32, 6. & 43, 18. Exod. 14, 10. Num. 14, 9. 1. Sam. 16; 2. 1. Reg. 19, 2. Matth. 8. 25. Luc. 2, 9. Joh. 3, 2. & 7, 13. & 20, 19. Matth. 10, 28. Turbatio triplex.

III. Confidamus & nos Deo Patri, & ejus ὁμοουσίῳ Filio Jeſu Chriſto, ſic nullæ nobis adverſitates nocebunt. Matth. 21, 21. Jac. 1, 6. 1. Pet. 5. 9. Ier. 39, 18 Johan. 4, 47, Rom. 4. 20. 22. & 9, 33. & 10, 11. Dan, 6, 23. Matth. 8, 13. & 15, 28. & 17, 20. Marc. 9, 23. Luc. 1, 45. & 18, 42. Act. 3, 16. Fiducia in Deum.

IV. Fides enim eſt optimum remedium, adverſus omnes animi perturbationes, dubitationem & ſcandalum. Pſal. 27, 13. Eſa: 7, 9. & 28, 16. Iet. 5, 3. Sir. 2, 14. 18. Act. 8, 37. Geneſ. 15, 6. Hebr. 2, 4. Ioh. 4, 50. 1. Ioh. 3, 4. 5. Fidei vis.

V. Credendum autem in Deum Patrem, Filium incarnatum, & Spiritum ſanctum, à Patre Filioque procedentem. Gen. 18. 2. Numer. 5, 24. 25. 26. Epheſ. 4, 61. . Ioh. 5. 7. Fidei objectum.

VI. Fides in Chriſtum dubitationem excludit Pontificiam. Ioh. 3, 36. 1. Ioh. 5, 10. Rom. 14, 24. Tit. 1, 15. 1. Tim. 2, 8. Dubitatio Pontificia evertitur.

VII. Fiducia enim cordis firma nulla prorſus eſt inſolentia, ſed vera potiùs humilitas. Sir. 33, 3. Ioh. 3, 33. Rom. 4, 20. Pſal. 51, 12, 1. Cor. 15. 9.

IIX. Etſi verò ſancti quandoque leguntur dubitâſſe de modo auxilii Dei in adflictionibus: non tamen hæc ipſorum dicta ad noſtram ſalutem ſunt accommodanda; neque à ſalutis certitudine nos avertant miſerabiles eorum lamentationes: ſunt enim verba carnis, peccati adhuc reliquiis infectæ, in quibus Spiritus tandem ſuperior evadit. 2. Sam. 15. 25. 26. Ion. 3, 7. 8. Ioel. 2, 12. 13. 14. Iob. 3, 1, & 19, 25. Pſalm. 31, 23. & 42, 6. Ion. 2, 8. Hebr. 13, 9. Eſa. 55, 3. Dubitationes ſanctorum quales.

IX. Spes vitæ æternæ in eo nobis confirmatur, quòd manſionem jamdudum, ab ipsà æternitate, paratæ dicuntur. Matth. 25, 34, Sap. 2, 23. 2. Cor. 5, 1. Eſ. 64, 4. 1. Cor. 2, 9. Vitæ æternæ ſpes certa.

Digitized by Google

X, *De* vita æterna multa ad modum hujus ſeculi dicuntur. Mat 8,11.Luc.22,29,30.Eſa.65,13.14. Rom.14,17.

Vita æternâ. XI. Sedem itaq; hoc loco propriam habet articulus de vitâ æternâ,in quâ exſpectat nos Pater ceu filios, exſpectat nos Filius ceu fratres,exſpectat nos Spiritus ſanctus ceu cliéte s; omnis curia nos exſpectat,uti *Bernhardus* loquitur. Dan. 12,2. Sap. 5,1.16. Tob.2,18.Matth.25,34.joh.10,27.Sir.28.12.2.Cor.5,1.Phil.3.20.

XII. In hac vita hoſpites ſumus & peregrini Gen.47,9. 1. Par. 30. 15.Pſal.39,14.& 119,19 Hebr.11,13,& 13.14.2.Pet.2,11.

Exulantium ſolatium. XIII. Exulantes in his terris,hoſpitium & manſionem habebunt in cœlis.Matth.5,10.12. Luc.6,20. Matth.19,29, & 24.13. 2. Cor. 4, 17.

Sedes beatorum. *X*IV. Sedes beatorum eſt certum aliquod τὸ notatione enim locali deſignatur, ita tamen, ut in lata & generali ſignificatione tantum accipitur Joh. 12, 26.& 17. 24.2. Cor. 5. 1. 1. Pet.1. 4. vide *D*. Gerhard. Tom.9. L.C. pag.786.

Cœlum nō eſt locus Phyſicus. XV. Neque tamen cœlum eſt locus Phyſicus, vel locale quidpiam; ac proinde inepti ſunt *C*alviniani cum ſectatoribus ſuis,corporales ſibi in cœlo manſiones & q. diſtincta domicilia ſomniantes,iu quibus localiter ſit habitandum,incedendum,ſedendum,ſtandum,&c, VideD.Tarnov.Cōm.inJoh.d.989.&ſeqq.

XVI. Beati æternâ *felicitate* fruentur in cœlo, licet qualis ea ſit deſcribi nequeat.1.Cor.2,7.Pſalm.16,11.& 27, 13. Eſa. 15.8. & 35,10.& 65,13.14. & ſeqq. Johan. 16, 20.22.

Vitæ æternæ gradus. XVII. Multæ manſiones tùm regni cœleſtis capacitatem, tùm diverſos gloriæ gradûs innuunt.Dan 12,3.1.Cor.15,42.Matth 19,28.Luc.22,30.Matth.25.21.Vide D.Gerh.Tom.9. p.952.UbiCalvinianorum quorundam timidam negationem refellit,qui nullos fore in vita æterna gradus adſerere nōn dubitârunt.

Fructus abitus Chriſti. XIIX. Monemur de fructu paſſionis,mortis ac reſurrectionis Chriſti,qui eſt parare nobis manſionem.Rom.5,2.& 8. 23. Tit.2. 13.Matth.25,6. Apocal.19,7.8.Hebr.12,22.

Mors non pertimeſcenda. XIX. Mors itaq; metuenda piis non eſt; per illam ad cœleſtes habitationes ingrediuntur.Sir.41,5. Prov.14, 22. Joh. 5,24. Apoc.14,13.

XX. Cœleſtis regni, per peccatum amiſſi, recuperatio ſoli Chriſto eſt transſcribenda. Rom.6, 22. Eph.2,5.1.Johan. 4,9. & 5, 11.Johan. 3,16.

XXI. Falſum eſt dogma Pontificiorum, ſtatuentium , anima-

mas plorum ante Chriſti adventum ac mortem defunctorum, fuiſſe in limbo, neſcio quo & quorum patrum, unde Chriſti ad inferos deſcenſu fuerint liberatæ. Eccl. 12, 7. Luc. 23. 43. Gen. 5, 24. Hebr. 11, 5. Sir. 44, 16. 2. Reg. 2, 11. Luc. 16, 23. Vide D. Tarnov. Comm. in Johan. p. 995. & ſeqq. Limbus patrum nullus.

XXII. *P*iis enim etiam ante *C*hriſti paſſionem, mortem & reſurrectionem patuit aditus in cœlum, per dicta, quæ jam protulimus. Apoc. 13, 8.

XXIII. Nulla autem eſt contradictio; in domo *P*atris mei manſiones multæ ſunt; & vado vobis parare locum. Sunt enim piis paratæ *prædeſtinando*, parantur à Chriſto *patiendo*, *moriendo*, *reſurgendo*, *vocando*, *convertendo*, verbum Evangelii prædicari curando. Vide eundem D. Tarnov. p. 994.

XXIV. Abitus interim Chriſti, præſentiam illius promiſſam nullô modô tollit. Matth. 18, 20. & 20, 20 Abitus Chriſti ejus præſentiam non tollit

XXV. Quemadmodum nec localis vel loci notatio, loco ſtatim *Phy*ſico *C*hriſtum includit.

XXVI. Unde falſum deprehenditur dogma *C*alviniſticum, de illocali Deo non fas eſſe loqui, per adverbia loci. Eſai. 26, 21. Oſe. 5, 15.

XXVII. Contrarius ſibi Chriſtus non eſſe, neq; quando hoc loco dicit, ſe iturum, ut nobis paret locum: neq; quando Matthæi 28, 20. perpetuam ſui præſentiam nobis pollicetur: diſtinguendum enim eſt inter præſentiam naturalem, ſive localem & perſonalem: reſpectu hujus nunquam & nuſquam abeſt; licet reſpectu illius abſit ab iis locis, in quibus non eſt ſecundum humanitatem localiter & viſibiliter Præſentia naturalis & perſonalis diſtincta.

XXIIX. Divinitatis Chriſti quadrupliciter primâ hac parte probatur; Chriſti Divinitas probatur.

1. *Ex fidei objecto*, quòd in ipſum credere jubeamur. Firmiſſimum autem pro Deitate Chriſti adſtruenda à fide ſive fiducia noſtra in ipſum deſumi argumentum, operosè ſatis probat D. Tarnov. d. l. pag. 984. & ſeqq. contra Photinianos illud negantes, ubi, ſi voles, lege.

2. *Ex* ὁμωνυμίᾳ quòd credentes in Chriſtum in ipſum Deum credere vere dicantur

3. *Ex effectu*, quòd manſiones in cœlis nobis paret; &

4. *Fideles ad ſeſe recipiendi poteſtatem habeat.*

Sſ 2 PARS

PARS II.

DIxerat Chriſtus de abitu ac reditu ſuo, quin & de ſua
ſtate, verbis tamen aliquantò obſcurioribus, ut diſc
ad inteterrogandum provocaret, & occaſionem adipiſceret
omnem dilucidiùs explicandi. Hinc oritur colloquium
Apoſtolum Thomam & Dominum Jeſum, de viâ in cœlum
tum. Ubi notetur.

I. Thomæ objectio, conſtans

1. *ἀρνήσεως ſimplici inficiatione:* Domine neſcimus quò vad
2. *ἐρωτήσεως, interrogatione,* quæ adjunctam habet impoſſ
tis cauſam; quomodo poſſumus viam ſcire, ſc. qua
quam nobis monſtrâſti, nunquam nos docuiſti?.

Videtur quodammodò Thomas Magiſtro ſuo apertè cont
re, eumq; mendacii arguere. Dixerat Chriſtus, & locum
iturus, & viam, quâ iturus eſſet, Apoſtolis non eſſe incog
Thomas contrà & ſuô & reliquorum diſcipulorum nomi
tendit, neſcire ſeſe viam, idque probare nititur hoc modô:

Qui neſcit metam, neſcit viam:
Nos ignoramus metam:

Ergò etiam viam. Verùm contradictio hæc ſecundum
dam eſt tantùm apparens. Sciebant viam *ἐν θέσει*; neſcie
ὑποθέσει: Sciebant notitiâ inchoatâ & confuſâ; neſciebant
tiâ perfectâ & diſtinctâ. Thomæ itaque hæc interpellatio e
cta, vel à nimio timore; vel à deſiderio vehementi; vel
ſpiritus & carnis; vel à ruditate & oblivione quadam.
novins dubium ita explicat: Accommodatus ad verum
Comm. in Joh. p. 1008 numque ſenſum eſſe ſtatuimus, ſi dicamus, Apoſtolos
corporali, & de via vulgari propriè ita dicta, intellexiſſe: C
verò impropriè locutum eſſe de gloriâ ſua, ad quam per
nem & mortem, tanquam per viam erat intraturus, Luc. 2
proinde ſibi invicem non contradicere, quod neque de
affirmant & negant, & alter propriè, alter modificatè loc

II. Chriſti reſponſio, eò directâ, ut Thomæ objectionem
refellat. Probat enim ſcire diſcipulos & viam ſeu ter
ad quem, quâ eatur & quò ipſe vadat. Eſt autem reſponſio

1. Ὁριστική viam; quæ & qualis illa ſit, definiens: Ego ſum Via, & Veritas, & Vita. Viam intellige, per quam itur ad cœlum: Veritatem, quæ neminem fallit, nec penes ſe falli ſinit: Vitam, h. e. per metonymiam cauſæ, vitæ æternæ autorem & datorem. Vel uti B. Auguſtinus exponit; *Eſt via quâ itur; veritas per quam itur; vita ad quam pervenitur.* D. Lucas Oſiander ita παραφράζει: Ego (ratione meriti mei) ſum via ad æternam ſalutem· quia quiſquis in me crediderit, hic viæ, quæ in cœlum ducit, inſiſtit. Ego ſum veritas, h. e. veriſſimus & fideliſſimus Doctor, qui neminem fallo: Ego ſum vita, h. e. autor vitæ æternæ: quiſquis enim mihi confiſus fuerit, non peribit, ſed habebit remiſſionem peccatorum, pacem conſcientiæ, (quæ eſt bona pars veræ vitæ) & reſuſcitatus à mortuis perpetuò mecum vivet. Nervosè iterum Auguſtinus: *Ambulare vis? Ego ſum via. Falli non vis? Ego ſum veritas. Mori non vis? Ego ſum vita.* Chriſtus via, veritas, & vita. Tract. 22. in Joh.

2. Ἐξηγητική, ἢ ἐπιδηλωτική, declarans id, quod de via dixerat: de eâ enim potiſſimum quæſiverat Thomas. Non autem ſimpliciter ſe viam eſſe dicit, ſed ex adverſo etiam affirmat, nemini ad Patrem dari acceſſum, niſi per ſe. Qui enim viam in cœlum quærit aliam, is per devia aberrans, non in cœlum, ſed ad inferos ibit. Vis illationis eſt talis:

Per quem ſolum omnes veniunt ad Patrem, is eſt ſolus vera vita æterna via:
Per me ſolum omnes veniunt ad Patrem:
Ergò Egò ſolus ſum vera vita æternæ via.

Ita ſimul reſpondet ad alteram ζητήματος partem; quò Chriſtus vadat; nimirum ad Patrem, cujus cognitionem, in qua ſumma ſalutis eſt poſita, ſolus Chriſtus nobis revelat.

3. Ἀποδεικτική, quâ ſuam cum Patre ὁμουσίαν demonſtrat. Tantam enim ſui & Patris inſinuat unitatem, ut unô, h. e. ſe Chriſtô cognitô, alter etiam, nimirum Pater cognoſcatur. Relatorum enim mutua & reciproca eſt notitia. Confer D. Hunn. Comm. in Joh. p. 617.

Illuſtratur προκαταλήψει, quâ tacitæ objectioni reſpondet. Inſtare enim poterat Thomas: At nos non novimus Patrem? Chriſtus itaque inſtantiam præveniens contrarium docet: hoc uſus argumentô:

Qui noverunt Filium, illi noverunt Patrem:

V. Sientia divinarum rerum in hac vitâ eſt imperfecta, memoria etiam admodum imbecillis & labilis. 1. Cor. 13, 12. Scientia imperfecta

VI. De vera & unica ad patrem & vitam æternam via *Ieſu* Chriſto. *Ioh* 1, 29. Act. 4, 12, Gen. 28, 12. Eph. 3, 12. *Ioh.* 1, 51. Chriſtus eſt via & quomodo.

VII. Eſt autem Chriſtus via 1. *promerendo*, ſive meritô ſuô, ejus enim ſolius meritis, non propriis ſalvamur: 2. *docendo*, ſive doctrinâ ſuâ, quia docet nos ſcientiam ſalutis, Luc. 1, 77. 3. *ducendo*, ſuô ſc. exemplô, quia monſtravit nobis, quomodo vivendum ſit ἐν ἀγάπῃ *Ioh.* 13, 15. Vid. D. Tarn. falſas Maldonati cauſas refellentem in Joh. p. 1011, & 1 11.

IIX. Si ſolus Chriſtus eſt via ad cœlum, fallax itaque fuit viſio Leonis, quâ duæ ipſi ſcalæ oſtenſæ ſunt, una rubra Chriſtum, altera candida Mariam in ſummo cacumine exhibens, ita ut per candidam feliciter in cœlum aſcendere Monachi, qui aſcenſuri de rubra præcipitati fuerant, ô blaſphemiam! Ita diabol. eſt Dei ſimia Viſio Leonis fallax, de Maria.

IX. Errant Pontificii, viam in coelum quærentes, per ἐντάλματα ἀνθρώπων hoc eſt, traditiones, miſſas, peregrinationes, ſanctorum invocationes, flagellationes, χαμευνίας, regulas Dominici, Auguſtini, Benedicti, Franciſci, &c. Matth. 15, 9 & 13. Ier. 2, 13. Eſa, 55, 8. Col. 2, 23. Eſa. 58, 3. 4. 5. *Iohan.* 4, 21. Luc. 17. 21 Matth. 24, 23. 1. Timoth. 4, 1. 2. 3. 1. Corinth. 8, 8. Coloſſ. 2. 16. Hebræor. 13, 9. Error Papiſtorum de traditionibus.

X. His enim & id genus aliis obſervationibus *P*apiſticis non Deus, ſed diabolus, autor horum cultuum, colitur; nec excuſat traditiones iſtas bona mentis intentio, multiplex latio, & carnis maceratio non neceſſaria. Deut. 32, 16. 17. *I*erem. 32, 35. Ezech. 20. 25, Eſa. 59, 4. 5. 6. & 55. 2 Exod. 32. 8. *I*udic. 8. 27. Papiſtæ diabolum colunt.

XI. Errant etiam, quotquot non per ſolum Chriſtum, ſed & per opera legis viam in coelum affectant:

XII. Lex enim non poteſt hominem ſalvare: promittit quidem vitam, ſed ſub conditione perfectæ obedientiæ, quæ homini in hac vitâ impoſſibilis eſt. Lev. 18, 5. Rom. 10. 5. Deut. 27, 27. *I*acob. 2, 10. *I*ohan. 7. 19. Matth. 5, 20. Sap. 7. 26. 27. Galat. 3. 21. Exod. 31, 18. Ezech. 36, 26. Act. 7. 73. Rom. 8. 7. Act. 15, 10. Rom. 8, 3, 7. Hebr. 7, 18. Galat. 3. 11. Rom. 3. 28. Lex non ſalvat.

XIII. Qui verò in Chriſtum credit, nec aberrabit *à* coelo, nec ſeducetur, nec in æternam mortem ruet. Marc. 16, 16. *I*oh. 3. 16. 17. & 8. 51.

XIV. Chri-

Chriſtus eſt veritas & quomodo.

XIV. *Chriſtus* eſt veritas, ſolus itaq; audiendus
ctor infallibilis. Tit. 1, 2. Hebr. 6, 18. *Pſal.* 33. 4. Johan. 17,
3. 4. 2. Tim. *2, 13.*

XV. Eſt autem Chriſtus veritas *complendo*, vel in
tarum co mplemento: *2. promittendo*, in promiſſorum
mento, 2, Cor. 1, 20. 3. *donando* in veræ libertatis dono
8, 36, Gal. 5, 1.

Promiſſionum certitudo.

XVI. Certi inde, de promiſſionum divinarum
veritate certitudine. Num. *23.* 19. Mal. 3, 6. Tit. *3. 2. Deut.*
Cor. 10, *13.* 1. Ioh. 1, 9. Eſa. 25. *1, 1.* Sam. 3, 19. Eſ, *3*4. 16, Ioſ.
23. 14. 15. Rom. 3, 4. Eſa. 28, 7. *Pſalm.* 146. 7. Eph. 3. 20.

Error Photiniano rum de Dei promiſſionibus.

XVII. Errant *Photiniani*, contendentes, promiſ
V. T. tantum fuiſſe corporales. Act. 10. 43. & 15. *11.*

XIIX. Chriſtus eſt vita, tùm ratione *eſſentiæ*; t
one *efficientiæ* *1.* Ioh. *5*, 11. Joh, *10*, 15. Vide in feſt. Ioh. Eva

Chriſtus eſt vita.

XIX. Ipſe enim dat nobis vitam 1. *naturæ*, Act.
gratiæ, nos regenerando & ſanctificando, Jacob. 1, 18. 1.
3. 1. Johan. 5, *1. 1.* Cor. 15, 22. Joh. *3*, 5. 3. *gloriæ*, nos gloriſ
Ioh. 10. 28. 1. Ioh. 5, 11. 12.

Calvin. error de verbo Sum pro ſignifico.

XX. Errant Calviniani, adſerentes in hac propo
Ego ſum via, veritas & vita: Subſtantivum Sum poni *συ*
ſive ſignificativè. Chriſtus enim non ſignificat viam, ſed e

XXI. Cognitio CHRISTI ſuos habet in hac vita
& profectûs.

XXII. Qui Chriſtum agnoſcit, Deum agnoſcit;
ſtum adorat, Deum adorat: divina enim & humana na
parari non poſſunt.

Notitia nulla extra Chriſtum.

XXIII. Extra Chriſtum nulla eſt vera Dei notitia, ſi
ad eſſentiam, ſive quoad voluntatem. Vide feſt. Matthiæ

XXIV. Errant Judæi, Turcæ & alii, Deum ſine
colere præſumentes 1. Joh. *2, 22.* 23. Eph. *1, 6.* & *3, 12.* Act

XXV. Chriſti iterum divinitas probatur ex eo; q
ſe viam ad ſalutem & vitam ipſam dicit. Vide feſt. Ioh.

Sancti demortui non honorandi divinô cultu.

XXVI. Concidit unicô hoc dictô (nemo venit ad
niſi per me) omnis ſanctorum demortuorum invocat
terceſſio, veneratio, cum univerſo, quòd falſò à Pontiſ
ctatur, eorum merito. 1. Tim. 2, *5.* Rom. 5, 2. 9. 10. & 8.
3, 12. 1. Ioh. 2, *2.* Matth. 11, 28.

XXVII.

XXVII. Falſò etiam à Calvinianis ſalus æterna adſcribitur gentilibus honeſtis, quia ipſi Chriſtum non agnoverunt, nec per fidem in ipſum ad Patrem venerunt. Joh, 3, 16. 17. 36. Marc. 16, 16. Calvin. error de ſalute gentilium

XXIIX. Chriſtus diſcipulorum ſtupiditatem ferens, tum ſuæ nos dilectionis commonere, tùm exemplum manſuetudinis ad imitationem proponere nobis voluit, ut ſimili lenitate infirmos toleremus. Vide Feriâ 2. & 3. Paſch. Infirmi ſunt ferendi.

PARS III.

Colloquium cum Apoſtolo Thoma excipit alterum illud inter Chriſtum & Philippum Apoſtolum habitum; cujus obſervetur.

1. *Occaſio*, orta ex verbis Chriſti proximè præcedentibus, ſed ſiniſtrè, vel non ſatis intellictis. Quæ enim de interna fidei notitia erant propoſita, ea de externâ viſione interpretantur diſcipuli, divina ex humanis æſtimantes.

2. *Philippi interrogatio ſive petitio*, inepta admodum & modò quodam abſurda: Domine oſtende nobis Patrem & ſufficit nobis. Imperitè petit oſtendi ſibi, & digitis quaſi monſtrari Patrem cœleſtem, ut oculis externis intueri eundem liceat. Patet inde, verba Chriſti Philippum non eſſe aſſecutum, id quod turpis ignorantiæ eſt indicium. Senſus vero (interprete D. Tarnovio) eſt: Te jam ſatis novimus; unum deeſt noſtræ notitiæ, ut quemadmodum te videmus atque cognoſcimus, ita etiam Patrem videamus. Quare rogamus, oſtende nobis Patrem, & tum ſufficit nobis, ſive ſufficiens erit notitia noſtra. D. Oſiander ita: videndum nobis ſiſte æternum Patrem (tuum & noſtrum) cœleſtem: ea re facies nobis officium omnium gratiſſimum & ſaluberrimum. In Johan. 970.

3. *Chriſti reſponſio*, quæ conſtat.

Προοιμίῳ ἐπιτιμητικῷ, *præfatione reprehenſoria*, quâ Jeſus redarguit diſcipuli Philippi (in ejuſdem verò perſona omnium in univerſum diſcipulorum) ſtupiditatem & ἄγνοιαν inexcuſabilem, quòd tam diu in Schola Meſſiæ verſatus, nondum huc uſque profecerit, ut Deum Patrem non externis corporis, ſed internis fidei oculis, & quidem in Filio imagine ſua, videndum eſſe didicerit. *Increpatio* figurata interrogatione ita habet: tantò tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſti me? q. d. Debebatis me noviſſe, & tu & reli-

Tt qui

qui diſcipuli. Ratio : quia aliquot jam annos vobiſcum co
tus ſum familiarius, docens & inſtruens vos fideliſſimè, & ſtu
miraculis divinam meam potentiam demonſtrans.

Quæritur hoc locô: cur Chriſtus non dicat, tantô tem p
biſcum ſum, & non cognoviſti Patrem; (cujus viſionem Ph
ſibi dari expetierat,) ſed, non cognoviſti me? Reſp. Appoſitè
dum ita locutus eſt, (1.) ut oſtenderet petitionem Philippi
inversô procedere: Ex viſibili enim factô ſecundum carnem
operibusq; ejuſdem divinis, Patris inviſibilis naturam co
re potuiſſet. (2.) ut â corporalibus ad ſpiritualia diſcipulos
ret, ideoq; pro viſionis voce cognoſcendi vocabulô uſus eſt.

2. Προτάσει ἐπιδεικτικῇ ἢ παιδευτικῇ, *propoſitione inf*
riâ: Philippe, qui videt me, videt Patrem. Addatur ſubſum
cum diſcipulis reliquis tantô tempore, h.e. benè longô tem
(Filium Dei) vidiſti: Ergo vidiſtis etiam Patrem; & per con
pudere te debebat ignorantiæ, ac inde promanantis quæſtic
ſtende nobis patrem; quaſi verò non jam ab eo tempore, qu
cuti eſtis, patrem videritis, quoties me conſpexiſtis.

3. Κατασκευῇ ἀποδεικτικῇ, *confirmatione demonſtrat*
verò geminam habet Propoſitionis rationem; quarum deſu

1. *Ab eſſentiæ divinæ unitate*; cujus ea eſt ratio, vel po
Patris & Filii ὁμουσία arcta inter patrem Filiumque conjunctio, ut nemo videre c
lium, niſi ſimul patrem videat. Diſtinctæ quidem ſunt p
ſed unum ſunt τῇ ὀυσίᾳ, Argumentum concludit ita:

Qui ejuſdem ſunt eſſentiæ, horum unô viſô; videtur etiam alt
ad eſſentiam.

Pater & Filius ſunt ejuſdem eſſentiæ.

Ergò eorum unô viſô, videtur etiam alter. Minor habe
10. figuratâ interrogatione, incredulitatisque ſimul increp
complectens. Non credis, quòd Ego in patre ſum, & pater i
q.d. ſi hoc nondum fide apprehendiſti, parùm feliciter in m
nus Scholâ es verſatus. Porrò verba hæc, eſſe in patre, & eſſe
(ſimiles & æquipollentes locutiones habentur Joh. 1,18. & 1
10. 15,7. Joh. 20. & 17,21. 1. Jo. 10,30. & 16,15. & 17,10.) nihil no
quâ ταυτότητα τῆς ὀυσίας: nullô enim modô de ὁμοιουσίᾳ, ſed
divinitatis, non de ſingularitate Perſonæ, ſed identitate ſu
intelligenda ſunt. Atque ita ſimul cauſam exponit Chri
ſine Filio pater cognoſci nequeat. Quemadmodum enim

eſſentiæ dividi non poſſunt; ita neque ratione notitiæ ab invicem ſeparari queunt. Confer D. Gerhard. Tom. 1. L. C. pag. 343.

2. *A doctrinæ & miraculorum identitate*, verſ. 10. & 11: Utrumque enim ad patrem æquè atq; ad ſe refert; oſtendens, ea quæ Filius loquitur, loqui & patrem. Verbum enim quod ipſe propoſuit, non eſt ipſius Chriſti ſolùm verbum, ut humanitùs excogitatum; ſed eſt patris cœleſtis verbum. Eadem eſt ratio miraculorum & operum: quia pater & Filius ſunt unum, non tantum voluntate, ſed eſſentiâ. Amplificatur argumentum, hoc

1. Ἀνακαινώσει, *propoſitionis & argumenti principalis repetitione.*

2. Προτροπῇ, *adhoratione* fideli, de fide adſertioni huic adhibenda, deque veritate dictorum ex operibus iiſdem addiſcendâ: q. d. Si propter externam Perſonæ meæ humilitatem incredibile vobis videtur, opera certè mea tantum ponderis habere debebant, ut ſermonibus meis crederetis, quibus adſero, me cum patre unum eſſe verum Deum. *Quorum enim opera ſunt eadem, eorum etiam eſſentia eſt eadem.*

3. Ἐπεκδιηγήσει, *operum quorundam ſpeciali commemoratione*; quæ tum Divinitatem Chriſti, tum ejusdem cum patre ὁμουσίαν perſpicuè probant. Opera autem iſta ſunt:

Opera ὁμουσίαν Patris & Filii probantia.

I. Miraculorum patratio, verſ. 12. Ubi obſervationem meretur.

1. *Chriſti juramentum*, corroborandæ fidei inſerviens:

2. *Subjectum*; omnis in Chriſtum credens;

3. *Effectum*; quòd eadem ſit facturus opera, aut etiam operibus Chriſti majora; quam promiſſionem in Apoſtolis potiſſimum eſſe impletam Actuum Apoſtolicorum liber ὀφθαλμοφανερῶς probat. Non quòd opera divinæ naturæ propriâ virtute ſuâ effecturi ſint, qualia ſunt creatio, redemtio, & alia hominibus ἀμίμητα opera: ſed quæ in miniſterio ſuis reliquit Salvator. At diſtinguunt inter ſtatum exinanitionis & exaltationis, & promiſiſſe Chriſtum majora opera per Apoſtolos edenda in ſtatu Exaltationis ſuæ, quoad confirmationem prædicationis Evangelicæ. Ea verò majora dicuntur, non ratione potentiæ & facultatis, ſed partim ſpecie; partim varietate, numero & multitudine; partim uſu & fructu; partim locò & regionibus.

Opera Apoſtolorum majora quomodo.

Vide D. Tarnov. p. 1025. & 1026. D. Hunn. p. 622.

4. *Meritum*, vel cauſa promerens hujus beneficii; quia Ego vado ad patrem; h. e. per paſsionem meam ingrediar in cœleſtem glo-

riam,ſedebo ad dextram patris mei,mittam vobis Spiritum ſ
qui admiranda ſua dona in vos effundet, hæc & alia per vos
turus.

Exaudire preces Deo proprium.

II. Precum exauditio, quæ & ipſa opus eſt ſoli Deo prop
Notentur.

1. *Respetendæ*,(materia) omnia,quibus egemus;

2. *Modus petendi* legitimus,(forma) in nomine Chri
autem invocatio(Pelargò interprete)fit in nomine Chriſti,qu
ficiſcitur, non ex operum aut meriti, ſed ex vera fiducia in M
torem: quæ cœleſtia inprimis & ſpiritualia quærit bona citra
rationem: corporalia autem ὡς προσθήκην, aut velut addit
rum,(Matth.6.)cum conditione voluntatis diuinæ,& ſalutis
impetrare ſtudet. Hoc enim eſt in nomine *Ieſu* rogare: ve
lutem implorare: quemadmodum ille exaudit ſuos non ad
tatem,ſed ad ſalutem. Hæc ille.

In Johan.f. 161.a.

In nomine Chriſti petere quid.

3. *Exauditio ipſa*.(effectus.)

4. *Finis* vel potius conſequens exauditionis;glorifica
tris in Filio; ἵνα enim ἐκβατικῶς potius, quam τελικῶς ſignif

ἵνα ἐκβατικῶν

4. *Συμπεράσματι ἀναφορικῷ,concluſione iteratoriâ*,
petit ſuam de precum exauditione promiſsionem,non utiqu
sè,ſed ad dignitatē & certitudinem rei,qua de loquitur,deſig

Poriſmata & Theoremata Theologi

tertiæ partis.

I. Omnes boni homines Deum cognoſcere cupiunt.
33,18: *Pſalm*. 42,3. Job. 19,27.

Notitia Dei.

II. Ad ſalutem plurimum intereſt veram tenere Dei
am. Sap.15,3. *Ierem*.9.23. Ioh.17,3.

Ariani refelluntur.

III, Validè ex hoc textu refelluntur Ariani, æternar
ſti patrique ὁμοούσιον Divinitatem negantes. *Pſal*.2,7. *Ioh*. 1,1.
& 5,23.& 10,30.1. *Iohan* 2,23. Heb.1,3. Mich.5,2. *Ier*.23.6.

Sabellius refutatur.

IV. Sabellius quoq; inde refutatur, quòd Chriſtus
trem ita quidē indiſſolubiliter conjungat, ut tamen ſimul P
rum diſcrimen manifeſtū ponat. Vnde falſum fuit ipſius ſor
de una tantū in Divinitate perſona, quæ reſpectu diverſorum
orum & operum, modò pater, modò Filius, modò Spiritus
dicatur. 1. *Ioh*. 5,7. Matth.3,17.& 28,19. *Ioh*.5,22.& 14,13,
23,26.

V. Si voluntatem Patris ſcire velimus Chriſtum audiamus oportet. Matth. 17, 5. Deut. 18, 18: 19. Patris voluntas in Filio patet.

VI. Viſio Dei in Scripturis datur triplex, 1. *ſimplex*, quæ in homines mortales in hac vita non cadit. Joh. 1, 18. 1. Timoth. 6, 16 Exod. 33, 19. 2. *comprehenſiva*, quæ fit à poſteriori, h. e. effectis ac operibus Dei Act. 17, 27. 3. *ſpiritualis*. Viſio Dei triplex.

VII. Petitio Philippi, licet Cyrillo videatur laudabilis, tùm quòd viſionem Patris rebus omnibus anteponeret, tùm quòd gloriæ Chriſti ita conſultum putaret, culpabilis tamen magis eſt, quàm laudabilis: deſiderare enim quicquam ad beatitudinem, præter id, quòd Deus ad eandem ordinavit, eſt contra verbum Dei. Deut. 4, 2. & 12, 32: & viſio iſta corporalis jam ante denegata erat aliis. Exod. 33, 20. Joh. 1, 18. quod ignorare Philippum non oportuit. Chriſti verò gloriam modò prohibit ô tueri non licet. Rom. 10, 2.

IIX. Divinitas Chriſti iterum probatur; 1. *Ex eo*, quòd non ut reliquæ creaturæ extra Patris οὐσίαν eſt, ſed in Patre, h. e. intra ipſius eſſentiam, non creatus, ſed ab æterno genitus, quemadmodum viciſſim Pater ab æterno eſt in Filio. 2. *Ex eo* quod ſuum verbum Patris eſſe verbum; & 3. *ſua opera* eſſe Patris opera dicit, h. e. divina: 4. *Ex eo* quòd preces ſe exaudire adſerit. Chriſti Divinitas probatur.

IX. In Trinitate non eſt ἄλλο καὶ ἄλλο, ſed ἄλλος καὶ ἄλλος: expreſsè enim ponitur diſtinctio perſonarum Patris & Filii.

X. Errant Photiniani, negantes unam perſonam eſſe in alia. Photinianorum error de Perſonis.

XI. Errant nihil minus Tritheitæ, Deos juxta numerum perſonarum temerè multiplicantes: Pater enim & Filius unum ſunt eſſentiâ; & opera ad extra ſunt indiviſa. Tritheitæ.

XII. Mentitur Immanuel à Vega cum quibuſdam aliis Pontificiis affirmans, non niſi admiſsâ traditione Trinitatem ſtare, nec poſſe ex ſolis Scripturis ſacris eandem probari. Vid. D. Gerh. Exeg. p. 929. Diſtinctio enim Perſonarum hoc locô eſt ſatis manifeſta. Trinitas ſtat ſine tradit one

XIII. Interim firmum etiam ex eodem loco argumentum deſumitur, pro ὁμουσίᾳ Chriſti adſerenda, quod contra negantem Oſtorodum Photinianum eſt obſervandum Tarnov. in Joh. p. 1015. & ſeqq. Chriſti ὁμουσία.

XIV. Graviter hallucinatur Calvinus, Chriſtum non diſputare

Calvinus Arianizans.

ſputare contendens, de unitate ſubſtantiæ, ſed de conſenſu, quem cum Patre habeat: quicquid ſcil. geritur à Chriſto, Patris virtute confirmatum iri. Quid eſt ἀρειανίζειν ſi hoc non eſt?

Miracula Chriſti quid probent.

XV. Miracula Chriſti probè ſunt conſideranda: *1.* ex iis elucet *Patris bonitas*; 2. inde *Chriſti* pateſcit *divinitas*; 3. ſimulq́; probatur *doctrinæ puritas* ac veritas, Joh. 1,14. & 2,*11*. Luc. 9,*43*. & *18*, 43. Joh. 10,25.*37*. & 20,*31*. Act. *2*, *22*. Luc. 24, 19.

XVI. Omnia Chriſti miracula fuère εὐεργετικὰ beneficia mera.

Miracula quatenus doctrinam confirment.

XVII. Miracula confirmant docentis doctrinam, quatenus ea non pugnat cum antiqua doctrina, quæ miraculis jampridem confirmata eſt.

XIIX. Ita multis ac magnis miraculis Apoſtolorum doctrina eſt confirmata; & reſpicit promiſſio Chriſti tempus primitivæ Eccleſiæ, & eos ſolùm, qui donô miraculorum præ cæteris inſtructi fuerunt. Marc. *16*, *17*. Pſalm. 68, *19*. Epheſ. 4, 9. Actor. 2. 43. & *5*, 12. 15. *16*.

Miraculorum duratio.

XIX. Neque opus eſt, ut omnes in Chriſtum credentes miracula edant. Joh. *10*, 41. & 20, *31*. Donum enim miraculorum in Eccleſia duravit, donec Evangelii doctrina confirmaretur.

Miracula Papiſtica.

XX. Miracula verò *Pontificiorum* eſſe Antichriſtiana, h. e. diabolica & falſa, demonſtrat Kromayerus de miraculis diſput. th. 200. & ſeqq. 2. Theſſ. *2*, *9*.

Photinian. error de miraculis Chriſti.

XXI. Falſum eſt commentum *Photinianorum*, ex miraculis, quæ Chriſtus ipſe fecit, & eorundem faciendorum poteſtatem aliis conceſſit, divinitatem Chriſti probari poſſe negantium Eſai. 35, 5. Matth. *11*, *5*. Act. *3*, 6. *16*. & 4, 10. & 9, 34. & 16, *18*. Tarnov. in Joh. 487. & 1023.

Opera Chriſti duplicia.

XXII. Opera Chriſti alia ſunt majeſtatis, alia officii.

Fidei requiſita.

XXIII. De fidei ſalvificæ natura, ad cujus σύστασιν requiritur. 1. *notitia*, verſ. 9. & 10. 2. *Aſſenſus*, verſ. *11*. 3. *Fiducia* verſ. *12*: 4. *Objectum proprium* Chriſtus, ſeu ſpecialis promiſſio de remiſſione peccatorum propter Chriſtum accipienda. Geneſ. *3*, 15. & *12*. *8*. Gal. *3*, *13*. Pſalm. 40, 8. Eſa. *53*, 11. Luc. *24*, *22*. & ſeqq. Johan. 5, 39. & *17*, 3. & *20*, 31. Act. 4, 12. & 10. *43*. Rom. *10*, 4. *1*. Cor. *1*, 30.

Error Bellarm. de objecto fidei.

XXIV. Errat Bellarminus, lib. *1*. de juſtif. cap. *8*. contendens, fidei objectum eſſe omnia, quæ in verbo Dei revelata ſunt. Nam *1*. diſtinguere debebat inter *objectum fidei proprium & adæquatum*

cum, Tarnov. in Johan. 350. & 974. 2. Diſtinguenda, non opponenda; aut ab invicem excludenda ſciat diverſa fidei ſalvificæ exercitia, quorum reſpectu objectum adæquatum variare poteſt.

XXV. De vi & efficacia fidei agitur verſ 12, Johan. 1, 12. Act. 13, 39. Rom. 10, 11. Matth. 9, 22. & 15. 28. & 17, 20. & 21, 21. Marc. 9, 23. Act. 3, 16. & 14, 9. 1. Joh. 5, 4. 5. Fidei vis.

XXVI. Promiſſiones excitent in nobis orandi ſtudium. Exod. 21. 27. Pſal. 50, 15. & 91, 15. & 81, 8. Matth. 7, 7. & 18, 19. Luc. 18, 1. Joh. 15. 7. & 16, 23.

XXVII. De precum vi & efficacia. Exod. 3, 7. 9. & 6, 6. & 17, 11. & 32, 14. Numer. 11, 2. & 12, 13. & 14, 19. 20. Pſalm. 10, 17. & 18, 7. & 22, 25. & 30. 3. & 34, 5, 6. 7. & 65, 3. Eſa. 65. 24. Matth. 18, 19. Joſ. 10, 17. Precum vis

XXIIX. Si id, quod non expedit, petitur, non in Chriſti nomine petitur. Joh. 16. 23. 1, Johan. 5, 14.

XXIX. Sæpè non exaudimur, *vel* quia adhuc in peccatis hærentes petimus; *vel* quia νοθεσίαν & μαστίγωσιν aliquam meruimus; *vel* quia indignitatem noſtram non ſatis agnoſcimus; *vel* quia non perſeveranter petimus; *vel* quia mala & malè petimus; *vel* quia bonum, quod petimus, aliud majus bonum impedit. 1. Sam. 8, 18 Prov. 1, 24 28. & 28, 9. Eſa. 1, 15. Jer. 11; 11. 14. Mich. 2, 47. Zach. 7, 5. Job. 2, 7. 9, Eſai. 35, 13. Pſal. 66, 18. Joh. 9, 31. Luc. 18, 5. Jac. 1, 6. Exauditio interdum non ſequitur.

XXX. Requiritur itaque ad precum exauditionem, ut 1. *Petentes* ſint fideles & verè pii Marc. 9, 23. Pſ. 109, 7. Rom. 14, 23. Jac. 1, 6. 2. *Petantur* omnia in nomine & fiducia Chriſti, vide Domin. Rogationum: 3. *Bona ſint* quæ petimus, & ſpiritualia primùm Matth. 6, 23. Luc. 11, 13, Ezechiel. 33. 11. Johan. 3, 16. deinde corporalia cum conditione petantur. Geneſ. 17, 18. Exod. 33, 2. Samuel. 12, 22. & 15, 25. 26. Matth. 8, 2. 4. *Ad gloriam* Dei omnia referantur. 1. Cor. 10, 31. Col. 5, 17. Exauditionis precum requiſita.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

Evangelium hoc unâ ſui parte eſt παρηγορικὸν conſolatorium alterâ verò parte διδασκαλικὸν doctrinale. Vnde duæ emergunt tractationis partes. Audiemus enim I. Chri-

I. *Chriſtum diſcipulos, ex Magiſtri ſui diſceſſu futuro perturbatos, conſolatione dulciſſimâ erigentem;*

II. *Chriſtum cum Apoſtolis Thoma & Philippo ſuaviſſimum colloquium habentem.*

PARS I.

IN primæ partis διέξοδῳ notanda venit. *I. Occaſio*, ex antecedentibus petenda. Cum enim Servator poſt Agni *Paſchalis* comeſtionem, ſacræq; Cœnæ inſtitutionem diſcipulos monuiſſet de periculoſis admodum temporibus, quæ etiam gladios videbantur requirere; ſimulq; dixiſſe, ſe abiturum; nec non prædixiſſet ſcandalum, quod incurſuri eſſent omnes, unde facilè conjicere poterant, imminere ſibi ingens aliquod periculum; quam ſuſpicionem augebat expreſſa proditoris notatio, & inſolita *Chriſti* perturbatio; præcipuè verò inauditus antehac ſermo, quô ſeſe quidem abiturum, ipſos autem ſequi non poſſe adfirmaverat; hinc adeò fit, ut animis prorſus concidant, ſeparationem inſtare, ſeq; in periculo relictum iri putantes. Quod animadvertens *Salvator* optimis, conſolationem idoneam timori ac mœrori Apoſtolorum opponendam ratus, inquit: *Non turbetur cor veſtrum, ſc. pro morte mea* gl. ord. adnotat. *cernis quòd Deus ſum qui ſuſcitabo carnem.* Merito ſanè, Polygranus ait, perturbaverat Apoſtolos *Chriſti* Servatoris, in quo uno ſpem ſuam omnem collocatam habebant, cujus amore facultatibus ſuis, totiq; adeò mundo, jampridem nuncium remiſerant, tam triſtis & inſperatus receſſus. Quamobrem ut ſolent ſtrenui duces trepidos confirmare milites, his eos verbis jubet forti eſſe animô.

Part. 3. poſt pag. 211.

II. *Ipſa diſcipulorum conſolatio*, quinq; firmiſſimis rationum momentis munita. Harum deſumta eſt

Fidei natura.

I. *A neceſſario, propria* nim. *fidei natura & affectione* hoc ſenſu.

Fides eſt una copula.

1. *Fides vera eſt una copula*; quæ in *D*eum Filium æquè, atq; in Deum Patrem; διὰ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα dirigitur. *Unitas* autem *eſſentiæ perſonarum pluralitatem non tollit.*

2. *Vera fide credit à Deo ſe non deſert*, ſed ipſius ope atq; auxiliô ſuſtentatum iri. Vos de vera fide multùm gloriam: *Ergo* vos à Deo non deſertum; ſed ipſius ope atq; auxiliô ſuſtentatum iri credatis.

3. *Vera*

3. *Vera fides* non tantùm meis ſermonibus ac promiſſionibus, fallere quippe neſciis, *credit, ſed firmam quoq; fiduciam in me collocat.* Vos verà fide eſtis præditi: Ergò non meis tantùm verbis ac promiſſionibus credetis, ſed firmam quoque in me fiduciam collocabitis.

4. *Vera fides requirit plenam præceptorum meorum obedientiam.* Vos fidem in me habere dicitis: Ergò obedientiam præceptis meis præſtabitis: & per conſequens æquô animô etiam adverſa ſuſtinebitis, certò ſtatuentes, bonâ Dei voluntate evenire omnia, ſive bona, ſive mala. Auguſtinus ita interpretatur: *Conſequens eſt, ut ſi in Deum creditis, in me credere debeatis: quod non eſſet conſequens, ſi Chriſtus non eſſet Deus, Credite in Deum, & in eum credite, cui natura eſt, non rapina, eſſe æqualem Deo.* Theophylactus ita: *Dixit eis; ne turbetur cor veſtrum ut Deum ipſum eſſe credant, quandoquidem introſpiciebat corda ipſorum, & occultam perturbationem.* Fides obedientiam requirit.

II. *Ab utili, cæleſtis habitaculi præparatione:* in domo Patris mei manſiones multæ ſunt, &c. Quæ verba opponuntur mœrori, ex imminente Chriſti diſceſſu provenienti: ſeparationem iſtam non fore perpetuam; ſed qui nunc disjunguntur, in cœlo iterum conjunctum iri; nunquam poſtea ſegregandos: q. d. Conducit vobis me abire: niſi enim abirem, nullus vobis daretur in cœlo locus. De cœlo loquitur more humanô, domum vocans, quia habet contubernium familiæ Dei. Neque tamen ſomniare debemus nobis diviſionem cœli in diverſa habitacula: quia manſiones dicuntur, Cœlum domus dicitur. Manſiones in cœlo.

1. *Ob rerum omnium inibi futuram ſufficientiam;*
2. *Ob firmam permanentiam;*
3. *Ob diſtinctam beatorum in cælo gloriam*, invidiâ tamen omni carentem. Senſus itaque eſt: Nolite, ô mei, animum vel abjicere, vel demittere; in domo Patris mei multæ ſunt manſiones, quæ & me & vos capere poſſunt. Ego verò in eum ſolum finem abeo, paſſionem ac mortem ſubiturus, ut & vobis ingredi liceat: niſi enim præcedam, nunquam vobis dabitur aditus. Veritatem promiſſioni huic faciunt verba ſequentia: Si ſecus eſſet, dixiſſem vobis: h. e. Niſi res ita ſeſe haberet, & in cœlo non mihi ſolùm, ſed & vobis dari poſſet locus, nollem vos inani hac ſpe deludere. At verè ita res ſeſe habet: Ergò volo, ut mihi fidem habeatis. Credite mihi, vado paraturus vobis locum, meritò nim. & morte mea effecturus, ut vobis cœlum pateat. *Absq; Chriſto enim nemo hominum in cælum recipi poteſt.* Sine Chriſto in cœl[um]

nemo recipitur. Poſtill. part. 3. p. 213.

teſt. Polygranus in hunc modum παραφράζει. Non eſt, meus adfligat receſſus, quandoquidem mors mea cum Pa gratiam reſtituet, atque illô conciliatò, locus vobis paratus morte in cœlis, quem occupare nunquam poteritis, niſi veſtra ſalute ſanguis meus vobis aditum pateſecerit. Hæc ptor Pontificius, de alienis forſan meritis & ipſe deſperan

III. A jucundo, reditûs futuri pollicitatione. Si abiero, vobis paravero, πάλιν ἔρχομαι revertar, ſc. ad vos, perfunct meò, quod in eo cõſiſtit, ut parem vobis locum manentem Rediit autem poſt reſurrectionem etiam ſuam, quadragin lis dies converſatus: & redibit in extremo die, ultimum n mnibus finem impoſiturus. Gl. ordin. apparebo in judic ducam in manſiones, ut maneatis perfruẽndo.

IV. Ab utili alio, diſcipulorum ad ſeſe adſumtione, & manſiones introductione. Adſumſit autem illos.

1. *Spiritum S. donando & mittendo;*
2. *Fidem firmam largiendo;*
3. *Per mortem beatam animas eorum in cœlum transferen*
4. *Poſt reſurrectionem demum animas cum corporibus i gendo* & ad gaudia æterna introducendo. Hinc Polygra rum ſe venturum pollicetur, utique ad omnes nos & ſing erit emigrandum è corpore, & accepturum ſe nos ad ſeipſ ille eſt, & nos ſimus; h. e. ut in gaudium Domini noſtri Gl. ord. ex Auguſtino: *Abiit latendo, venit apparendo, ſed ma do, ut proficiamus benè vivendo;* & ſic paratur locus.

V. A facili, loci ac viæ cognitione. Non proficiſcor i bis viâ, aut in regiones prorſus incognitas; ſed quò Ego va nim. ad patrem; & viam ſcitis, quâ eò pervenire poſſitis, mirum: non itaque eſt, quod tantopere ob abitum vel meum triſtitiâ adficiamini. Dicuntur autem hæc de initi de notitia imperfecta atque inchoata. Theophylactus: *bat cogitationem eorum, quærentem diſcere quò vadat, dat eis rogandi, & dicit: quò vado ſcitis, & viam ſcitis: incitans eos rogationem.*

Uſus.

I. Informatorius.

DE ſalutari paſſionis ac mortis Chriſti fructu, qui hoc loc locô geminus: **Paſſionis Chriſti fructus.**

1. *Timoris ac perturbationis remotio.* Patre enim cœleſti Chriſti beneficiò placatò, peccatô expiatô, irâ Dei ſedatâ, legis maledicto ſublato, morte æternâ abolitâ, inferno deſtructo, diabolo devicto & contrito, nullus amplius timori locus eſt reliquus iis, qui Chriſto redemtori verà cordis fiduciâ adhærent. Rom. 5, 10. 11. 2. Cor. 5, 18. 19. Eph. 2. 16. Col. 1, 20. Heb. 2, 17. 1. Joh. 2, 2. Dan. 9, 24. Col. 1, 14. Zachar. 13, 1. Rom. 6, 10. & 8, 3. 1. Theſſ. 1, 10. Rom. 10, 3. Gal. 3, 13. 2. Tim. 1, 10. 1. Cor. 15. 55. 56. 57. Apoc. 21. 4. Oſe. 13, 14. Gen. 3, 15. Apoc. 5, 5. & 20, 14. Heb. 2, 14. Col. 2, 15. 2. Cor. 7, 5. Sap. 17, 12. 13. Rom. 8, 15. & 5, 1. Galat. 4, 6. Pſal. 3, 7. & 23, 4 & 27, 1. Eſa. 41, 13. & 43, 1. 2. Luc. 1, 74. & 2, 9. 1. Tim. 1, 7 1. Joh. 4, 18.

2. *Manſionum cœleſtium reparatio.* Rom. 6, 22. Ioh. 10. 10. 28. & 17, 2. Eph. 2, 5. 1. Ioh. 4, 9. & 5, 11. Luc. 23, 43. 2. Corinth. 5, 1. 2. Philip. 3, 20.

II. Conſolatorius.

Vera in cruce & adflictionibus conſolatio monſtratur, oriturque illa, **Conſolatio cruci opponenda.**

1. *Ex firma fidei perſuaſione.* Hab. 2. 4. Ioh. 3, 15. 16. 18. & 4, 50. & 5, 24. & 6, 47. & 11, 25. 26. Rom. 1, 16. & 10, 4. Eph. 1, 13. Matth. 21, 21. Actor. 16, 31. 1. Tim. 1, 22. & 6, 11. Heb. 11, 6. Ier. 5, 3. Sir. 1, 34. Matth. 15, 28. Roman. 5, 1. & 9, 33. & 10, 11. Marc. 9. 23. Luc. 7, 50. & 18, 42. Act. 3. 16. Eſa. 30, 15.

2. *Ex futura cœli inhabitatione.* Hebr. 13, 14. 1. Ioh. 3, 2. Phil 3, 20. Iſ. 27, 13. Sapient. 5. 16. Tob. 2, 18. Matth. 25, 34. Pſalm. 84, 1. & ſeqq. & 116, 9

3 *Ex reditûs Chriſti noſtræque adſumtionis promiſſione.* Ioh. 12, 26. & 17, 24. 1. Theſſ. 4, 17. 2. Cor 4, 17. Luc. 23, 43.

III. Monitorius.

1. De carnis humanæ adverſus crucem ac calamitates reluctatione. Matt. 16, 22. & 19, 22. & 26, 41. Luc. 23, 26. Pſ. 73, 14. Io. 21, 18. 21. **Caro cruci reluctatur.**

2. De Chriſto verâ fide apprehendendo: Eo enim adprehenſo cor noſtrum non conturbabitur, in extremo etiam vitæ articulo. Pſal. 27, 1 2. 1 Ioh. 5, 4.

Digitized by Google

2. Figmentum illud Pontificium de aureolis probari nullò modò poſſe:

1. *Ob fundamenti conditionem*, quod eſt doctrina de operibus ſupererogationis:

2. *Ob temerariam deciſionem*, quâ tàm præcisè & exactè determinare præſumunt, quæ martyribus, quæ virginibus, quæ Doctoribus expectanda ſit aureola, contra expreſſam Eſaiæ ac Pauli [illegible], Eſa. 64, 4 1. Cor. 2. 9. notatam. Vide D. Gerh. Tom. 9, L. C. 1017, & ſeqq.

3. Inſimulant Jovinianiſmi B. Lutherum, ſed non niſi per horrendam & tetram calumniam, quaſi gradûs ipſe gloriæ in vita æterna negaverit, eundemq; errorem Eccleſiarum Lutheranarum Doctores plurimi ſequantur. Arripuit inde Jeſucida Schererus anſam, B. Lutherum indignis modis flagellandi, & ad Orcum detrudendi haut ſecus ac ſi ipſe ab inferis reductus (quod ad Græcorum Calendas fututum auguramur) de Evangelio Jeſu Chriſti meritiſſimum virum flammis ibidé infernalibus uſtulari vidiſſet. Ita enim ſcribit: Ich halte es für gewiß / (ſecundum illud αὐτὸς ἔφα) daß er (Lutherus) nicht bey dem Jeremias im Himmel/ſondern bey den leidigen Lucifer im Abgrund der Hellen ſitze vnnd ſchwitze. Os mendax! Sed benè habet. Extra oleas vagatur Schererus, & cum larvis ſuis dimicat: h. e. Sophiſtam impium & Sycophantam peſſimum agit lebuſita, ſtatum controverſiæ legitimum malitiosè immutando. Quæ enim de juſtificatione, ſalute ac beatitudine Electorum dixit ac ſcripſit Lutherus, ea ad renovationem & bona opera, non niſi per calumniam ac crimen falſi manifeſtum, detorquet; quin potiùs, quæ de beatitudinis eſſentialis æqualitate adſeruit, ea ad præmiorum accidentalium, & bonorum acceſſoriorum inæqualitatem accommodat; quod non eſt candidi diſputatoris, ſed diabolici verborũ ac ſcriptorum depravatoris. Nihil itaq; ob [illegible] terminorum argumentum Eſauticum concludit. Et probè novit Schererus, quæ fuerit jam olim B. Lutheri, & quæ etiamdum noſtra ſit hac de quæſtione ſententia; nim. reſpectu gratiæ, juſtificationis & regenerationis omnes electos eſſe æquales, quia meritum Chriſti, quod fide ampleċtuntur, æqualiter ad omnes ſpectat: ſed reſpectu renovationis, doni per gratiam, bonorum operum, eſt inter ſanctos ipſos magna inæqualitas, inde beatitudo quidem eſſentialis erit æqualis; præmia verò accidentalia

Lutherus falsò Jovinianiſmi inſimulatur.

Poſtill. part. 2. p. 195. & ſeqq.

talia & bona acceſſoria erunt inæqualia. Hanc noſtram e
B. Luthero ſententiam tàm probè novit Schererus, ac dig
vit ſuos, teſtimonium hac in parte nobis perhibente ipsô B
nô, unde ſua depromit, ut videre eſt lib. 3. de juſtif. cap.
rim convitiis & Lutherum & nos immeritò proſcindere vo
bi habuit: ſed in convitiis legendis viri probi nullam vol
capiunt.

Calvin. de habitaculis cœli ſomnium.

II. Calvinianorum, de beatorum gaudiis & hab
cumprimis cœleſtibus τα ἐπίγεια φρονούντων. Cœlum en
niunt locum aliquem certum corporeum, ſupra omnes c
ſibiles conſtitutum, manſionibus ampliſſimis diſtinctum, in
localiter ſedeatur & ambuletur. Bulling. in Johan. h. l. D
reſponſ. ad Friſchl.. Nos libenter fatemur, cœlum beato
ſe certum aliquod τοῦ diſtinctum à τῷ τοῦ damnatorum:
cum autem corporeum eſſe definiendum, aut ſedes & m
corporeas illi adſcribendas eſſe negamus: quidditatem
qualitatem ejus in hac vitæ caligine nec penetrare, nec e
valemus. 1. Cor. 11, 4. Matth. 18, 10. 2. Pet. 3, 7. 10. 12. Pſ.
Apoc. 20, 11. & 21, 1. Quod autem beatorum cœlum de
per nomina domûs, manſionum, tabernaculi, civitatis, m
ticè ac myſticè eſt accipiendum; eſt enim domus ἀχειρ
2. Cor. 5. 1. Tantùm de priori parte.

PARS II.

IN poſterioris partis ἐξηγήσει continetur colloquium, per
σιν ſive digreſſionem quandam interjectum. Porrò col
ſtius duo ſunt præcipua membra; unum enim cum Apoſto
ma; alterum cum Philippo Chriſtus habuit.

I. Primum colloquium, ex viæ mentione ortum,
nobis.

1. *Thomam de via & loco ignorantiam ſuam profiten*
xerat Chriſtus ad diſcipulos quo abeam (h. e. locum) ſc
am ſcitis. Hæc verba Thomas non niſi de via corporal
gens, utrumq; negat, inquiens: Domine, neſcimus quô a
quomodo (unde) poſſumus ſcire viam? Ignorantes n
num vel locum à cujus cognitione viæ cognitio dependet
2. *Chriſtum à carnalibus cognitionibus ad ſpiritualia*

revocantem. Plura reſpondet Dominus, quàm interrogârat Thomas. A craſſis enim & terrenis cogitationibus animos diſcipulorum abducere volens, non ſolùm de via ac loco reſpondet, ſed addit inſuper, ſe veritatem eſſe & vitam. Reſpondet itaq; Thomæ Salvator.

I. Viam veram ad cœlum monſtrando: Ego inquiens, ipſe ſum via, veritas & vita. Tria ſibi elogia adſignat Chriſtus; Chriſtus via & quomodo.

1. *Quòd ſit via,* quâ videlicet itur ac pervenitur ad Patrem. Via autem eſt ac dicitur, tùm *reſpectu ſui*, quatenus ad Patrem iturus ſibimetipſi via eſt, viam ſibi propriâ autoritate, nemine monſtrante, conciliante, vel præeunte pandens: tùm *reſpectu noſtri,*

1. Doctrinâ & exemplo viam ignoratam docendo;

2. Morte ac meritô ſuô viā ob peccata nobis interclusam aperiendo.

3. A via peccatorum & perditionis nos abducendo;

4. In viam mandatorum divinorum & æternæ ſalutis nos deducendo;

5. Viam hoſtibus perſequentibus præcludendo;

6. Ex mundi hujus ergaſtulo in cœleſtes manſiones per mortem nos transferendo. Geneſ. 28, 15. Gen. 3, 24. Mich. 2, 13. Pſalm. 32, 8. Eſa. 30. 21. Matth. 7, 13. 14. Joh. 10, 7. 9. Pſalm. 16, 11. & 25, 4. & 35, 6. Matth. 2, 12.

2. *Quòd ſit veritas;* non tantùm *quatenus* veritas opponitur umbris & figuris V. Teſt. quas adventu ſuô Chriſtus abolevit; ſed vel maximè *quatenus* lucis ac facis inſtar viam ſalutis nobis, in tenebris & umbra mortis ſedentibus, monſtravit. Johan. 1, 9. 17. Veritas igitur eſt, Chriſtus veritas, & quomodo.

1. ὑποςατικῶς, *quoad naturam vel eſſentiam*, quô reſpectu eſt ipſa veritas.

2. ἐνεργητικῶς *quoad operationem & efficaciam*; quam exeruit,

1. Veritatem Evangelii è ſinu Patris proferendo: Joh. 1, 18. & 8, 31. 32. & 17, 17.

2. Promiſſiones factas exſolvendo: Pſ. 33. 4. 2. Cor. 1 20. quô reſpectu ſermo ejus nullam admittit vel exceptionem; vel dubitationem:

3. Mendacium damnando. Pſ. 5, 7. Matth. 5. 37. Ioh. 8, 44. Apoc. 3, 14.

3. *Quòd ſit vita*, tùm ratione *eſſentiæ*, quatenus eſt αὐτοζωὴ Iohan. 1, 4. tùm ratione *efficientiæ* quatenus eſt fons & author vitæ tàm naturalis, quàm ſpiritualis, *Ioh.* 11, 25. *Col.* 3, 4. 1. Ioh. 5. 20. Vita igitur eſt noſtra Chriſtus eſt vita, & quomodo.

1. Cre-

1. *Creando.* Gen.2,6.Job. 10,9.& ſeqq.

2. *Vitam conſervando & gubernando.*Job.10,10.12. Act.17.28.

3. *In peccatis mortuos vivificando.* Rom. 5,17. Eph. 2,5.

4. *A morte reſuſcitando.*Sap. 16,13. Joh. 11,25.

5. *Vitam æt. donando.*Joh. 10, 28.

Aliis hæc locutio eſt ἐνδιαδύς, ut ſit ſenſus: Ego ſum vera via vitæ ac ſalutis ſempiternæ. Quem ſenſum exprimere videtur D. Calixtus,in Concord. Evang. pag.420. ſic ſcribens:quòd ſit vita,tanquam poſſeſſio & terminus ad quem via prælucente veritate ducat. Item. non tantum via ſum,ſed dux quoque viæ per veritatem, quam doceo; quia unà cum Patre viæ quoque terminus ſum,& vita,quâ fruentur beati. Theophylactus: *Chriſtus oſtendens, quòd facile & non moleſtum ſit ſe ſequi,declarat & quò vadat & quæ ſit via. Nam vadit quidem ad Patrem: via autem ipſe eſt Chriſtus. Quia igitur monet: ego ſum via;per me omninò ad Patrem & vos adſcendetis. Non ſolùm autem via ſed & veritas,atq; ita meritò vos confiditis, quòd non decipiamini à me. Sed & vita ſum:unde etſi moriamini,non prohibebit vos mors quò minùs ad Patrem veniatis.* Gl. ord. *Via* (eſt) *ſine errore quærentibus: veritas ſine falſitate invenientibus: vita ſine morte permanentibus.* Sed reſpondet Salvator Thomæ ulteriùs.

II. Modum vel medium indicando: Nemo venit ad Patrem, niſi per me;h.e. niſi meæ doctrinæ adſentiatur, exemplum meum imitetur, & in me confidat. Ratio: quia ſolus eſt organum ſalutis noſtræ: per eum igitur ſolum pervenitur.

1. *Ad eſſentiæ voluntatisq; divinæ notitiam;*

2. *Ad Patris cœleſtis gratiam,*Rom. 3,25.1. Tim.2,5.1. Ioh. 2,2.

3. *Ad vitæ æternæ gloriam.* Act. 4,12.

III. Locum vel metam ſignificando, quam illi pridem diſtinctius noſſe debebant, modò Chriſtum ut viam, quemadmodum oportebat cognoviſſent: ſic ex via terminum, h. e. ex Chriſto Patrem cognoviſſent. Sed & hoc diſcipulos ignorare fatetur Thomas: Chriſtus ergò ita pergit: Si noſſetis me, patrem etiam meum ſciretis: At me noviſtis: Ergò & Patrem noviſtis. Subſumtio, quæ negari non poterat,omittitur. Noverant enim Chriſtum non tantum externa ſpecie, ſed uberiore quadam cognitione, quòd ſc. ſit Filius Dei & Meſſias, Ioh, 6,69. & 11, 27. Ex hac itaque ſui cognitione ad Patrem procedere debebant notitiam. *Pater enim cognoſcitur in Filio & per eum,*tanquam imaginem ſuam, quâ cognitâ, neceſſe eſt & eum, c

Pater in Filio; & per eũ cognoſcitur.

jus imago eſt, cognoſci. Gl. ordin. *quia dixerat, nullum venire ad patrem, niſi per ſe, qui eſt inſeparabiliter idem cum patre: ne quærerent, quis eſt pater? Oſtendit ex ſe noto, noſci patrem; quod nondum quidam cognoverant, quos arguit.* Vult ergò Dominus id verbis iſtis ſignificare: ſiquidem diſcipuli ipſius noviſſent Divinitatem, tum eos & patrem fuiſſe cognituros, cum ſi utriusque una ſubſtantia & æqualis majeſtas. Hoc unum colloquium. Polygr. p. 220.

II. *Alterum* cum Philippo habitum tria nobis inſinuat:

I. *Philippum patrem ſibi oſtendi petentem.* Is enim cum non niſi externam & carnalem viſionem cogitaret, eâque patrem nunquam ſibi viſum ſciret, non quidem audet Magiſtrum falſitatis arguere; Patrem tamen ſibi oſtendi poſtulat, & tum ſuo ſuorumque collegarum deſiderio factum eſſe ſatis: Vel ἀρκεῖ ἡμῖν, tum ad gaudium & beatitudinem, tum ad diſſolvendam Judæorum contradictionem. Theophylactus: *Oſtende illum nobis corporalibus oculis. Audiens enim Philippus, quòd & Propheta corporalibus oculis vidiſſent Deum, deſiderabat & ipſe illum videre corporaliter, ignorans, quòd illa contigerint Prophetis per (συγκατάβασιν) condeſcenſionem.*

II. *Chriſtum de patris viſione & notitia Philippum erudientem,* & quidem

1. *Ignorantiam illius craſſam admodum reprehendendo:* Tantò tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſti me? q. d. nôſſe debebas patrem, immò poteras, ſi me rectè noſſes. Polygranus addit: Videtur ſanè Dominus in Philippo non tàm reprehendere voluiſſe pium patris videndi deſiderium, quàm animi quendam errorem, quô putàrit Philippus, præſtantiorem Filiò eſſe patrem. Sed ſicut in Divinitate nulli ſunt gradûs; (non poteſt enim Deus eſſe, quicquid Deo minus eſt) ita fieri non poteſt, ut patre inferior ſit filius. pag. 222.

2. *Modũ videndi patrẽ exponendo.* Philippe, qui vidit me, vidit patrẽ: (Gl. ſpiritualibus oculis) q. d. vis videre patrem? Ecce oſtendo eum tibi. Intuere me, & videbis patrem, qui relucet in Filio, tanquam imagine. Theophyl. ita interpretatur. *Qui me cognovit, cognoſcit patrem. Nam cùm una ſit ſubſtantia, ſcientia quoq; una eſt.*

3. *Abſurditatem quæſtionis & ruditatem Philippi perſtringendo.* Et quomodo tu dicis, oſtende nobis patrem? q. d. rem admodum abſurdam proponis: perſiſte in his, quæ à me didiciſti, nec quære jam alium modum videndi patrem, niſi per me.

4. *Suam cum patre ὁμοουσίαν aperiendo.* Illam verò probat. ὁμοουσία Filii probatur.

I. Ab eſſentiæ vel naturæ unitate. Ego ſum in Patre, & Pater in me eſt: quæ verba bis ponuntur, ob rei certitudinem & evidentiam. Cavendus eſt autem hoc locô error Arii & Sabellii, quorum ille Filium ob id patre facit, quoad Divinitatem, inferiorem, ὁμοουσίαν ejus negando; hic verò patrem & Filium nominibus ſaltem, non reipsà differre ſtatuit, Perſonas utriuſque confundendo. Quò ipsò commentò Chriſto, qui eſt veritas, in os contradicitur. Neque enim Chriſti cognitio inferret neceſſariò cognitionem patris; nec qui videt Filium, videret patrem; nec propriè poſſet dici pater eſſe in Filio & contrà, niſi una numero foret utriuſque natura & eſſentia. Ex eo autem quòd pater & Filius expreſsè & diſtinctè nominantur, diverſitas Perſonarum intelligitur. Nemo enim ſibi ipſi pater eſt; nec quis rectè dicitur eſſe in ſemetipſo.

Arii & Sabellii error.

II. A doctrinæ æqualitate. Verba quæ loquor vobis; à meipſo non loquor. Chriſtus enim quâ Homo nihil fingebat proprium aut peculiare, quod non ipſi ſuppeditaret pater. Unde dicit, ſe non ſuam, ſed patris doctrinam ac voluntatem docere.

III. Ab operum ſive miraculorum communitate. De verbis enim & operibus idem eſt judicium. Ἐμφάσεως non caret, quòd dicit: Pater, qui in me manet. Hoc enim eſt Filii proprium in quarto modo. Soli enim illi competit & ſemper. In Prophetis Deus fuit, & eſt hodieque in ſanctis ſuis; verum ſeparabiliter: At in Chriſto manet pater inſeparabiliter & invariabiliter.

Pater in Filio eſt & manet inſeparabiliter.

5. *Fidem requirendo;* cujus infirmitate diſcipuli ad unum omnes laborabant. Bis itaq; fidem poſtulat:

1 Per interrogationem cum juſta quadam ἀγανακτήσεως conjunctam: non credis? q. d. debebas hoc vel maximè credere. v. 10.

2. Per imperandi modum, verſ. 11. credite mihi, &c.

III. Chriſtum ad conſolationem interruptam redeuntem. Quæ enim cum Thoma & *P*hilippo locutus fuit Dominus, παρεκβατικῶς inſerta fuère. Jam per ἐπάνοδον revertitur ad propoſitum, & telam conſolationum pertexere pergit. Solatur itaque porrò diſcipulos, vel ob Iudæ proditionem; vel ob *P*etri abnegationem; *I*oh. 13. 26. 38. vel ob futuram tentationem; Luc. *22*, 31. vel ob prædictam perſecutionem; Matth. *10*. 17, *23*. vel ob Domini ſui abitionem, h. e. mortem ac paſſionem, aliaque imminentia pericula perturbatos;

I. Abitûs ſui utilitate copioſâ: Amen, amen dico vobis, qui

credit

creditin me, opera quæ Ego facio, & ipſe faciet, &c. Quibus verbis promittit diſcipulis virtutem edendi miracula, qualitate operibus Chriſti ſimilia, quantitate, ſicubi opus fuerit, etiam illis majora; ſi ſc. majora ad Dei gloriam illuſtrandam, & ſalutem hominum procurandam neceſſaria fuerint. Matth. 17, 20. Luc. 17.6. Gloriæ enim exaltati Chriſti conveniebat, ut poſt adſcenſionem ejus majora ab ipſius fidelibus fierent, quàm ab ipſo humilitatem adhuc profeſſo facta fuerant. Dicendum igitur majora feciſſe Apoſtolos & reliquos Chriſti fideles

Miracula Apoſtolorum majora.

1. *Secundum ſe,* ſive ſecundum ipſam factorum rationem;

2. *Secundum circumſtantias & eventus.* Priori modò majus fuit, quòd umbra Petri ſanavit ægrôs; Act. 5, 15. quòd ſudaria & ſemicinctia Pauli malè habentes ſanitati reſtituerunt, quin ſpiritûs etiam immundos expulerunt. Act. 19, 12. qualia de Chriſto nuſpiam leguntur. Poſteriori modo majora fuerunt Apoſtolorum opera ac miracula.

1. *Numerô*; plura enim fecerunt;

2. *Divulgatione* & celebritate famæ: apud plures enim & pluries paſſim in toto terrarum orbe facta magis innotuerunt:

3. *Eventu* ſive efficaciâ. Chriſtus enim non niſi in Palæſtina factis miraculis paucos *Iudæos* lucrifecit: Apoſtoli totum mundum ad Chriſti fidem amplectendam compulerunt. Impleta eſt hæc promiſſio

1. *In Apoſtolis*;

2. *In reliquis Chriſti fidelibus*, quorum opera & fuerunt olim & hodieque ſunt, in Chriſtum credere, mundum, diabolum, ſeipſum vincere, Deum & proximum diligere, mortem non timere, &c. Hinc Theophyl. exclamat: *Vides quanta ſit virtus Unigeniti, ut etiam aliis dare poſſit, quòd faciant majora, quàm ipſe fecerit.*

Opera fidelium. Vide D. Hunn. in Joh. h. l.

Additur ratio: quia Ego ad patrem abeo, h. e. Ego hactenus in mundo præſens per meipſum miracula edidi: jam profectus ad patrem provinciam iſtam fidelibus meis demandabo, ut non tantum faciant, qualia ipſe feci, nempe quæ conveniebant humilitati & exinanitioni meæ, & intra certos quaſi limites ſeſe continebant; verû ut faciant etiam majora, è quibus univerſo mundo innoteſcat mea ad dextram patris elevati majeſtas & gloria. Inde tale formatur argumentum:

Qui majora & præſtantiora ab abſente viſibiliter accipient, quàm à præſente, illi non habent cauſam propter abitum ipſius triſtandi.
Vos Apoſtoli & diſcipuli mei à me abſente: viſibiliter majora & præſtantiora accipietis, quàm à præſente.
Ergò non habetis cauſam propter abitum meum triſtandi.

II. *Precum exauditione gratioſâ.* Quicquid petieritis in nomine meo, h.e. fiduciâ bonitatis, potentiæ & meriti mei, hoc faciam. Eandem promiſſionem per ἀναδίπλωσιν mox repetit, ut confirmet, quod aliàs hominum fidem ſuperare videbatur. Theophylactus: *Non dixit, quæcunque petieritis, obſecrabo patrem, & faciet, ſed Ego faciam; ſuam poteſtatem declarans, quòd non indigeat ſubintroductâ virtute.*

III. *Patris glorificatione fructuoſâ.* Gloria enim patris eſt Filii potentia, & per miracula Filii nomen Patris in univerſo orbe illuſtre factum eſt. Theophylactus: *Cùm apparet*, inquit, *Filium magna poſſe glorificatur & qui tantum Filium genuit.*

Uſus.

I. Informatorius.

Rationis cæcitas.

1. De rationis humanæ in divinis cæcitate, intellectûsque ſtupiditate. 1.Cor 2, 14. Matth.16, 17.

2. De modo perveniendi ad manſiones in cœlo nobis paratas. Is verò nullus eſt alius, niſi ut in Chriſtum credamus, qui eſt via, veritas & vita;

Chriſtus via, veritas & vita.

1. Reſpectu reſtaurationis:

2. Reſpectu operationis. Johan.10,9. Eph. 2,18. Heb.5,9.& 7,25. Joh. 1,4.17.& 5,21.26.& 11, 25. 1. Joh. 5,11.12.20. Col. 3, 4. Eſ.53,10. Gen.3, 21. Luc.23,43. Gen.28,12, Ioh. 1,51. Ioh. 6,63. & 8,12.31.44.46.51. & 17,17. Numer. 23,19. 1. Sam.15, 29. Ioh. 1,14.& 18.37.

3. De cavendis reliquis viis erraticis, eorum qui extra Chriſtum ad cœlum contendunt. Act. 4,12.& 10.43. Epheſ. 3, 12. Rom. 8,34. Eſa. 30,21. Ierem. 6,17. Matth. 11,28. 1. Cor. 3, 11.

Agnitio Dei in ſolo Chriſto.

4. De vera Dei agnitione in ſolo Chriſto quærenda & invenienda. Matth.11,27. 1. Ioh. 2,23. Ioh 10,30.

Divinitas Chriſti.

5. De Chriſti cum Patre ὁμουσίᾳ καὶ ὁμοδυναμίᾳ, unde Divinitas ejus luce meridianâ clarius probatur. Pſ.2,7. Col.1, 15. Hebr.1,3. Iohan.5,12,19.21.23.& 17,10. Vide diſp. præced.

II. Conſolatorius.

1. Ex

II. Conſolatorius.

1. *Ex Chriſti* ὁδηγία καὶ ζωοποιΐα. Eſt noſter Doctor, ad Patrem igitur ducet: eſt noſter Doctor, infallibilem itaq; veritatem docebit. Eſt vita noſtra, ergò ad æternam vitam nos reſuſcitabit. Vide ſupra.

2. *Exauditionis* ἐπαγγελία καὶ προθυμία. Pſalm. 10,*5*. & *37,4*. & 145,*19*. Vide *Domin.* Rogationum.

III. Monitorius.

1. Ut Chriſtum in vitæ hujus peregrinatione tanquam viam unicam ſequamur. Joh. *10*,27, & 21, 19. Luc. 9,23. *Cant 1, 3.*

2. Ut veritatem ex Verbo ipſius infallibili audiamus. Joh. *17,17*. *Pſalm.* 25,*5*.

3. Vt veræ veri Dei cognitioni ſtudeamus. Joh.17,3.

4. Vt verâ fide Chriſto adhæreamus. Joh. 8,*24*. Actor. *16*. *31*.& 20,*21*. Hebr.*11*,6. 1. Ioh.*3*. *23*. Gal.*3*,2*6*. Marc.16,16. Luc. 1, 45. Ioh. 1, 12.& 3. 15.16.& *5*,*24*. & 6, 40.47.

5. Vt in cruce & neceſſitatibus omnibus ardenter oremus *Iac*.5,13 Pſalm.*50*. 15. Eph. 6, 18. Luc. *22*, 40.

6. Vt omnia noſtra dicta & facta ad Dei gloriam referamus Coloſſ. *3*, 17. 1. Corinth. 10, 31.

IV. Refutatorius.

Pontificiorum, Eccleſiæ Romano *Papiſticæ* notha & ſpuria miracula ex v. *12*. ſtabilire, noſtraſq; Eccllſias, quòd miraculis careant, damnare præſumentium; cùm tamen ſcire debeant;

I. *Miracula non eſſe veram Eccleſiæ viſibilis notam*; quia illa

1. Communia hæreticis & Ethnicis: Deut.13, 1. Matth. *7*. 27. & *24*, *24*. — *Miracula non ſunt veræ Eccleſiæ nota.*

2. Miracula ſunt extraordinaria, utpote ad extraordinariam vocationem & miſſionem, qualia fuit Prophetarum & Apoſtolorum, pertinentia ad ordinarium itaq; Eccleſiæ curſum malè accommodantur.

3. Eccleſia non novam, ſed antiquam, h.e. *Propheticam* & Apoſtolicam doctrinam proponens, innumerabili miraculorum multitudine jam olim confirmatam, non indiget novis miraculis.

4. Eccleſiæ itaque non conveniunt ſemper. Sunt enim ſigilla fidei, vel primum propagandæ vel jam propagatæ: ibi Chriſtus ſuos inſtruxit donô miraculorum; hic non ſemper ea requiruntur. Bellarm. lib. 1. de gratia cap. 10. fatetur ipſe donum miraculorum à vera doctrina poſſe ſeparari.

5. Signa poſcere eſt Phariſaicum & Iudaicum. Matth. 12, 38. Luc. 11, 29. Ioh. 2, 19. & 6, 30. 1. Cor. 1, 21. & nota incredulitatis Ioh 4. 48. 1. Cor. 14, 22. imò ultimis temporibus AntiChriſti nota. 2. Theſſal. 2. 0. Apoc. 13. 13. 14, Matth. 24, 24.

Miracula ſine doctrina nihil probant. Eccleſiæ plantandæ alia quam plantatæ ratio.

II. Miracula ſine doctrina nihil probare; quemadmodum ſigillum à literis avulſum nihil probat. Deut. 13, 1. & ſeqq Luc. 16. 29. 2. Pet. 1. 19. Vide D. Gerh. Tom. 5. L. C. pag. 1241.

III. Aliam eſſe conditionem Eccleſiæ plantandæ, aliam plantatæ. Ib. pag. 1244. Miracula itaq; non probant oracula, ſcil. ultimô hoc tempore.

IV. Chriſtum non ad ſola miracula & opere, ſed ad doctrinam ſimul Moſaicam, Propheticam & ſuam provocaſſe Matth. 5. 17. & 11, 5. & 21, 29. Ioh. 5, 39. Conciones itaq; præmittebat miraculis.

Miraculorum diſtinctio.

V. Miracula alia eſſe divina, alia diabolica; alia vera, alia falſa. Vide D. Gerh. Tom. 5. p. 1222. & ſeqq.

Miracula Papiſtica qualia.

VI. Miracula Pontificiorum & Ieſuitarum eſſe partim *fallacia*, partim *magica*, partim *abſurda & turpia*, partim *ludicra, puerilia & ridicula*; (ut quòd D. Bernhardus muſcas excommunicaverit, & neſcio quorſum relegaverit; quod S. Bonifacius vulpem coegerit, ut gallinas devoratas redderet; quod Iacobus effecerit, ut galli licèt aſſati veru ſtridente avolârint:) partim *idolatriam confirmantia*, Vide d. l. pag. 1260. & ſeqq.

Miracula fruſtra à nobis requiruntur.

VII. Fruſtrà à nobis requiri miracula: nova enim doctrina novis eget miraculis: à falſis autem AntiChriſti miraculis cavere jubemur. Vide ſuprà.

Miracula ſpiritualia.

VIII. Miraculis ſpiritualibus, ſuô reſpectu majoribus, noſtras Eccleſias non deſtitui, de quibus vid. D. Hunn. h. l. In miraculorum conatu B. noſtrum Lutherum defeciſſe credat is, qui Ieſuitas mendaciorum architectos & artifices impudentiſſimos eſſe negaverit. Quô verô locô habendum eſt id, quòd de fruſtraneo miraculi conatu Schereri commemoratur? Is enim Viennæ peſſimo cuidam homini perſuaſerat, ut mortuum ſeſe ſimularet, ac feretro ſeſe imponi pateretur; quem cùm dictus Ieſuita ex compoſitio

re-

reſuſcitare vellet, verè mortuus eſt repertus. Refert D. Gerhard. d. l. pag. 1274. Nos concludimus ſcitô illô Auguſtini *Quisquis adhuc prodigia, ut credat inquirit, magnum eſt ipſe prodigium. qui mundô credente non credit.* Lib. 22. de C.D. cap. 8.

DISPOSITIO
TERTIA.
Propoſitio μονομερής.

CAlendis Maji peragitur feſtum duorum Jeſu Chriſti Apoſtolorum Philippi & Iac obi minoris, de quibus ſuô more multa fabulantur Pontificii, hoc ipſô plus maculæ quam honoris feſto inferentes. Diſcipulus de Temp. textu Evangelii longè præſtantiſſimô poſthabitô utriusq; Apoſtoli

I. Privilegia enarrat. De Philippo enim ſeptem recenſet peculiaria: Philippi ſecundum Papiſtas, privilegia.

1. Quòd fuerit unus de primis Apoſt.

2. Quòd fuerit Mediator Chriſti & populi: ubi φιλ?λαός illud adjicit: Sicut tunc fuit Mediator in mundo: ita credendum eſt (quî ſic verò?) quòd nunc ſit pro nobis Mediator in cœlo:

3. Quòd fuerit cum Chriſto multæ familiaritatis;

4. Quòd non ſolùm Apoſtolus, ſed etiam martyr fuerit, crucifixus quippe ſicut Chriſtus.

5. Quòd unum articulum de 12. illis fidei articulis compoſuerit; deſcendit ad inferos: Vbi continuò fabulam de deſcenſu Chriſti in limbum patrum fictitium adnectit:

6. Quòd in qualibet miſſa in toto mundo nominetur:

7. Quòd feſtum ipſius hodie ab omnibus Chriſti fidelibus celebretur.

De Iacobo vero minore novem privilegia enumerat: quòd nim. ille Jocobi minoris Privilegia Papiſtica.

1. In utero matris ſit ſanctificatus, & iſta ſanctificatio ipſum ab omni originali peccato purgaverit:

2. Fuerit conſanguineus Chriſti, & inſuper appellatus frater Domini:

3. Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam ipſi ſpecialiter apparuerit;

4. Simi-

4. Similis fuerit Iohanni Baptiſtæ propter auſteritatem vitæ;

5. Perpetuam virginitatem ſervaverit, & ita angelicè vixerit.

6. Primus fuerit Hieroſolymis Epiſcopus, ab Apoſtolis ad id officium poſt aſcenſionem Chriſti electus?

7. Non ſolùm Apoſtolus, ſed & Martyr Chriſti fuerit, à Iudæis de pinnaculo templi dejectus lapidibus obrutus, & fuſte tandem fullonis occiſus:

8. Nonum fidei articulum; Credo in Spiritum S. fecerit:

9. Hodie feſtum ejus ſolenniter celebretur, & in qualibet miſſa diebus ſingulis nominetur. *Hinc*

II. Jubet, ut *Philippum & Jacobum*, tanquam ſingulares adjutores, omnes homines, infirmi præ cæteris, *invocent & adorent*. Vide preculas ipſis peculiariter inſcriptas in Exam. concil. Tri. part. 3. p. 248.

Modus emigrandi ad cœleſtes manſiones. Nos iſtis miſſis ad veram feſtivitatis hujus celebrationem acceſſum facturi, recordabimur vetuſti illius: *Multi ſunt ſanctorum laudatores, ſed non imitatores.* Monſtrabimus itaq; *modum ac rationem, veſtigiis Apoſtolorum, quorum memoria jam recolitur, legitimè inſiſtendi, ut poſt ærumnoſam ac lacrymoſam hanc vitam ad beatas, in coelo paratas, manſiones feliciter emigrare valeamus.*

Ἐξήγησις.

IMitatores Apoſtolorum nos eſſe jubet Spiritus S. Phil. 3, 17. 1. Theſſ. 3, 7. 9. 1. Cor. 4. 16. *Hebr.* 13, 17. Imitationis modus h. l. exprimitur. Ad cœleſtis itaq; manſiones migraturus imitetur diſcipulos Chriſti.

Triſtitia fuganda. *I. Triſtitiam & animi perturbationem ex corde penitùs ejiciendo.* Ita n. à ſuis fieri vult diſcipulis *S*alvator exoptatiſſimus, cui Magiſtri ſui præcepto ipſos ex amuſſim paruiſſe, Acta teſtantur Apoſtolica. Act. 5, 41. Rom. 5, 3. & 8, 18. Matth. 5, 10. 11. 12. Iac. 1, 2. 4. Galat. 6, 17. Vide diſp. 1. part. 1. poriſm. 1. & 2. Nonnulli (ut

Turbatio duplex. obiter hoc addam) duplicem faciunt turbationem, unam *bonam* alteram *malam*. *Malam* prohiberi in ſcriptura, & eſſe perturbationem.

1. *Accidiæ*, quando homo tepeſcit in charitate Dei, & non cogitat, quæ Dei ſunt. Inde cor ejus adeò infrigidari, ut nunquam ſentiat aliquam ſpirituale̅ lætitiam. Sir. 14, 2. & 25, 18 & 30, 22.

2. In-

2. *Invidia*, quando invidus triſtatur de alterius bono ac proſperitate. Prov. 25, 30.

3. *Impatientia*, quando homo turbatur & dolet de flagellatione Dei *Prov. 12, 26. Bona perturbatio* itidem triplex ſtatuitur: Paratus ſerm. 38. de ſanctis.

1. *Ex peccatorum perpetratione*. Eſa. 32, 11. Pſal. 38, 7. 9. 2. Cor. 7, 10.

2. *Ex proximi orta compaſſione*;

3. *Ex iniquorum perſecutione*. Matth. 5, 12. Joh. 16, 20.

II. *Verâ fide Chriſto unicè adhærendo.* Sine fide n. Deo placere, aut ad ipſum accedere eſt impoſſibile; & qui non credit jam judicatus eſt. Hab. 11, 6. Joh. 3. 18. Significanter dicit: Creditis in Deum, credite & in me: Hæc n. eſt deſcriptio veræ ac ſalvificæ fidei. Non dicit, credite mihi, *fidem verbis meis adhibendo*, quâ ratione etiam aliis Dei legatis & miniſtris credere oportet, ſed credite in me *fiduciam cordis veſtri in me collocando*; ita in ſolum verum Deum creditur. Eſt n. credere in Deum, certâ cordis fiduciâ ſtatuere, Deum Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe verum, unicum vivumq; Deum, eundemq; mihi etiam eſſe Patrem, protectorem & defenſorem per & propter Chriſtum, in quo me ſibi filium adoptavit. Et differunt omninò, (pergit ille) credere Deum, & credere in Deum. Nam *credere Deum* notitiam Dei concernit; & eſt, credere quòd ſit Deus, & quòd ſit talis, qualem in verbo ſe ſe patefecit. *Credere in Deum*, ſpecialem fiduciam cordis & applicationem requirit. *Ita* Chriſtus diſcipulos ſuos ad ſublimiorem fidei gradum provocat, ut ſe non credant ſolùm ſibi, tanquam Legato Patris, cœleſtem veritatem proponenti, ſed etiam credant in ſe, tanquam verum cum Patre Deum, & promiſſum mundi Salvatorem, fiduciam cordis in ſe collocando. Tanta a. eſt vis veritatis, ut ipſe Stapletonus, ſcriptor Pontificius, hanc interpretationem calculò ſuô comprobare cogatur. Sic n. ille παραφράζει. In Deum fiduciam habere, & in me. Hoc ipsò palàm innuens, veram, ſalvificam & juſtificantem fidem hominis, verè in Chriſtum credentis, cum notitia & aſſenſu conjunctam habere fiduciam, quâ ſtatuit per & propter Chriſtum oblata in Evangelio bona ſibi obtingere. Proinde *credere in Chriſtum* eſt, non ſolum confiteri, ipſum eſſe verum Deum ac Mediatorem, ſed etiam firmiter ſtatuere, illum eſſe noſtrum Mediatorem ac Redemtorem qui pro nobis paſſus ac mortuus æternam nobis juſtitiam adduxit, cujus participes per fidem reddamur. Breviter: Credere in Chriſtum eſſe credere per & propter Chriſtum ſibi remitti peccata. Ex dictis duo colligimus πορίσματα.

In Chriſtū credendum. Credere in Deum. D. Theod. in inſt. Catech. p 302. Credere Deum. Credere in Deum. Credere in Chriſtum.

 1. *Evi-*

Filii Divinitas.

1. *Evidentius h.l.teſtimonium Deitatis Filii, ejuſdemq; cum ὁμοουσίας proponi.* Si n. in Chriſtum credere, h. e. fiduciam in ipſum collocare debemus; verus itaq; eſt Deus, ejuſdem c tre naturæ & eſſentiæ.

Credere in Chriſtum officium reſpicit.

2. *Phraſin credere in Chriſtum reſpicere non tantum Perſon. & officium Chriſti.* Neq. n. ſufficit ad fidem juſtificantem, quòd Chriſtus ſit verus Deus & Homo in perſonæ unitate; quiritur inſuper, ut agnoſcamus eum tanquam conſtitutum atorem ac Redemtorem noſtrum. Utrumq; hîc inſinuatur tet ex dictis.

Part. 1. harmoniæ Chemnitio Lyſerianæ pag. 609. Credere Deo. Credere Deum. Credere in Deum. pag. 613. Officium Chriſti abire.

Huc facit diſtinctio, quam ex Auguſtino & Lombardo D. Gerh. *Aliud eſt credere in Deum, aliud credere Deum, ali dere Deo.* *Credere Deo*, eſt credere vera eſſe, quæ loquitur, c mali faciunt, & nos credimus homini, ſed non in hominem. *re Deum* eſt credere quòd ipſe ſit Deus, quod & mali faciunt. *re in Deum* eſt credendo amare, credendo in eum ire, crede adhærere, & ejus membris incorporari. Ubi tamen reſtrict paulò poſt addit: Phraſes iſtas, credere Deo, & credere in De dere Chriſto, & credere in Chriſtum in uſu Eccleſiaſtico recte gui, ſed in Scriptura diſcrimen illud non adeò ſtrictè & pe obſervari. Ad officium Chriſti pertinet, quod abiturum cit, h. e. paſſurum moriturum, reſurrecturum, ad cœlos ac rum, &c. eò fine, ut paret nobis locum, & ſimus nos ubi ipſe in cœleſti Paradiſo, uti Latroni dicebat. Luc. 23, 43. Matth Rom. 4, 23. Gal. 1, 4. 1. Theſſ. 5, 9. 10. 1. Tim. 2, 3. 4, 5. 6. Joh. 3, 16. 1, 30. *1.* Corinth. 5. 18. 19. 21. 1. Joh, 4, 9. 10. 14. Matth. 1, 21. & 11. 28. 14. 21. 22. 1. Pet. 1, 18. 19. 20.

III. *In verbum revelatum & articulos fidei ſtudioſe inq* Quæ n. Apoſtoli non ſatis intelligunt, ex Magiſtro ſuo ad cupiunt Pſal. 77, 7. Prov. 2, 4, *Ioh*, 5, 39. *1.* Pet. 1, 10. 11. Luc. Act. 17, 11. Eph. 2, 20. 2. Tim. 3, 15. 16. 17. *Ioh.* 1. 8. Abſit itaq; c tus & faſtidium verbi. Deut. 5, 32. Ezech. 33, 31. Luc. 11. 27. & 1 Par. 36, 15. 16. Prov. 1, 24. & 28, 9. Eſa. 30, 9. Ier. 25, 4. & 29, 18. Lu Act. 13, 45. *Phil.* 3. 19. 2. Tim. 3, 4. Luc. 14, 17. 18. Matth. 13, 14 mos. 5. 10. & 8, 11. Sir. *21.* 22. Pſal. 2, 3. Soph. 3, 6.

IV. *Firmò ſolatiò animum muniendo & erigendo*, ut amus, quod ærumnis, perſecutionibus, morti deniq; ipſi op queamus. Diſcipulis ſanè ſuis CHRISTUS egregia h. l. ſuppe

conſolationum momenta, quæ cordibus noſtris altius infigere debemus. Deſumtum a. eſt conſolationis argumentum.

Conſolatio in ærũnis

I. *à* CHRISTI *Deitate*; Vidè diſpoſ. præced.

2. *ab habitaculi cœleſtis tùm ſuavitate, tùm æternitate*; Phil. 3, 20. Matth. 5, 3. 10. & 25. 24. Sap. 3, 7, & 5, 1. 16. Dan. 12. 13. Matth. 13, 43. & 19. 28. Luc. 16, 22. & 22. 29. Ioh. 17, 24. 2. Tim. 4, 8. 1. Pet. 1, 4. 8. Hebr. 12. 23. Apoc. 2. 11. & 3, 21. & 7. 9. 15. & 14, 1. 2. & 21, 22.

3. *A via ad cœlum veritate*: ea vero eſt CHRISTUS. Rom. 3, 24. 25. & 5. 15. & 6. 22. & 8, 34. 2. Cor. 5, 18, 19. 21. Eph. 2, 5. 2. Tim. 1, 10. 1. Ioh. 4. 9. & 5, 11. Vide præced. diſp.

4. *Ab unanimi ac concordi Perſonarum in Divinitate voluntate*, dicente Chriſtô: qui vidit me, vidit & Patrem; h. e. non debes aliter cogitare aut ſentire de Deo, quàm Verbum, quod ex me audis, docet: huic qui credit, ille eſſentiam & voluntatem Dei novit. Ioh 6, 40 Matth. 3, 17. & 17, 5. Ioh. 1, 18. & 10, 20. 31.

5. *A paſſionis & reſurrectionis* CHRISTI *utilitate*; quæ conſiſtit in

Utilitas paſſionis & reſurrectionis Chriſti.

I. *Opera vocationis felicitate*. Etſi n. de dono miraculorum principaliter agit; tamen ſimul innuit, labores divinitus nobis impoſitos ſucceſſu non carituros, 1. Cor. 15, 58. Deut. 27, 1. & ſeqq. & 30, 8. 9. Pſalm. 128, 1. 2. Prov. 10. 21. Zach. 8, 12. Sir. 1, 19. & 11, 23. 24. Luc. 5, 6. 7. Matth. 6, 33. Pſalm. 5, 13. & 115, 12. & 132, 15. Act. 3, 26. Gal. 3, 8. Eph. 1, 3.

2. *Precum fructuoſitate*. Omnes n. neceſſitates precum piarum adminiculò ſublevantur, Pſal. 50. 15. & 91, 15. & 145, 19. Eſa. 65, 24. Ioh. 14, 14. & 16, 23. 24. 26.

V. *Correptiones æquô animô ferendo*. Vide fer. ſec. Paſch.

Indeſinenter orando. Luc. 18, 1, & 21, 36. 1. Theſſ. 3, 10. & 5, 17. Rom. 12, 12. Epheſ. 6, 18, Pſal. 9, 11. & 10, 17. & 18, 7 & 30, 3. & 34, 5. 6. & 65, 3. & 102, 17. & 118, 5. Eſa. 26, 16. Matth. 7, 7.

VII. *Omnia dicta & facta ad Dei gloriam dirigendo*. Deut. 32, 3. Ioſ. 7, 19. Pſ. 19, 2. & 24. 7. 8. & 29. 2. 3. 9. et 57. 6. et 66, 2, et 72, 19. et 113, 1. et 115, 1. & 138, 5. Eſa. 6, 3. et 42, 8. et 48, 11. Mal. 1, 6. Sir. 35, 10. Ioh. 5, 23. 1. Corinth. 10, 31, Gal. 1, 5. Phil. 4, 20. Apoc. 1, 6. et 4, 9. et 14, 7. Rõ. 4, 20. Luc. 2, 14. et 17, 15. Phil. 2, 11. Eph. 3, 20. 21. Gloriæ itaq; DEI noſtri unitè veliſicantes concludimus conſuetâ Eccleſiæ δοξολογία *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: ſicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.*

IN FESTO ASCENS
NIS DOMINI.

Evangelium Marc. 16. à verſ. 14. ad finem cap.

DISPOSITIO PRIMA.

EVangelium præſentis feſtivitatis, quàm *felicem c*
totius itinerarii CHRISTI D. Bernhardus dicer
dam ſolebat, refertur principaliter ad genus ca
Demonſtrativum. Marcus n. ταῖς περιςάσεσι πε
καῖς deſcribit, tùm novam CHRISTI, appari
tum victorioſam ejusdem ad cœlos aſcenſionem: ſecundar
minus principaliter pertinet ad genus *Deliberativum*, prop
perium facti, nempè τῆς ἀπιςίας καὶ σκληροκαρδίας diſci
Nos primâ hac diſpoſitione τειχοτομία conſueta uſi textu
partes diſpeſcimus, quarum

1. *Singularem Chriſti apparationem*;
2. *Solemnem diſcipulorum ablegationem*;
3. *Glorioſam Chriſti in cœlos aſcenſionem continebit*.

PARS I.

IN primæ partis διεξόδῳ quinq; circumſtantiæ in conſide
veniunt:

ὕστερον. 1. *Temporis notatio*, quando contigerit hæc manifeſ
mirum ὕστερον. Interpretes in diverſas, quoad tempus app
hujus, abeunt ſententias. Nonnulli n. contendunt, fu
Φανέρωσιν omnium extremam, quâ diſcipulis ſuis, in idem
gregatis, præcépit, ne diſcederent Hieroſolymis, ſed
ctarent promiſſum Patris, Act. 1, 4. eamq; contigiſſe ip

Digitized by Google

ſionis die. Hanc ſententiam ſequuntur, Auguſtinus, Georgius, Beda, Baronius, D. winckelmannus, comment, in Marc. pag. 566. & alii. Quidam dicunt, verba Marci potius referenda eſſe ad primam CHRISTI manifeſtationem, diſcipulis unà congregatis, in ipſo reſurrectionis die circa veſperam factam. Utraq; ſententia ſuis nititur rationibus, quas vide apud D. winckelm. d. l. & apud D. Gerhard. in harm. reſurr. & aſcenſ. cap. 8. qui poſteriorem ſententiam, ut probabiliorem, amplectitur.

Nihil moramur Maldonatum Jeſuvvitam, qui utramq; rejicit; veritatem n. cœleſtem ab iis accipere ſe nolle palàm teſtatur, qui non habent ſignum AntiChriſti in fronte, quos ille hæreticos cum Papa ſuo declarat, licèt tales non ſint. Verba ejus ſic habent: Quibus, quia hæretici ſunt (quis unquam hæreſeos, nos convicit?) etiamſi multò probabiliora (NB.) dicerent, minimè crederem. Macte! Ergò ſi quis falsò nominatus hæreticus diceret, DEUM eſſe in cœlis; DEUM eſſe unum in eſſentiâ, trinum in Perſonis &c. Maldonatus non crederet, Maldonati verò opinionem, quâ verba Marci ad eam refert apparitionem, quæ octavô poſt reſurrectionem Dominicam die Thomà præſente contigit, refellit D. Gerh. d. l. pag. 241. ubi vide. Ego illud tantum adjicio, vocabulum ὕϛερον, (quô prioris ſententiæ patroni nituntur) rectius reddi per poſteà, quàm noviſſime, poſtremò: non enim dicit Marcus ὕϛατον, ſed ὕϛερον, cui alterum illud, μετὰ ταῦτα reſpondet.

Maldon. Comm. in Evangel. Tom. 1. p. 803.

2. *Objecti deſignatio*: Facta enim, eſt hæc apparitio τοῖς ἕνδεκα & quidem ἀνακειμένοις αὐτοῖς. Scrupulum, quē nonnulli hoc locô movent, quòd Marcus ſcribat, undecim diſcipulis; in ea verò, quam Lucas c. 24, 36. & Joh. 20, 19. deſcribunt, apparitione, tantummodò decem diſcipulis CHRISTUM apparuiſſe docetur; (Thomas n. non erat cum eis, quando venit IESUS) eximit D. Gerhardus d. l. pag. 242. *Poſt ſuſpendium*, inquiens, *Judæ hoc fuiſſe generale Apoſtolorum nomen, ut vocarentur undecim; quia ex uſu ſcripturæ maxima pars retinet nomen totius.* Sic Lucas 24, 33. eadem phraſi dicit, duos illos, quibus CHRISTUS in Emaus apparuerat, Hieroſolymam reverſos, inveniſſe congregatos τοὺς ἕνδεκα, undecim diſcipulos, à quibus tamen Thomam abfuiſſe ex Johanne conſtat. Græcum ἀνακειμένοις vulgò vertitur diſcumbentibus; ſed alii rectius vertunt accumbentibus; alii ſedentibus. Demonſtratum n. eſt (ait D. Gerhard. p. 257.) apparitionem

CHRISTUS diſcipulis ſuis ἀπιστίαν καὶ σκληροκαρδίαν, cum non ſit temerè cuivis Spiritui credendum, 1. Joh. 4, 1? Reſp. Meritò Chriſtum ſuos reprehendere: teſtes n. illi reſurrectionis. 1. à Deo miſſi erant; 2. & verbis Chriſti conſentanea nunciabant. Marc. 8, 31.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. Habemus iterum teſtimonium reſurrectionis Chriſti, quæ multis φανερώσεσι ita eſt comprobata, ut de ejuſdem veritate nemo piorum amplius dubitet.

II, Monemur de connatâ cordis humani duritie, Sap. 9, 10. Joh. 1, 5. Eph. 4, 17. & 5. 8. Tit. 3, 3. 1. Tim. 6, 5. 2. Tim. 3, 2. 2. Cor. 3, 7. 1. Cor. 2. 14.

III. De infirmis non abjiciendis, ſed tolerandis. Rom. 1 [illegible]. Col. 3. 12. Act. 20, 35. 1. Cor. 1, 27. & 9, 22. Rom. 15, 1. 1. Theſ. 5, 14. 2. Cor. 11, 9.

Infirmi tolerandi, ſed corrigendi.

IV. Infirmitates autem fratrum ita toleremus, ut eaſdem ſimul corrigere ſtudeamus Pſalm. 141, 5. Prov. 27, 6. & 29, 1. 1. Cor. 4, 21. 2. Cor. 2, 4. Eph. 5, 11. 2. Tim. 3. 16.

V. De infirmitate tamen fidei nobis blandiri non debemus ſed eandem candidè agnoſcere, & calidè deplorare. Pſalm. 143, 2. Luc. 17, 5. Marc. 9. 24.

VI. Patet ex hoc textu, etiam ὀλιγοπιστίαν eſſe peccatum, ſi ſtrictè judicetur, Luc. 24. 25.

VII. Cavenda itaq; eſt modis omnibus ἀπιστία & σκληροκαρδία Matt. 13, 58. Joh. 3, 18, & 5, 38. & 8, 24. Rom. 11, 20. 2. Theſſal. 2, 12. 1. Petr. 4, 17. Apoc. 21, 8. Hebr. 3, 18. & 10, 38. 39.

Incredulitas taxanda.

IIX. Exemplò Chriſti miniſtri Evangelii ſimiliter ἀπιστίαν ejuſq; fructûs ſevere reprehendant: fructûs autem incredulitatis ſunt omnis generis peccata. Iohan. 16, 8. Eſa, 58. 1, Ezech. 3, 17. 2. Tim. 2, 25. & 3, 16. Tit. 2, 15. Ezech, 33, 7. 2. Sam. 12, 9.

Fructus eius.

IX. In miniſterio prædicatio legis & Evangelii conjungenda; ideoq; Chriſtus non ſolum pacem diſcipulis precatur, ſed & incredulitatem eorum redarguit Matth. 13, 52. Zach. 11, 7.

Lex & Evangelium coniungendum.

X. Increpatio incredulitatis uno ictu totam Pontificiorum do-

Dubitatio Pontificiorum.

doctrinam de perpetuâ hominis dubitatione proſternit.
20.Joh.3,15.36.& 6,4 .Rom.10,11.1.Joh.5,9,10.11.Eph
Jac.1,6.Rom.4,20.& 8,38,39.

Concil. Trid. de dubitatione.

XI. Maledictus itaq; eſt canon Concilii Tridenti
c.13. ſi quis dixerit, omni homini ad remiſſionem pec
adſequendam neceſſariumeſſe, ut credat certò absq; ulla h
ne propriæ infirmitatis & in diſpoſitionis peccata ſibi eſſe
anathema ſit. Vid. Exam. Concil. Trid. D. Chemnit. part. 2.

Renovatio imperfecta.

XII. Renovatio in hac vita eſt imperfecta. 2, Co.
Cor. 9,27. Gal. 5.17. Phil. 3,12.

Eccleſia & ejus antiſtites errare poſſunt.

XIII. Eccleſia ejusq; antiſtites poſſunt errare; nam
ſto'i ſæpe multumq; erraruat. Matth. 16,22. Gal. 2,14. Jac.
3,4. Eſa. 56.10.

XIV. Neutiquam igitur Eccleſiæ Doctoribus cr
eſt ſimpliciter, absq; ullo ad ſcripturam examine & prob
Theſſ. 5,20. 1. Joh, 4,1.

PARS II.

EXprobrationem Christi excipit ſecundò locô diſc
in Evangelii prædicationem ablegatio. Marcus q
trumq; immediatè conjungit, ac ſi in una eademq; mani
utrumq; contigerit: Sed ſciendum, Marco propoſitum
ſeriem τῶν φανερώσεων exponere, ſed brevem eorum ſumm
Christus in variis ac diſtinctis apparitionibus cum diſ
cutus erat, ἐπιτόμως recenſere. Mandatum itaq; de pra
Evangelii referendum eſt ad eam manifeſtationem, qua
ſcipulis in monte quodam Galilææ facta, & à Matth. c. 2
19. 20. deſcripta eſt. Confer D. Gerh. d. l. pag. 417. & 418.
dæ verò hujus partis ἐξήγησιν textualem ſpectat;

1. *Mandati diſcipulis dati promulgatio.* Mandatum
eſt quodammodo geminum;

1. *De eundo*: Ite inquit Christus diſcipulis, in mun
verſum, h. e. εἰς ὅλην οἰκουμένην, in totum orbem habitabilem
ergò illos exire, in perpetua quadam peregrinatione ipſe
nuit. Iubens verò exire in mūdum univerſum, docere ſim

1. *Meritum ac beneficia ſuæ paſſionis & mortis eſſe univer*

Digitized by Google

Judæos ſaltem,ſed gentes etiam attinentia: *Μεσότοιχον vel pa rietem intergerimum*, judæos à gentibus dividentem paſſione ac morte Chriſti *eſſe ſublatum* Eph. 2,14;

3. *Regnum Dei* propter contemtum à Judæis *iri ablatum*, Matth. 21, 43.

4. *Apoſtolos totius terrarum Doctores eſſe conſtitutos.*

2. *De prædicando.* Prædicare n. jubet eos Evangelium omni creaturæ. Quibus verbis continetur,

1. *Officium Apoſtolorum*, quod non in imperando,non in miſſificando, ſed in prædicando conſiſtit κηρύσσειν eſt publicè aliquid promulgare & prædicare, quemadmodum κήρυκες, præcones facere ſolent;unde verbi miniſtri etiam præcones nominantur. 1. Tim. 2,7.2. Tim. 1,11. Officium Apoſtolorum prædicare. κηρύσσειν.

2. *Materia prædicationis.* Ea dicitur Evangelium. Quia verò nomen Evangelii dupliciter accipitur; 1. ἐν πλάτει, γενικῶς ἢ ὁλικῶς *generaliter* & quodammodo abuſivè, pro toto miniſterio, ſeu tota doctrina à Chriſto & Apoſtolis propoſita,quô reſpectu non ſolùm doctrinã gratiæ,ſed etiã legis cõplectitur: 2. εἰδικῶς *ſpecialiter*, quatenus ἀντιδιῃρημένως legi opponitur pro doctrina gratiæ & læto illo nũcio,de miſericordia Dei Patris & gratuita remiſſione peccatorum propter Chriſtum fide apprehenſum; ſciendum, quòd quidem in latiori etiam ſignificatu hoc locô poſſit accipi; quia verò legis doctrina Judæis ante erat nota; gentes etiam, quæ legem non habent, naturaliter,quæ legis,faciunt, Rom. 2,14.15: Chriſtus inſuper non novus erat legis lator,ideoq; concinniùs videtur nomen Evangelii in propriâ & genuina ſua ſignificatione accipere;pro nuncio lætiſſimo,de exhibito Meſſia, opera Redemtionis per ipſum præſtito; necnon de remiſſione peccatorum,gratia Dei & vita æterna omnibus in Chriſtum credentibus oblata.Loquitur n.Chriſtus de primario ſcopo & præcipua parte muneris Apoſtolici,quod eſt prædicare Evangelium de Chriſto; ut ſit Synecdoche, factâ denominatione totius miniſterii Chriſti & Apoſtolorum à parte nobiliori ac potiori. Hæc dum dicimus, non excludimus prædicationem legis, ea enim ad pœnitentiam vel maximè eſt neceſſaria. Evangeliũ dupliciter capitur. Prædicare Evangeliũ præcipua pars officii Apoſtolici.

3. *Objectum*: vult n. prædicari Evangelium omni creaturæ, ſc. rationali;generali vocabulo uſus,neminem hominum excipi haud obſcurè indicat. Maldonatus inquit pag. 806. κτίσιν creaturam

poni pro gente vel generatione. Quod n. Marcus dicit, prædicate omni creaturæ, id Matth. 28,19. dicit; docete omnes gentes. Opponit ergò omnem creaturam, h.e. omnes gentes, uni Iudæorum genti, alludens ad id, quod dixerat, Matth. 10, 5. in viam gentium ne abieritis, quaſi edictum illud reſcindat. D. Gerhardus cenſet, pag. 454. eſſe in phraſi ὑπερβολὴν ἐμφατικὴν, ad omnes Evangelii præconium pertinere ſignificans, adeò ut ſi beſtiæ quoq; & ſaxa audire poſſent, non excluderentur. Quæritur hoc locô cur creaturæ nomine homo deſignetur?

Creatura pro homine. Reſp. *Veteres* hanc adducunt rationem; quod homo μικρόκοσμος omnem quodammodò creaturam in ſe contineat. *Alii* ἐξοχικῶς dictum autumant, propter excellentiam hominis ſuper omnes creaturas. *Alii* ſtatuunt *S*ynecdochen eſſe ſcripturis uſitatam, quâ nomen generis uni tantùm ſpeciei attribuatur. *Alii* deniq; ad varios hominum ordines verba CHRISTI referri debere putant, ut ſit ſenſus; prædicate Evangelium omni creaturæ, h.e. omnibus hominibus, cujuscunq; illi ſint ſexus, conditionis, ætatis, ſatis, ſapientibus & inſipientibus, magnis & parvis, dominis & ſervis, locupletibus & pauperibus, ſenibus ac juvenibus, viris ac mulieribus, Iudæis & gentibus. D. Oſiander vocabulum creaturæ ſic explicat; prædicandum eſſe Evangelium omnibus hominibus, quantumvis ſceleratis, etiamſi hominum appellatione indigni videantur. Hoc unum; ſequitur alterum.

Miniſterii finis ſalus. II. *Miniſterii Apoſtolici operatio; vel miniſterio Apoſtolico addita promiſſio:* qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Quæ verba continent finem miniſterii Apoſtolici, qui eſt hominum ſalus. Media ſalutis. Media ad finem iſtum ordinariè h. e. ex inſtitutione & ordinatione divina ducentia ſunt;

1. *Fides*: loquitur autem non de fide hypocritica, non de nuda profeſſione & jactantia, quæ cū vita impia ac ſcelerata ſit conjuncta; ſed de vera ac viva fide, quæ eſt δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. Gal. 5,6. Fides iſta ſemper reſpicit ſuū correlatum, promiſſionem Evangelicā in verbo nobis oblatam, q[illegible] nus pro objecto habet Chriſtum, Fides non nuda notitia. & ſignificat non ſolùm notitiam & aſſenſum, ſed & fiduciam cordis acquieſcentis in Chriſto ejusque merito.

2. *Baptiſmus*, qui fit aquâ & Spiritu, atq; miniſtratur in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti.

Quæritur,

1. *Cur fides præponatur Baptiſmo*? Reſp. Chriſtus loquitur *de adultis*

adultis, qui poſt fidei demum profeſſionem ſunt baptizandi: alia verò eſt ratio infantum in Eccleſia genitorum; his enim Baptiſmus eſt Sacramentum initiationis, fidesq́; in ipſorum cordibus per hoc Sacramentum accenditur.

2. *Cur Chriſtus tantum Baptiſmi mentionem fecerit, omiſſô Sacramentô Confirmationis, Cœnâ Dominicâ?* Reſp. Non quòd Baptiſmus dignitate & efficaciâ antecedat Cœnam Dominicam; ſed quia Baptiſmus eſt prima ſalutis janua, vel, uti B. Lutherus loquitur, puerpera regni cœlorum. Baptiſmus prima ſalutis janua.

3. *Cur fides & Baptiſmus conjungantur?* Reſp. Vt conſtet. 1. media ſalutis non eſſe divellenda. Quemadmodum enim ex parte DEI offerentis media ſaluti hominum deſtinata ſunt Verbum & Sacramenta: ita ex parte hominis recipientis medium ſalutis eſt fides, quâ unâ & ſolâ oblatam DEI gratiam, & Chriſtum cum univerſo ſuo merito apprehendimus, nobisq́; ſpeciatim applicamus. 2. Promiſſionem Evangelii, quam tanquam correlatum ſuum fides reſpicit, non in verbo ſolùm proponi, ſed etiam ſigillis ſacramentorum confirmari. Media ſalutis non divellenda.

Maldonatus committit σόφισμα παρὰ τὸ πῇ καὶ ἁπλῶς, nec non falſæ oppoſitionis, quando ex fidei Baptiſmiq́; ad eundem ſalutis finem producendum conjunctione concludit, ſolam fidem ad ſalutem non ſufficere. Repeciſſe quidem Ieſuita ſe putat, non quod pueri in faba; ſed Sophiſtam agit, appoſita conſtituens, quæ ſubalternatim ſunt poſita. Nos enim quando ſoli fidei omnem juſtificationis & ſalutis vim tribuimus, illam nequaquam opponimus Sacramentis eorundemq́; virtuti & efficaciæ: cùm particula Sola nec gratiam Dei in ordine cauſæ efficientis, nec meritum Chriſti in ordine cauſæ meritoriæ, nec virtutem Verbi & Sacramentorum in ordine cauſæ inſtrumentalis ſed noſtrorum ſaltem operum merita ex omnium iſtarum cauſarum ordine excludat. D. Gerhard. p. 468. Particula Sola, quid excludat.

Porrò promiſſio hæc Chriſti *illuſtratur* ἀντιθέσει: qui verò non crediderit, condemnabitur. Quemadmodum enim in ſolo Chriſto, fide apprehenſo, conſequimur remiſſionem peccatorum, juſtitiam & vitam æternam: ita qui non credit in Chriſtum, non conſequitur remiſſionem peccatorum, nec juſtitiam, nec vitam æternam; ſed propter incredulitatem iſthanc ſuam damnabitur.

Quæritur; Cur Chriſtus in hac antitheſi ſecundum de Baptiſmo membrum non repetiverit? *Nonnulli* ideò factam putant,

Digitized by Google

pag. 102. quôd etſi utrumq;, & fides & Baptiſmus ad ſalutem neceſſarius, magis tamen neceſſaria ſit fides. Hebr. 11, 6. *Alii* ajunt, quia fides quaſi genus, Baptiſmus ſit quaſi ſpecies, & ſublato genere tolli ſpeciem. Maldonatus: licet, inquit, verbis expreſſum non ſit, ſenſu tamen eſt; quia cùm paulô antè Baptiſmus unâ cum fide conjunctus fuerit & cum negatione fidei negatio Baptiſmi ἀπὸ κοινοῦ eſt intelligenda. Nos verò ſimpliciter dicimus, ſolius in antitheſi incredulitatis mentionem fieri, ut oſtendatur, gratiam Dei ac ſalutem in caſu neceſſitatis non ita eſſe alligatam ſacramentis, quo minus Deus extraordinariè agere & in cordibus hominum ad ſalutem efficax eſſe queat. Hoc alterum, reſtat tertium.

Signa: quid.

III. Doctrinæ per ſigna confirmatio, ubi notetur,

1. *Terminorum ſimplicium enucleatio.* Per ſigna enim intelliguntur miracula, quibus verbum à Deo prolatum, & fides ejus verbi confirmanda erat. Ita vero illa ſunt comparata, ut omnia ſint ſalutaria, nullum terribile: aderat enim tempus ſalutis & gratiæ, non terroris & judicii. Et ſigna illa erant literæ, quos vocant, fidei. Credentzbriefe. Per credentes intelliguntur, non omnes credentes ad finem uſq; mundi, ut Ioh. 17, 20: ſed credentes in Eccleſia primitiva Apoſtolica; nec illi tamen omnes, ſed aliqui eorum quos inter principatum habuerunt Apoſtoli. Cum enim donum θαυματεργίας, commune totius Eccleſiæ bonum eſſet, valdè veriſimile eſt non ſingulis Chriſtianis fuiſſe datum, ſed his tantum, à quibus ad propagandam & ſtabiliendam fidem Chriſtianam miracula fieri conveniebat. Quæ verò ab uno edebantur, valebant ad omnium confirmationem. Secutura dicuntur ſigna, quia præmittenda erat Verbi prædicatio, miraculis tanquam ſigillis, literis adpenſis, confirmanda.

Credentzbriefe

Donum edendi miracula non omnibus credentibꝰ datum.

2. *Signarum ſpecificatio.* Enumerantur in ſpecie quinq; ſigna non quòd plura Apoſtoli nec fecerint, nec facere potuerint; ſed locutio eſt ſynecdochica; ſpecies enim enumeratæ reliquas includunt. Sunt autem.

1. *Diabolorum ejectio*; Act. 5, 16. & 8. 7, & 16. 18. & 19, 12.
2. *Linguarum novarum communicatio* Act. 2, 4. & 10, 46.
3. *Venenatarum beſtiarum absq; noxa tractatio*: Act. 28, 5.
4. *Poculorum venenatorum ſine ulla læſione bibitio:*
5. *Morbum per* χειροθεσίαν *curatio*. Act. 3, 6. & 5, 15. & 8, 7. & 9. 34. & 14, 8. & 19, 12. & 28, 8. Iac. 5, 14. Addit autem Chriſtus hæc omnia

Digitized by Google

omnia operaturos τὸς πιστεύοντας per nomen ipſius, oſtendens propriâ illos virtute tàm ſtupenda miracula edere non potuiſſe, Act. 3, 21. & 9, 34.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Chriſtus jubens Apoſtolos exire, in perpetua eos fore peregrinatione docet, Pſal.39,14. 1.Par. 30,15. Jer.35,6. Heb. 11, 13. & 13. 14. 2. Pet.2, 11.

II. Patet inde, quò loco habendum ſit figmentum Papiſticum, quòd Petrus 25. annis Romæ in cathedra papali ſederit: non enim ad quietem, ſed ad eundi continuitatem vocabantur & mittebantur Apoſtoli, Pſal.19, 45. *Petrus Romæ num ſederis 15. annos.*

III. De miniſterio Eccleſiaſtico ab ipſo Chriſto, atq; ita divinitùs inſtituto. Vide Domin. Quaſim. & Domin.5.poſt. Trin.

IV. Divina Chriſti majeſtas elucet ex hac Apoſtolorum legatione, quæ mirabili ſucceſſu non caruit. Col. 1,23. Rom. 10; 19. 1. Tim.3, 16.

V. Deus vult omnes homines ſalvari, ideoq; Apoſtolos in univerſum mundum emittit. 1. Tim. 2, 4. Matt. 28, 19. Luc. 24. 46. Act. 17, 30. Joh. 5, 16. Matth. 23, 37. Tit. 2, 11. Ezech. 18, 33. & 33, 11. 2. Pet. 3, 9. Luc. 7, 30. Act. 13, 46. *Deus omnes vult ſalvari.*

VI. Meritum ac beneficia mortis & paſſionis Chriſti ſunt univerſalia, ideoq; omnibus offerri jubet gentibus, Luc. 2, 10. Eſa. 53, 6. Rom. 5, 18. 2. Cor. 5, 15, 1. 20. Joh. 2, 2. *Meritum Chriſti univerſale.*

VII. Apoſtoli Doctores univerſi mundi conſtituuntur, ut inſtituant ac doceant omnes gentes: hoc ipſô igitur mandatum acceperunt, non vivâ ſaltē voce docendi, ſed ſcripturis etiam propagandi Evangelium, 1. Joh. 1, 3. 4. Joh. 21, 24. Apoc. 1, 2, 3. 2. Tim. 3, 16. *Apoſtoli de ſcribendo mandatum acceperunt.*

IIX. Regnum Chriſti non circumſcribitur anguſtis Judææ limitibus, ſed in totum terrarum orbem extenditur; μεσότοιχον n. & interſtitium inter gentes & Judæos morte Chriſti dirutum eſt, Eph. 2, 14. Act. 13, 47. Eſa. 2, 3. & 49. 6. Pſal. 86, 9. Hagg. 2, 8. Pſal. 2, 8. & 22, 29. 30. & 72, 11. Eſa. 60, 3: Matth. 8, 11. & 21, 43. & 28, 19. Luc. 2, 31. 32. Joh. 10, 16. Act. 10, 35. *Regnum Chriſti ad gentes usq;*

IX. Evangelium eſt ſalutare medium ſalutis ac regenerationis ad

Digitized by Google

Evãgelium ſalutis medium. ad vitam æternam Jac. 1, 18. Rom. 1, 16. 2. Cor. 2, 14. 15. Johan. 6, 68. Eph. 1, 13. 1. Cor. 1, 21. & 15, 1.

Decretum abſolutum nullum. X. Evangelii prædicatio univerſalis eſt; nullum itaq; fingendum eſt decretum DEI abſolutum, quô maxima hominum pars gratia DEI, à merito Chriſti, & beneficiis Evangelii odiô quodam ſimplici & abſolutô ſit excluſa. Matth. 28. 19. Act. 17, 30. Joh. 17, 21, 1. Tim. 2, 4.

XI. De Apoſtolorum ſucceſſione fruſtrà gloriantur, qui locô Evangelii traditiones & doctrinas hominum docent. Matt. 15, 9. Oſe. 5, 11. Col. 2, 20. 22. Tit. 1, 14. Eſa. 8, 20. Ezech. 2, 19. Matth. 28, 20.

Prædicantium nomẽ honorificum. XII. Officium miniſtrorum Evangelii conſiſtit in prædicando: honorificum itaq; (non contumelioſum Jeſuitarum opinione) eſt prædicantium. Joh. 1, 23. 2. Petr. 2, 5. 1. Tim. 3, 2. 2. Tim. 4, 2. Luc. 24. 47. Rom. 10, 15.

XIII. Evangelium itaq; ſolum, non fabulæ aniles aut monaſticæ, prædicari debet, Gal. 1. 12. 1. Cor. 5, 3. Matth. 28, 20. 1. Tim. 1, 3. & 4. 7. 2. Tim. 4, 4. Tit. 1, 14. 2. Pet. 1, 16.

Salus per fidem. XIV. Monemur de unica ſalutis via, quæ eſt in Chriſtum credere: vera autem fides non negligit Sacramentorum uſum, Rom. 5, 2. Eph. 2, 8. 1. Joh. 3, 23. Act. 16. 31. Jer. 5, 3. Sir. 1, 34. Joh. 1, 12. Gal. 3, 26. Rom. 3, 25.

Fidei ſoli ſalus adſcribitur. XV. Fidei autem ſalutem tribuentes, non loquimur de nuda fidei profeſſione & gloriatione, quæ cum impietate & vita ſcelerata eſt conjuncta, ſed de fide δι' ἀγάπης ἐνεργουμένης Gal. 5, 6.

XVI. Patet ex hoc Chriſti aphoriſmo, ſoli fidei, non operum meritis ſalutem eſſe adſcribendam, Rom. 3, 20. & ſeqq. & 4, 4. 5. & ſeqq. & 11, 6. Luc. 1, 45. Joh. 3. 15. 16. Rom. 10, 4. Eph. 2, 8.

XVII. Qui ergò non credit in Chriſtum, non conſequitur remiſſionem peccatorum, juſtitiam & vitam æternam: fides n. ſola eſt medium illud, quo ab ira DEI & æternâ damnatione liberamur. 1. Joh. 5. 11. 12. Joh. 3. 18. 36. Act. 16, 31.

XIIX. Calumnia eſt Jeſuwitarum, contendentium, nos fidei ſoli ſalutem hominis adſcribendo, omnem Sacramentis efficaciam adimere. Scimus n. in verbo & Sacramentis nobis offerri beneficia Chriſti, ex noſtra autem parte fides requiritur, per teſtimonia paulò antè producta.

Salvamur fide Chri- XIX. Nulla eſt neq; ἀναλογία, neq; abſurditas, quando ſtatuimus, nos ſalvari fide ſolâ, meritô Chriſti, lâvacrô regeneratio-

Digitized by Google

ſationis: diſtinctione cauſarum omnis ſcrupulus, tollitur. Vide vindic. Dn. Meelführeri dec. 4. diſp. 1. th. 182. & Diſp. Gieſſ. Tom. 5. pag. 355. — ſi merito, baptiſmo.

XX. De efficacia verbi prædicati & miniſterii contra Anabaptiſtas & alios verbi oſores ac contemtores, Eſa. 55. 10. Rom. 1.16. & 10. 17. Act. 11. 14. 1. Cor. 1. 18. Col. 1. 6. 2. Tim. 3. 15 Heb. 4. 12. — Verbi efficacia.

XXI. De Baptiſmi neceſſitate & fructibus commodè hoc loco ex libellis Catecheticis & Methodicis differi poteſt.

XXII. Quemadmodum Matth. 28. 19. habentur verba inſtitutionis Baptiſmi, ita hoc locô verba promiſſionis.

XXIII. Effectus ac fructus Baptiſmi eſt omnium temporum; & durat gratia Baptiſmi per omnem vitam, reſipiſcentibus, ſolidamq; adfert conſolationem, uſq; ad conſecutionem ſalutis quæ etiam cauſa eſt, quòd ſacræ literæ effectum ejus deſcribant, modò per præteritum, modò per præſens tempus. Tit. 3. 5. 1. Petr. 3. 21. Eph. 5. 26. hoc locô per futurum. 1. Cor. 6. 11. & 12. 13. Gal. 3. 27. Oſe. 2. 19. Eſa. 54. 10, Rom. 3. 3. & 11, 29. 2. Tim. 2. 13. Jer. 3, 1. Rom. 6. 3. 1. Joh. 1. 3. — Baptiſmi fructus durat per omnem vitam.

XXIV. Secundâ ſalutis tabulâ, quam Pontificii pœnitentiam, dicunt, vis & efficacia Baptiſmi planè enervatur; dicitur n, tabula prima (h. e. Baptiſmus) ab iiſdem confringi — Papiſtæ de tabulis ſalutis.

XXV. Vigore promiſſionis Chriſti de ſalute infantum, ante Baptiſmi perceptionem vel in utero materno, vel poſt carnalem ſtatim nativitatem exſtinctorum, nulli prorſus dubitamus; quandoquidem non privatio, ſed contemtus ſacramenti damnet; Et in caſu neceſſitatis gratia DEI & ſalus non ita eſt alligata Sacramentis, quò minùs DEVS ſalutem extraordinariè operari queat. Vid diſp. Gieſſ. Tom. 5. pag. 303. D. Hunn. de Sacramentis, pag. mihi 212. & ſeqq. D. Haffenreff. loc. de Bapt. Meelführ. th. 109. — De ſalute infantum ante Baptiſmum extinctorum.

XXVI. Huc pertinent pleraq; capita, quæ in doctrina de Sacramento Baptiſmi occurrunt, nimirùm quòd — Baptiſmi doctrina in epitomen redacta.

1. Nemo adultorum baptizandus, niſi rectè priùs in articulis fidei informatus Matth. 28. 19.
2. Cuivis verbi miniſtro liceat & docere & baptizare, ſecùs atq; Eccleſia Romano-Papiſtica facit, ſolis Epiſcopis & Presbyteris officium baptizandi ordinariè deferens:
3. In caſu neceſſitatis & extraordinariè etiam fœminis baptizare conceſſum ſit, id quod ordinariæ miniſterii poteſtati nihil — γυναικο-βαπτισμὸς

nihil præjudicare quicquam vel etiam poteſt, Exod, 4. 25. 2. Reg. 22, 14. Actor. 18. 25.

vel debet.

4. Sacramenta ex opere operato ſine fide nihil proſint:

5. Sacramentis promiſſio gratiæ adhæreat:

6. *Ba*ptiſmus fœminis quoq; conferri debeat:

7. Prædicatio Evangelii & Baptiſmus ad finem usq; mundi in Eccleſia ſit neceſſarius; à Chriſto n. conjunguntur:

8. Fidei major ſit neceſſitas, quàm Sacramentorum; ideoq; in antitheſi Baptiſmi nulla facta fuit mentio:

9. Infantes actu credant, Matth. 18. 6. Marc. 9. 42. & 10. 14.

Chriſtianiſmi requiſita.

XXVII. Verus itaq; Chriſtianiſmus in eo conſiſtit, ut 1. *verbum* prædicatum audiamus & firmà fide amplectamur: 2. *Baptiſmum* ſuſcipiamus; & 3. *ſervemus* omnia, quæ Chriſtus præcepit, fidem operum teſtimoniò comprobantes, & doctrinam Evangelii ſanctâ converſatione ornantes.

Incredulitas finalis damnat.

XXIIX. *S*ola incredulitas finalis damnat. Joh. 3. 18. 19. 36. & 8. 24. & 12. 47. & 16. 8. 9. Matth. 11. 20. Rom. 11. 20. 2. Cor. 4. 3. 4. Eph. 5, 6. Hebr. 3. 19. Apoc. 21, 8.

Eccleſia nota ab amplitudine falſa.

*X*XIX. Notha eſt Eccleſiæ nota, quam ab amplitudine per univerſum terrarum orbem diffuſa, *P*ontificii petunt, danturq; hoc Chriſti pronunciatò veræ Eccleſiæ notæ, verbi prædicatio incorrupta, & Sacramentorum adminiſtratio legitima, Marc. 16. 16. Matth. 28. 18. 19. 20.

Purgatorium.

X*X*X. Intermedium inter ſalvandos & damnandos hominum ordinem ac ſtatum ſcriptura planè ignorat, figmentum itaq; eſt Papiſticum, doctrina de igne, quem vocant, purgatorio.

Miraculorum σύνοψις.

XXXI. De miraculis & ſignis datur hoc quoq; locò dicendi materia; quòd illa

1. In exordio naſcentis Eccleſiæ fuerint neceſſaria, ut fides iisdem confirmaretur, quâ confirmatâ, non amplius ſunt neceſſaria; Iohan. 20, 31. Heb. 2, 3. 4.

2. Malè à noſtris Eccleſiis hodieq; requirantur, idq; ſignum ſit incredulitatis: Vide in feſt. *P*hilip. & Iacob. plura.

3. Eadem ſigna adhuc dum ſpiritualiter fiant;

4. Non ſint veræ Eccleſiæ nota, cùm falſa quoq; & AntiChriſtiana prædicta ſint miracula Matth. 7, 22. & 24, 24. 2. Theſſ. 2, 9. *D*eut. 13, 12. Apoc. 13, 12. 13. & 16. 14, & 19, 20.

5. Differant ſigna, prodigia & virtutes, ita ut ſigna ſint, quæ confirment; prodigia, quæ obſtupefaciant homines virtutes, quaſi ipſi homines mirentur. Hebr. 2. 4. 2. Theſſ. 2, 9. 6. Ve-

6. Vera miracula à falſis differant tripliciter, fine, modô & rei veritate. Vide Lamb. Danæi quæſtiones in Marcum p. 312. & 313.

XXXII. Prædicatio Evangelii Deo non cooperante eſt inefficax. 1. Cor. 3, 5.

PARS III.

Reſtat ultima Evangelii pars, de glorioſa Chriſti Triumphatoris ad cœlos aſcenſione, quæ quatuor à Marco deſcribitur circumſtantiis.

1. *Quis aſcenderit?* Dominus intelligitur Dominus ac Salvator noſter Jesus Chriſtus, qui aſcendit ad cœlos ſecundum humanam naturam; quia divina ejus natura propriè nec aſcendere, nec deſcendere, nulli quippe mutabilitati obnoxia, dici poteſt. **Chriſtus aſcendit ſec. humanam naturam.**

2. *Quando contigerit Aſcenſio iſta?* Poſtquam locutus fuiſſet illis, diſcipulis; divina nimirum ſua ἐντάλματα, præſertim verò mandatum, de non deſerenda Hieroſolyma, ſed expectandâ ibidem Spiritus Sancti miſſione, cum ſolemni benedictione ſuaviſſimum illud colloquium concluſiſſet. Innuitur dies poſt reſurrectionem quadrageſimus.

3. *Quomodo aſcenderit?* De forma Aſcenſionis conſulantur reliqui etiam Evangeliſtæ. Luc. 24, 51. διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν, receſſit ab eis, ac ferebatur in cœlum. Αναφορά notat lationem ſurſum verſus. Act. 1, 9. ἐπήρθη in altum ſublatus eſt: ἐπαίρειν enim eſt attollere, elevare, in ſublimê ferre. Noſter Evangeliſta ſimpliciter inquit: ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, adſumtus vel receptus eſt in cœlum; non eô ſenſu, ac ſi propriâ virtute in cœlum aſcendere non potuerit, ſed quemadmodum dicitur ex mortuis à Patre ſuſcitatus, Act. 2, 24. & 3, 15. & 4, 10. & 5, 30. & 10, 40. & 13, 30. 34. 37. & 17, 31. Rom. 4, 24. & 8, 11. & 10, 9. 1. Cor. 15, 15. 2. Cor. 4, 14. Gal. 1, 1, Col. 2, 12. Porrò inſinuatur hac modi vel formæ deſcriptione.

1. *Terminus à quo:* is fuit, referente Lucâ c. 24, 50. Bethania; non quòd ex pago illo aſcenderit, ſed è monte Oliveti, qui prope Bethaniam erat; ſeu ex illa parte montis Oliveti, quæ Bethaniæ vicina erat, juxta vaticinium Zach. 14, 4. **Aſcenſionis termini à quo & ad quem.**

2. *Terminus ad quem*, qui notatur geminus, communis & pro-

 prius.

Digitized by Google

Cœlum quid ſignificet.

prius. *Communis eſt cœlum*, ubi vocabulo cœli ſignificatur non aër; non firmamentum; non divina illa gloria & majeſtas, quâ Deus in cœlis dicitur; non cœleſtis beatorum ſtatus, in quo à primo reſurrectionis momento fuit, cujus gratiâ nullo planè opus erat aſcenſu; ſed *cæleſte illud* πῦ, domicilium ſive habitaculum Angelorum ac beatarum animarum, ubi Deus facie ad faciem videtur. Communis hoc coelum dicitur aſcenſionis, terminus, quia Angeli etiam imò Enoch & Elias in cœlum aſcendere dicuntur.

Proprius aſcenſionis terminus, per quem hæc Chriſti aſcenſio ab omnium Sanctorum aſcenſione longiſſimè diſcriminatur, eſt ſeſſio ad dextram Dei, de qua ſolus ſcribit Marcus.

Dextra Dei quid notet.

Dextra verò Dei metaphoricè in hoc articulo ſumitur, & ſignificat, *non circumſcriptum quendam in cœlo locum*; Deus enim Spiritus cum ſit, localem & corporalem vel dextram, vel ſiniſtram non habet; *non nudam* ἐξουσίαν; *non beatitudinem* tantum cœleſtem; *non thronum* potentiæ & imperii à Deo proximum; *non finitam* quandam gloriam; *non poteſtatem* ſolùm judiciariam; *non actionem* duntaxt ſpecialem gubernationis Eccleſiæ; *non abſentis* Chriſti dominium; ſed phraſi ſcripturæ, infinitam illam potentiam ac præſentiſſimam majeſtatem Dei, in cœlo & terra omnia moderantis. Breviter, ſignificat ipſam Dei virtutem, majeſtatem infinitam, operationem, dominium univerſorum & imperium.

Sedere ad dextram Dei.

Sedere ad dextram DEI eſt regnare. 1. Cor. 15, 25; participem fieri iſtius, de qua jam dictum eſt, gloriæ potentiæ ac majeſtatis verè divinæ & infinitæ. Patet ex dictis, ſeſſionem ad dextram Patris eſſe differentiam quodammodò ſpecificam aſcenſionis Chriſti: ita enim nullus neq; Angelorum, neque hominum ad coelos aſcendit.

Differentia ſpecifica Aſcenſionis.

Cæterum quòd Marcus h. l. dicit in præterito ἐκάθισε conſedit, id alibi in præſenti dicitur, Rom. 8, 34. Col. 3, 1. 1. Pet. 3, 22. ne quis putet, ſeſſionem iſtam actum fuiſſe tranſitorium, ſed *dominium illud, quod in ſeſſione & per ſeſſionem illam ad dextram DEI accepit, perpetuò adminiſtrare.*

Aſcenſionis eventus & conſequentia.

4. *Quo eventu facta fuerit Aſcenſio?* Optimô nimirum, tum ex parte Apoſtolorum, tum ex parte Triumphatoris Chriſti Jesu. Commemorantur enim hic conſequentia Aſcenſionis.

1. *in Apoſtolis*

1. *exeuntibus*, non ſtatim, ſed poſt decendium; hoc eſt poſt acceptũ

Spiri-

Digitized by Google

Spiritum Sanctum. Morem enim gerunt mandato Chriſti, in omnes terras egreſſi.

2. *Prædicantibus*, non in Judæa ſaltem, ſed πανταχοῦ ubiq; locorum, inter gentiles etiam, nullâ jam ullius loci ac nationis ratione habitâ.

2. *In Chriſto*, ad dextram Patris cœleſtis exaltato, &c.

1. *Diſcipulis cooperante*, h, e. ſanctis Apoſtolorum laboribus benedicente; ſuô Spiritu & virtute prædicationi eorum, ad hominum ſalutem ac converſionem, efficaciam deſuper largiente, 1. Cor 3, 6. & ab inſidiis atq; potentia hoſtium tutos illos præſtante.

2. *Sermonem prædicatum per ſigna ſubſequentia confirmante.* Doctrina quidem Evangelii per ſe eſt certus & indubitatus ſermo: ſed propter eos, qui verbo ſimplici fidem adhibere recuſant, miraculis divinis & ſupernaturalibus ea confirmanda fuit ac roboranda. Complementum habes promiſſionis ante âſcẽſionem factæ, ideoq; Marcus repetit vocem ἐπακολουθούντων, ut oſtendat, vera fuiſſe, quæ Chriſtus Apoſtolis promiſerat.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Nos retinemus τὸ ῥητὸν in hoc quoq; de Chriſti Aſcenſione articulo; calumnia itaq; eſt, quâ adverſarii Eccleſias noſtras onerant, ac ſi realem Aſcenſionis veritatem abnegemus. Neq; enim fuit ἀφανισμὸς diſparitio, qualis Luc. 4, 30. & 24, 32. Joh. 8. 59. ſed τοπικὴ μετάστασις localis translatio, viſibilis elevatio, vera & realis aſcenſio. — In art. Aſcenſionis τὸ ῥητὸν manet.

II. Chriſtus viſibiliter ad cœlos aſcendere voluit, ut *1. veritatem* reſurrectionis ſuæ demonſtraret; 2. *fidem Apoſtolis* de aſcenſione ſua teſtimonium perhibentibus plenam conciliaret; *3. viſibilis converſationis* in his terris finem imminere ſignificaret; loquimur de ordinariâ conſuetâ & naturali præſentiâ; 4. *regni ſui* conditionem adumbraret, quod non terreſtre, ſed cœleſte illud futurum eſſet; 5. *à terrenis* ad coeleſtia ſuorum animos revocaret. Phil. 3, 12. Col. 3, 1. — Chriſtus viſibilites aſcendit & cur.

III. Chriſtus aſcendit non in coelum aliquod elementare vel æthereum, neq; in coelum, quod ſic vocant adverſarii, empyreum. Eph. 4, 10. Heb. 4, 12. & 7, 26. Eſa. 64, 4. 1. Cor. 2, 9. — Coelum in aſcenſione Chriſti.

 IV. Arti-

Digitized by Google

Dubitatio Pontificiorum.

doctrinam de perpetuâ hominis dubitatione proſternit. 2. Cor. 1, 20. Joh. 3, 15. 36. & 6, 4 . Rom. 10, 11. 1. Joh. 5, 9, 10. 11. Eph. 1, 13. 14. Jac. 1, 6. Rom. 4, 20. & 8, 38, 39.

Concil. Trid. de dubitatione.

XI. Maledictus itaq; eſt canon Concilii Tridentini ſeſſ. 6. c. 13. ſi quis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum adſequendam neceſſarium eſſe, ut credat certò absq; ulla hæſitatione propriæ infirmitatis & in diſpoſitionis peccata ſibi eſſe remiſſa, anathema ſit. Vid. Exam. Concil. Trid. D. Chemnit. part. 1. pag. 299.

Renovatio imperfecta.

XII. Renovatio in hac vita eſt imperfecta. 2. Cor. 4, 16. 1. Cor. 9, 27. Gal. 5. 17. Phil. 3, 12.

Eccleſia & ejus antiſtites errare poſſunt.

XIII. Eccleſia ejusq; antiſtites poſſunt errare; nam & Apoſtoli ſæpe multumq; erraruntur. Matth. 16, 22. Gal. 2. 14. Jac. 3, 2. Rom. 3, 4. Eſa. 56. 10.

XIV. Neutiquam igitur Eccleſiæ Doctoribus credendum eſt ſimpliciter, absq; ullo ad ſcripturam examine & probatione 1. Theſſ. 5, 20. 1. Joh, 4, 1.

PARS II.

EXprobrationem CHRISTI excipit ſecundò locô diſcipulorum in Evangelii prædicationem ablegatio. Marcus quidem utrumq; immediatè conjungit, ac ſi in una eademq; manifeſtatione utrumq; contigerit: Sed ſciendum, Marco propoſitum non eſſe ſeriem τῶν φανερώσεων exponere, ſed brevem eorum ſummam, quæ CHRISTUS in variis ac diſtinctis apparitionibus cum diſcipulis locutus erat, ἐπιτόμως recenſere. Mandatum itaq; de prædicatione Evangelii referendum eſt ad eam manifeſtationem, quæ coram diſcipulis in monte quodam Galilææ facta, & à Matth. c. 28. 16. 17. 18. 19. 20. deſcripta eſt. Confer D. Gerh. d. l. pag. 417. & 418. Ad ſecundæ verò hujus partis ἐξήγησιν textualem ſpectat;

1. *Mandati diſcipulis dati promulgatio.* Mandatum verò illud eſt quodammodo geminum;

1. *De eundo*: Ite inquit CHRISTUS diſcipulis, in mundum univerſum, h. e. εἰς ὅλην οἰκουμένην, in totum orbem habitabilem Jubens ergò illos exire, in perpetua quadam peregrinatione ipſos fore innuit. Iubens verò exire in mūdum univerſum, docere ſimul voluit.

1. *Meritum ac beneficia ſuæ paſſionis & mortis eſſe univerſalia*, non

Iudæos

Digitized by Google

Judæos ſaltem,ſed gentes etiam attinentia: *Μεσότοιχον vel pa rietem intergerimum*, Judæos à gentibus dividentem paſſione ac morte Chriſti *eſſe ſublatum* Eph. 2, 14;

3. *Regnum Dei* propter contemtum à Judæis *iri ablatum*, Matth. 21, 43.

4. *Apoſtolos totius terrarum Doctores eſſe conſtitutos.*

2. *De prædicando.* Prædicare n. jubet eos Evangelium omni creaturæ. Quibus verbis continetur,

1. *Officium Apoſtolorum*, quod non in imperando,non in miſſificando, ſed in prædicando conſiſtit *κηρύσσειν* eſt publicè aliquid promulgare & prædicare, quemadmodum *κήρυκες*, præcones facere ſolent;unde verbi miniſtri etiam præcones nominantur. 1. Tim. 2,7.2. Tim. 1, 11. **Officium Apoſtolorū prædicare. κηρύσσειν.**

2. *Materia prædicationis.* Ea dicitur Evangelium. Quia verò nomen Evangelii dupliciter accipitur; 1. *ἐν πλάτει, γενικῶς ἢ ὁλικῶς generaliter* & quodammodo abuſivè, pro toto miniſterio, ſeu tota doctrina à Chriſto & Apoſtolis propoſita,quô reſpectu non ſolùm doctrinā gratiæ,ſed etiā legis cōplectitur: 2. *εἰδικῶς ſpecialiter*, quatenus *ἀντιδιῃρημένως* legi opponitur pro doctrina gratiæ & læto illo nūcio,de miſericordia Dei Patris & gratuita remiſſione peccatorum propter Chriſtum fide apprehenſum; ſciendum, quôd quidem in latiori etiam ſignificatu hoc locô poſſit accipi; quia verò legis doctrina Judæis ante erat nota; gentes etiam, quæ legem non habent, naturaliter,quæ legis,faciunt, Rom. 2, 14. 15: Chriſtus inſuper non novus erat legis lator,ideoq; concinniùs videtur nomen Evangelii in propriâ & genuina ſua ſignificatione accipere;pro nuncio lætiſſimo,de exhibito Meſſia, opera Redemtionis per ipſum præſtito; necnon de remiſſione peccatorum,gratia Dei & vita æterna omnibus in Chriſtum credentibus oblata.Loquitur n.Chriſtus de primario ſcopo & præcipua parte muneris Apoſtolici,quod eſt prædicare Evangelium de Chriſto; ut ſit Synecdoche, factâ denominatione totius miniſterii Chriſti & Apoſtolorum à parte nobiliori ac potiori. Hæc dum dicimus, non excludimus prædicationem legis, ea enim ad pœnitentiam vel maximè eſt neceſſaria. **Evangeliū dupliciter capitur.** **Prædicare Evangeliū præcipua pars officii Apoſtolici.**

3. *Objectum*: vult n. prædicari Evangelium omni creaturæ, ſc. rationali;generali vocabulo uſus,neminem hominum excipi haud obſcurè indicat. Maldonatus inquit pag. 806. *κτίσιν* creaturam

Digitized by Google

poni pro gente vel generatione. Quod n. Marcus dicit, prædicate omni creaturæ, id Matth. 28, 19. dicit; docete omnes gentes. Opponit ergò omnem creaturam, h.e. omnes gentes, uni Judæorum genti, alludens ad id, quod dixerat, Matth. 10, 5. in viam gentium ne abieritis, quaſi edictum illud reſcindat. D. Gerhardus cenſet, eſſe in phraſi ὑπερβολὴν ἐμφατικὴν, ad omnes Evangelii præconium pertinere ſignificans, adeò ut ſi beſtiæ quoq; & ſaxa audire poſſent, non excluderentur. Quæritur hoc locô cur creaturæ nomine homo deſignetur?

pag. 454.

Creatura pro homine.

Reſp. *Veteres* hanc addunt rationem; quod homo μικρόκοσμος omnem quodammodò creaturam in ſe contineat. *Alii* ἐξοχικῶς dictum autumant, propter excellentiam hominis ſuper omnes creaturas. *Alii* ſtatuunt Synecdochen eſſe ſcripturis uſitatam, quâ nomen generis uni tantùm ſpeciei attribuatur. *Alii* deniq; ad varios hominum ordines verba CHRISTI referri debere putant, ut ſit ſenſus; prædicate Evangelium omni creaturæ, h.e. omnibus hominibus, cujuscunq; illi ſint ſexus, conditionis, ætatis, ſatis, ſapientibus & inſipientibus, magnis & parvis, dominis & ſervis, locupletibus & pauperibus, ſenibus ac juvenibus, viris ac mulieribus, Judæis & gentibus. D. Oſiander vocabulum creaturæ ſic explicat; prædicandum eſſe Evangelium omnibus hominibus, quantumvis ſceleratis, etiamſi hominum appellatione indigni videantur. Hoc unum; ſequitur alterum.

Miniſterii finis ſalus.

Media ſalutis.

II. *Miniſterii Apoſtolici operatio; vel miniſterio Apoſtolico addita promiſſio:* qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Quæ verba continent finem miniſterii Apoſtolici, qui eſt hominum ſalus. Media ad finem iſtum ordinariè h. e. ex inſtitutione & ordinatione divina ducentia ſunt;

1. *Fides:* loquitur autem non de fide hypocritica, non de nuda profeſſione & jactantia, quæ cū vita impia ac ſcelerata ſit conjuncta; ſed de vera ac viva fide, quæ eſt δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. Gal. 5, 6. Fides iſta ſemper reſpicit ſuū correlatum, promiſſionem Evangelicā in verbo nobis oblatam, quæ ratione nus pro objecto habet Chriſtum, & ſignificat non ſolùm notitiam & aſſenſum, ſed & fiduciam cordis acquieſcentis in Chriſto ejusque merito.

Fides non nuda notitia.

2. *Baptiſmus*, qui fit aquâ & Spiritu, atq; miniſtratur in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti.

Quæritur,

1. *Cur fides præponatur Baptiſmo?* Reſp. Chriſtus loquitur de adultis

adultis, qui poſt fidei demum profeſſionem ſunt baptizandi: alia verò eſt ratio infantum in Eccleſia genitorum; his enim Baptiſmus eſt Sacramentum initiationis, fidesq; in ipſorum cordibus per hoc Sacramentum accenditur.

Baptiſmus prima ſalutis janua.

2. *Cur Chriſtus tantum Baptiſmi mentionem fecerit, omiſſò Sacramentô Confirmationis, Cœnâ Dominicâ?* Reſp. Non quòd Baptiſmus dignitate & efficaciâ antecedat Cœnam Dominicam; ſed quia Baptiſmus eſt prima ſalutis janua, vel, uti B. Lutherus loquitur, puerpera regni cœlorum.

Media ſalutis non divellenda.

3. *Cur fides & Baptiſmus conjungantur?* Reſp. Vt conſtet, 1. media ſalutis non eſſe divellenda. Quemadmodum enim ex parte DEI offerentis media ſaluti hominum deſtinata ſunt Verbum & Sacramenta: ita ex parte hominis recipientis medium ſalutis eſt fides, quâ unâ & ſolâ oblatam DEI gratiam, & Chriſtum cum univerſo ſuo merito apprehendimus, nobisq; ſpeciatim applicamus. 2. Promiſſionem Evangelii, quam tanquam correlatum ſuum fides reſpicit, non in verbo ſolùm proponi, ſed etiam ſigillis ſacramentorum confirmari.

Maldonatus committit *σόφισμα παρὰ τὸ πῆ καὶ ἁπλῶς*, nec non falſæ oppoſitionis, quando ex fidei Baptiſmiq; ad eundem ſalutis finem producendum conjunctione concludit, ſolam fidem ad ſalutem non ſufficere. Repeciſſe quidem Ieſuita ſe putat, non quod pueri in faba; ſed Sophiſtam agit, appoſita conſtituens, quæ ſubalternatim ſunt poſita. Nos enim quando ſoli fidei omnem juſtificationis & ſalutis vim tribuimus, illam nequaquam opponimus Sacramentis eorundemq; virtuti & efficaciæ: cùm particula Sola nec gratiam Dei in ordine cauſæ efficientis, nec meritum Chriſti in ordine cauſæ meritoriæ, nec virtutem Verbi & Sacramentorum in ordine cauſæ inſtrumentalis ſed noſtrorum ſaltem operum merita ex omnium iſtarum cauſarum ordine excludat. D. Gerhard. p. 468.

Particula Sola, quid excludat.

Porrò promiſſio hæc Chriſti *illuſtratur ἀντιθέσει*: qui verò non crediderit, condemnabitur. Quemadmodum enim in ſolo Chriſto, fide apprehenſo, conſequimur remiſſionem peccatorum, juſtitiam & vitam æternam: ita qui non credit in Chriſtum, non conſequitur remiſſionem peccatorum, nec juſtitiam, nec vitam æternam; ſed propter incredulitatem iſthanc ſuam damnabitur.

Quæritur; Cur Chriſtus in hac antitheſi ſecundum de Baptiſmo membrum non repetiverit? *Nonnulli* ideò factam putant,

 quòd

Digitized by Google

omnia operaturos τοὺς πιςεύοντας per nomen ipſius, oſtendens propriâ illos virtute tàm ſtupenda miracula edere non potuiſſe, Act. 3, 21. & 9, 34.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Chriſtus jubens Apoſtolos exire, in perpetua eos fore peregrinatione docet, Pſal. 39, 14. 1. *Par.* 30, 15. Jer. 35, 6. Heb. 11, 13. & 13. 14. 2. Pet. 2, 11.

II. Patet inde, quò loco habendum ſit figmentum Papiſticum, quòd Petrus 25. annis Romæ in cathedra papali ſederit: non enim ad quietem, ſed ad eundi continuitatem vocabantur & mittebantur Apoſtoli, Pſal. 19, 45. **Petrus Romæ num ſederit 25. annos.**

III. De miniſterio Eccleſiaſtico ab ipſo Chriſto, atq; ita divinitùs inſtituto. Vide Domin. Quaſim. & *Domin.* 5. poſt. Trin.

IV. Divina Chriſti majeſtas elucet ex hac Apoſtòlorum legatione, quæ mirabili ſucceſſu non caruit. Col. 1, 23. Rom. 10; 19. 1. Tim. 3, 16.

V. Deus vult omnes homines ſalvari, ideoq; Apoſtolos in univerſum mundum emittit. 1. Tim. 2, 4. Matt. 28, 19. Luc. 24. 46. Act. 17, 30. Joh. 5, 16. Matth. 23, 37. Tit. 2, 11. Ezech. 18, 33. & 33, 11. 2. Pet. 3, 9. Luc. 7, 30. Act. 13, 46. **Deus omnes vult ſalvari.**

VI. Meritum ac beneficia mortis & paſſionis Chriſti ſunt univerſalia, ideoq; omnibus offerri jubet gentibus, Luc. 2, 10. Eſa. 53, 6. Rom. 5, 18. 2. Cor. 5, 15, *1.* 20. Joh. 2, 2. **Meritum Chriſti univerſale.**

VII. Apoſtoli Doctores univerſi mundi conſtituuntur, ut inſtituant ac doceant omnes gentes: hoc ipsò igitur mandatum acceperunt, non vivâ ſaltē voce docendi, ſed ſcripturis etiam propagandi Evangelium, *1. Ioh.* 1, 3. 4. *Ioh.* 21, 24. Apoc. 1, 2, 3. 2. Tim. 3, 16. **Apoſtoli de ſcribendo mandatum acceperunt.**

IIX. Regnum Chriſti non circumſcribitur anguſtis Judææ limitibus, ſed in totum terrarum orbem extenditur; μεσότοιχον n. & interſtitium inter gentes & Judæos morte Chriſti dirutum eſt, Eph. 2, 14. Act. 13, 47. Eſa. 2, 3. & 49. 6. Pſal. 86, 9. Hagg. 2, 8. Pſal. 2, 8. & 22, 29. 30. & 72, 11. Eſa. 60, 3: Matth. 8, 11. & 21, 43. & 28, 9. Luc. 2, 31. 32. Joh. 10, 16. Act. 10, 35. **Regnum Chriſti ad gentes uſq;.**

IX. Evangelium eſt ſalutare medium ſalutis ac regenerationis ad

Evãgelium ſalutis medium.

ad vitam æternam Jac. 1, 18. Rom. 1, 16. 2. Cor. 2, 14. 15. Johan. 6, 68. Eph. 1, 13. 1. Cor. 1, 21. & 15, 1.

Decretum abſolutum nullum.

X. Evangelii prædicatio univerſalis eſt; nullum itaq; fingendum eſt decretum Dei abſolutum, quô maxima hominum pars gratia Dei, à merito Chriſti, & beneficiis Evangelii odiô quodam ſimplici & abſolutô ſit excluſa. Matth. 28. 19. Act. 17, 30, Joh. 17, 21, 1. Tim. 2, 4.

XI. De Apoſtolorum ſucceſſione fruſtrà gloriantur, qui locô Evangelii traditiones & doctrinas hominum docent, Matt. 15, 9. Oſe. 5, 11. Col. 2, 20. 22. Tit. 1, 14. Eſa. 8, 20. Ezech. 2 , 19. Matth. 28, 20.

Prædicantium nomẽ honorificum.

XII. Officium miniſtrorum Evangelii conſiſtit in prædicando: honorificum itaq; (non contumelioſum Jeſuitarum opinione) eſt prædicantium. Joh. 1, 23. 2. Petr. 2, 5. 1. Tim. 3, 2. 2. Tim. 4, 2, Luc. 24. 47. Rom. 10, 1.

XIII. Evangelium itaq; ſolum, non fabulæ aniles aut monaſticæ, prædicari debet, Gal. 1. 12. 1. Cor. 5, 3. Matth. 28, 20. 1. Tim. 1, 3. & 4. 7. 2. Tim. 4, 4. Tit. 1, 14. 2. Pet. 1, 16.

Salus per fidem.

XIV. Monemur de unica ſalutis via, quæ eſt in Chriſtum credere: vera autem fides non negligit Sacramentorum uſum, Rom. 5, 2. Eph. 2, 8. 1. Joh. 3, 23. Act. 16. 31. Jer. 5, 3. Sir. 1, 34. Joh. 1, 12. Gal. 3, 26. Rom. 3, 25.

Fidei ſoli ſalus adſcribitur.

XV. Fidei autem ſalutem tribuentes, non loquimur de nuda fidei profeſſione & gloriatione, quæ cum impietate & vita ſcelerata eſt conjuncta, ſed de fide δι' ἀγάπης ἐνεργουμένης. Gal. 5, 6.

XVI. Patet ex hoc Chriſti aphoriſmo, ſoli fidei, non operum meritis ſalutem eſſe adſcribendam, Rom. 3, 20. & ſeqq. & 4, 4. 5. & ſeqq. & 11, 6. Luc. 1, 45. Joh. 3. 15. 16. Rom. 10, 4. Eph. 2, 8.

XVII. Qui ergò non credit in Chriſtum, non conſequitur remiſſionem peccatorum, juſtitiam & vitam æternam: fides n. ſola eſt medium illud, quo ab ira Dei & æternâ damnatione liberamur. 1. Joh. 5. 11. 12. Joh. 3. 18. 36. Act. 16, 31.

XIIX. Calumnia eſt Jeſuwitarum, contendentium, nos fidei ſoli ſalutem hominis adſcribendo, omnem Sacramentis efficaciam adimere. Scimus n. in verbo & Sacramentis nobis offerri beneficia Chriſti, ex noſtra autem parte fides requiritur, per teſtimonia paulò antè producta.

Salvamur fide Chri-

XIX. Nulla eſt neq; ἀντιλογία, neq; abſurditas, quando ſtatuimus, nos ſalvari fide ſolâ, meritô Chriſti, lâvacriô regeneratio-

ſationis: diſtinctione cauſarum omnis ſcrupulus, tollitur. Vide vindic. Dn. Meelführeri dec. 4. diſp. 1. th. 181. & Diſp. Gieſſ. Tom. 5. pag. 335.

ſti merito, baptiſmo.

XX. De efficacia verbi prædicati & miniſterii contra Anabaptiſtas & alios verbi oſores ac comtemtores, Eſa. 55. 10. Rom. 1. 16. & 10. 17. Act 11. 14. 1. Cor. 1. 18. Col 1. 6. 2. Tim. 3. 15 Heb. 4. 12.

Verbi efficacia.

XXI. De Baptiſmi neceſſitate & fructibus commodè hoc loco ex libellis Catecheticis & Methodicis diſſeri poteſt.

XXII. Quemadmodum Matth 28. 19. habentur verba inſtitutionis Baptiſmi, ita hoc locô verba promiſſionis.

XXIII. Effectus ac fructus Baptiſmi eſt omnium temporum; & durat gratia Baptiſmi per omnem vitam, reſipiſcentibus, ſolidamq; adfert conſolationem, uſq; ad conſecutionem ſalutis quæ etiam cauſa eſt, quòd ſacræ literæ effectum ejus deſcribant, modò per præteritum, modò per præſens tempus. Tit. 3. 5. 1. Petr, 3. 21. Eph. 5. 26. hoc locô per futurum. 1. Cor. 6. 11. & 12. 13. Gal. 3. 27. Oſe. 2. 19. Eſa. 54. 10, Rom. 3. 3. & 11, 29. 2. Tim. 2. 13. Jer. 3, 1. Rom. 6. 3. 1. Joh 1. 3.

Baptiſmi fructus durat per omnem vitam.

XXIV. Secundâ ſalutis tabulâ, quam Pontificii pœnitentiam, dicunt, vis & efficacia Baptiſmi planè enervatur; dicitur n, tabula prima (h. e. Baptiſmus) ab iisdem confringi

Papiſtæ de tabulis ſalutis.

XXV. Vigore promiſſionis Chriſti de ſalute infantum, ante Baptiſmi perceptionem vel in utero materno, vel poſt carnalem ſtatim nativitatem exſtinctorum, nulli prorſus dubitamus; quandoquidem non privatio, ſed contemtus ſacramenti damnet: Et in caſu neceſſitatis gratia DEI & ſalus non ita eſt alligata Sacramentis, quò minùs DEUS ſalutem extraordinariè operari queat. Vid diſp. Gieſſ. Tom. 5. pag. 303. D. Hunn. de Sacramentis, pag. mihi 212. & ſeqq. D. Haffenreff. loc. de Bapt. Meelführ. th. 109.

De ſalute infantum ante Baptiſmum exſtinctorum.

XXVI. Huc pertinent pleraq; capita, quæ in doctrina de Sacramento Baptiſmi occurrunt, nimirùm quòd

Baptiſmi doctrina in epitomen redacta.

1. Nemo adultorum baptizandus, niſi rectè priùs in articulis fidei informatus Matth. 28. 19.
2. Cuivis verbi miniſtro liceat & docere & baptizare, ſecùs atq; Eccleſia Romano-Papiſtica facit, ſolis Epiſcopis & Preſbyteris officium baptizandi ordinariè deferens:
3. In caſu neceſſitatis & extraordinariè etiam fæminis baptizare conceſſum ſit, id quod ordinariæ miniſterii poteſtati

γυναικοβαπτισμός.

nihil

nihil præjudicare quicquam vel etiam poteſt, Exod, 4. 25. 2
vel debet. Reg. 22, 14. Actor. 18. 25.

4. Sacramenta ex opere operato ſine fide nihil proſint:

5. Sacramentis promiſſio gratiæ adhæreat:

6. Baptiſmus fœminis quoq; conferri debeat:

7. Prædicatio Evangelii & Baptiſmus ad finem usq; mundi in Eccleſia ſit neceſſarius; à Chriſto n. conjunguntur:

8. Fidei major ſit neceſſitas, quàm Sacramentorum; ideoq; in antitheſi Baptiſmi nulla facta fuit mentio:

9. Infantes actu credant, Matth. 18. 6. Marc. 9. 42. & 10. 14.

Chriſtianiſmi requiſita. XXVII. Verus itaq; Chriſtianiſmus in eo conſiſtit, ut 1. *verbum* prædicatum audiamus & firmâ fide amplectamur: 2. *Baptiſmum* ſuſcipiamus; & 3. *ſervemus* omnia, quæ Chriſtus præcepit, fidem operum teſtimoniô comprobantes, & doctrinam Evangelii ſanctâ converſatione ornantes.

Incredulitas finalis damnat. XXIIX. *Sola incredulitas finalis* damnat. Joh. 3. 18. 19. 36. & 8. 24. & 12. 47. & 16. 8. 9. Matth. 11. 20. Rom. 11. 20. 2. Cor. 4. 3. 4. Eph. 5, 6. Hebr. 3. 19. Apoc. 21, 8.

Eccleſia nota ab amplitudine falſa. XXIX. Notha eſt Eccleſiæ nota, quam ab amplitudine per univerſum terrarum orbem diffuſa, *Pontificii* petunt, danturq; hoc Chriſti pronunciatô veræ Eccleſiæ notæ, verbi prædicatio incorrupta, & Sacramentorum adminiſtratio legitima, Marc. 16. 16. Matth. 28. 18. 19. 20.

Purgatorium. XXX. Intermedium inter ſalvandos & damnandos hominum ordinem ac ſtatum ſcriptura planè ignorat, figmentum itaq; eſt Papiſticum, doctrina de igne, quem vocant, purgatorio.

Miraculorum *χρῆσις*. XXXI. De miraculis & ſignis datur hoc quoq; locô dicendi materia; quòd illa

1. In exordio naſcentis Eccleſiæ fuerint neceſſaria, ut fides iisdem confirmaretur, quâ confirmatâ, non amplius ſunt neceſſaria; Iohan. 20, 31. Heb. 2, 3. 4.

2. Malè à noſtris Eccleſiis hodieq; requirantur, idq; ſignum ſit incredulitatis: Vide in feſt. Philip. & Iacob. plura.

3. Eadem ſigna adhuc dum ſpiritualiter fiant;

4. Non ſint veræ Eccleſiæ nota, cùm falſa quoq; & AntiChriſtiana prædicta ſint miracula Matth. 7, 22. & 24, 24. 2. Theſſ. 2, 9. Deut. 13, 12. Apoc. 13, 12. 13. & 16. 14, & 19, 20.

5. Differant ſigna, prodigia & virtutes, ita ut ſigna ſint, quæ confirment; prodigia, quæ obſtupefaciant homines virtutes, quaſi ipſi homines mirentur. Hebr. 2. 4. 2. Theſſ. 2, 9. 6. Ve-

6. Vera miracula à falſis differant tripliciter, fine, modô & rei veritate. Vide Lamb. Danæi quæſtiones in Marcum p. 312. & 313.

XXXII. Prædicatio Evangelii Deo non cooperante eſt inefficax. 1. Cor. 3, 5.

PARS III.

Reſtat ultima Evangelii pars, de glorioſa Chriſti Triumphatoris ad cœlos aſcenſione, quæ quatuor à Marco deſcribitur circumſtantiis.

Chriſtus aſcendit ſec. humanam naturam.

1. *Quis aſcenderit?* Dominus: intelligitur Dominus ac Salvator noſter Jesus Chriſtus, qui aſcendit ad cœlos ſecundum humanam naturam; quia divina ejus natura propriè nec aſcendere, nec deſcendere, nulli quippe mutabilitati obnoxia, dici poteſt.

2. *Quando contigerit Aſcenſio iſta?* Poſtquam locutus fuiſſet illis, diſcipulis; divina nimirum ſua ἐντάλματα, præſertim verò mandatum, de non deſerenda Hieroſolyma, ſed expectandâ ibidem Spiritus Sancti miſſione, cum ſolemni benedictione ſuaviſſimum illud colloquium concluſiſſet. Innuitur dies poſt reſurrectionem quadrageſimus.

3. *Quomodo Aſcenderit?* De forma Aſcenſionis conſulantur reliqui etiam Evangeliſtæ. Luc. 24, 51. διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν, receſſit ab eis, ac ferebatur in cœlum. Ἀναφορὰ notat lationem ſurſum verſus. Act. 1, 9. ἐπήρθη in altum ſublatus eſt: ἐπαίρειν enim eſt attollere, elevare, in ſublimè ferre. Noſter Evangeliſta ſimpliciter inquit: ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, adſumtus vel receptus eſt in cœlum; non eô ſenſu, ac ſi propriâ virtute in cœlum aſcendere non potuerit, ſed quemadmodum dicitur ex mortuis à Patre ſuſcitatus, Act. 2, 24. & 3, 15. & 4, 10. & 5, 30. & 10, 40. & 13, 30 34. 37. & 17, 31. Rom. 4, 24. & 8, 11. & 10, 9. 1. Cor. 15, 15. 2. Cor. 4, 14. Gal. 1, 1, Col. 2, 12. Porrò inſinuatur hac modi vel formæ deſcriptione.

Aſcenſionis termini à quo & ad quem.

1. *Terminus à quo:* is fuit, referente Lucâ c. 24, 50. Bethania; non quòd ex pago illo aſcenderit, ſed è monte Oliveti, qui prope Bethaniam erat; ſeu ex illa parte montis Oliveti, quæ Bethaniæ vicina erat, juxta vaticinium Zach. 14, 4.

2. *Terminus ad quem*, qui notatur geminus, communis & pro-

 prius.

Digitized by Google

Cœlum quid ſignificet. prius. *Communis eſt cœlum*, ubi vocabulo cœli ſignificatur non aër; non firmamentum; non divina illa gloria & majeſtas, quâ Deus in cœlis dicitur; non cœleſtis beatorum ſtatus, in quo à primo reſurrectionis momento fuit, cujus gratiâ nullo planè opus erat aſcenſu; ſed *cæleſte illud* πȣ̃, domicilium ſive habitaculum Angelorum ac beatarum animarum, ubi Deus faciè ad faciem videtur. Communis hoc coelum dicitur aſcenſionis, terminus, quia Angeli etiam imò Enoch & Elias in cœlum aſcendere dicuntur.

Proprius aſcenſionis terminus, per quem hæc Chriſti aſcenſio ab omnium Sanctorum aſcenſione longiſſimè diſcriminatur, eſt ſeſſio ad dextram Dei, de qua ſolus ſcribit Marcus.

Dextra Dei quid notet. Dextra verò Dei metaphoricè in hoc articulo ſumitur, & ſignificat, *non circumſcriptum quendam in cœlo locum*; Deus enim Spiritus cum ſit, localem & corporalem vel dextram, vel ſiniſtram non habet; *non nudam* ἐξȣσίαν; *non beatitudinem* tantum cœleſtem; *non thronum* potentiæ & imperii à Deo proximum; *non finitam* quandam gloriam; *non poteſtatem* ſolùm judiciariam; *non actionem* duntaxt ſpecialem gubernationis Eccleſiæ; *non abſentis* Chriſti dominium; ſed phraſi ſcripturæ, infinitam illam potentiam ac præſentiſſimam majeſtatem Dei, in cœlo & terra omnia moderantis. Breviter, ſignificat ipſam Dei virtutem, majeſtatem infinitam, operationem, dominium univerſorum & imperium.

Sedere ad dextram Dei. *Sedere ad dextram DEI eſt regnare*. 1. Cor. 15, 25; participem fieri iſtius, de qua jam dictum eſt, gloriæ potentiæ ac majeſtatis verè divinæ & infinitæ. Patet ex dictis, ſeſſionem ad dextram Patris eſſe differentiam quodammodò ſpecificam aſcenſionis Chriſti: ita enim nullus neq; Angelorum, neque hominum ad coelos aſcendit.

Differentia ſpecifica Aſcenſionis.

Cæterum quòd Marcus h. l. dicit in præterito ἐκάθισε conſedit, id alibi in præſenti dicitur, Rom. 8, 34. Col. 3, 1. 1. Pet. 3, 22. ne quis putet, ſeſſionem iſtam actum fuiſſe tranſitorium, ſed *dominium illud, quod in ſeſſione & per ſeſſionem illam ad dextram DEI accepit, perpetuò adminiſtrare*.

Aſcenſionis eventus & conſequentia. 4. *Quo eventu facta fuerit Aſcenſio*? Optimô nimirum, tum ex parte Apoſtolorum, tum ex parte Triumphatoris Chriſti Jesu. Commemorantur enim hic conſequentia Aſcenſionis.

1. *in Apoſtolis*

1. *exeuntibus*, non ſtatim, ſed poſt decendium; hoc eſt poſt acceptũ Spiri-

Spiritum Sanctum. Morem enim gerunt mandato Chriſti, in omnes terras egreſſi.

2. *Prædicantibus*, non in Judæa ſaltem, ſed πανταχοῦ ubiq; locorum, inter gentiles etiam, nullâ jam ullius loci ac nationis ratione habitâ.

2. *In Chriſto*, ad dextram Patris cœleſtis exaltato, &c

1. *Diſcipulis cooperante*, h, e. ſanctis Apoſtolorum laboribus benedicente; ſuô Spiritu & virtute prædicationi eorum, ad hominum ſalutem ac converſionem, efficaciam deſuper largiente, 1. Cor. 3, 6. & ab inſidiis atq; potentia hoſtium tutos illos præſtante.

2. *Sermonem prædicatum per ſigna ſubſequentia confirmante*. Doctrina quidem Evangelii per ſe eſt certus & indubitatus ſermo: ſed propter eos, qui verbo ſimplici fidem adhibere recuſant, miraculis divinis & ſupernaturalibus ea confirmanda fuit ac roboranda. Complementum habes promiſſionis ante aſcēſionem factæ, ideoq; Marcus repetit vocem ἐπακολουθούντων, ut oſtendat, vera fuiſſe, quæ Chriſtus Apoſtolis promiſerat.

Poriſmata & Theoremata Theologica
tertiæ partis.

I. Nos retinemus τὸ ῥητὸν in hoc quoq; de Chriſti Aſcenſione articulo; calumnia itaq; eſt, quâ adverſarii Eccleſias noſtras onerant, ac ſi realem Aſcenſionis veritatem abnegemus. Neq; enim fuit ἀφανισμὸς diſparitio, qualis Luc. 4, 30. & 24, 32. Joh. 8. 59. ſed τοπικὴ μετάστασις localis translatio, viſibilis elevatio, vera & realis aſcenſio. **In ſart Aſcenſionis τὸ ῥητὸν manet.**

II. Chriſtus viſibiliter ad cœlos aſcendere voluit, ut *1. veritatem* reſurrectionis ſuæ demonſtraret; 2. *fidem Apoſtolis* de aſcenſione ſua teſtimonium perhibentibus plenam conciliaret; *3. viſibilis converſationis* in his terris finem imminere ſignificaret; loquimur de ordinariâ conſuetâ & naturali præſentiâ; 4. *regni ſui* conditionem adumbraret, quod non terreſtre, ſed cœleſte illud futurum eſſet; 5. *à terrenis* ad coeleſtia ſuorum animos revocaret. Phil. 3, 12. Col. 3, 1. **Chriſtus viſibiliter aſcendit & cur.**

III. Chriſtus aſcendit non in coelum aliquod elementare vel æthereum, neq; in coelum, quod ſic vocant adverſarii, empyreum. Eph. 4, 10. Heb. 4, 12. & 7, 26. Eſa. 64, 4. 1. Cor. 2, 9. **Coelum in aſcenſione Chriſti.**

 IV. Arti-

IV. Articulus de Chriſti aſcenſione ſolidè in ſcri
fundatus, temporibus etiam V. T non incognitus. Pſal. 47,
18. Dan. 7,13. Zach. 14, 4. *P*ſalm. 8, 6. & 24, 7. & 89, 5. & 110.
5, 24. & 4 1. 41. 2. Reg. 2, 4.

V. Aſcendit Chriſtus in coelum ut glorioſus omn
Finis aſcenſionis. ſtium triumphator; ut fortis perruptor, ut fidelis intercesſ
put noſtrum, & ut æternus Rex Eccleſiæ, cui datum coel
dominium. Pſalm. 68, 19. Mich. 2, 13. Rom. 8, 34. Hoſ. 2,
22. & 5, 23. Col. 1, 18. Pſalm. 2, 6. 8. & 8, 7. Zach. 9, 9. Luc.
Pſalm. 110, 2,

Terminus ad quem Aſcenſionis VI. Terminus ad quem Aſcenſionis Chriſti non eſ
ſeu ſedes beatorum, ſed dextera majeſtatis & potentiæ div.
2, 9. Hebr. 1, 3. & 7, 7. Eph. 4, 10. Joh. 11, 8.

Dextra Dei. VII. Eſt autem dextra DEI nihil locale, ſed ipſiſſi
Dei omnipotentia, gloria ac præſentiſſima ejus majeſtas
& terra omnia gubernantis. Ita enim Spiritus S. in ſac
eam deſcripſit, Exod. 15, 5. Pſalm. 18, 36. & 20. 7. & 77. 11. & 1
& 139, 10, Eſa. 48, 13. & 66, 2. Matth. 26, 64. Luc. 22, 69. Heb
1. Eph. 1, 21.

Calviniſmus de dextra Dei. *IIX.* Falſi ſunt Calviniani cum conjuratis, qui po
tiam creatam & finitam eam definiunt: falſus etiam Bul.
qui per circumſcriptionem certi felicitatis coeleſtis loci d
volebat: falſi non minus illi, qui ſeſſionem ad dextram d
ajunt ſummam & proximam gloriam ac potentiam ſe
cum, à cujus dextra quis ſedet, huc perperam accommodan
pla Gen. 41, 42. 1. Reg. 2, 19. Sir. 12, 12. Apoc. 3, 21.

Seſſio Chriſti ad dextram. *IX.* Seſsio Chriſti non ſignificat poſitum mem
aut mãſionem localem, non quietem ocioſam, non captiv
communicationem divinæ poteſtatis, & univerſale, om
ac omnipræſens in coelo ac terra dominium; regnum ac
tionem 1. Cor. 15. 25. Pſal. 110, 1, 2.

Seſſio Chriſti non duplex. X. Explodimus figmentum de duplici Chriſti ad
Dei ſeſsione, tum Calvinianorum, quarum una competa
ſecundum divinitatem, altera ſecundum humanitatem
centium quorundam Novatorum, qui unam Chriſto ſeſſi
te, alteram poſt Aſcenſionem tribuunt. Omnia ἀπεχ
dem itaq; felicitate rejiciuntur, quâ adſerũtur. Confer Apo
ol, Sax. pag. 621, & 510. Nos unam ſaltem novimus ſeſſ

X

XI. Explodimus etiam figmentum Jeſubitarum, ſedere à dextris minus olim fuiſſe honorificum, quàm ſedere à ſiniſtris, temerè affirmantium. Petitur principium: & ab humanis ad divina non valet argumentum.

XII. Sedere à dextris Dei, regnare & omnia implere in hac doctrina ſunt ἰσοδυναμοῦντα. Pſalm. 110, 1. 1. Cor. 15, 25. Eph. 4, 10. 1. Pet. 3, 22. Eph. 1, 20. 21. 22. **Sedere pro regnare.**

XIII. Chriſtus ſecundum humanam naturam evectus eſt ad dextram majeſtatis, gloriæ ac potentiæ divinæ; quia. 1. *ſecundum* divinam naturam eſt ipſa Dei virtus & potentia. Luc. *1*, 36. 1. Cor. 1, 24. 2. *Notanter* de Filio hominis legitur, quòd collocatus ſit ad dextram Dei. Dan. 7. 13. Matth. 26, 64. Heb. 1, 3, 4. 3. *Reliqui* Symboli Apoſtolici articuli hoc evincunt. 4. *Seſſio* ad dextram Dei & exaltatio eſt conſequens & veluti præmium exinanitionis; ita ut *ejus natura ſit exaltatio, cujus fuit exinanitio*. Pſal. 110, 7. Phil. 2, 8, 9. Heb. 2, 9. Vide Thron. regal. Chri. Dn. Ioh. Schröderi, ubi 24. fundamentis probat, Chriſtum ſecundum humanam naturam ad dextram Dei eſſe collocatum à pag. 264. ad 310. **Chriſtus ad dextram Dei evectus eſt ſec hum. nat.**

XIV. Sunt ergò diſtincti articuli, aſcenſio Chriſti ad coelos & ſeſſio ad dextram Dei *P*atris omnipotentis, nec ullo modo confundi debent. **Aſcenſio & ſeſſio ad dextram Dei diſtincti articuli.**

XV. Aſcenſio Chriſti ad coelos, & ſeſſio ejus ad dexteram Patris, adeò non pugnant cum præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Coena, ut eam potius plurimum confirment: ſeſſio enim complectitur univerſale ac præſentiſſimum in coelo ac terra dominium. Act. 3, 21. Eph. 4, 10. Pſal. 8, 7. 8. & *110. 2*. Phil. 2, 10. Eſa. 45, 25. **Præſentia Chriſtum coena per aſcenſionem non tollitur.**

XVI. Fructus Aſcenſionis Chriſti non ſunt negligendi. Ipſe quidem hoc ordine intravit in gloriam ſuam: Luc. 24 26; ad nos verò multiplex inde redit utilitas; nimirum **Fructus aſcenſionis.**

1. *fidei confirmatio*; quòd hic ipſe ſit verus Meſſias;
2. *hoſtium debellatio & devictio:* Pſalm. 68, 19. Eph. *4*, 8. Col. 2, 15. Oſe. 13, 14.
3. *donorum in homines diſtributio*. Pſalm. 68, 12. 19, Eph. 4, 11, 12.
4. *manſionis cæleſtis præparatio*. Iohan. 14, 3.
5. *cæli reſeratio:* Mich. 2, 13. Eph. 1, 10. Col. 1, 20. Pſal. 16, 11.
6. *ſpei noſtræ elevatio:* Eph. 2, 6. Col. 3, 1. Matth. 6, 21. Phil. *3*, 20: quæ de ſpirituali aſcenſione ſunt intelligenda.
7. *miniſterii conſervatio*; idem enim Chriſtus Θεάνθρωπος hodie;

dieq; noſtro miniſterio adeſt, & prædicationi Evangelii pe
tum Sanctum cooperatur. Matth. 28, 20,

Seſſionis Chriſti ſolatium.

XVII. Ex ſeſſione quoq; Chriſti ad dextram Patris
emergit 1. *gloria*, ita enim caro quoq; noſtra eſt exaltata.
42. Phil. 2, 10. Pſal. 8, 5. 2. *efficax conſolatio*; ex Fratris enim
exaltatione certi ſumus, quòd contra omnes hoſtes potente
fendere, & ad regnum gloriæ ſuæ nos aliquando transferr
Ioh. 17, 24. Rom. 8, 34. Apoc. 12. 10.

Papiſtæ negant Evangelium παντοχȣ̃ prædicatū.

XIIX. *Neglecti officii arguunt Ieſuitæ* Apoſtolos
gelium in toto mundo prædicatum eſſe ideò negantes, ut
ant figmentum ſuum, nondum veniſſe AntiChriſtum, qu
ejus adventum Evangelium in toto terrarum orbe prius pr
debeat Matth. 24, 14. Cui figmento opponimus Marci aſſer
qui παντοχȣ̃ eos prædicâſſe affirmat. Rom. 10, 18. Pſalm. 19
1, 23.

XIX. Ex cooperatione Chriſti divina illius Natura
verſale cœli terræq; dominium, juxta humanam ipſi natur
ditum, haud obſcurè adſtruitur 1. Cor. 3, 6.

Papiſtarum error de libero arbitrio.

XX. Errat cum Bellarmino lib. 6 c. 10. de gratia &
bitr. Maldonatus pag. 814: ad demõſtrandum liberum homi
trium vocabulum συνεργείας frivolè adhibens. Verùm n
facit ad Papiſtarum cauſam tuendam, quâ hominem ex ſeſe
priis ſuis viribus faciunt συναίτιον, ad effectum ſpiritualem
& converſionem, producendum. Hîc enim per cooperati

Cooperatio Chriſti.

cabulum nihil innuitur aliud, quàm efficacia efficientis pri
per organum ἡνωμένως & verè ſeſe exerens: organum a. ipſi
nihil ad principale, h. e. ſpeciale ἀποτέλεσμα confert. Benè

Harm. Evang. cap. 13. pag. 548.

hardus: συνεργείας, inquit, vocula nequaquam in unum eu
cauſarum ordinem Chriſtum & Apoſtolos compingit, ſicu
reliquos Evangelii præcones ſuos appellat συνέργȣς Rom
21. 2. Cor. 1, 24. ſed principalem actionem Chriſto, miniſt
verò Apoſtolis in uno eodemq; ἀποτελέσματι, hominum ſc.
ſione & ſalute, ipſis vendicat.

DISPOSITIO
SECUNDA
propoſitio διμερής.

Διχοτόμως Evangelium feſtivitati huic deſtinatum exarraturi duo nobis proponimus:

I. Chriſti cum diſcipulis valedictionem;
II. Majeſtaticam ejusdem ad cœlos adſcenſionem:

PARS I.

POtuiſſet Salvator Chriſtus continuò poſt reſurrectionem ſuam, per quam in cœleſtem ſuam gloriam intraverat, ad coelos quoque adſcendere, & ad dextram Patris carnem adſumtam collocare; ſed ob diſcipulorum atq; Eccleſiæ adeò totius neceſſitatem evidentem manendum adhuc ratus, dies 40. integros in converſatione cum diſcipulis ſuis conſumſit; ut & reſurrectionis ſuæ veritatem eis demonſtraret, & de regni ſui conditione pleniùs eos informaret. His peractis extremum Apoſtolis vale dicturus denuò ipſis adparet. Valedictionem iſtam deſcribit hoc loco Marcus, ubi notetur, **Chriſtus poſt reſurr. manet 40. dies in terris & cur.**

I. dura ac ſevera diſcipulorum increpatio. Meriti hanc fuerant

1. τῇ ἀπιστίᾳ quòd metu impediti reſurrectionem, jam fide oculatâ probatam, perfectè credere nollent;
2. τῇ σκληροκαρδίᾳ, quòd nec ad efficaciſſima crediidiſſent argumenta ac documenta. Quid enim viſu certius? quid adfatu ſecurius? quid contactu probabilius? Et tamen adhuc fluctuant. Eſt autem cordis durities incredulitate gravior. Nam incredulitas poteſt ex ignorantia naſci; duritia verò non eſt, niſi cùm poſt omnigenam veritatis probationem in errore quis perſeverat. Polygranus part. 2. p. 121. & 123. Prius vitium eſt mentis & intellectus, poſterius adſenſus & voluntatis. **σκληροκαρδία gravior incredulitate.**

II. Nova Apoſtolici muneris delegatio. Ne enim putent ſe excidiſſe omni ob defectionem gratiâ, jam in ultimo hoc congreſſu denuò illis commendat docendi miniſterium, oſtendens

1. ubi

Differentia inter doctrinam V. & N. T.

1. *ubi docere debeant?* ſc. in univerſo mundo; doctrinam N. T. à doctrina V. T. in eo diſtinguens, quòd hæc certo populo eſſet promulgata, & inter anguſtos *Palæſtinæ* fines contineretur; illa totius mundi doctrina communis futura eſſet. Theophylactus: *Non dixit, prædicate his, qui obtemperant, ſed omni creaturæ, ſive recipiant, ſive non.*

Evangelium quid. Lex in N. T. retinenda.

2. *Quid docendum?* nim. Evangelium, læta illa annunciatio gratuitæ, per meritum Chriſti factæ, reconciliationis. Hæc eſt doctrina N. T. propria; neq; tamen doctrina legis ab Eccleſia N. T. planè ejicienda, ſed in πράξει utraq; doctrina conjungenda. Evangelium enim dupliciter accipitur:

Evangelium dupliciter capitur.

1. *ſtrictè*, pro concione gratiæ de Chriſto:
2. *latè*, pro tota doctrina Chriſti, cujus duo ſunt præcipua capita, lex & Evangelium, ſpecificè ita dictum; & complectitur concionem de pœnitentia & remiſſione peccatorum. Luc. 24, 47. Quòd autem Chriſtus doctrinam hanc ſuam vocat Evangelium, cauſa eſt,

Doctrina Chriſti Evangelium dicitur & cur.

1. quia à potiori fit denominatio:
2. quia peculiariter in id miſſus erat à Patre, non ut quenquam primò ſuò adventu damnaret, ſed voce Evangelii erigeret & ſalvaret.

Creatura pro homine

3. *Quibus Evangelium proponendum?* Omni creaturæ. Omnis autem creatura ſumitur pro omnibus hominibus, quemadmodum Eva mater omnium viventium dicitur, Gen. 3. 20. Vult igitur doceri quoscunq;, qui docendi offeruntur, & doceri poſſunt.

4. *Quid præterea agendum?* Baptizandi etiam omnes, qui offeruntur, & baptizari poſſunt. Etſi enim Marcus Baptiſmi, quoad verbum mandati, nullam faciat mentionem: adminiſtrationem tamen cùm Baptiſmi, tùm Cœnæ Dominicæ Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus γνησίοις injunctam eſſe, ex Matth. 28, 19. liquet, qui & Baptiſmi diſertè meminit, & ſuperioribus ex Chriſti ore hæc ſubjungit: docete eos τηρεῖν obſervare omnia, quæ præcepi vobis. Et præterea verbum promiſſionis expreſſè h. l ponitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Quibus verbis continetur

Verbum promiſſionis in Baptiſmo.

1. *Promiſſio gratioſa*, de ſalute obſequentium Evangelio, velut ordini divinitus inſtituto, & non negligentium media, ad ſalutem procurandam deſtinata;
2. *Comminatio ominoſa*, κατ' ἀπίστων, quid infidelibus, contumacibus, inobedientibus, & prædicationem Evangelii repu-

repudiantibus ſit expectandum, nim condemnatio, h. e. præſens & certiſſimus animæ interitus.

Evangelium ſignis confirmandum & quomodo. Signorum duratio.

III. Promiſſionis facta adſecuratio. Huc ſpectant ſigna, quibus roboranda erat Evangelii prædicatio, non quidem ſemper & ubiq; & ab omnibus, ſed ubi & quàm diu confirmatione iſtius generis opus eſſet. Opus autem inprimis erat ſub initium prædicationis & naſcentis Eccleſiæ. Pertinet itaq; hæc promiſſio maximè ad Apoſtolos & paucos alios fideles, nec eſt neceſſum in omnibus fidelibus reperiri. Tanta veritatis eſt vis, ut Pontificiis quibusdam mirabiliariis confeſſionem ea publicam extorſerit. Sic enim Polygranus: *Signa quæ pollicetur, in naſcentis fidei confirmationem data ſunt: at modò roboratâ & fundatâ fide non adeò neceſſaria.* In eandem ſententiam gloſſa ordinaria inquit: *Numquid ſi ſigna non faciamus, non credimus? Sed hæc in exordio neceſſaria fuerunt, ut fides miraculis nutriretur, fide autem Eccleſiæ jam confirmatâ, non ſunt neceſſaria.*

part. 2. poſt pag. 130.

Uſus I. Informatorius.

I. De ſalutis noſtræ myſterio. Ubi quæritur

1. *Quid Deus de hominum ſalute voluerit; hodieq; velit?* Hic non ad arcanam, ſed revelatam ejus voluntatem, nobis eſt reſpiciendum, quâ decrevit omnes omninò homines, in Chriſtum credituros, ſalvare. Hanc voluntatem ſuam nobis revelavit;

Deus de ſalute hominum quid velit.

Voluntas Dei de ſalute hominum revelata.

1. *per Filii Unigeniti miſſionem* Luc. 19, 10. Joh. 3, 16. 1. Johan. 2, 2. Joh. 1, 29. 1. Tim. 2, 6. & 4, 10. Rom. 5, 18. 1. Cor. 15, 22,
2. *Per univerſalem Verbi prædicationem.* Eſà. 45, 22. Matth. 11, 28. & 28, 19. 20. Luc. 24, 47. Pſal. 19, 4. Act. 17, 30.

2. *Quomodo Deus homines ſalvari velit?* Ordinatè & mediatè. Habemus enim media ſalutis, tum ex parte Dei, tum ex parte hominum. Reſpectu Dei offerentis ſalutem, habemus Verbum & Sacramenta. Rom. 10, 17. Gal 3, 2. Vide præced. diſp. Reſpectu noſtri; ordinarium ſalutis medium eſt fides, oblatam in verbo & Sacramentis Dei gratiam, Chriſtiq; meritô partam juſtitiam adprehendens, ſibiq; individualiter & fiducialiter adplicans. Hab. 2, 4. Joh. 3, 17. Patet inde, miniſterium docendi Evangelium & adminiſtrandi Sacramenta, ſecundum ordinationem & inſtitutionem Chriſti, eſſe donum miſericordis Dei gratuitum; meritô Chriſti pretioſiſſimo acquiſitum. Pſal. 68, 19. Eph. 4. 11.

Salvari homines vult Deus ordinate & mediate.

Fides medium ſalutis.

Miniſterium quid.

Digitized by Google

Miracula deſierunt. II. De miraculis, quibus ab initio veritas doctrin ſtis confirmanda fuit; eâ autem confirmatâ, gratia miraculo ſavit. Vide præc. diſp. & ſupra feſt. Phil. & Jacob.

Miracula jam non fiunt & cur. Quæritur, cur jam à nobis quidem, non fiant miracu ſpondet noſtro loco Chryſoſtomus, in Pſal. 142. ſic ſcribens *do notitia Dei nondum erat diffuſa, miracula fiebant, nunc e formulâ amplius non eſt opus.* Et in Joh. homil. 24. *Si tu fi par eſt te eſſe, & Chriſtum amas, ut amare debes, miraculis no Nam hæc infidelibus dantur, nempe quia Chriſtiani ſumus, rejicimus. Neque enim ſi non reciperemus, aut de iis dubitarem ſtiani eſſe poſſemus; ſcripturæ voluntatem Dei & media, quibus ri velit, luculenter & perſpicuè exponunt.* Chriſtianum itaq

Concord. Evang. pag. 122. Miracula petere hoc tempore eſt Deum tentare & mēdacem facere. D. Calixtus, ultra ſcripturam miracula adhuc requirere, n fueri: ſupervacanea quærere, ſed multò magis: DEUM tent veritatem ab ipſo confirmatam adhuc in dubium vocare, rò aliis modis ad libitum humanum declaretur, poſtular tionem h. l. principii committit Eſauita Schererus, qui do raculorum Eccleſiæ Catholicæ eſſe inſeparabile fingit: fig enim hoc probari nequit, neq; ex V. T. neq; ex N. T. hiſtori de falſis, ementitis & AntiChriſtianis Jebuſitarum miracu endum ſit, alibi diximus, 2. Theſſ. 2, 9.

II. Monitorius.

1. UT Evangelium, ſalutis adipiſcendæ medium ordin legatos Chriſti gratâ mente amplectamur, audiamu remur. Eſa. 52. 7. Luc. 10, 16. 1. Cor. 3, 5.

2. Ut infirmos, exemplò Chriſti, non abjiciamus, ſed t

III. Conſolatorius.

Nemo à regno Dei excluditur. 1. QUòd nullus populus, imò nemo hominum, à regn ratione intentionis divinæ, excludatur: in totum e rum orbem Evangelii ſui præcones emiſit. Ezech: 33, 11. T Cor. 5, 19. 20. Matth. 11, 28. Act. 17, 30.

2. Quòd omnibus credentibus & baptizatis ſalu pateat.

IV. Refutatorius.

POntificiorum, Eccleſiam, vel doctrinam potiùs Evan

culis ſuperſtruentium. Sic enim Schererus, pag. 215. Bey der Catoliſchen Kirchen iſt donum miraculorum, die gab Wunderzeichen zu thun/für vnd für geweſen: Derohalben ſie allzeyt das wahre Evangelium gehabt vnd noch hat. Errat Jeſuicida turpiter, & ὕστερον πρότερον committit. Miracula enim ſunt propter Evangelium, non Evangelium propter miracula: hinc doctrina non ex miraculis: ſed miracula ex doctrina (Pontificiis ſcriptoribus atteſtantibus) æſtimanda. Ferus in cap. 24. Matt. Item *Ubi veritas non colitur, ſi qua fiunt miracula, non Deus, ſed diabolus operatur*, inquit Trithemius quæſt. 3. ad 8. quæſt. propoſitas ab Imperat. Maximil. Vide D. Keſsleri Pabſtiſ umb cap. 3. quæſt. 3. pag. 4‑2. & ſeqq.

Papiſtæ errant miracula Eccleſiæ notam neceſſariã conſtituentes.

Miracula ſunt propter Evangelium non contrà.

PARS II.

IAm videbimus etiam victorioſam Chriſti ad cœlos adſcenſionem, quam ſecundũ 4. circumſtantias Marcus deſcripſit, quarum

1. Eſt *tempus*, quod indicat, cum ait: poſtquam locutus fuiſſet eis, h. e. poſt dies illos 40, quibus cum diſcipulis ſuis à reſurrectione Chriſtus fuiſſet converſatus, inſtruens eos de omni regni ſui ſtatu ac conditione.

2. *Modus*, qui ἐν τῷ ἀναληφθῆναι conſiſtit: adſumtus eſſe dicitur, per elevationem nim. corporis à terra ſurſum verſus; intuentibus & cum ſtupore adſpectantibus ἀνάληψιν iſtã præſentibus Chriſti fidelibus omnibus. Viſibilem n. adſpectabilem & localem fuiſſe aſcenſionem, nulli (quod calumniantur Calviniani) negamus; ſolê autem illô ſpectaculô viſibili adſcenſum Chriſti definiendum eſſe, pernegamus. Additur n. à Marco, qui immediatè cum præcedentibus cohæret.

Aſcenſio viſibilis.

3. *Terminus adſcenſionis*, quem ita deſcribit, ut non tantùm in cœlum Chriſtum adſumtum eſſe ſtatuat, ſed & à dextris Dei conſediſſe dicat. Etſi n. vero & locali motu ad cœlos corporeos, nobisq; ex motu & influentiis naturalibus cognitos, adſcenderit: non tamen in illis, tanquam in ultimo adſcenſionis termino, permanſit, ſed ultra omnes cœlos progreſſus, eò penetravit, ubi Deus majeſtatem & gloriam ſuam plenè exerit, & ſanctis Angelis ac beatis animabus cōſpiciendum ac fruendum ſe præbet. Locus ſanè is corporeus non eſt, ſed omni loco ac corpore quiddam auguſtius ac ſublimius, idq; uſitato loquendi modo dicitur cœlum, Pſal. 115. 3. & 123. 1. Matt. 5, 16. & 18, 10.

Terminus aſcenſionis.

18,10. & 22,30.2. Cor. 5,1, Phil.3,20. Neq; ibi tamen ſubſti-
netravit corpore etiam glorioſo, in ipſam uſq; Dei Patris
quæ definiente libro Concordiæ, nihil eſt aliud, niſi *omn*
virtus, quæ cœlum & terram implet: in cujus poſſeſſionem r
ſtus juxta humanitatem ſuam realiter, ſine confuſione
exæquatione Naturarum venit. Innuit itaq; Evangeliſta,
lo de aſcenſu Chriſti ad cœlos, nullo modo ſeparandum
lum, de ſeſſione ejus ad dexteram Patris; quin verbis quoc
nifeſtum conſtitui diſcrimen, inter adſcenſionem Chriſti
& inter ſtatum ſeu conditionem Angelorum atq; Sanctor
num, qui ita in cœlis ſunt, ut cœleſti beatitudine cum Dec
non tamen ſedent illi ad dexteram Dei, quod ſoli Chriſto
Naturam adſumtam competit. Hebr. 1,13.

Dextra Dei quid.

Articulus ſeſſionis ab adſcenſionis articulo ſeparandus non eſt.

4. *Effectus*, aſcenſionem Chriſti ſubſecutus, qui conſi

Effectus aſcenſionis.

1. *verbi prædicatione*, facientibus Apoſtolis quod Dor mandaverat.
2. *Gratioſa Chriſti cooperatione*, ubi cauſa miniſterialis à li perſpicuè diſtinguitur. Officio n. ſuo Apoſtol tibus Chriſtus gratiâ & benedictione ſuâ adeſt, ad lis manus porrigens.
3. *Signorum ſubſequentium patratione*. Signa enim quæ rat, re ipſâ per Apoſtolos implevit.
4. *Doctrinæ confirmatione*. Ita enim ſanctis illorum Do nedicit laboribus, ut etiam ſignis in propoſito, fide na indies magis magisq; confirmentur. Ita fieri Quandoquidem enim doctrina iſta cum ration pugnaret, Chriſti utiq; ipſius præſentia, virtus & efficaciſſima requirebatur, ut à mundo reciperetur

Uſus.

I. Informatorius.

DE duobus fidei Chriſtianæ articulis, aſcenſione Ch los, ejusdemq; ad dexteram Patris omnipotentis ſeſ dimus enim firmâ fidei πληροφορίᾳ;

1. Quod JESUS Chriſtus θεάνθρωπος, ex morte verè ad cœlos aſcenderit, depoſitâ viſibili in terris conv

Aſcenſio Chriſti verè à nobis creditur.

ac ſervi illa formâ abjectâ,quam noſtræ ſalutis causâ ſponte adſumſerat. Pſalm. 68,19. & 110, 1. Luc. 24, 50. 51. Act. 1, 9. 1. Tim. 3,16. Eph. 4,10. Hebr. 4,14.

Aſcenſio literaliter intelligenda.

2. Quòd aſcenſio iſthæc intelligenda ſit literaliter, non ſenſu allegorico, metaphorico aut peregrino. Abſint ab hoc myſterio inanes & alienæ ſpeculationes. Receſſit enim Chriſtus verè à diſcipulis,ſublatus in cœlum ſurſum, ipſis videntibus & admirantibus, ac ſenſim altiùs atque altiùs evectum viſu proſequentibus, quouſque poterant,donec(quod in Actis eſt cap. 1,9.)nubes eum ſuſciperet, & duo Angeli adparentes revocarent diſcipulos à cœlorum intuitu,ad exſpectandum aliquando viſibilem Domini ſui reditum,in fine ſeculorum futurum.

Cœli ſignificationes.

3. Quòd cœli in ſacris ſumantur 1. *pro cœlis creatis*, quocunque nomine veniant. Gen. 1,8. Act. 2, 5. Gen. 2, 1. Eſa. 66. 1. Jer. 23,24. Matth. 6,26. 2. *Pro ſtatu alterius ſeculi*, quo ſignificatu interdum ſedes ac thronus Dei dicitur. Matth. 5,34. 1. Tim. 6,16. Eſa. 57.15. 1. Reg. 8, 27. 3. Cum creaturis attribuitur, *pro ſede & τῶ πȣ̃ illarum*, ſimulque notat beatitudinem & conditionem earum feliciſſimam, & varia ſortitur nomina Luc. 16, 22. & 23, 43. Apoc. 3, 21. Johan. 14, 2. Matth. 25,34.

Viſibiliter cur Chriſtus aſcenderit.

4. Quòd viſibiliter aſcenderé vel ideò voluerit Chriſtus, ut teſtimonium victoriæ ac triumphi ſui ederet, nec videretur evanuiſſe veluti ſpectrum: ſed confirmaret fidem Apoſtolorum,ne ulterius viſibilem exſpectarent converſationem; ſed inde regni ſui conditionem agnoſcerent.

Chriſtus ad dextram Dei evectus.

5. Quòd aſcenſu ſuo evectus ſit Chriſtus non tantum in gloriam & gaudium Patris ſui,ubi & nos cum ipſo futuri ſumus;ſed in ipſam ſedem majeſtatis Dei,in thronum majeſtatis in cœlis,qui dicitur dextera Dei. Hebr. 8, 1. Matth. 25,31.

Præſentia Chriſti in cœlis non impedit præſentiam ejus in terris.

6. Quòd Chriſti ad cœlos aſcenſio, ejuſque in cœlis, in dextera Dei & apud beatos præſentia, non impediat præſentiam ipſius in terris. Viſibilis quidem illius præſentia per aſcenſum nobis ſubtracta eſt,at quia non tantum in cœlos adſcendit,ſed & ſupra omnes cœlos ad dexteram majeſtatis & virtutis Dei exaltatus eſt,hinc adeò fit,ut totus Chriſtus θεάνθρωπος, ſecundum utramque naturam inviſibiliter omni creaturæ,inprimis verò Eccleſiæ ſuæ & præſens ſit,& eſſe velit,& eſſe poſſit; *potenter* nimirum in medio inimicorū, Pſ. 110. 2. *gratioſè* in Eccl. Mat. 28. 20. *myſticè* in Cœna. Matt. 26, 26. 1. Cor. 11, 24.

Dextera Dei quid.

7. Quòd dextera Dei in hoc articulo non ſign communis felicitatis, ſed æternam ac verè infinitam p majeſtatem divinam, per quam omnia operatur, regit& evincunt attributa, effecta, opera & virtutes, quæ illi a Matt.26.64.69. Luc.22,69. Pſ.77.11.& 118,16. Exod. 15, Pſal.139,7. Hebr, 1,3. & 8, 1. Eph.1,20.21.

Sedere ad dextram Dei quid.

8. Quòd ſedere ad dexteram Dei nihil ſit aliud nionis perſonalis, & hanc ſubſecutæ exaltationis, infi & æquali majeſtate, virtute & gloriâ omnes creaturas, pera manuum Dei gubernare, Pſalm,110,1.1. Cor.15,25. E 10. Dan.7, 14. Apoc. 5, 12.

Seſſio ad dextram Dei competit humanæ naturæ.

9. Quòd ſedere illud, vel ſeſſio illa, vel potiùs regnum, majeſtas gloria & poteſtas iſta contigerit, vel c ſto ſecundum humanam naturam: (divina enim nul eſt obnoxia.) Secundum quam naturam enim natus, p fixus, mortuus & ſepultus, reſurrexit, ad cœlos adſcend eam quoq; naturâ eſt exaltatus. Unde caro dicitur θεῶ

II. *Conſolatorius.*

Finis aſcēſionis Chriſti.

IS verò promanat ex fine ſive fructibus tùm aſcenſioni nis ad dexteram Dei Patris. Aſcendit enim Chriſtus.

1. *Sui causâ*, ut omnia, quæ prædicta erant, imple 44. & regnum cœleſte occupando in gloriam ſuam int 21. Hebr. 1, 3. Luc. 24. 26.

2. *Noſtri causâ*, ut 1. captis & ductis in triumph populi ſui captivitatem averteret, ſeq; victorem corui deret. Pſ. 68,19. Eph.4,8. Col.2,14.15.

Fructus Aſcenſionis Chriſti.

2. In conſpectu Dei pro nobis adpareret, & meritò ſ interpellaret. Hebr.9, 24. 1. Joh. 2, 1. Hebr.12, 2
3. Ut Spiritum Sanctum nobis acquireret & mitte
4. Ut dona hominibus daret & diſtribueret. Pſ.68,12. 11.12.
5. Ut veluti perruptor portam cœli reſeraret, & aſcenſ in cœlo nobis pararet. Joh.14,2.3.
6. Ut carnem noſtram glorificaret. Hinc Auguſtin inquit, *mea regnat, ibi me regnaturum credo: ubi dominatur, ibi me glorioſum futurum ſpero.*

Digitized by

III. *Monitorius.*

UT de ſpirituali adſcenſione toto vitæ noſtræ tempore cogitantes ad Chriſtum ſemper anhelemus; *Aſcenſio ſpiritualis.*

1. *mentis à rebus terrenis averſione.* Pſal. 73, 25. 26. Col. 3, 1. 2. Phil. 3, 20.

2. *Chriſti rerumq; cœleſtium adpetitione.* Pſal. 25, 1. & 42, 1. 2. Matth. 6, 21.

3. *Peccati devitatione.* Eſa. 59, 2. Apoc. 21, 15.

IV. *Refutatorius.*

CAlvinianorum, qui multas opiniones erroneas circa utrumq; articulum fovent; *Calvinianorum error de cœlo empyreo.*

1. Cœlum nobis, neſcio quod, empyreum fingendo, quòd igneâ luce ſplendeſcat, & ſit illa Dei ſedes & beatorum manſio; idq; definiunt, ſpacium immenſum, lucidiſſimum, glorioſum, extra & ſupra totum hunc mundum, & cœlum ſpectabile, in quo Deus ſe patefaciat ſanctis Angelis & hominibus. In hoc cœlo ſomniant illi Chriſti corpus degere, in diſtincto à conclavibus ſanctorum loco. At cœli peribunt; ita etiam cœlum iſthoc Calviniſticum: Ubi ergò manebit Chriſti corpus? Pſal. 102, 27. Hebr. 1, 10. Eſa. 65, 17. 2. Petr. 3, 12.

2. Aſcenſionem Chriſti in cœlum, translationem eſſe localem, veram & viſibilem corporis Chriſti de terra in cœlum, perperam ſtatuendo, quâ Chriſtus penetrarit cœlos inferiores, donec ad ſummum perveniret. Prius membrum nos non ferit, uti patet ex textus enarratione: poſterius petit principium, & διαῤῥήδην reclamat Evangelium, adſerens, Chriſtum non in ſummo cœlo manſiſſe, ſed ad dextram Patris cœleſtis conſediſſe. *Calvin. error de Chriſti aſcenſione.*

3. Terminum aſcenſionis Chriſti cœlum extimum atq; ultimũ conſtituendo; quod figmentũ unico Pauli teſtimonio confutatur, Eph. 4. 10. aſcendit ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν. Quæ enim illi pro ſtabiliendo figmento ex ſacris producunt, illa omnia non de ſublimitate loci, ſed majeſtatis ac dignitatis agunt. *De termino aſcenſionis.*

4. Dexteram Dei malè, ac præter omnem ſcripturæ ſenſum, deſcribendo per certum quendam beatitudinis in cœlo locum, ubi Chriſtus nunc ſedeat, nunc ſtet, iterum conſideat, mox ſurgat atque deam- *De dextra Dei.*

Digitized by Google

Bulling.ſuper Joh. cap.14.

deambulet pauliſper, ut libitum eſt animo. Aretius h.l. ita ſcribit: Dextra Dei non eſt ſolum gloria & maj potentiæ, verum etiam, pro humani corporis ratione & ne, certa loci notatio, in quo Chriſtus ratione veri corp ni circumſcribatur. Falſitas deſcriptionis ad oculum quæ paulò antè produximus. Et quis omnes ſectæ hu nes enumeret? Nos hîc pedem figimus, & ad tertiam E ſtivalis diſpoſitionem accedimus.

DISPOSITIO
TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

HOdiernâ feſtivitate fides Aſcenſionis Dominica firmatur, quæ eô nobis eſſe debet & jucundior quò & Chriſto & nobis magis extitit neceſſaria. Dec hodie cum Rege noſtro, cum Fratre noſtro, cum Prin cum Redemtore & Salvatore noſtro gaudere, ipſumq; c collaudare animis: quia quantò illi major gloria hod tantò nobis cœleſtis lætitia eſt adaucta. *Reſurrectio D ſtra,* B. inquit Auguſtinus, *aſcenſio glorificatio noſtra. E ipſo glorioſus valdè triumphus; in nobis autem triumphi ctus.* Fructus iſte qualis ſit. h.e. *quid hodieq; dextera Triumphator, Rex & Salvator noſter operetur.*

Serm. de Aſcenſ.

Fructus & beneficio Aſcenſionis Chriſti.

Εργασία.

MAximo noſtro bono Chriſtus aſcendit in cœlos. propter nos homines & propter noſtram ſalute de cœlo, & Homo factus eſt: ita & propter nos aſcendit ſurus communem nobis fore aſcenſionis gloriam oſte ens: *aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum um veſtrum.* Joh. 20, 17. Fructus verò & beneficia aſce cipua, Evangelica nobis lectio monſtrat. Hujusmodi

I. *Benigna infirmorum ſuſceptio.* Quos enim ob ἀπιστίαν & deſertionem abnegare debebat Apoſtolos, hos in gratiam recipit; tria potiſſimùm dilectionis priſtinæ ſigna, paulò ante ſuum ab eis diſceſſum oſtendens: Infirmos Chriſtus ſuſcipit.

1 *Comedit* cum ipſis, ſicut amici, diſceſſum à ſe mutuò facturi, facere ſolent: Act. *10, 41.*

2. *Benedixit* illis, ſicut homo iter ſuſcepturus longinquum domeſticis & amicis ſuis vale extremum dicit; proſpera quæque adprecatus:

3. *Amicè collocutus eſt* cum eis, de futuris varia dans mandata. Eodem erga quosvis hodieq; eſt animo fideles, de quo non eſt, quòd quiſquam quicquam dubitare præſumat Eſa. 42, *3.* Ezech. *34,* 16. Jer. 8, 4. Matth. 9, 12. Rom. *14,* 1. Gal. *6,* 1. 2.

II. *Miniſterii Eccleſiaſtici inſtitutio*, de qua vide plura Dominic. Quaſimod. & præced. diſp. Chriſtus enim erat datus nobis à Deo Doctor, Deut. *18,* 18. Eſa. 50, *4.* Luc. *7, 16.* Matth. *17,* 5. Joh. 3, *2.* ſed abiturus in cœlum vicariam docendi operam commendavit, (non uni Petro, ſed) omnibus ſuis diſcipulis, omnibusq; eorundem in verbo fidei ſucceſſoribus. Act. 10, 40. Eſa. *52.* 7. 2. Cor. *5,* 20. Matt. 28, *19.* Eph. 4, *11.* 2. Luc. 1, 16.

III. *Potens Eccleſiæ defenſio & protectio,* arguunt ſigna, quæ in textu commemorantur. Exod. 13, 21. & 29, & *45.* Deut. 31. 3. Pſalm. *46,* 1. & ſeqq. & 91, *1.* Eſa. 43, 2. & 46, 28.

IV. *Perpetua pro miſeris peccatoribus interceſſio:* vide præced. diſput. Bernhard. *quid eſt cur trepidem? cur deſperem? Cùm ſciam, carnem meam ſedere à dextris Patris.*

V. *Futura piorum in cœlos introductio.* Propter nos enim adſcendit, ut inter hæredes primus regni aditum patefaceret, & ſecuturis nobis locum pararet, inquit Polygranus. Nullus (pergit ille) fuiſſet ſalutis locus. abſente Salvatore; nullus redemtionis fructus abſente Redemtore; nulla merces vitæ ipsô abſente, qui eſt vita; nullum æterni convivii ſolatium amicis Sponſi, ipsô Sponsô abſente. Ait ergo: Vado vobis parare locum: Joh. 14, *2.* diſpono vobis regnum, Luc. *22. 29.* Johan. *12, 32.* & 17, 24. Luc. *23,* 43. Aſcendit itaq; Chriſtus Part. 2. poſt. p. 117.

1. Vt glorioſus *Triumphator*, Eſa. 9, 4. Mich. *2, 13.* Zach. *9, 11.* Col. 2, 15. Chriſtus quomodò aſcenderit.

2. Vt devotus *Interpellator*: Rom: *8,* 34. *1.* Joh. *2, 1.* 2.

3. Vt noſtræ naturæ *exaltator:*

Chriſtus ad dextram Dei non ocioſus; ſed maxime negotioſus.

4. Vt totius univerſi *gubernator & dominator*. Mich. 5, 2. Faceſſant hinc Calviniſequarum nonnulli, qui ocioſum jam in cœlo, certo quaſi loco adfixum nobis Chriſtum exhibent. Qualis enim erat à diſcipulis abſcedens, talis hodieq; apparet in conſpectu Dei pro nobis, Hebr. 9, 24.

1. *Miniſterii Evangelici curam vel maximè gerens*;

2. *Efficaciter in Eccleſia operans*, idq; per media Apoſtolis concredita, Verbum & Sacramenta, quibus ille καθ' ἀμφότερα præſentiſſimè adeſt:

3. *Miraculosè Eccleſiam, adverſus omnes omnium hoſtium inſidias defendens:* Deus in medio ejus. Pſalm. 46, 6.

Viribus humanis non eſt Eccleſia tuta:

Sanctorum ſuffragia vana.

4. *Inceſſabiliter pro Eccleſia orans.* Auguſtinus: *Salvabit me per eum, qui ſedet ad dextram Dei, & orat pro me.* Nihil ergò opus ementitiis Sanctorum ſuffragiis, ſupplicationibus, deprecationibus; nobis unus eſt mediator, Jesus Chriſtus. 1. Tim. 2, 5. Jam noſtrum fuerit, debitæ gratitudinis locô, Triumphatori meritiſſimo offerre,

1. *Fidei firmitatem*;

2. *Animi hilaritatem*;

3. *In officio obeundo* (exemplô Apoſtolorum) *ſedulitatem*; habemus mandatum: ite (non ſtate) & prædicate:

In Serm. de aſcen. Domin.

4. *Cœli cupiditatem Sancti ſemper ſunt, ubi nondum ſunt*, ait Chryſoſtomus. Si ergò rectè, ſi fideliter, ſi devotè aſcenſionem Domini celebrare cupimus, aſcendamus cum illo, & ſurſum corda habeamus: Auguſt: ideoq; cum Sponſa clamamus: O bone Jesu, trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum!

Concede quæſumus, omnipotens Deus, ut qui hodiernâ die Unigenitum tuum cœlos aſcendiſſe credimus, ipſi quoq; mente in cœleſtibus cohabitemus, per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Amen.

FERIA

Digitized by Google

FERIA SECUNDA PENTECOSTES,

Evangelium Joh. 3. à verſ. 16. ad 22.

DISPOSITIO PRIMA.

PRopter inſignem, quæ hoc Evangeliô continetur μυστηριολογίαν, reducimus illud ad genus cauſarum διδασκαλικὸν ſive doctrinale; verſatur enim circa ſublime iſthoc thema, de ſalute ſive vita & perditione æterna: illa ſolis in Chriſtum unicum mundi Redemtorem credentibus eſt deſtinata; hæc pertinaci & finali incredulitate tenebras ſectantibus eſt adjudicata. Ita autem de hac materia diſſerit Salvator, ut initiò ex maximo, quod Deus humano generi contulit, beneficio, maximam ipſius erga homines dilectionem probet; deindè medium, quo participes illius reddantur, oſtendat, ac deniq; occaſione inde ſumtâ ex fructibus veræ naturam fidei declaret, hoc ipsô filios lucis à filiis tenebrarum diſcernens. Τριχοτομία eſto talis. Conſiderabimus

I. *Dilectionis divinæ immenſitatem;*
II. *Juſtificationis & ſalvationis noſtræ qualitatem;*
III *Damnationis hominum cauſalitatem.*

PARS I.

PArtis primæ διέξοδος duobus commodè membris abſolvi poteſt;
1. *Occaſionis commemoratione;*
2. *Dilectionis divinæ per circumſtantias certas deſcriptione.*

I. *Occaſio* patet ex præcedentibus, colloquio nimirùm Chriſti cum Nicodemo. Materia colloquii fuerat de regno Dei, vel de ſalute ac felicitate æterna adipiſcenda. Chriſtus requiſiverat παλιγγενεσίαν, quam cùm homo ψυχικὸς non perciperet, cœpit obiter de

ter de morte ſua loqui, cujus virtute ac meritô hanc oportebat fieri regenerationem. Et quia cum legiſperito ipſi ſermo erat, ex legis typo, ſerpentis ænei exaltatione, ſe in ſauciatorum ſalutem in ligno exaltandum, h.e. crucifigendum probavit. Num. 21, 9. Hoc ergò typô tùm ſuæ mortis inſinuâſſet neceſſitatem, ut verus DEI Filius & gloriam Patris quærens, Joh. 8, 49. in laudes Patris ſui prorumpit, oſtendens, hanc tàm ineffabilem, tàm grandem rem, ut ſc. ipſe DEI Filius crucis ſubiret ſupplicium, non ex ullis juſtitiæ humanæ meritis, ſed ſola Patris dilectione promanâſſe.

Eraſmi error de verbis Chriſti: Sic Deus dilexit &c.

II. Cæterum quæ qualis & quanta ſit iſta Patris cœleſtis dilectio, verbis admodum graphicis ac ponderoſis (Lutherus Centner Wort) Chriſtus aperit. Neque enim facimus cum Eraſmo, qui verba hæc ab Evangeliſta & Apoſtolo Iohanne, explanationis gratiâ, concioni CHRISTI inſerta fuiſſe opinatur. Nam

1. Nulla nos neceſſitas, ut hoc ſtatuamus, cogit; contextus enim optimè fluit, & plus habet authoritatis, ſi accipiatur eſſe continuatio concionis Chriſti. D. Chemn. Harm. pag. 361.

2. Verbis Evangeliſtæ major adſignaretur ἐξουσία, quàm ipſius Chriſti, quod abſurdum & impium.

3. Conjunctio cauſalis γὰρ concionis continuationem arguit.

4. Nihil præterea novi, Chriſtum de ſe in tertia perſona loqui, quod ex verſu capitis hujus 13. & 14. ultrò liquet.

Deſcripturus itaque, quin animis hominum impreſſurus, Chriſtus dilectionis divinæ immenſitatem, ſignificat

1. *Quis diligens?* Deus Pater; qui uti fons eſt & origo S. S. Trinitatis: ita omnium etiam conſiliorum ac operum, in quibus de noſtra creatione, redemtione ac ſalute agitur. Ecce, qui diligit, Deus eſt, quô non nihil altius, nihil melius aut dignius conſtat, ut nec ejus dilectione quid precioſius eſſe queat.

Diligere quid.

2. *Quid:* Reſpicit hæc circumſtantia tùm factum, tùm objectū.

Factum Dei eſt diligere; quod verbum complectitur miſericordiam & commiſerationem D. Chemn. d. l. pag. 362. Utitur autem aoriſto ἠγάπησε, in ſignificatione præterita, eô ipsô nos deducens ad conſiderationem ejus, quòd Eph. 1, 5. & 2. Tim. 1, 9. pleniùs explicatum extat. Quæ collatio ad dilectionis exaggerationem illud momenti adfert, quòd dilexerit nos antequam quicquam, quia cùm adhuc hoſtes eſſemus.

Objectum eſt mundus, quô nomine non veniunt ſoli ex mundo

do

do electi, quod Calviniani volunt; (ſignificatio iſthæc ex univerſa Scriptura probari nequit) ſed omnes ac ſinguli in mundo homines; ut ſit Synecdoche continentis pro contento, mundus pro toto genere humano, ſive omnibus hominibus, quales in mundum hunc naſcuntur, impii & ſtudiis ſuis Deo contrarii. Vnde D. Chemn. d. l. interpretatur, homines peccatô corruptos. Diligit igitur Deus ſummum bonum, ſibi ſufficiens, nullius indigens, nullius debitor, mundum, quô nihil vilius, turpius, immundiusq; nihil. [Mundi nomine quid veniat?]

3. *Cujus impulſu?* Nulla hic cauſa impellens alia, niſi ſolus amor ſive miſericordia Dei erga mundum, h. e. univerſum genus hominum, quâ ille motus decretum fecit, de homine redimendo & liberando, cùm quidem angelicam naturam, noſtra longè præſtantiorem, lapſam præteriret, & in promerita damnatione relinqueret. Admirationem hæc dilectio ac ſtuporem concitat maximus, hinc *S*alvator non ſine ſingulari ἐμφάσει ait: Sic *De*us dilexit mundum. *P*articula enim ſic hoc in loco eſt θαυμαστικὸν, admirantis & exaggerantis. [Sic, θαυμαστικόν.]

4. *Quomodo?* Inſinuat hæc circumſtantia effectum dilectionis, qui in eo plenis quaſi catarractis prorupit: ut Filium ſuum unigenitum daret, quô nihil habuit in cœlo & in terra precioſius, nihil carius, nihil ſublimius. Eſt enim Filius naturalis & conſubſtantialis, corde natus ex *P*arentis ante mundi exordium: Filius non adoptivus, ſed unigenitus. Hunc dedit, hunc donavit mundo in humanam infirmitatem, ut Deus eſſet Homo, ut Dominus fieret ſervus, exinanitus atq; humiliatus ad turpiſſimam uſque crucis mortem, *P*hilip, 2, 8. Verba igitur iſta de Filio tradito ex hoc fundamento exſtruunt totam *R*edemtionis noſtræ doctrinam. Vide D. Chemn. harmon. pag. 365. & D. Hunn. comm. in Ioh. p. 152. [Effectus dilectionis in Filio dato.]

5. *Quô fine & cur dilexerit?* Vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Quibus verbis finis indicatur geminus finis ᾧ, & finis οὗ, uti ex Logicis quidam loquuntur. [Finis dilectionis Dei]

Finis ᾧ cui bono miſſus datus vel donatus ſit Filius, eſt omnis credens in Chriſtum; quâ phraſi non fides tantùm hiſtorica, ſive nuda notitia, ſed ſimul fiducia in Filium Dei collocanda haud obſcurè innuitur. Quid differant credere Deo, credere Deum, & credere in Deum, ex Auguſtino h. l. recitat D. Chemn. pag. 368. ſed in Scriptura hanc differentiam tàm ſcrupuloſè non obſervari probat, non tamen inutilem eſſe contendit. Vid. D. Hunn. in Johan. pag. 155. [Finis ᾧ & οὗ miſſionis Filii.]

Finis 3, cujus gratia in mortem traditus ſit unigenitus ille Dei Filius, eſt

Perditio quid? 1. *Perditionis ſive damnationis remotio*, ſublatio, amolitio. Significatur n. talis perditio, quæ inferno ſolet cõjungi, *Prov.* 15, 11. & 27. 20. & indicatur æterna damnatio, quam Chriſtus meritò ſuò à nobis avertit, ne in judicio Dei propter peccata, juxta legis ſententiam, æternis cruciatibus in inferno deſtinemur.

2. *Vitæ æternæ reparatio*: Eam verò habebunt omnes in Chriſtum perſeveranter credituri. Particula verò omnis fidem infirmam non excludit, ſed includit.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. De infallibili *Dei* ergo homines dilectione, *Pſal.* 47, 5. & 87, 2. Sap. 11, 24. 25. 1. Joh. 4. 9. Rom. 5, 5. 8. 35. 2. Corint. 13, 11. 2. Theſſ. 2, 16. 1. Joh. 4. 10. 16. Deut. 33, 3. Jerem. 31, 3.

Mirabilia quatuor. II. Quatuor in Scriptura notantur θαυμαστά; 1. immenſa Dei miſericordia; 2. Filii unigeniti traditio; 3. Hominis cum Deo reconciliatio; & 4. vitæ æternæ donatio.

Salus gratuita. III. Tota ſalus hominum, eſt beneficium merè gratuitum, à ſolo Deo unicè dependens, Sap. 16. 1. Rom. 6, 23. Eph. 2, 8.

IV. Nullis itaq; noſtris operibus dignos nos reddere valemus, ad vitæ æternæ participationem, Johan. 15, 5. 2. Cor. 3, 5. Rom. 3, 20.

Dilectio Dei in Chriſto fundata. V. Dilectio & miſericordia *Dei* erga nos homines in Mediatore Chriſto fundata eſt, Eſa, 45, 24. 25. Rom. 5. 1. 18. 19. & 10, 4. Hebr. 5, 9. Rom, 3, 24. 25. 2. *Cor.* 5. 18. 19. Eph. 1, 7. & 2, 13. 14. 16. 17. & 5, 2. Col. 1, 14. 21. 22. 1. Tim, 2. 5, 6. 1. *Pet.* 1, 18. 19. 20. 1. Joh. 2, 1. 2.

VI. *De* ſumma hominum poſt lapſum miſeria, Rom. 3, 13. Eph. 2, 3. Pſal. 102. 21, Gen. 6, 5. & 8, 21. Rom. 8, 7. Eph. 2, 5.

Extra Chriſtum nulla ſalus. VII. Extra Chriſtum & ſine Chriſto hæremus in æterna perditione, & alieni ſumus à vita æterna. Joh. 15. 5, *Rom.* 7, 18. 2. *Cor.* 3, 5. *Phil.* 2. 13. Heb. 13, 21. Joh. 6, 44. *Hoſ.* 13, 9. 1. *Cor.* 1, 30.

Deus non vult mortem. IIX. *Deus* non delectatur morte impii: dilexit enim totum mundum; toti etiam mundo Filius datus, 1. Johan. 2, 2. Marc 16. 15. Ezech. 18, 23 & 33, 12. 1. Timoh. 2, 4. 2. Pet. 3. 9. Filius pro omnibus guſtavit mortem; Hebr. 2. 9. Johan. 1, 29. Eſa. 53, 6. 2. Cor. 5. 15, *Rom.* 14, 7. 9.

IX. Malè

Huberi error.

IX. Malè concludit *Huberus*, ab univerſitate dilectionis divinæ ac meriti Chriſti, ad univerſalitatem Electionis omnium hominum. Fallit enim & fallitur διὰ τὸ ἐλλιπὲς τῶν αἰτιῶν, propter inſufficientem cauſarum enumerationem. Omittit fidem, quæ ex cenſu ac numero cauſarum ſequeſtrari nullô modô poteſt. 2.Theſſ. *2.13*. Jac. *1*, 5 Tit. *1*, 1. Eph. 1, 4.

Chriſtus Deus.

X. Chriſtus eſt & dicitur Filius Dei unigenitus, quòd in ipſa eſſentia ſive ſubſtantia *Patris* ab æterno genitus, ac proinde verus *Deus*, *Patri* ὁμοούσιος ſit. *Pſal. 2, 7.* Hebr. *1*, 5. *Prov.* 8, *22.23*. Mich. 5, 2. Iohan. 1, 18. 2. Cor. 4, 4. Col. 1, 15. 17. Heb. 1, 3. 4. 2. *Petr. 1*, 17. 18.

Photinianorum error de Filio unigenito.

XI. Errant *Photiniani*, ideò Chriſtum dici Filium *Dei* & quidem unigenitum, quòd ſingulari modô, & per ſingularem operationem Spiritus ſancti, in tempore ex Maria virgine ſit natus: æternam ita generationem, cum ea, quæ ſecundum humanitatem in tempore facta eſt, malitioſè & impiè confundentes. Vide *D.* Meiſn. Theol. Photin. pag. 448. & ſeqq. & *D.* Tarnov. comment. in Ioh. pag. *285*. & ſeqq.

Filius Dei, ſi homo nò peccaſſet, utrum venturus.

XII. Errarunt olim *Pelagiani*, errantque adhuc dum πελαγιανίζοντες nonnulli, ſtatuentes, Filium *Dei* in mundum venturum, & carnem humanam adſumturum fuiſſe, etiamſi homines non peccâſſent. Eſa. *9*, 6. & 53. *4.5*. Luc. *19*. 10. Ioh. 3, 16. Rom. *8*, *3*. 4. Gal. *4*, *4*. 5. 1. Tim. 1. *15*. Vid. diſp. dè imag. *Dei D.* Rungii th. *29*. & *D.* Tarnov. d. l. pag. *297*.

Photin. error de ſatisfactione Chriſti.

XIII. Neceſſitatem ſatisfactionis ex aureo hoc Chriſti aphoriſmo impugnant *Photiniani*, ita colligentes: *Deus* nos dilexit antequam Chriſtus moreretur. Ergò Chriſtus ſuâ morte non ſatisfecit, nec dilectionem *Dei* nobis promeruit. *Diſtinguendum* enim eſt inter dilectionem generalem & ſpecialem: de illa, non de hac Chriſtus hoc locô loquitur. Specialis dilectionis, quâ *Deus* credentes in Filium complectitur, cauſa meritoria eſt Chriſti Mediatoris ſatisfactio Epheſ. 1, *6*. Vid. *D.* Gerh. Tom. *3*. loc. pag. 998, & *Dn*, Meelführ. vindic. h. l. th. *6*. *7*. 8. *9*.

Chriſti ſatisfactio probatur.

XIV. Satisfactionem pro nobis Chriſtum verè præſtitiſſe probat 1. *ipſius officium mediatorium*, 1. Tim. 2, 5. Hebr. 8, 6. & 9, 15. & *12*, 24. 2. *noſtra per ipſum facta redemtio*. Rom. *3*, *24*. 25. 1. *Cor.* *1*, *30*. & *6*, *20*. Epheſ. *1*, *7*. *Col.* 1, 14. 1. Tim. *2*, 6. Hebr. 9, *12*. *1*. Petr. *1*, 18. 19. 3. *noſtra cum Deo reconciliatio*, Rom. *3*, *25*. 1. Ioh. *2*, *2*. & 4. 10. Rom. 5, 10, *11*. Eph. *2*. *16*. Col. 1, 20. *21*. *22*. 4. *Sanguinis effuſio &*

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti immolatio, Hebr.9, 22. Matth.26.28. Eph.5, 2. Heb. 9, 25. & ſeq, 1. *Ioh.* 1, 10. Plura vide in Theolog. Photin. D. Meiſner. pag. 821, & ſeqq. item in Anthrop. dec. 3. p. 220. & ſeqq. D. Gerh. T. 3. loc. p. 966. D. Tarnov. in Joh. pag. 891. & ſeqq.

Primum genus communicationis

XV. De reali κοινωνία duarum naturarum in Chriſto. *Propoſitio* enim iſthæc: Filius *D*ei unigenitus datus eſt mundo, vel pro mundo, pertinet ad primum genus *C*ommunicationis idiomatum, ubi docetur non hominem aliquem malum, ſed ipſum Deum, ipſum Dei Filium in mortem pro redemtione mundi eſſe traditum, Act. 3, 15. & 20, 28. Rom. 8, 32. 1. Cor. 2, 8.

Fides ὄργανον.

XV*I*. Fides eſt ὄργανον ſive medium applicationis ordinarium, gratiam Dei & meritum. Chriſti ad ſalutem adprehendendi, Marc. 16, 16. Rom. 3. 2-. & 4, 24, & 10. 49. Act. 10. 43.

XV*II*. Magna inde emergit conſolatio adverſus indignitatem noſtram; modò enim in Chriſtum credas, ſalvus eris. *Gal.* 3. 26. Joh. 1. 12. Act. 13. 39. Rom. 1, 17. & 4, 5. & 5, 1. & 10. 4. 10. Matth. 21, 21. Marc. 9, 23. Luc. 1, 45. & 18. 42. Joh. 5, 24. & 6, 47. & 11, 25. 26. Act. 16, 31. 1. Joh. 5, 4. 5.

Fides vera.

X*II*X. Vera fides non niſi in ſeria pœnitentia exiſtit, & eſt per charitatem efficax Gal. 5, 6. 1. Tim. 1, 5.

Fides ſalvat relativè,

X*I*X. Fides juſtificat & ſalvat, non qualitativè, ſed relativè ratione & reſpectu ſui correlati. Act. 13. 39. Gal. 2, 16. Phil. 3, 8. Rom. 3, 25. 29. & 10, 4. 1. Cor. 1, 30.

XX. Qui dubitat de meriti Chriſti ad ſalutem ſufficientia, is eſt in mortem *C*hriſti contumelioſus. Rom. 5, 10.

Solâ fide juſtificamur.

XX*I*. So la fide juſtificamur, idque ex hoc Salvatoris pronunciato liquidò demonſtrari poteſt. Si enim omnis in Chriſtum credens habet vitam æternam, ſequitur ſola nos fide ſalvari & juſtificari. Rom. 3, 20. 28. & 4. 5. 6. Gal. 2, 16. & 3, 10. 11. 12.

Particula ſola quid notet?

XXII. Particula autem iſthac SOLA, non determinatur Subjectum, quaſi fides debeat eſſe mortua & infructuoſa; ſed prædicatum, idque ſolùm indicatur, licet fides proferat bona opera, non tamen pertinere illas ad cauſas juſtificationis. Vide D. Tarn. in Joh. p. 307.

Sacramenta non excluduntur à ſalute.

XXIII. Hoc dum dicimus, non ex cludimus à mediis ſalutis Sacramenta, quod falsò inferunt cum Cinglio fanatici Anabaptiſtici Fides enim non opponitur Baptiſmo; ſed ſe mutuò ponunt: & pari ratione vis etiam ſalvifica verbo adimeretur Rom. 1, 16. T. t. 3, 5. 1. *Pet* 3. 21.

Error

XXIV. Error quoque Stancari (cum quô Jeſuitæ faciunt) hîc deprehenditur, qui Chriſtum noſtrum eſſe Mediatorem contendebat, tantùm ſecundum humanam naturam, expreſſa enim Filii Dei fit mentio. *Stancari error.*

XXV. Fidei juſtificanti duplex adſcribitur ἐνέργεια, privativa & poſitiva; credens enim 1. non peribit, ſed 2. vitam æternam habebit. Non igitur inchoat, ſed perficit ſalutem. 1. *Ioh.* 5, 11, 12. Rom. 8, 17. Eph. 2, 8 1. Petr. 1, 9. *Fidei ἐνέργεια.*

XXVI. Proprium & adæquatum fidei juſtificantis objectum eſt Chriſtus cum univerſo ſuo merito ac beneficiis, miſericordia Patris in Chriſto nobis oblata, promiſſio Evangelica de Chriſti ſatisfactione, &c. quæ omnia eodem redeunt. Probat D. Gerh. Tom. 3. Loc. pag. 1221. & ſeqq. Rom. 3, 24. 25. & 4. 24. 25. & 10. 4. 9. Act. 10. 43. 1. Cor. 1, 30. *Fidei objectum.*

XXVII. Omnis credens in Filium Dei, poteſt & debet certus eſſe de gratia Dei erga ſe, de remiſſione peccatorum & ſuâ æternâ beatitudine. Rom. 4, 16. & 8, 16. *Gratiæ certitudo ex fide.*

XXIIX. Poſt hanc vitam certò reſtat alia vita, quam Chriſtus æternam hoc locô dicit, ſimulq; rationem ac modum illius acquirendi proponit. Dan. 12, 2. Matt. 25, 46. Sap. 5, 16. Tob. 2. 18. *Ioh.* 10, 17. 2. Cor. 5, 1. Phil. 3, 20. Ioh. 14, 2. *Vita reſtat alia.*

PARS II.

Ex eodem dilectionis inexhauſtæ fonte profluxit ἀκρόπολις religionis Chriſtianæ, de juſtificationis ac ſalvationis noſtræ ratione, conditione ac qualitate. Totum negotium aureô hoc aphoriſmô ſimul ob oculos poſuit Chriſtus, monſtratis omnibus ejusdem cauſis.

I. *αἴτιον ποιητικὸν, cauſa efficiens eſt Deus*, qui dives eſt in miſericordia: Eph. 2, 4. & in peccatis perditos homines ſalvare ac juſtificare ab æterno conſtituit. Rom. 8, 33. & quidem *Dilectio Dei qualis.*

1. *Sine ulla προσωποληψίᾳ ſive perſonarum acceptatione*, Act. 10, 34.
2. *Sine ulla mutatione*: Rom. 11, 29. Iac. 17,
3. *Sine hypocritica ſimulatione*: Deut. 32, 4.

II. αἴτιον κινητικὸν, cauſa movens. Hic nulla Angelorum interceſſio; nulla hominum dignatio, ſed mera dominatur gratia ac miſe-

miſeratio,quâ ſolâ Deus compulſus mundum ſeriò dilexit, Rom.5. 8. Quid mundi nomine veniat ex parte prima notum eſt.

III. αἴτιον ἐυεργετικὸν, ἢ σωτικὸν, ἢ ἱλαστικὸν, quam uſitate *meritoriam* vocamus,ſeu *meritoriâ virtute efficientem*, benefacientem & ſalvantem cauſam: alii nominant αἴτιον κατ᾽ ἔξω κινητικὸν, cauſam externam impulſivam.quæ ſcil. moverit Deum, ut homines in Chriſtum crediturος eligeret ad ſalutem, eosque in tempore juſtificatet & ſalvaret: ubi illud addendum eſſe monet Clariſſ. Dn. D. Gerh. ſatisfactionem & obedientiam (h.e. meritum) Chriſti hîc conſiderari,ut eſt non nudi hominis,ſed ipſius Filii Dei ſatisfactio & obedientia, Act. 20, 29. 1. Joh. 1, 8. Nonnulli dicunt αἴτιον ὑλικὸν, cauſam materialem juſtificationis, cujus partes ſeu gradûs inſigniores ſunt, incarnatio, paſſio ac mors, reſurrectio & aſcenſio. Hi reſpectum habeant non tàm ad meritum,quàm ad ipſam applicationem.

Tom.3.loc. pag.960.

Meritoria ergò *juſtificationis cauſa unica eſt Chriſtus* θεάνθρωπος, Dei & Mariæ Filius, de quo textus noſter Evangelicus ait, quòd à Patre nobis datus ſit,nim. ut eſſet λύτρον & ſatisfactio pro omnibus omnium hominum peccatis. Cum enim Deus ratione juſtitiæ ſuæ non poſſet, nec vellet ullum peccatorem juſtificare, niſi juſtitiæ ſuæ,in lege patefactæ,eſſet ſatisfactum: homo verò corruptus legem implere non poſſet,multò minùs pro aliis ſatisfacere: proinde ut pretium redemtionis eſſet ἰσόρροπον, decretum fuit in conſilio S.S. Trinitatis,redemtionem non poſſe effici,niſi per unigenitum Filium Dei,quem neceſſe fuit incarnari,ut in adſumta natura officium Redemtoris perficeret. Deus itaque potiùs, quàm vellet totum genus humanum perire, maluit Filium ſuum unigenitum dare. Is venit in hunc mundum, factus ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret, Galat. 4, 4. factus etiam pro nobis maledictum, ut nos eſſemus juſtitia Dei in ipſo. Gal. 3, 13. Unde quæ noſtra ſunt, in ſe derivavit, & quæ ſua ſunt,nobis communicavit.

Meritoria juſtificationis cauſa.

Tantæ molis erat lapſam reparare ſalutem!

IV. αἴτιον τελικὸν, *cauſa finalis* hujus meriti eſt, ut non pereamus,ſed vitam æternam habeamus. Hoc enim Chriſtus ſuò nobis meritò acquiſivit,ne in judicio Dei damnati periremus, ſed à maledictione legis ac ſententia mortis damnatoria abſoluti vitæ æternæ participes pronunciaremur.

V. αἴτιον

Digitized by Google

V. *αἴτιον ὀργανικὸν, cauſa inſtrumentalis* ex parte hominum ſalvandorum & juſtificandorum eſt, fides in Chriſtum. Hinc univerſaliter loquitur: Omnis qui credit, vel credens in ipſum (Jeſum Chriſtum Dei & Mariæ Filium) non perebit, ſed vitam æternam habebit. Quemadmodum enim ex parte Dei medium offerens nobis ejuſdem beneficia eſt Verbum, cui conjuncta ſunt Sacramenta: Ita ex parte noſtri cauſa vel medium recipiens donum charum de manu chara eſt fides, ſeu cor fidele.

Medium offerens & recipiens.

Porrò quæ de cauſa meritoria, finali & inſtrumentali Salvator dixerat, ea jam ulteriꝰ explicat per ἐπιμονὴν ſive commorationem quandam Rhetoricam. Alii non incongruè vocant dictorum ἐπεξήγησιν ſive expolitionem, verſ. 17. & 18. contentam: quibus verbis innuitur.

I. *Finis miſſionis, donationis vel incarnationis Chriſti*, qui ponitur tùm negatè κατ' ἄρσιν, tùm affirmatè κατὰ θέσιν. Deus miſit Filium ſuum in mundum, non ut (primô adventu ſuô) mundum, h. e. homines in mundo, quantumvis reos culpæ, & ἑπομένως pœnæ ſive damnationis æternæ, judicaret: reſtat enim alius judicii adventus. Judicare autem hoc loco idem eſt quod condemnare: Sed ut mundus ſalvaretur per eum, vitâ & redemtione per mortem Chriſti impetratâ.

Finis miſſionis vel incarnationis Chriſti.

Judicare pro condemnare.

II. *Subjectum ſalvationis & condemnationis* per ἀντίθεσιν: Qui credit in eum, vel ut Græcum habet, credens in eum, non judicatur, ſcilicet ſecundum legem, h. e. non condemnatur, quia Chriſtus factus eſt pro nobis peccatum, 2. Cor. 5, 21. & maledictum, Galat. 3, 13. & acquiſivit nobis illam fori declinationem, ſeu privilegium exemtionis ab illo legis judicio; ut in ipſo fieremus juſtitia, 2. Cor. 5, 21. & per eum ſalvaremur ab ira Dei. Rom. 5, 9. Hoc ſubjectum ſalvationis: ſequitur ſubjectum condemnationis; ὁ μὴ πιστεύων, omnis non credens jamdum judicatus eſt, ſc. ſententiâ legis, quæ maledictum & damnatum pronunciat omnem, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in lege, Deut. 27, 26. tantùm deeſt, ut judicium illud reveletur & exſecutioni mandetur, Rom. 2, 5. Judicatus eſt dupliciter:

Subjectum ſalvationis.

Subjectum condemnationis.

1. *Coram tribunali legis* propter peccatum.

2. *Coram tribunali Chriſti*, propter ſpretam & rejectam gratiam, 2. Theſſal. 1. 8. Chemn. Harm. pag. 368.

pag. 504. Maldonatus vocat judicium adprobationis aut reprobationis, ſicut prius illud diſcuſſionis, & exponit, κέκριται, habet cauſam damnationis in ſeſe; quemadmodum Adamo dictum eſt; in quacunque die comederis, morte morieris; non quòd ſtatim moriturus eſſet, ſed quòd ſtatim mortis in ſe cauſam habiturus. D. Hunnius egregiè, ut omnia: Qui oblatam in Evangelio ſalutem & redemtionem fide adprehendit, is non debet ullum judicium damnationis extimeſcere: habet enim ac poſſidet per fidem meam juſtitiam, quæ coram exactiſſimo Dei judicio valet & conſiſtit inconcuſſa. Qui verò hanc meam juſtitiam, meritum, redemtionem & beneficia negligit aut contemnit, & fide non adprehendit, is jam eſt judicatus, ſententiæ æterni judicii ac damnationis obnoxius, cujus executio in noviſſimo die futura eſt.

In Johan. pag. 154.

Incredulitas cauſæ damnationis. *III. Cauſa adſertionis vel condemnationis* immediata, proxima & adæquata eſt incredulitas perſeverans, quia non credidit *in nomen* unigenti Filii Dei, h. e. ea, quæ de ejus perſona & officio in Evangelio & promiſſionibus Evangelicis proponuntur. Utitur Chriſtus præterito πεπίστευκε, in extremo enim judicio non opus erit longâ inquiſitione, ſed ſententia hæc erit: quia tu non credidiſti: Ergò jam judicatus es.

Credere in nomen Chriſti. Porrò credere in nomen Chriſti eſt, ipſum fide ita intueri & amplecti, ſicut perſona & officium ejus in promiſſione Evangelii nobis offertur: quemadmodum nomen Dei ſignificat, id quod Deus in verbo de eſſentia & voluntate ſua patefecit.

Poriſmata & Theoremata Theologica partis ſecundæ.

I. Chriſtus tripliciter eſt & nominatur juſtificationis noſtræ cauſa.

Chriſtus juſtificationis cauſa triplici modo. 1. *Meritoriè*, quatenus ſanctiſſimô & perfectiſſimô ſuô meritô gratiam Patris nobis promeruit, & illi nos reconciliavit, Rom. 4, 24. 1. Cor. 15, 3.

2. *Efficienter*, quatenus à peccatis, morte ac Diabolo nos liberavit, & juſtitiam, quæ coram Deo valet, nobis acquiſivit. Neque enim ob id præſtitum eſt meritum Chriſti, ut noſtræ vel aliorum pro nobis ſatisfactiones fierent meritoriæ; ſiquidem obedientia ejus ſola eſt & ſufficiens expiatio pro peccatis noſtris. 1. Joh. 1, 7. & 2, 2. 1. Petr. 1, 19.

3. *Formaliter* in ipſa applicatione: nullâ enim re aliâ coram Deo ſumus juſti, quàm juſtitiâ merito Chriſti acquiſitâ, & per fidem nobis imputatâ. Vide Rom. 3. & 4. & 11. capp.

II. Monemur de perfecta & abſoluta ratione conſequendi vitam æternam: Vel, quod idem eſt, de juſtificatione hominis peccatoris coram Deo, de quo articulo conſulantur libelli methodici & ſymbolici.

III. Unica ſalus noſtra eſt, in illo judicio non judicari.

IV. Chriſtus ſubeundo pro nobis judicium Dei promeruit credentibus privilegium excmtionis & adpellationis, Ioh. 5, 27. Hebr. 4, 16.

V. Credentes non timeant, ne à Chriſto propter peccata damnentur. Rom. 8, 1. *1.* *I*oh. 2, 12. Eſai. 1, 18. Act. 10, 43.

Credentes non timeāt damnationem.

V*I.* Magni beneficii loco habendum, quòd judicium univerſale contra peccatores non ſtatim profertur, ſed pœnitentiæ ſpacium illis conceditur. Rom. 2, 4. Ezech. 18, 23. & 33, 12. 2. Petr. 3, 9. *1.* Timoth. 2, 4. Sap. *15*, 1. 2. Sir. 17, 20. Apo. 20. 6. *I*er. 18, 7. *I*on. 3, 10. Eccl. *12*, 1.

V*II.* Mundus continet credentes & non credentes: tertiam hominum claſſem Scriptura ignorat, Marc. 16, 16. quâ *διχοτομία* ignis Papiſtarum purgatorius in fumum abit & evaneſcit.

Purgatorii vanitas.

IIX. Notanter hoc aphoriſmô *I*ohanneô exprimitur, & ſubjectum ſalvādum & modus ſalvandi: credentes enim ſalvantur, ſed credendo, non operando. Rom. 3, 28. & 4, 5. *I*oh. 3, 34.

IX. Eædem ſunt electionis, quæ ſalvationis & juſtificationis cauſæ: Deus enim non aliter in tempore ſalvat & juſtificat homines, quàm ſicut ab æterno eosdem ſalvare & juſtificare decrevit.

Electionis & ſalvationis eadē cauſa.

X. Quemadmodum illa: ita & hæc eſt ſolius Dei actio, qui eſt Pater, Filius & Spiritus ſanctus, Hoſe. 13, 4. Eſai. 43. 25. Rō. 8, 33. *I*ac. 4, 14.

XI. Quia opera Trinitatis ad extra ſunt indiviſa, ideoque dilectio, quæ eſt cauſa juſtificationis efficiens principalis, tribuitur Patri, & Filio & Spiritui ſancto; *I*oh. 3, 16. Gal. 2, 10. Ro. 5, 5. 1. Cor. 6, 11.

Dilectio tribuitur Patri, Filio & Spir. S.

XII. Dilectio, gratia, miſericordia, *φιλανθρωπία* Dei ſunt in hac doctrina *ἰσοδυναμοῦντα*, Rom. 3, 24. *I*oh. 3, 16. Eph. 2, 4. 5. Tit. 3, 4. 5. 7. 1. Petr. 1, 3, 1. *I*oh. 4 9. Hebr. 2, 9. Rom. 5, 8.

X*II*I. Non in qualibet quisque religione ſalvatur: qui enim non credit, jam judicatus eſt, Eph. 4, 4. 5. 6.

X*I*V. Chriſtus per ſe eſt Salvator, per accidens judex hominū, Hoſe. 14, 10. Ioh. 7, 30. 2. Cor. 2, 16. Ita conciliantur dicta, Ioh. 3, *16*. & 9. 39. prius agit de fine per ſe, poſterius de eventu per accides hominū.

Chriſtus Salvator per ſe, judex per accidens.

XV. Finis adventus Chriſti in mundum, 1. Tim. *1*, *15*. Matt. 9, 13. Marc. 2, 1. Luc. 19, 10.

Satisfactio cum dilectione Dei nõ pugnat.

XVI. Satisfactio Chriſti non pugnat cum Dei miſericordia & dilectione, ſed eandem potiùs inſigniter commendat & illuſtrat, Rom. 5, 8. Gal. 2, 20. 1. Joh. *4*, 9. Eph. *1*, 4. 6. 7.

XVI*I*. In opere redemtionis perſonæ non ſunt ſeparandæ, Joh. *14*, *10*. 31. 2. Corinth. 5, *18*. 19. Epheſ. 5, 2. Rom. 8. 32. & *5*, *10*.

Christus non novus legislator.

XIIX. Chriſtus non fuit novus legiſlator; ſed quando legalia tractavit, legem Moſis illuſtravit & à ſcoriis purgavit. Matth. 5, *21*. & ſeqq. & *22*, 37.

XIX. Judicium extremum credentes non terret, *I*ohan. 5, 24. 1. Theſſ. *1*, 10. Luc. *21*, 28. Act. 3, 19. 20.

XX. Fides eſt donum Dei, datur autem per media, Roman. 10, 17.

XX*I*. Fides non tollit gratiam & promiſſiones Evangelicas.

Fidei confirmatio.

XXII. Fidem excitat, auget & comfirmat mirificè, 1. *infinita* Dei miſericordia ac dilectio, Sir. 2, 23. 1. *I*oh. *4*, *16*. 2. *infinitum* Chriſti meritum, Cant. 1, 13. 3. *Promiſſionum* Evangelicarum univerſalitas, *1*. Tim. 2, *4*. 5. 6. 2. Petr. 3. 9. 4. *Sacramenta* divinitùs ad id inſtituta, Rom. 4, 11. 5. *Exempla* aliorum, 1. Tim. 1, *15*. 16.

Fides non nuda notitia.

XXIII. Fidem non eſſe nudam notitiam, ſed firmam perſuaſionem & fiduciam de miſericordia Dei propter Chriſtum, probat D. Gerhard. Tom. 3. Loc, pag. 1045. & ſequentib. ejusdem de gratia Dei certitudinem (contra dubitationis doctrinam Pontificio-Ieſuviticam) evincit, p. 1084. & ſeqq. p. 1090. & ſeqq. non formari per caritatem; p. 1195. & ſeqq. imputari nobis ad juſtitiam: p. *1369*. & *14*18. effectus habere inſignes ac multiplices, p. 1051. & 126*1*. *ἐνέργειαν* habere duplicem, unam quâ in Chriſtum Mediatorem verbô Evangelii monſtratum recumbit, ejusque beneficia adprehendit; alteram, quâ per caritatem operatur, Gal. 5, 6. p. 957.

Fidei ἐνέργεια duplex.

XXIV. Fides vera cum peccatis, malo propoſito & mala conſcientia non conſiſtit. Gal. 5, 21. Cor. 6, 9. 10.

PARS III.

Tertiâ Evangelii parte occurritur murmurantibus & ingratis, qui vel Deo juſtè damnanti incredulos ſuccenſent; vel gratiam Dei in Fi-

in Filio oblatam reſpuentes, ſalute æternâ excidunt; vel cauſam damnationis ab hominibus removent, verſ. 19. 20. 21. verba continent.

I. Propoſitionem hæc eſt condemnatio, h. e. per metonymiam effecti, cauſa damnationis, κρίσις enim adnotante D Tarnovio, hic accipitur pro altera ſpecie ſententiæ in judicio, nempe condemnatione, ſicut ipſum verbum κρίνω, v. 17. & 18. q. d. cauſa damnationis in eo tota eſt poſita. Comment. in Ioh. p. 259. κρίσις

II. Culpæ à Deo remotionem, argumentô ab effectu, quòd Lux venerit in mundum, ſc. à *Deo* ex mera dilectione ad nos miſſa.

Per lucem intelligitur Chriſtus, qui eſt lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioh.* 1, 9. vel vera de *Deo* & ſalute noſtra doctrina, redarguens cùm falſitatem errorum, tum malitiam & perverſitatem operum. Sed prior ſententia textui magis eſt adpropriata, ſenſumque profert talem: Cum totus mundus ſederet in tenebris, & in umbra mortis, Lux oriens ex alto, h. e. Chriſtus viſitavit mundum & illuxit illi luce Evangelii, partam & paratam à ſe viam ac ſalutem gratis offerens. Chriſtus lux.

III. Cauſæ in homines translationem. Cauſa enim damnationis multô maximæ hominum partis eſt.

1. ἀπιστία, *incredulitas*, de qua in præcedentibus egimus.

2. κακία *malitia iniquitas* & perverſitas, quæ in eo ſe exeruit quòd homines magis dilexerunt tenebras, quàm lucem. Tenebræ ſignificant, Tenebræ.

1. *Omnes opiniones, cultus & traditiones extra lucem Evangelii* ſive ſint *Phariſaica*, propriæ juſtitiæ, rationis opinionibus, hominum traditionibus ac bonis operibus cauſam ſalutis tribuentes; ſive *Epicureæ*, Deum flagitioſis etiam peccatoribus propitium fingentes, Eph. 5, 8. 1. Theſſ. 5, 4.

2. *Peccata quævis*, ſive opera tenebrarum, Eph. 5, 6. 11. Vide *D.* Chemn. Harm. Evang. p. 370. & *D.* Tarnov. in Ioh. p. 260.

D. Hunnius Ioh. p. 155. ita παραφράζει: Mundus ſuas tenebras, h. e. idolomaniam, mendacium & omnis generis peccata ita teneré & delicatè dilexit, ut præ iis lucem, h. e. Chriſtum & Evangelium ipſius altiſſimô ſupercilio deſpiceret.

IV. Perverſitatis iſtius rationem, deſumtam

1. *à vitæ humanæ qualitate & conditione*: Erant enim opera illorum mala: nam & totus mundus in maligno eſt poſitus *1. Ioh.*

2. à na-

2. *à naturali hominis nõ renati (vel mali) affectione & operatione.* Allegat enim axioma generale ſeu proverbialem ſententiam: qui malè agit, odit lucem. Probat hoc dicterio, multos ex Phariſæis, Iudæis & aliis hominibus tenebras magis amare, quàm lucem, quia mala opera faciunt, & odio habent lucem, nec facile veniunt ad lucem, ne mala eorum opera arguantur. Ita enim per Soriten ſe mutuò membra conſequuntur:

Qui malum operatur, malum diligit:
Qui malum diligit, tenebras diligit:
Qui tenebras diligit, Chriſtum lucem diligere nequit, ſed odiô eundem proſequitur:
Ergò qui malum operatur, non diligit, ſed odiô proſequitur Chriſtum, id quod hominis non renati, vel hypocritici eſt proprium.

Ita opera mala, h.e. peccata, ſignum ſunt, hominem plùs diligere tenebras, quàm lucem: Et iterum: opera tenebrarum lucem ferre nequeunt: qui enim mala agit, is ſua malefacta perpetuis tenebris ſepulta cupit, lucem & cenſuram aliorum fugiens, ne ab iis juſtè reprehendatur. Omnis enim impius cupit ſua facta neſciri.

Veritatem facere. *V. Expolitionem à contrario:* qui autem veritatem facit, venit ad lucem, hoc eſt, facilè patitur facta ſua omnibus innoteſcere, & hæc eſt cauſa finalis actionum bonarum, quòd homo cupiat conſpicua fieri omnia, quæ operatus eſt; novit enim in Deo eſſe facta. *In Deo autem facimus, quod Deo in nobis faciente datur nobis ut faciamus,* inquit Fulgentius.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

Tenebræ. I. Omnes opiniones, omnesque cultus extra verbum ac lucem Evangelii ſunt tenebræ. Eſai. 5, 20. & 42. 7. & 58, 10. & 60, 2. Joh. 1. 5. Eph. 5, 8.

Peccata opera tenebrarum. II. Peccata ſunt opera tenebrarum. Eccl. 2, 14. Joh. 8, 12. Act. 26, 18. Rom. 13, 12. 2. Cor. 6, 14. Eph. 5, 11, 1. Theſſ. 5, 4 5. 1. Petr. 2, 9. 1. Joh. 1, 6. & 2. 9. 11.

Bona opera quæ. III. Verè-bona opera non conſiſtunt in externa ſpecie, ſed in veritate, h.e. in veris ac novis motibus interioribus, à Spir. S. accenſis. Eph. 4. 21. Matt. 5, 16.

IV. O-

IV. Opera bona fieri debent in Deo, mentem per Spiritum S. renovante, & facultates ſpirituales ad præſtanda verè bona opera ſubminiſtrante. Eſai. *26, 14.* Joh. *15*, 5. *Phil.* *2, 13.*

V. Verè bona opera non ſunt electitia, nec ex præſcripto traditionum humanarum ſuſcepta, ſed in Deo facta, hoc eſt in verbo Dei præcepta, Col. *2*, 8. Deut. *12*, 8. Matth. *15*, 9. Eph. *2*, 10. Ezech. 20, 19. Opera verè bona.

VI. Veritatem facientes non curemus judicia mundi, 1. Cor. 4. *3*.

VII. Poteſt huc accommodari integer articulus de bonis operibus. Videantur & conſulantur libri methodici.

IIX. Non prohibentur in noſtris Eccleſiis (quæ calumnia eſt Romaniſtarum) bona opera, ſed ut fiant, & hominibus oſtendantur, jubemur Matth. 5, *16*. Phil. *2*, *15*. Eph. 5, 8. Phil. *1*, *27*. 1. *Petr.* *2*, 12. Sir. *31*, 9. 26. Phil. *3*, 17. 1. Tim. 4, *12*. 1. Petr. *3*, *7*. *16*. Rom. *2*, *24*. Eph. 2. 10. Bona opera non prohibemus.

IX. Bona opera renatorum multis nominibus præſtant operibus Ethnicorum, Phariſæorum & Hypocritarum, Rom. *14*, *23*. Pſ. 50, *17*. Eſai. 58, 5. Amos *5*, 21. 22. 2. Tim. 3, 4. Matth. 6, *1*. 2. Bona opera renatorum.

X. Bona autem opera non ſunt vitæ æternæ meritoria, Eph. 2, 9. Luc. 17, 10.

X*I*. Juſtificatio gratuita non adverſatur ſtudio bonorum operum, Sir. *34*, 8. Epheſ. *2*. *10*.

XI*I*. Diſcrimen inter opera bona & mala notatur, quòd illa lucem ament, hæc eandem fugiant, Joh. *18*, 20. Pſal. 116, 10. Rom. 13, *13*.

X*III*. Suſpecta ſunt omnia, quæ lucem fugiunt; atque ita libri & ſcripta anonyma eodem locô ſunt habenda, 2. *Tim.* *3*, 6. *2*. Petr. 1, 1. Scripta anonyma.

X*IV*. Errant Pontificii, ex hoc textu concludentes, hominem habere libertatem arbitrii, quâ lucem oblatam & recipere & repudiare poſſit. A natura enim & conditione filiorum hujus ſeculi, eorundemque erga lucem Evangelii adfectione, ad facultatem & propenſionem, ad lucem recipiendam concluditur per quatuor terminos. Contrarium docet Scriptura, Gen. *6*, 3. 5. & 8, *21*. Jer. 10, *23*. Joh. *6*, 44. & 15, 45. 2. *Cor.* *3*, 5. 1. Cor. 2, 14. *Phil.* *13*, Eph. *2*, 1. 12. & 5. 8. Liberum arbitrium in ſpiritualib. nullum.

XV. Blaſphemia Gretſeriana, quam in Colloquio ille Ratisbonenſi ore impudenti effutivit, de Spiritus ſancti ad judicandum Gretſeri blaſphemia.

 per

in Spir.S. per Scripturam ... & ineptitudine, validè refutatur hoc Chriſti pronunciatô, qui non credit, jam judicatus eſt, Joh. 5, 45. & 12, 48.

Cauſa damnationis non eſt Deus.

XVI. Patet ex tertia hac parte, Deum non eſſe cauſam damnationis hominum, ſed præcipuam, immò unicam cauſam hærere penes mundum, vel homines in mundo, quia tenebras potiùs diligunt, quàm lucem, 2. Cor. 4, 4. Matth. 13, 15. Act. 13, 46. Oſe. 13, 9. Matth. 23, 37, Ezech. 33, 12. 2. Petr, 3, 9. 1. Tim. 2, 4.

Incredulitas cauſa damnationis proxima.

XVII. Sola incredulitas, cauſa malorum operum proxima & immediata, damnat, ratione executionis in judicio extremo, licet ratione meriti omne peccatum ſit cauſa damnationis remota & mediata, Matth. 11, 20. & 23, 37. Marc. 16, 16 Johan. 8, 24. & 15. 22. & 16, 9. Vide D. Tarnov. in Johan. p. 312. & ſeqq.

DISPOSITIO
SECUNDA
Propoſitio συμ...

Nucleum habemus in hac pericope, & ἐπιτομὴν quaſi quandam totius doctrinæ Evangelicæ, quâ de initio, medio & fine ſalvationis ac juſtificationis noſtræ coram *Deo* erudimur. *Proponit* autem Chriſtus totum negotium κατ' ἀντίθεσιν, veris ſalutis cauſis falſas opponens.

Duo itaque in conſiderationem & tractationem noſtram venient.

I. De cauſis ſalutis noſtræ efficientibus, procreantibus & promoventibus.

II. De cauſis ſalutem hominum impedientibus & remorantibus.

PARS I.

Quoad prioris partis διέξοδον præcognoſcenda & probè ponderanda.

Salutis cauſæ procreantes.

I. *Aphoriſmi vel Evangelii hujus brevelongi occaſio*, expræcedentibus huc repetenda. Cùm enim in colloquio Chriſti cum Nicodemo, *Ph*ariſæus hic turpem ἄγνοιαν cum incredulitate conjunctam prodidiſſet, Salvatorque oſtendiſſet, longè aliô quàm ſomniârant *Phariſæi*, modô, ſalutem eſſe obtinendam: homi-

nem

nem enim cœlo per peccatum excluſum, ſuis viribus, virtutibus
ac meritis cœlum adſcendere, ejusq; hereditatem adire non poſſe: Serpentis
Chriſtus Jeſus Dei & Mariæ Filius ſolum ſe eſſe docet, qui viam no æneï typus
bis in cœlum denò aperuerit. Neminem enim cœlos adſcendiſſe reſpondet
ait, præter ſe Filium hominis, qui ſit in cœlo, & propterea deſcen- ἀντιτύπῳ.
derit, ut exaltaretur, atque ἀντίτυπον fieret ſerpentis exaltati (quâ
phraſi mortem ſuam deſignat, Johan. 8, 28. & 12. 31.) ut omnis, qui
fidei oculis ipſum intueretur, ab imminente æterna morte libera-
retur, & vitam cœleſtem conſequeretur. Ita typus ἀντιτύπῳ per
omnia reſpondet. Sicuti enim læſi à ſerpentibus ſanari non po-
terant, niſi exaltatum illum æneum ſerpentem adſpexiſſet: ita ho-
mines à ſerpente vel dracone infernali læſi, non niſi per Chriſti ex-
altati mortem, & fidem in Chriſtum ſalvari poſſunt. Hinc digre-
ditur Chriſtus ad uberiorem dictorum expoſitionem, & aperit cau
ſam humanæ ſalutis, uti gloſſa ordin. loquitur. Sequitur ergò

II. Cauſarum ſalutis noſtræ efficientium, ſive procreantium & promoventium commemoratio. Tres autem ponuntur cauſæ qui-
bus totum ſalutis noſtræ negotium comprehenditur.

1. *Primaria ſeu principaliter efficiens cauſa eſt, Dei dilectio,* Dilectio
gratia & φιλανθρωπία: hæc enim in Scripturis, ut æquipollentia, pro Dei cauſa
miſcuè ſumuntur. *D*ilectio iſthæc *D*ei exaggeratur. ſalutis

1. *A diligentis maieſtate*: â *D*eo enim, qui eſt ipſa charitas 1. primaria.
Johan. 4, 8. profectus eſt iſte amor, quod magnæ ac ineffabilis eſt Exagge-
φιλανθρωπίας πλεονάζει. ratur.

2. *A dilectorum univerſalitate*: dilexit DEUS mundum,
h.e. miſeros in mundo peccatores; gloſſ. ordin. humanam natu-
ram. Mundum, inquam, qui totus in malo eſt poſitus: 1. Joh. 5,
19. ne quis de mundo aut in mūdo de Dei deſperare gratia præſu-
mat. Quid enim eſt mundus, niſi caterva peccatorum & perdidiſ-
ſimorum hominum? *D*ilexit ergò Deus inimicos ſuos capitales.

3. *A dilectionis qualitate*? οὕτως ἠγάπησεν Sic dilexit: q. d.
ſupra modum dilexit, usque adeò, ut omnis creatura quodam- Mundus.
modò obſtupeſcere cogatur. *D*ilexit enim, hoc eſt, ſuccurrit
Pater cœleſtis generi humano, non propter ullum ejusdem me-
ritum, ſed ex mera & gratuita bonitate, clementia & miſericor-
dia ſua, quâ ad commiſerationem ille paternam commotus
eſt.

4. *A dilectionis immenſitate*: quæ ex pretii, quô homines
ex peccato & tyrannide Satanæ redimendi erant, magnitudine

nam. Nihil ergò quicquam à nobis requiritur aliud, niſi fides in Chriſtum, qui difficilia quidem pro nobis obivit, nos autem contrà facilimâ ratione compenſamus, credendo ſcil. non ſatisfaciendo operibus. Fidem dum cauſam inſtrumentalem ſalutis ex noſtra parte dicimus, nullatenus excludimus inſtrumentales cauſas, quæ ſunt ex parte Dei, Verbum puta & Sacramenta: Fides enim reſpicit Verbum, & nititur verbô: Sacramenta autem ſunt ſigilla fidei, Rom. 4. 11.

III. Uberior cauſæ finalis explicatio. Chriſtus enim præoccupatione quaſi quadam ſublaturus ſiniſtras Nicodemi cogitationes, ac ſi Meſſias ad judicium faciendum, & ſupplicium de hominibus peccatoribus, quod meriti erant, ſumẽdum veniſſet, ulteriùs ac pleniùs de *Patris* cœleſtis clementia, deque fine ſuæ in mundum miſſionis erudire pergit; diſtinguens inter primum & ultimum ſuum adventum. *Primus fuit gratiæ*, ideoque non venit, non miſſus eſt judicium exercere, accuſare, damnare mundum. Quid enim opus fuiſſet nobis Chriſtô condemnatore, cùm lex Moſis damnationem peccatoribus denunciet? ſed miſſus eſt à Patre, ut mundus per ipſum ſervetur vel ſalvetur: ideoque dictus eſt Salvator mundi, Luc 2, 11. *Poſterior adventus* erit judicii, de quo alibi Theophylactus: *Duo ſunt adventus Chriſti, & ille qui fuit & ille qui venturus eſt;* de priore adventu dicit, *quòd non miſſus ſit Filius, ut condemnet mundum. Quia ſi propter hoc veniſſet, condemnati fuiſſent uciq; omnes: omnes enim peccaverunt, ſicut & Paulus dicit; ſed primum ad hoc venit, ut mundum ſervaret, atque hac intentio ejus fuit: per accidens autem judicat eos, qui non crediderunt.* Gloſſ. ordin. addit: *Verè ſalus per Filium Dei; non enim alia cauſa venit, niſi ut ſalvet, non ut judicet, hoc eſt, damnet.* Nondum adparuit judicium, ſed jam factum eſt judicium. Novit Dominus, qui ſunt ejus. Nihil enim aliud eſt judicium, h. e. æterna damnatio, quàm non cognoſcere & non credere in Filium DEI: ſicut nihil aliud eſt beatitudo & vita, niſi credere & cognoſcere Filium Dei.

Adventus primus Chriſti.

Adventus Chriſti poſtremus.

Uſus.

I. Informatorius.

De ſumma Dei ergà genus humanum benevolentia, gratia & miſericordia, cujus magnitudinem æſtimare licet

Dei gratia & miſericordia inde æſtimanda.

1. Ex

1. *Ex perſona vel manu largiente*, quæ Deus eſt, juſtiſſimus & ſanctiſſimus ille *Deus*, nullâ à nobis occaſione ad diligendum permotus, Eph. 2, 4. Rom. 5, 8. 9. 10. 1. Joh. 4. 8.

2. *Ex perſona accipiente*, quæ mundus, hoſtis Dei capitalis. 1. Johan. 5, 19 Ein Stall voll böſer ſchändlicher Leute / die aller Creaturen Gottes auffs ſchändlichſte mißbrauchen / Gott läſtern / und ihm alle Plage anlegen. Luther. in poſt. Tom.

3. *Ex cauſa impellente*, quæ eſt dilectio, Sap. 11. 24. 1. Johan. 4, 9. 10. Rom. 5, 5. & 3. 35. 2. Cor. 13, 11. 2. Theſſ. 2, 16. 1. Joh. 2, 1.

2. *Ex Filio ſatisfaciente*, Gal. 4, 4. 1. Iohan. 2, 2. Iohan. 1, 29. Phil. 2, 8. 9. Rom. 5. 8. 10. 18. Lutherus: Auſſer Chriſto ſind wir alle Sünder / aber in Chriſto ſind wir keine Sünder. Den er hat alle unſer Sünde getragen / und hinweggenomen.

5. *Ex fructu emergente*: ut omnis homo credens in Chriſtum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, Iohan. 1, 12. Hebr 11. 6, Rom. 1, 16. 17. & 10. 4. 1. Cor. 1, 21. Gal. 3, 22. Eph. 1, 13. Phil. 3. 9. Rom. 6, 22. Eph. 2, 5. 1. Ioh. 4, 9. & 5, 11. Iohan. 10, 28. Rom. 3, 28.

II. Conſolatorius.

Dilectio Dei.

I. **Ex Dei dilectione**: quòd 1. æternus *Pater* Domini noſtri Ieſu Chriſti nos diligat dilectione imperſcrutabili & perfectiſſimâ, Rom. 4, 5. & 8, 33. Tit. 3 5. Vide præcedentia: 2. Arcanô *Dei* decretô ab hac dilectione nemo ſit excluſus Eſa 45, 21. 1. Tim. 2, 4.

Filius noſtrum donum.

II. *Ex Filii miſſione* quòd ille 1. ***noſtrum ſit donum***, quem *Pater* æternus nobis conſtituit Redemtorem ac Salvatorem Geneſ. 3, 15. Eſa. 9, 6. Ioh. 4, 10. & 10, 14. & 15, 13. Rom. 3, 24. 25. & 4, 23. & 5, 15. 16. & 8, 3. 31. 32. 34. 1. Corint. 1, 23. 24. 30. 2. Cor. 5, 18. 19. 21 Galat. 4, 4. 5. 1. Ioh. 4, 9. 10. 14. Matth. 1. 21. & 11, 28. & 20, 28. 2. *Vitam nobis æternam* promeruerit. Rom. 6. 23. Iohan. 10, 28. Galat. 1, 3. 4. Tit. 3, 5. 6. 7. 8, 1. *Petr.* 1, 18. 19. 20. 3. *Non venerit* nos judicare, ſed ſalvare, Matth. 18, 11.

III. *Ex beneficii hujus adprehenſione*, quòd fide ſolùm juſtificetur homo absque operibus legis, Rom. 3, 24 28. Noteturverſus:

Dat Genitor; meruit Genitus; firmatq; ſalutem
Spiritus: una fides hanc capit, acta probant.

III. Monitorius.

1. *Ut reciprocè diligamus Deum,* Deut. 6, 5. & 10, 12. & 11, 1. & 30, 6. Sir. 1, 14. & 7, 32. & 34, 19. Pſal. 31, 24. Eſai. 56, 6. Matth. 22, 36. 1. Cor. 2, 9. Rom. 8, 28. Epheſ. 3, 19. 1. Timoth. 1, 5. 1. Ioh. 4, 19. Deus & proximus diligendus.

2. *Ut propter amorem Dei proximum quoq; diligamus,* Levit. 19, 18. Iohan. 13, 34. 35. Iohan. 15, 9. 10. 11. Rom. 12, 9. 1. Cor. 13. 1. & ſeqq. Gal. 5, 6. 13. 14. & 6, 2. Eph. 4, 2. 15. 16. Col. 3, 13. Hebr. 10, 24. 1. Pet. 2, 17. 1. Ioh. 3, 18. & 4, 7. 11. 21. & 5, 1 2.

3. *Ut firmâ fidei fiduciâ Chriſtum cum univerſo ſuo merito amplectamur,* nobisque beneficia ejus adplicemus. Vid. præc. diſp.

IV. Refutatorius.

I. Eorum, qui nonniſi per inſignem blaſphemiam dicunt, Deum non omnes homines dilexiſſe, Chriſtumq; non pro omnibus datum ac mortuum; ſed hæc omnia ad ſolos electos pertinere, Ezech. 33, 11. 1. Tim. 2, 4. 2. Petr. 3, 9. Rom. 11, 32. & 14, 15. 1. Ioh 2, 2. 2. Petr. 2, 1. 1. Cor. 8, 11. Calvin. error de ſola rum Electorum dilectione & redemtione.

II. Eorum qui miſeris peccatoribus tàm ſeverum Chriſtum proponunt, ut ipſum accedere non audeant, niſi præmittantur interceſſores, qui judicem nobis placabiliorem reddant. Hi enim non noverunt Chriſtum quòd venerit ſalvare, non judicare mundum, Matth. 1, 21. & 11, 28. Eſa. 53, 4. 11. & 45, 24. 25. Act. 10, 45. Rom. 3, 22. 23 24. & 5, 1. & 8, 31. 32. 1. Theſſ. 5, 9. 10. 1. Iohan. 2, 1. 2. Iohan. 1, 17. & 5, 45. Eph. 2, 18. Chriſtu non judex ſervus primo adventu.

III. Pontificiorum, qui

1. Negant Chriſtum eſſe Mediatorem ſecundum utramque naturam. Vide præced. diſp. Papiſt. error. De Chriſto Mediatore.

2. Chriſtum in paſſione iram Dei non ſenſiſſe mentiuntur, Bell. lib. 4. cap. 8. de Chriſto, dicit novam & inauditam impietatem, quòd Chriſtus paſſus ſit dolores inferni, Matth. 26, 38. Pſ. 22, 2. & 16, 10. & 18, 6. & 49, 6. & 69, 15, 16. & 86, 13. Ita adhuc eſſemus ſub ira. De ſenſu iræ Dei in paſſione.

3. Chriſtum pro culpa & pœna perfectè non ſatisfeciſſe, docent Eſa. 53, 5. & 63, 3.

4. Mariam fuiſſe Chriſti adjutricem in opere redemtionis fingunt, Gen. 3, 15. Eſai. 63, 3. De Maria adjutrice.

IV. Piſca-

Digitized by Google

Piſcator de obedientia Chriſti.

IV. Piſcatoris Calviniſtæ Herbornenſis, activam Chriſti obedientiam à cauſa ſalutis meritoria turpi ſacrilegiô planè removentis. Vide D. Eckardi libellum ſeorſim errori huic oppoſitum D. Meiſn. Antropol. decad. *3.* pag. *298.* & ſeqq.

Photin. error de ſatisfactione.

V. Photinianorum, qui Chriſti ſatisfactionem, ut minùs neceſſariam, omninò tollunt. Vide D. Meiſn. d. l. pag. *308.* & ſeqq. Confer quæ ſcripta ſunt Rom. 3, 24. 1. Cor. *1*, 30. & *6*, *20*, Eph. 1. 8. Col. 1, 24. 1. Tim. *2*, *6*. Hebr. *9*, 12. 15. 1. Petr. *1*, 18. 19. 2. Petr. 1, 1. Apoc. 5, 9. Luc. 1, *68*. & *2*, *38*. Gal. 3, 13. Tit. 2, *14*. Vid. plura præc. diſp.

PARS II.

Cauſæ ſatis tis impedientes.

Vidimus cauſas ſalutis noſtræ procreantes: At quia non omnes ſalvari homines, tàm ex Evangelio, quàm ex lege conſtat, quin plures (proh dolor!) damnari, quàm ſalvari ex Chriſti pronunciatô Matth. 7, 13. patet; hinc adeò ſequitur, ut cauſas quoque ſalutis impedientes inquirere neceſſe habeamus. Cauſas verò ſalutis *ἐμποδιστικὰς* Salvator duas producit:

1. Incredulitatem; &

2. Impietatem.

I. De incredulitate ſonant verba: qui credit in eum, non judicatur: (gl. ord. *quia per fidem dimittuntur peccata, pro quibus damnaretur:*) qui verò non credit, jam judicatus eſt.

Propoſitio eſt. Homo non credens condemnatur. *Ratio*

1. *A contrario*: quia credens in Chriſtum non condemnatur, ſed ſalvatur: Ergò non credens in Filium Dei jam judicatus, h. e. deſtinatus eſt æterno exitio, ſententiâ damnationis in cœlo ipſi decretâ.

Incredulitas cauſa damnationis ſufficiens.

2. *A cauſâ damnationis proximâ*, intrinſeca & immediata; quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei, h. e. incredulitas ſola eſt cauſa ſufficiens condemnationis: *ἄπιστος* enim in ſe & à ſe habet condemnationis cauſam. Alii volunt Chriſtum agere *de naturali incredulitate*, omnibus hominibus connatâ, quâ impii non è Dei, ſed Satanæ manu mortem pro vita accipiant. Sed quid fiet de illis, qui à fide ſemel agnita, per turpem *ἀποστασίαν* ſeceſſionem faciunt? quid de perfidis, de hypocritis, qui ſub nomine Chriſti ſanctiſſimo peſſimè vivunt?

II. De impietate agitur in ſequentibus verbis: Hæc eſt autem

tem

tem condemnatio, &c. Quibus verbis ſecunda continetur cauſa ſalutis impediens, improbitas, iniquitas vel impietas; quam demonſtrat effectu triplici, quorum eſt

1. *Chriſti odium.* Hæc eſt condemnatio, quia lux venit in mundum (Gl. ord. *Verbum in carnem:*) & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem, h. e. D. Lucâ Oſiandro interprete: Deus per Filium ſuum illuminare vult mundum, dum per eum docet, quæ ſit vera ad ſalutem via; & quomodo piè ſit vivendum, ut vitam filiis Dei dignam ducamus: ſed pleriq; malunt in tenebris ſuæ religionis permanere, & tenebrarum opera facere, h. e. peccata perpetrare, quàm ut fidem ſuam & mores ſuos ad normam doctrinæ Chriſti dirigerent ac reformarent. In his cauſa condemnationis eſt, non innatum tantùm *ἀπιστίας* malum, cujus corrigendi & expugnandi gratiâ Chriſtus vera Lux in mundum venerat; ſed contemptus quoq; veritatis, & adfectata Chriſti ignorantia. Adeò enim excæcatus eſt mundus, ut non tantùm fugiat Evangelii lucem, ſed **Tenebræ.** & tenebras, h. e. propria commoda, mundi illecebras, ſapientiam ſuam carnalem, opes, honores, amicos, patriam, carnis deſideria, amet, hoc eſt Chriſto præferat, & ea quodammodò adoret.

2. *Operum malorum ſtudium:* Opera ipſorum mala erant, tùm φύσει tùm θέσει καὶ προαιρέσει: didicerunt enim malè agere, ut non ſolùm bona non poſſint, ſed ne velint quidem. Sub operum autem vocabulo complectitur Chriſtus omnes conatus, ſtudia & actiones hominum, ſive vitam, mores, ſive doctrinam & religionem ſpectes.

3. *Turpe lucifugium:* Quicunq; malè agit, odit lucem. Ratio eſt, quì lux prodit & revelat malitiam: veretur igitur, ne in ſua **Opera hominum mala.** improbitate deprehendatur & confundatur. Temporalem ergò confuſionem dum declinat, æternam incurrit.

Locutio eſt proverbialis, & videtur ſimilitudo deſumta à noctua. Quemadmodum enim illa lucem refugit, & noctis tenebras amat, ne conſpiciatur interdiu, quàm fœda & horrida ſit avis. Ita homines flagitioſi lucem veritatis fugiunt, & tenebras, h. e. cæcitatem, & peccata inde profluentia, ac pudorem ſecum adferentia amant, ne fœditas ipſorum detegatur.

Ultimus hic impietatis effectus amplificatur τῷ ἐναντίῳ, quô ingenium piorum ac regeneratorum depingitur. Qui autem operatur veritatem, h. e. veritati dat operam, veritatem amat ac pro-

Digitized by Google

fitetur; vel qui agit canditè & ſincerè, habens bonum propoſitum, Deum rectè colendi & piè vivendi, is venit ad lucem, quam ferre optimè poteſt; idq; eo potiſsimum fine, ut opera ipſius manifeſtentur; non ut inde laudem ac gloriam quærat aliquam, ſed ut ex operibus de fide fiat judicium.

Ratio à cauſa efficiente bonorum operum: quia in Deo ex Deo, cum Deo, per Deum, & ſecundum Deum, h.e. inſtinctu divinô & juxta mandata divina facta ſunt; lucem itaq; non fugiunt, ſed cenſuram ex verbo revelato ferre poſſunt, imò expetunt.

USUS
I. Informatorius.

Vita æterna non niſi credentibus datur

1. Quod vita æterna non niſi credentibus detur, unde dicitur τέλος τῆς πίστεως ἡμῶν, 1. Petr. 1, 9. Rom. 6, 23. Matth. 10, 22. & 24, 13. Pſalm. 2, 12. Hab. 2, 4. Marc. 16, 16. Joh. 3, 36. & 5, 24. & 6, 40. 47. & 11, 25. & 20, 31. Act. 16, 31. Hebr. 4, 3. 1. Petr. 1, 5. 1. Johan. 5, 13. Johan. 1, 12. Rom. 8, 17.

Incredulitas ſola damnat.

2. Quòd ſola incredulitas damnet. Etſi enim omnia peccata digna ſint morte æternâ: tamen non omnes peccatores damnantur: non quia peccatum non habent, ſed quia per fidem peccatoribus converſis peccata condonantur. Ubi enim eſt remiſſio peccatorum, ibi eſt & vita & juſtitia. Actor. 10, 43. Marc. 16, 16. 1. Johan. 3, 36. 2. Theſſ. 1, 8. 1. Iohan. 5, 12. Vide præced. diſp. & Domin. Cantate.

Homines ſuâ culpâ pereunt.

3. Quòd propriâ culpâ pereant, quicunq; & quotcunq; pereunt. Eſai. 66, 24, 2. Theſſ. 1, 8. Apoc. 21, 8. Oſe. 13, 9. Matth. 23, 37. Pſal. 52, 7. & 81, 11. Iohan. 15, 22. Rom. 1, 21. & 3, 15.

Bonorum operum proba.

4. De bonorum operum probâ. Verè enim bona opera 1. amant lucem; 2. in Deo facta ſunt. Rom. 8, 14. Gal. 5, 22. Eph. 3, 17. Iohan. 15, 4. 5. Mich. 6, 8. Vide locum de bonis operibus in libellis methodicis. Hic notentur pauca:

Opera non renatorum & hæreticorum peccata.

1. Non renatorum opera ſunt peccata. Tit. 1, 15. Rom. 14, 23. Heb. 11, 6. Rom. 8, 6. Iohan. 5, 23. Matth. 5, 16.

2. Eodem loco habenda ſunt hæreticorum opera. Per errores enim contra fundamentum excluditur Spiritus ſanctus, & à fide diſceditur. 1. Tim. 4, 1. Ioh. 8, 31. 1. Tim. 1, 19. & 6, 3. 4. Ioh. 15, 4.

3. Differentiam bonorum operum, quæ fiunt à renatis & non renatis, vide apud D. Gerh. Tom. 4. Loc. pag. 16. & 17.

II. Con-

Digitized by Google

II. Conſolatorius.

1. Quòd non veniemus in judicium: qui enim credit non judicatur. *Ioh.* 3, 36. Rom. 6, 14. & 8, *1*. Iohan. 5, 24. 29. & 12, 48. Hinc Syllogiſmus practicus: Qui credit non judicabitur: Ego credo. E. non judicabor.

2. Quòd perveniemus ad lucem illam inacceſſam, in qua Deus habitat. *1*. Timoth. 6, 16. 1. Corinth. 2, 7. Matth. 25; 46. 1. *Ioh.* 4, 9. & 5. 11. Pſalm. *27*, *13*. Eſa. 35. 10. Phil. 3, 23,

III. Monitorius.

1. Ut fugiamus incredulitatem & amorem tenebrarum, hoc eſt, peccatum, nec ambulemus in tenebris, cum operatoribus iniquitatis lucem fugientes, *Iob.* 24, *15*, 16. Sir. 23, *26*. Eſai. 29. 15. Roman. *13*, *12*.

2. Ut operemur veritatem, & perficiamur in omni opere bono. *1*. Theſſal. 4, *3*. 4. Eph. 5, *11*.

3. Ut bonæ conſcientiæ theſaurum non abjiciamus, ſed ſummâ diligentiâ cuſtodiamus: lapſi verò in aliquod peccatum, pœnitentiam maturemus, propoſitum & ſtudium benè operandi majori zelo continuantes. 2. Cor. 1, 12. Hebr. 10, 22. & 13, 19. 1. Petr. 3, 13. 16. 1. *Iohan.* 1, 7. Act. 23, 1. & 24, 16. 1. Timoth. 1, 19. Prov. 28, 1. Actor. 17, 30. Matth. *3*, 2, Luc. 15, 7. Eſai. *55*, 7. Ier. 25, 5. Thren. 3, 40. Act. 3, 19. Matth. 5, 16. Epheſ. 2, 10. Galat. 6, 9. 10. Tit, 3, 8. 14. 1. Pet. 2. 12. Col. 1, 10,

IV. Refutatorius.

Cinglianorum, qui Numam Pompilium, Theſeum, Herculem, Socratem, Ariſtidem & ſimiles Ethnicos in cœlum, inter beatos Angelos & homines collocârunt. Ioh. 14, 6. Act. 4, 12. Rom. 8. 29. 30. Apoc. 22, 15. Marc. 16, 16. Rom. 10, 17. & 14, 23. *1*. *Ioh.* *5*. 12. Vitus Winshemius Witteberg. Profeſſor dicere fuit ſolitus: *Cavete vobis Auditores à cœlo Cinglianorum: ego non libenter in illo viverem, metuerem enim mihi à clava Herculis.*

Calvin. error de gentilium ſalute.

DISPOSITIO
TERTIA.
Propoſitio μοναμερής.

Cum repleti eſſent Apoſtoli Spiritu S, cœperunt loqui
guis, Actor. 2, 4. non quæcunq;, ſed magnalia Dei.
Deus ſeriò vult omniū hominum ſalutem. ſint illa Dei magnalia, in prælecto nobis Evangelio re
qui æternus Dei Patris λόγος eſt & ſapientia. Nos ſe
vatoris primarium reſpicientes illud ſolummodò ex ho
monſtrabimus: *Velle nimirùm Deum, & quidem ſeriò ve*
hominum ſalutem.

Ἐξήγησις.

DEum velle omnes homines ſalvos fieri, teſtis nobi
exceptione major Apoſtolus ille θεόπνευστος καὶ
κ... , 1. Timoth. 2, 4: *Deus omnes homines vult ſalvos fieri, &*
nem veritatis venire. Hoc dictum κυβεία Calviniana ita
ut ſtatuat, per univerſalem omnes intelligi non ſing
rum, ſed genera ſingulorum; & (ut planius ſe loqui velle
In quæſt. & reſponſ. edit. Genevenſ. annò 1580 p. 111. odorus Beza) non eſſe hanc enunciationem univerſale
definitam, quam potiùs interpretari oportuit: Deus vu
ſalvos fieri. Interpretationi vel depravationi magis hu
anæ opponimus propoſitionem hanc orthodoxam verè
lem: *Deus vult, & quidem ſeriò vult omnium hominum ſalut*
ex textu hoc Johanneo argumentô octuplici demonſtra
1. *Ex dilectione mundi ardentiſſima*; quam ver
tor efficaciſſimus mirum in modum extollit, inqui
Mundus quid. Deus dilexit mundum, &c. Ecce qui diligit, Deus eſt
rus & ſimplex eſt, imò dives in omnes, Rom. 10, 12.
quoq; & ſimplicem, imò divitem in omnes habebit di
Sap. 11, 24. Jer. 31, 3. Rom. 5, 5. 8: & 8, 35. 2. Cor. 13, 11. 2. Th
Johan. 4, 16. Sir. 18, 12. Epheſ. 2, 1. Objectum, quod dil
mundus eſt: quâ voce, non intelligit ſolos Electos; ſed o
mines, prout in hunc mundum naſcuntur, apud quos m

te regnat cœcitas, in corde iniquitas, quoad ſpiritualia bona paupertas, in cunctis membris inimicitia adverſus Deum. Pſalm. 14, 2. 3. Rom. 3, 12. & ſeqq. 1. *Joh.* 5, 19. *Joh.* 14, 16. & 15, 19. & 16, 20. & 17, Rom. 12, 2. *Jacob.* 4, 4. 1. *Johan.* 2. 15.

2. *Ex ſatisfactione Chriſti ſufficientiſſima.* Signum amoris eſt donatio. Majus donum, quod nobis daret in pignus & ſignum amoris, non habebat Deus, niſi Filium, ab æterno ex Patris ſubſtantia genitum: ut quos de mundo nullis potuit redimere mercibus, Unigeniti redimeret ſanguine precioſo. Eſa. 43, 25. & 53, 4. 5. 11. Joh. 10, 24. Act. 20, 28. Rom. 5, 8. 9. & 8, 34. & 14, 8. 9. 1. Cor. 5, 14. Galat. 1, 3. 4. & 2, 20. & 3, 13. 14. Eph 1, 7. & 2. 13. 14. 16, 17, & 5, 2. Phil. 2, 8. Col. 1, 14. 21. & 2, 14. 15. 1. Petr. 1, 18. 19. 1. Joh. 1, 8. & 2, 1. 2. & 3, 5. 8. Apoc. 1, 5. & 5. 9. Vide præced. diſp.

4. *Ex æternæ damnationis amolitione certiſſima.* Deus enim noluit mundum, hoc eſt, homines in mundo perire, h. e. damnari 1. Theſſ. 5, 9. 2. Petr. 3, 9. Vide præced. diſp.

4. *Ex vitæ æternæ promiſſione fideliſſima.* Sap. 5, 16. Tob. 2, 18. Rom. 6, 22. 23. Ephcſ. 2, 5. Joh. 5, 24. & 6, 40, 23. & 11, 25. Tit. 3, 7. 1. Joh. 3, 25. & 4, 9. & 5, 11. Apocal. 2, 7. & 3, 21.

5 *Ex Filii miſſione miſericordiſſima*, de qua v. 17: ubi ſimul finis hujus miſſionis inſinuatur. Mundus enim erat jam antè damnatus atq; perditionis judicio obnoxius; opus itaque non erat, ut ob ejus damnationem mitteretur Filius Dei: ſed quia in mundum miſſus eſt, manifeſtum hoc fuit argumentum, ad ejus ſalutē ipſum miſſum eſſe, id quod ipſa ſtatim nativitatis habet annunciatio. Matth. 1, 21. Luc. 1, 31. Eſa. 42. 7. & 49, 6. Luc. 1, 78. 79. & 2, 11. Zach 9, 9, Eſa. 9, 6. Oſe. 1, 7. Dan. 9, 24. 1. Tim. 1, 15. & 4, 10. Matth. 18, 11. Luc. 9, 56. & 19, 10. Johan. 6, 38. & 10, 10. & 12, 44, 47. Act. 4, 12. 1. Iohan. 3, 5. & 4, 9.

6. *Ex revelatione mediorum accuratiſſima*, de quibus v. 8. qui credit, non judicatur: & paulò antè; qui credit in eum, non pereat. Joh. 6, 29. 47. Luc. 1, 45. Actor. 13, 39. Rom. 10, 4. 10. Matth. 21, 21. *Joh.* 14, 1. Act. 8, 37. & 16, 3. & 20. 21. 1. Timoth. 6, 11. Hebr. 11, 6. 1. *Johan.* 5, 23.

Contrà verò, qui non credit, jam judicatus eſt: cauſa eſt, quia non credit in Nomine Unigeniti Filii Dei, in cujus unius & ſolius nomine ſalvantur homines. Act. 4. 12. *Johan.* 8, 24. 47. 1. Tim. 2, 25. Jac. 1, 6. Matthæi 3. 13. *Nemo poteſt venire ad æternam beatitudinem, niſi per fidem*, ait Bernhard.

7. *Ex cauſarum damnationis remotione pleniſſima.* Videri enim poſsit alicui, Deum, non hominem eſſe perditionis ſuæ cauſam, cùm fides non ſit omnium, ſed donum Dei ſingulare: *I*ohan. 6, 29. 1 Cor. 13. 9. 2. Theſſ. 3, 2: culpam itaq; damnationis à Deo planè removet, qui conceſſit media, ad fidem & ſalutem, tanquam finem ultimum ducentia: quia verò homines media contemnunt, negligunt, imò pedibus Chriſtum proculcant: Ex Deo igitur eſt ſalus, ex homine verò perditio. Oſe, 13. 9. Huc faciunt verba v. 19: hoc eſt judicium, &c. Non igitur in Deo; non in ipſa luce, ſed in hominibus eſt defectus. 2. Par. 14, 19. & 36, 15. Matth. 23. 37. & 24. 14. Rom. 1, 20. 2. Theſſ. 2, 10. Pſalm. 9, 16. Proverb. 5, 22. & 11, 6. 27.

8. *Ex hominum pereuntium accuſatione graviſſima.* Dicitur enim quòd ſint

1. *Tenebrarum ſectatores;*
2. *Malorum operum patratores;*
3. *Lucis oſores;*
4. *Correptionis & emendationis excuſſores;*

Cùm contrà ſalvandi, h. e. fideles, in Chriſtum credentes, & verè pii ſint

1. *Veritatis factores;*
2. *Lucis amatores;* quæ omnia ex præcedentibus erunt maniſeſtiora: uſui verò nobis omnibus eſſe debent ac poſſunt maxime:

1. *Contra indignitatem*, cui opponenda, *gratuita Dei dilectio;*
2. *Contra iniquitatē*, cui opponenda *Filii Dei miſſio* vel donatio:
3. *Contra calamitatem*, cui opponenda *vitæ æternæ participatio;*
4. *Contra prædeſtinationis imaginariæ anxietatem*, cui opponenda *ſalutis ad certa media reſtricta ordinatio;*
5. *Contra mortis, diaboli, inferni ac damnationis æternæ horribilitatem*, cui opponenda *ſalvandorum* & *damnandorum diſcretio.* Benè itaq; Bernhardus: *Turbabor, ſed non perturbabor, quia vulnerum Chriſti recordabor. Beatus omnis, qui confidit in eo,* Amen.

FERIA

FERIA TERTIA PENTECOSTES, Evang. Joh. 10. à verſ. 1. ad 12.

DISPOSITIO PRIMA.

AGitur toto capite Johannis decimo de officio Chriſti paſtorali, deq; beneficiis ex eodem ad oviculas, proprio ſanguine redemtas, redundantibus. *I*ta autem de hac materia diſſerit, ut ſimul de bonis ac malis paſtoribus agat, nec non ovicularum ſuarum naturam egregiè depingat, ſe verò *ἀρχιποιμένα* unicũ probet.

Pertinet ergò præſens lectio ad genus cauſarum *demonſtrativum*; continet enim deſcriptionem paſtoris veri ac falſi, certis ejuſdem requiſitis & actionibus ſtabilitam. Quatenus verò diſputatur, utrum boni Paſtoris vel Doctoris cœlitus miſſi titulus Chriſto competat, an verò Pontificibus, Scribis & Phariſæis, ad genus *judiciale* ſtatumq; ejus legitimum ſive definitivum referri poteſt, Τριχοτομία in prima diſpoſitione eſto talis: Pars

I. In ovilis ſpiritualis contemplatione;
II. In Paſtorum tàm bonorum, quàm malorum delineatione;
III. In ovicularum conſideratione occupabitur.

PARS I.

Frequens eſt & uſitatum admodum in ſacris literis ſimile, de Paſtore & ovibus, uti videre eſt Num. 27, 16. Pſalm. 23. 1. & 80, 2. & 119, 176. Eſai. 40, 10. & 56, 11. Jerem. 2, 8. & 10, 21. & 12, 10. & 23, 2. & 50, 6. Ezech. 34. Zach. 11, 4. & 13. 7. Matth. 9, 36. & 10, 6. & 15 24. & 25. 32. Luc. 15. 4. 21, 16. & alibi paſſim. Chriſtus ergô hoc quoque in loco eâdem parabolâ vel ſimilitudine uſus, de ovili ſuo loquitur. Tria verò ſunt in ovili vulgari;

1. Locus gregi retinendo idoneus, ſive *ſtabulum*;

2. Oſti-

2. *Oſtium*;

3. *Oſtiarius:*

Eccleſia ovile &cur.

Eadem in Chriſti etiam ovili inveniuntur. Stal
eſt Eccleſia, quæ cum olivi aptiſsimè comparatur:

I. Ratione viſibilitatis. Ovile enim non in cavern
tet, ſed in publico ac conſpicuo quodam loco extruitur:

Eccleſia quid.

eſt cœtus viſibilis vocatorum, amplectentium verbum Dei, &
Sacramentis verbo divinitus adnexis; in quo cœtu omnes no
Spiritui ſancto regenerantur, & unico capiti Jeſu Chriſto in
prædicationem Verbi & Sacramentorum uſum.

II. Ratione ſalutis & ſecuritatis. Ovile ſalvat & cu
*I*ta in Eccleſia ſalvantur homines, extra quam aliàs nul.

III. Ratione vilitatis. Circa caulas non alti circ
tur muri, non fortes exſtruuntur turres, non ſpecioſa
palatia; ſed omnia ſunt vilia, & ſufficit opilioni vile tugu
viculis interdum cortinæ in agro figuntur & conjungun
Eccleſia in hoc mundo militans. Etſi enim in ſcrip
præclara & eximia habentur elogia Eccleſiæ Novi Teſtan
primis, uti videre eſt, Pſal. 43, 5. & 87.3. Eſai. 60, 10. N
1. Tim. 3, 15. Apoc. 21, 10. ſciendum tamen Eccleſiam
dupliciter:

Eccleſia dupliciter conſiderata

1. *Qualis eſt in oculis Dei*, ubi certè egregia & illu
us conditio:

2. *Qualis in oculis mundi* coram hominibus adp
ſpreta illius eſt, humilis & abjecta facies, nullô externô
coruſcans.

Eccleſia eſt una

IV. Ratione unitatis. Unum oviculæ, ut & pa
ſufficit: ita Eccleſia Jeſu Chriſti vera eſt una, quia

1. *Chriſtus ſponſus unicam habet ſponſam*, Cant. 6,
2. *Una eſt fides, unum Baptiſma, &c.* Epheſ. 4,
3. *In fidei unitatem veri Chriſtiani conſentire ſtud*
v. 3. Iohan. 17, 21. Non autem omnis unitas, ſed quæ in
Deo placet.

V. *Ratione mobilitatis.* Sicut cortinæ vel crates
loco ſemper adfixæ manent, ſed de loco in locum ſæpiu
& transferuntur: *I*ta Eccleſiam certo loco adligare, eſt i
quæ Chriſtus eſt, & experientiæ communi contradi
unum.

Alterum, quod ad ovile neceſſariò ſpectat, eſt of

um verò quid ſit, Oedipô divinatore opus non eſt: Chriſtus enim ipſe bis ſeſe oſtium nominavit. Porrò uſus januæ eſt duplex: Chriſtus & janua, & quomodo.

I. *Aditum ingreſſuro recludere & aperire:* Idem præſtat Chriſtus

1. *Oviculis ſuis*, h. e. verbi cœleſtis auditoribus, quibus eſt janua

1. *Ad Eccleſiam*, per Baptiſmum; Gal. 3, 27. Actorum. 2. v. 38. & 10. v. 48.

2. *Ad Patris cœleſtis gratiam*: per Chriſtum enim piis precibus ad Patrem, in nomine Filii fuſas preces benignè exaudientem ingredimur: Johan. 16, 23. Eph, 2, 18.

3. *Ad æternam gloriam* Johan. 14, 6. Act. 4, 12.

2. *Paſtoribus*, h. e. ſummi illius Paſtoris miniſtris ſubdelegatis, eſt janua per legitimam ad munus docendi vocationem.

Quærit hoc loco Maldonatus: quomodo Chriſtus & oſtium & Paſtor dici queat? Quærenti & inſufficienter reſpondenti, reſpondet, referente D. Tarnovio, Toletus: Oſtium Chriſtus eſt aliorum paſtorum reſpectu, non ſui, quia de ſe non loquitur in parabola, ut velit ſignificare, ſe eſſe paſtorem; ſolùm enim docere conatur, ſe non eſſe ſeductorem, ſed eum, per quem in ovile Eccleſiæ ingrediendum eſt: & qui per eum intrat, verum eſſe paſtorem. Chriſtus & oſtium & Paſtor In Johan. pag. 781.

Quærttur ampliùs, quomodo verum ſit illud, quod de oſtio ovilis Chriſtus ait, per me ſi quis introierit ſervabitur, cùm ovilia in pleriſq; regionibus videamus ſolô reti ſepta, quæ neq; oſtium, neq; janitorem habent? Maldonatus Tom. 2, pag. 766. reſpondet, intelligendum eſſe textum de ſtabulo muris circumdato, qualia Galli habeant in omnibus ruſticis domibus, intra primam magnamque domûs partem, quâ currus in cohortem ingrediuntur.. In ea prima parte ſolitum fuiſſe olim, in omnibus paulò locupletioribus domibus ſervum aliquem eſſe, qui januæ claudendæ aperiendæq; curam habuerit.

II. *Alter januæ uſus eſt, contenta cuſtodire.* Quemadmodum ergò oſtiis clauduntur domûs, ut inhibitatores à violentia tuti ſint: Ita per Chriſtum cuſtodimur ab ira ventura, Rom. 5, 9. & de manu inimicorum noſtrorum liberamur. Luc. 1, 74. Johan. 10, 28.

Tertium, quod huic meditationi inſervit, agit *de janitore vel oſtiario.* Quis verò is? Græcorum interpretum *nonnulli* Moſen intelligunt, quod is Chriſto venienti aperiat, hoc eſt, ſuo teſtimonio oſtendat, eum eſſe Meſſiam. *Alii* Angelum quendam: *alii*

3. *Per cœli reſerationem*; quâ viam ad *Patrem* nobis præparavit. Johan.14, 5. Epheſ. 3, 12. Phil. 3, 20. Rom. 3, 24 25.

4. *Per voluntatis paternæ revelationem:* Johan. 1, 18.

5. *Per Baptiſmi adminiſtrationem*, qui eſt prima porta gratiæ & miſericordiæ, omnium ſanctorum primus introitus*:* Galat. 3, 27. *Rom.* 6, 3.

6. *Per precum exauditionem:* Joh. 16, 23. 2. Cor. 1, 20.

7. *Per beatam emigrationem*, quâ portam & portum nobis monſtrat ad vitam æternam. Johan. 14, 6, Hebreor. 12. v. 2. Apoc. 1. v. 8.

IIX. Unica ergò eſt ratio ſalutem æternam conſequendi. Act. 4. v. 12.

IX. Chriſtus eſt ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς noſtræ ſalutis. Hebr. 12. v. 2: per ipſum enim ingredimur ad communicationem ſanctorum Col. 1, 12. Hebr. 10, 22. *Chriſtus ſalus noſtra.*

X. Merita & opera hominum propria, ſatisfactiones & interceſſiones ſanctorum defunctorum, non ſunt janua cœli *Rom.* 3, 24. & 9, 12. & 11, 6. Habac. 2, 4. Act. 15, 11. Galat. 2, 16. Epheſ. 2, 8. *Philip.* 3. 7. Eſai. 64, 16.

XI. Eccleſia non caret januâ, hoc eſt, mediis ad ſalutem divinitùs deſtinatis. 1. Corinth. 1. v. 21. 30. *Actor.* 17, 30. Epheſ. 1, v. 13. 4. Johan. 6, 40.

XII. Extra Eccleſiam nulla eſt ſalus. Eph. 2, 12. 13, 19, & 4. v. 16. & 5, 8. 1. Pet. 2, 9. 10. Apoc. 22, 15. *Extra Eccleſiam nõ eſt ſalus.*

XIII. Magni beneficii loco eſt habendum, eſſe in ovili Chriſti hoc eſt membrum eſſe veræ Eccleſiæ. Apocal. 21, 8. Matth. 7, 13. 14. Pſalm. 27, 4. & 65, 5. & 84, 5. Johan. 14, 23. & 15. 5. 7. *Eccleſiæ membrum eſſe.*

XIV. Eccleſia dupliciter conſideratur, ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, reſpectu internæ & externæ ſocietatis: illa conſiſtit in unitate fidei ſalvificæ, ſpei & caritatis*:* hæc conſiſtit in profeſſione fidei & uſu Sacramentorum. *Priori* modô ſoli verè credentes & ſancti*:* poſteriori etiam hypocriticæ & non ſancti ad Eccleſiam pertinent. *Pſalm.* 45, 14. Col. 3, 3. 4. 1. Johan, 3, 2. *Pſalm.* 85, 4. *Roman.* 2, 29. 1. *Petr.* 3, 4. Matth. 7, 21. & 18, 7. & 20, 16. & 22, 14. Joh. 8, 39. Act. 20, 30. *Rom*, 2, 28. & 9, 6. 8. 1. *Cor.* 11, 19. Huc refer ſimilia Matth. 13, 24. 47. 1. Tim. 3, 15. *Eccleſiæ duplex conſideratio. Eccleſia viſibilis & inviſibilis. Alii dicunt viſibilem, reſpectu materiæ;*

XV. Eccleſia reſpectu vocatorum eſt viſibilis, reſpectu Electorum eſt inviſibilis 2. Tim. 2, 21. Jer. 31, 33. Luc. 17, 20. Johan. 4, 23. Hebr. 12, 18. 1. *Petr.* 2, 5. 1. *Reg.* 19, 18. Johan. 10, 14. *inviſibilem reſpectu formæ.*

pter ſpiritualem unitatem, quatenus ab uno Domino, per unum Baptiſma, in unum corpus myſticum, ſub uno capite Chriſto redacta, unô Spiritu regitur, unitate fidei, ſpei & caritatis conſtringitur, unam fidem profitetur, unâ vocatione ad unam hæreditatem cœleſtem vocatur, unô deniq; doctrinæ Propheticæ & Apoſtolicæ fundamentô innititur. Cant. 6,8. Eph. 4, 3. 4. 5, & 5, 23. 32. Eph. 1. v. 22. & 4, 15. & 5, 22. Col. 1, 18. Epheſ. 2, 18 20. Phil. 1, 27. 1. Tim. 2, 5. Eccleſia una & cur.

XXI. Chriſtus eſt ovilis, hoc eſt, Eccleſiæ ſuæ Dominus & caput. Hoſeæ 1, 2, 1. Cor. 12, 27. Eph 1, 22. & 4, 15. 23. Col. 2, 18. & 2, 10. Chriſtus caput eccleſiæ.

XXII. Habemus hoc quoq; in loco officium Spiritus ſancti egregiè depictum. 1. Cor. 12, 3. Matth. 10, 20. Iohan. 14, 26. Rom. 12, 6. 1. Cor. 12, 4. & ſeqq. Act. 16. 14. Spiritus S. officium.

XXIII. Intra Eccleſiam, Chriſti & Spiritûs ſancti oſtiarii beneficiô, tuti ſumus adverſus omnem hoſtium impetum. Pſal. 27, 1. 2. Rom. 8, 35. Iohan 17, 2.

XXIV. Caveamus autem nobis ab alienis oſtiis & oſtiariis. Pſalm. 121, ult.

XXV. Taxanda hoc loco venit deſultoria Pontificiorum impietas, ab officio & Chriſtum & Spiritum ſanctum removentium, dum pro vera janua Chriſto Mariam, portam ſuam gratiæ, pro Spiritu ſancto, Petrum cum clave oſtiarium cœli faciunt; omnia autem hæc poſtmodū ad Papā referunt. Hinc vox illa horrenda & blaſphema in colloquio Ratisbonenſi ex ore Ieſuitæ impudentiſſimi eructabatur: Veniat Spiritus ſanctus, veniat & judicet me, ſi poteſt. Pontificii & Chriſtum & Spiritum ſanctum ab officio removent.

XXVI. Qui volunt intromitti intra ovile Chriſti. 1. dent operam, ut ſint (non canes, ſues, hirci, lupi, leones, &c. ſed) oves: 2. humilitati ſtudeant; nam & oſtium eſt humile: Matth. 7, 14. & 11, 29: 3. pulſanti oſtium cordis aperiant. Apocal. 3, 20. Chriſtiani ſint oves

XXVII. Chriſtus eſt & oſtium & Paſtor, quemadmodum in ara crucis eſt & victima & ſacerdos; in S. Cœna & cibus, & hoſpes activus; & templum & Dominus templi. Sir. 43, 29. Ioh. 1, 16. Chriſtus eſt τὸ πᾶν.

PARS II.

Phariſæi Chriſtum verum eſſe Paſtorem, ſive Doctorem divinitus miſſum ac vocatum, & conſiliô & factô negaverunt; quâ negatione ſuâ maximam officii ſui partem abnegabant. Ut igitur ipſis oſtendat, quid diſtent æra lupinis, deſcribit tum γνησίως pa-

ſtores tàm bonos, quàm malos; tùm ἰδικῶς illum eximiè bonum, ſcriptis & oraculis Prophetarum olim decantatum Paſtorem. De poſteriori vide Evang. Domin. Miſeric. Domini: de priori agitur hoc in loco ita, ut Chriſtus

I. Exordioli quaſi loco *gravem adſeverationem* præmittat, factam ſolemni juramento, quo veritatem dicendorum commedat.

Boni Paſtoris deſcriptio.

II. Subjungat boni ac *fidelis Paſtoris* ſive Doctoris *deſcriptionem*, à ſex ejuſdem προηγουμένοις vel requiſitis petitam; quorum

1. Eſt, *per januam veram introire;* digitum hoc ipſo intēdens

1. *Ad ſalutarem Chriſti cognitionem*, quam tenere ipſum & oviculis ſuis proponere oportet:

2. *Ad legitimam vocationem*, ſeu divinam miſsionem. Hoc enim eſt intrare per Chriſtum, qui eſt oſtium ovilis ſui unicum. Vocationem autem etiam mediatam eſſe legitimam, imò divinam, aliunde ſcimus.

2. *Januam per oſtiarium apertam invenire.* Per Oſtiarium, uti ex prima parte didicimus Spiritum Sanctum intelligimus: is verò fidelibus Eccleſiæ doctoribus aperit oſtium,

Spiritus S. oſtium aperit Doctoribus.

1. *Legitimè ipſos in Eccleſiam vocando, & certo unumquemq; gregi præficiendo*; Act. 20, 28.

2. *Donis neceſſariis ac idoneis eos inſtruendo,*

3. *Chriſtum ipſis clarificando;*

4. *Intellectum reſerando;*

5. *Laboribus miniſterii benedicendo;*

6. *Corda auditorum inclinando*, regendo & aperiendo, ut dictis à Paſtore divinitus miſſo attendant: Act. 16. 14. et 18, 10. 1. Corinth 16. 9. hoc requiſitum continetur verſ. 3. et 4.

7. *Veram Paſtoribus caritatem infundendo*, quâ oves ſibi commiſſas diligant. 2. Cor. 5, 14. et 12, 14.

Oves vocare nomine.

3. *Nominatim oves ſingulas vocare.* Paſtor enim fidelis ſtudet ſingulorum auditorum mores et ingenia cognoſcere ac dignoſcere, ut poſsit pro re nata unicujuſeusq; indolem et inſtituta rectè noſſe et ſecundum veritatem animorum ac morum ſingulos aptè et accommodatè tractare.

Paſcua quid.

4. *Oviculas ad paſcua ſalubria educere.* Per paſcua intelligit verbi divini puritatem, et Sacramentorum divinitus inſtitutorum integritatem, quibus rectè traditis atq; uſurpatis animæ auditorum cibantur et potantur ad ſalutem ac vitam ſempiternam.

5. Gregi

5. *Gregi educto praire;* quod ſit
1. *Salutaria docendo;*
2. *Iuculpatè vivendo;*
3. *Si quid noxii vel detrimenti ſi occurrat, ſummô ſtudiô avertendo*
6. *Plurimum oviculis conducere.* Commoda bonorum paſtorum ſunt duo:

1. *Salus*, tum propria, tum auditorum verſ. 9. hoc præmium eſt fidelis Eccleſiæ miniſtri, de quo 2. Tim. 4, 16.

2. *Felix in officio ſucceſſus;* de quo phraſi Hebræâ agit præmittens debitam in munere obeundo fidelitatem. Felicitas illa ſucceſſus notatur metaphoricâ locutione, inveniet paſcua: fidelitas per ingreſſum ſignificatur, quo diligentia in officio demandato deſcribitur, per Meton. ſigni Exod. 28, 35. Num. 27, 17. Deut. 21, 2 1. Par. 27, 1. 2. Par. 1, 10. Act. 1, 21.

Hiſce requiſitis & donis, ſi quis Eccleſiæ Doctor ſit ornatus, pro bono & fideli verbi miniſtro haberi poteſt, imò debet.

III. Addat contrariam *mali Paſtoris delineationem*, cujus proprium eſt, Paſtoris mali ad juncta.

I. Per oſtium ad ovile non intrare. Tales ſunt, qui

1. Chriſtum tacent; vel alios ipſi adjungunt; vel doctrinam ejus corrumpunt;

2. Ad munera Eccleſiaſtica ſine omni, aut ſine honeſta ac legitima vocatione currunt;

3. Per homines tantum, eorundemq; favorem ad munus tàm arduum evehuntur.

II. Aliunde irrepere. Aliunde autem aſcendunt, quicunque docendi ſeu paſcendi ſibi munus arrogant, per cuniculos arteſque varias Eccleſiam Chriſti invadentes.

III. Suum commodum ex aliorum incommodis quærere; unde dicuntur fures, ſumtâ metaphorâ vel ſimilitudine ab iis, qui fraude, vi ac dolo alienum diripiunt invito domino. Fures.

IV. Ovicularum ſaluti inſidiari ac nocere, vel perniciem earundem quærere: hinc audiunt latrones, quod animas vi rapiant ac trucident, perditas autem non redimant. Duplicem hanc ſimilitudinem v. 8. repetit. Apposita eſt ſimilitudo, inquit D. Hunnius; quâ furibus & latronibus comparantur falſi doctores, Phariſæi, Scribæ et alii. Etenim ſicut fures et latrones non ſolent interdiu per conſueta oſtia ædes alicujus apertè ingredi, ſed plerunq; noctu per poſticum et valvas, et ſic per clādeſtinos ingreſſus ſeſe furtim inſinuare, eo conſilio, ut perdant, occidant, furentur, rapiant: Latrones. Comm. in Joh. p. 428.

Sic

Digitized by Google

Sic falſos doctores Chriſtus fures dicit, quia omiſsò uſitatò eoq; unico ingreſſu in cœlum, alias rationes monſtrant, & adulterina oſtia vitam æternam ingrediendi oſtendunt: atq; hoc ipſo hominibus furantur id, quod pretioſiſſimum eſt, nempe vitam æternam. Latrones vero nuncupat, quia animas hominum occidunt, & in ſpeluncam latrocinii h. e. in barathrum æternæ damnationis præcipitant. Hæc ille.

Harm. Evang. p. 1171. Mienus. *V.* *Falſa docere*: ideoq; dicuntur alieni, mercenariis longè, uti Dn. D. Chemnitius cenſet, deteriores. Alienum verò vocat eum, qui ſuam (Chriſti) vocem non habet, quemadmodum dii alieni dicuntur, qui non ſunt verus Deus cœli & terræ, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, in ſancto Spiritu.

VI. *Ante Chriſtum venire*. Quæritur hoc loco, quomodo intelligenda ſint verba Chriſti: omnes quotquot ante me venerunt fures ſunt & latrones: Anne Prophetæ etiam, qui ante Chriſtum venerunt, pro furibus & latronibus ſint habendi? Nullo verò modò: Ante Chriſtum venire eſt ènim ambiguitas in phraſi, venire ante Chriſtum, quam *alii* exponunt de iis, qui pro Meſſia ſeſe venditarunt, quales *P*ſeudo-Chriſti fuerunt Theudas, *I*uda, Galilæus & alii Act. 5, 36. 37 *Alii* de reliquis falſis Doctoribus & Paſtoribus accipiunt, qui ſui obliti officii in fures & latrones degenerârunt, aliud oſtium, aliamq; viam ingrediêdi cœlum præter Chriſtum hominibus monſtrantes, ſicut fecere Phariſæi, Sadducæi, Scribæ, &c. D. Tarnovius ita: *Venire ante Chriſtum eſt, non mittente eo venire ad docendum in Eccleſia.* Prophetæ itaq; huc non pertinent, cum illi omnes à Deo fuerint miſſi. Huc ſpectant verba D Chemnitii: *Simpliciſſimus ſenſus eſt, ut illud, ante me venerunt, non de tempore exponatur, ſed de ordine & ſcopo doctrinæ, quòd illi omnes ſint fures & latrones, qui Chriſtó non præeunte, non ducente, non mittente veniunt.*

Comm. in Joh. p. 783.

Harm. pag. 174.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

Paſtor vocationem habeat. *I.* Bonus Eccleſiæ Paſtor legitimâ ſit vocatione inſtructus Heb. 6, 4. Rom. 12, 7.

II. Nemo paſtorem vel prece vel preciò, multò minus vi auditoribus reluctantibus (NB.) obtrudi ſeſe patiatur. *I*er. 23, 21. Rom. 10, 15.

III. Spiritus ſancti opus eſt idoneos in Eccleſia miniſtros conſtituere. Act. 13, 2. & 20, 1. Cor. 12, 4. & ſeqq. IV. Bo-

IV. Bonus Eccleſiæ Paſtor det operam, ut omnium ac ſingulorum auditorum ingenium, vitam ac mores habeat cognitos noritque rectè unumquemque eorum tractare. Proverb. 27. v. 3. Actor. 20. v. 31.

Paſtor noſſe debet oviculas

V. De officio bonorum Paſtorum inferiorum, quorum eſt 1. *educere oviculas* ad ſalutaria verbi paſcua, ut perveniant ex tenebris ad lucem, ex ignorantia ad veritatis cognitionem, à deſidia ad ſtudium bonorum operum, à deſiderio terrenorum, ad ſpem & amorem rerum cœleſtium. 2. *Bono exemplo praire* oviculis. 3. *Ovium ſalutem in omnibus quærere.* 1 Sam. 12, 24. Eſai. 58, 1. Ezech. 33. v. 7. 8. Actor. 26, 18. 1. Tim. 3, 2. Tit. 1. 6. 2. Corinth. 6, 4. 1. Petr. 5. v. 2, 3. Philip. 3, 17. 2. Theſſ. 3, 9 1. Tim. 4, 12. 16.

Officium Paſtoris boni.

VI. In ſcriptura utrumq; dicitur de paſtoribus, gregem antecedere vel ducere, & ſequi; illud directionis, hoc cuſtodiæ. Pſal. 80. 2. & 78, 71. 72. 2. Sam. 7, 8.

VII. Fures & latrones ſint hæritici, fanatici & Pſeudo-Prophetæ. Eſ. 56, 10. 11. Jerem. 14, 14, 15. & 23, 1. & ſeqq. & 27. 9. 10. Ezech. 14, 9. & 22, 25. & 34, 2. 8. Matth. 7, 15. Actor. 20, 29. Phil. 3, 2. 2. Petr. 2, 1. 2. & ſeqq. Tit. 3, 10.

Fures in Eccleſia.

IIX. Fures ſunt, non tantùm qui oves Chriſto ſuffurantur, ſed etiam qui ovibus pabulum ſubtrahunt & furantur: Item, qui ad peccata auditorum connivent; hi enim ſunt fures legis: Item, qui Evangelium & abſolutionem ex ſiniſtro quodam affectu ſubtrahunt; qui fures ſunt Evangelii. Jerem. 14, 14. & 23, 26. 27. Eſai. 29, 13. Matth. 15, 9. Eſa. 56, 10. 11. Ezechel. 13, 19. 2. Pet. 2, 19. Eſai. 5, 20. Jer. 6, 14. & 8, 15. & 23, 14. 17. Oſe. 7, 3.

Fures in Eccleſia.

IX. *His* meritò & ſine omni injuria adnumeratur *Papa* Romanus; eſt enim πολυγαμολέπτης, & ante Chriſtum venit; quia non prælucente Chriſtô in ſuis ſuperſtitionibus & ceremoniis ſalutis fiduciam collocat. Ezech. 34. 1, 2. 3. 4. 5. Zach. 11, 16. 17. 2. Theſſal. 2, 3. 4. & ſeqq. 1. Tim. 4, 1. 2. 3. 2. Tim. 3, 1. 2. 3. Apoc. 18, 4. 5. 6.

Papa fur & latro

X. Errarunt Manichæi, totum V. T. rejicientes, eam ſolummodò ob cauſam, quòd ante natum Chriſtum fuerit ſcriptum. At Chriſtus non dicit, qui fuerunt, ſed qui venerunt ante me, &c. Johan. 8, 56.

Manichæorum error de V. T.

XI. Notanda venit differentia inter bonos & malos Paſtores, ex textu manifeſta.

XII. De damno, quod Eccleſiæ Jeſu Chriſti à falſis doctoribus infertur, Matth. 7, 15. 2. Tim. 3, 5: 6. Rom. 16. 17.

PARS III.

Paſtor & oves habent ſeſe relativè, ut relatum & correlatum. De paſtoribus tàm bonis, quàm malis audivimus, reſtat ut de oviculis aliquid etiam dicatur. Harum proprietates nonnullæ hoc in loco recenſentur, quòd nim. veræ Chriſti oviculæ ſint,

Ovicularum proprietates.

I. Per Chriſtum ingredientes, tanquam per unicam in Eccleſiam militantem ac triumphantem januam.

II. Vocem Paſtoris ſui tùm libenter audientes, tùm facilè cognoſcentes & dijudicantes. Oves enim paſtorem ſuum exactè norunt, ſi mille viri (inquit D. Chemnitius) unà ſtarent, ovis ex omnibus paſtorem vocantem noſſet: vocem inſuper paſtoris, eodem teſte, amant, eamq; libenter audiunt, maximè quando ad paſcua & fontes duci debent: idq; de ſuis quoque Chriſtus oviculis innuit, v. 3, & 5.

Harm. pag. 1168.

III. Paſtori obſequentes: paſtorem enim præeuntem ſequuntur v. 4.

IV. Alienum paſtorem non audientes ſed fugientes v. 5.

Beneficia Paſtoris Chriſti.

V. Beneficiis Paſtoris ſui Jeſu Chriſti gaudentes, utentes & fruentes. Talia ſunt

1. *Ipſe Spiritus Sanctus*, donum illud pentecoſtale acceptiſſimum, Chriſti paſſione ac morte nobis partum & impetratum. Dicitur hoc loco Oſtiarius, eò quòd in Eccleſiam intromittat oves, quæ verbum Chriſti audiunt, paſcuis ejus ſalutaribus delectantur, fructusq; ferunt charitatis in Dei honorem & proximi utilitatē.

Spiritus S. Oſtiarius.

2. *Liberrimus ad Patrem acceſſus*, qui per ingreſſum & egreſſum ſignificatur, q.d. patebit eis quotidianus ad Patrem meū aditus.

3. *Animæ ſalus*; ſervabitur, h. e. tutus erit ab omnibus hoſtibus.

Paſcua.

4. *Paſtus*; inveniet paſcua, quibus anima ejus paſcatur & ſatietur ad vitam æternam. Paſcua enim illa nihil ſunt aliud, quàm verbi divini pabulum, & præcipuè doctrina Evangelii, quam Chriſtus ex ſinu Patris progreſſus nobis revelavit, proponens in ea panem vitæ, quem qui comederit, vivet in æternum; & aquam vitæ quam qui biberit, fluent de ventre ejus flumina aquæ vivæ. Huc pertinet etiam κοινωνία corporis & ſanguinis Dominici in Cœna.

Officium Chriſti.

5. *Vita æterna fructus* v. 11. ubi inſinuatur officium Chriſti propheticum, per cauſam adventûs finalem. Ipſe enim venit, ſive

miſſus

miſſus & ordinatus eſt à Patre ad hoc, ut vitam habeant æternam tùm paſtores, tùm oves, qui eſt finis fidei ultimus; & ut abundantius habeant, (rectiùs abuadè, in Græco enim non eſt comparativus περισσότερον, ſed περισσόν) quod ad paſcua, veluti vitæ æternæ conſequendæ media, verbum puta & Sacramenta, referre voluit D. Tarnovius. Propheticum. περισσόν.

Libet autem & ex Harmonia Chemnitiana adſcribere, quæ ibid. p. 2162. leguntur, & judicium cuivis liberum relinquere: *Poteſt hoc non unè modò intelligi, nimirum quòd Chriſtus venerit, ut ipſius oves redemtæ in hoc ſeculo ipſius beneficiô vivant per gratiam, in altero autem ſeculo abundantius per gloriam & divinæ Majeſtatis contemplationem. Aut quòd Chriſtus propterea venerit, ut oves morbidæ & mortuæ primò quidem ab ipſo vitam habeant, quâ acceptâ deinde in omni virtutum genere creſcant, atq; ita ambulent, ut juxta monita Pauli magis abundent*, 1. Theſſ. 4, 1. Auguſtino prior ſenſus plus placet, ut oves Chriſti vitam habeant ingredientes in Eccleſiam, & abundantiùs habeant egredientes ex hoc ſeculo in vitam æternam. Reliquæ ovicularum proprietates peti, ſi libet, poſſunt, ex diſpoſ. 1. Domin. Miſeric. Domini. Comment. in Johan. pag 775. & 788.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. De officio ovicularum Chriſti, h. e. Chriſtianorum; horũ eſt

1. *Chriſtum Paſtorem noſſe*, tàm quoad perſonam, quàm quam quoad officium Joh. 17, 3. Eſa. 53, 11. Jer. 9, 23. 1. Cor. 1, 12. Sap. 15, 3. Ovicularum Chriſti officium,

2. *Vocem Paſtoris, in Evangelio traditam, libenter audire*, etiam ex paſtoribus inferioribus. Pſal. 1, 2. & 119, 24. Joh. 14, 23. Pſal. 26, 8. & 27, 4. & 84. 1. & 122. 1. Luc. 10, 16. Johan. 21, 15. 1 Cor. 3, 5. 6. & 4, 1. 2. Corinth. 5, 10.

3. *Paſtoribus obtemperare*. Heb. 13, 17. 1. Tim. 5, 17.

4. *Chriſtum ſequi* in doctrina, in vita, in cruce, in patientia &c. ad vitam æternam. Matth. 8, 19. 22. 3. & 9, 9. & 16, 24. Luc. 9, 23.

5. *Vocem alienam non ſequi* 2. Par. 19, 2. Pſal. 139, 22. Apoc.

II De obedientia fidei, quam Chriſto debemus. 1. Samuel. 15, 22. Pſ. 81, 14. Joh. 6, 29. Matt. 21. 21. Joh. 8, 24. & 14, 1. Act. 16. 31. 2. Cor. 10, 5.

III. Hæretici non ſunt audiendi, ſed fugiendi. Matth. 7. v. 15. Tit. 3. v. 10.

IV. Si unus Eccleſiæ Paſtor & Doctor Jeſus Chriſtus eſt audien-

Papa non eſt audiendus.

dus nemo nobis vitio vertat, quòd AntiChriſto Romano aures præbere nolimus. Matth. 17, 5. Deut. 18, 18. 2. Petr. 1, 7. 1. Petr. 5, 4. 2 Theſſ. 2, 3, 4. & ſeqq. 1. Tim. 4, 1. & ſeqq. Eſai. 48, 20. 2. Cor. 6, 14. 15. 17. 18. Apoc. 18, 4. 5. 6.

V. Chriſtus facit, ut ſimus benedicti ingredientes & egredientes. Deut. 28, 6. Pſalm. 121, ult.

VI. Filii hujus ſeculi nolunt remitti ad ſeculi alterius abundantiam. Pſalm. 144, 13.

VII. Vniverſa ſalus in eo ſita ac poſita eſt, ut Chriſtus ſit Paſtor noſter. Pſſalm. 23. 1, 2. & 73. 25. & 144, ult.

Miſeria noſtra in pictura, ovium.

IIX. Miſeria noſtra in imagine ovium depicta ob oculos nobis ſtatuitur. Eſa. 53. 6. Sap. 5, 7. Pſalm. 40, 5 Eph. 4, 18.

IX. Contemtores verbi rejicientur. Oſe. 4, 6. Matth. 7, 29.

X. Auditores verbi curent ipſi ſalutem, & paſtores ſuos probent. Eſai. 45, 22. Johan. 5, 24. Matth. 6, 33. Phil. 2, 12. 1. Theſſ 5, 21. 1. Johan. 4, 1. Phil. 1, 10. Act. 17, 11.

Papiſtarum error de lectione ſcripturæ.

XI. Errant Papiſtæ, prohibentes laicis tùm ſacri codicis lectionem, tùm judicium de paſtorum ſuorum doctrina. Matth. 7, 15. Philip. 3, 2. 1. Corith. 10, 15. Johan. 5, 39.

Fides carbonaria.

XII. Valeat itaque fides carbonaria, quâ ſatis eſſe judicatur, ſi quis credere ſe dicat, quod Romana credit Eccleſia, quatumvis ignoret, quid vel ipſe, vel Romana credat Eccleſia 1. Petr. 3, 15. Joh. 7, 24. Luc. 12, 57. Rom. 14, 31 4. 13.

XIII. Deus ſemper ſibi oviculas reſervavit. 1. Reg. 19, 18.

Beneficia Chriſti Paſtoris.

XIV. Beneficia ex Paſtorali Chriſti officio ad nos redundantia, ſunt

1. *Oſtii per Spiritum ſanctum apertio.* Luc. 24, 27. 2. Corinth. 3, 8. & 4. v. 6.

2. *Salvatio.*

3 *Vitæ æternæ elargitio:*

4. *Omnium rerum abundans copia.* Col. 2, 10. Pſalm. 112, 4. Mich. 7, 8. 2. Corinth. 6, 10. Pſalm. 23, 5. 6.

XV. Chriſtus fidelibus ſuis eſt omnia. Johan. 1. v. 16. Vide part. 1.

Opera ſupererogationis.

XVI. Opera ſupererogationis exſpirant meritò; in Chriſto enim ſolo eſt abundantia noſtra. Roman. 5, 12. 1. Timoth. 1, 14.

DIS-

Digitized by Google

DISPOSITIO
SECUNDA.
Propoſitio διμερής.

TOtum hoc Evangelium eſt ἀλληγορικὸν, ſimul verò διδασκαλικόν. Chriſtus enim ſub parabola paſtoris & ovium docet, ſe eſſe verum, optimum & fideliſſimum Eccleſiæ ſuæ Paſtorem, immò unicum illum divinitùs promiſſum ἀρχιποιμένα; reliquos verò omnes, qui alias conſequendi ſalutem rationes, quàm per Chriſtum monſtrant, non eſſe Paſtores, ſed fures & latrones, factâ ſimul mentione ovicularum: Paſtor enim & oves, ut relata mutuam ad ſe invicem habent σχέσιν ac reſpectum. Partiemur hac vice Evangelium in duas partes, quarum Chriſtus ſolus Paſtor bonus.

I. *Parabola πρόθεσιν, ſive propoſitionem*;

II. *Parabola ἔκθεσιν, ſive propoſitionem* continebit.

PARS I.

*I*nitiò extra omnem controverſiæ aleam ponimus, totam concionem πρώτως & principaliter agere de ἀρχιποιμένος, ſummo vel primario *P*aſtore, qui unus tantùm eſt, Dominus Jeſus Chriſtus θεάνθρωπος: Eſai. 40, 11. Ezech. *34*, *12*. Zach. 13, *7*. Hebr. 13, 20. 1. Petr. *2*, *25*. *A*ct. 20, *28*. δευτέρως verò, ſecundariò & minùs principaliter accõmdari etiam poſſe ad ὑποποιμένας ſive ſubpaſtores, primarii illius miniſtros. *I*ta deſcriptionem hoc locô habemus & primarii *P*aſtoris, qui eſt ovium Dominus & boni paſtoris miniſtri, & ovium deniq; furum ac latronum.

Pro meliori partis prioris cognitione notatur,

I. *Juramenti ſanctitas*; unde adparet, Chriſtum

1. Magnâ præſentem materiam gravitate tractaſſe;

2. Attentiores quoque ad audiendum voluiſſe auditores ſibi conciliare.

II. *Malorum Paſtorum pravitas* duplici quodammodò

Digitized by Google

colore, nigrô & rubeô adumbrata; unde duplex mali *Paſtoris* emergit malitia:

Paſtor malus.

I. A vera janua aberrare, vel per jaunam in caulam non intrare, ſed per feneſtram aut maceriam irrũpere, atq; ita aliunde ſibi auditum in ovile parare. Gloſſa ord. ita: *Aliunde. hoc eſt quo. quò modò præter Chriſtum; vel non benè de eo ſentiendo; vel non ejus gloriam, ſed ſuam quærendo.*

Fures & latrones.

II. In animas ovicularum graſſari. Utrumq; μεταφορικῶς per ſimilitudinem proponitur, furis nim. & latronis. Fur graſſatur in bona & facultates proximi; latro in ipſam etiam hominis vitam ſævit. Vterq; clàm inſidiosè, pleraq; etiam noctu peragit, ſecundum illud:

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

Eadem planè eſt ratio malorum Paſtorum. Ovicularum enim bona petunt, ſanguinem ſitiunt, lucem fugiunt, omnia tectè agunt, & falſam ſalutis viam proponunt.

Bonus Paſtor.

III. Boni Paſtoris qualitas. Ea verò denotatur certis quibuſdam effectis & adjunctis, veluti γνωρίσμασι bonorum Paſtorum infallibilibus. Tales autem illi ſeſe declarant,

1. Legitima per oſtium ordinarium ingreßione:

2. Januæ apertione, qua mentione cauſæ efficientis explicatur, v. 3. huic Oſtiarius aperit: Neque enim vi irrumpit in ovile, nec apertè ſeſe obtrudit, ſed Oſtiarium exſpectat, à quo ſi intromittatur, ingreditur. Loquitur ex illorum temporum more, (inquit Tremellius) quo ſolebant ſervum aliquem habere perpetuò ad fores adſiſtentem. *P*orrò quis ſit Oſtiarius ex præc. diſp. patet, ipſe nim. Spiritus Sanctus, faciens ut bono *P*aſtori res ſuccedat, ipſumq; adeò donis inſtruens neceſſariis, ut ab ovibus pro vero *P*aſtore agnoſcatur.

Oſtiarius S. S.

3. Promta ovium obſecundatione; hoc enim eſt vocem Paſtoris audire.

4. Diſtincta ovium appellatione. Ingreſſus enim *P*aſtor bonus, non eſt ocioſus apud oves, ſed vocat eas nominatim, hoc eſt operam dat, ut ſingulas & ſingulorum ſtudia ac mores cognoſcat, illiſq; cognitis ſingulas compellat, alias monendo, alias hortando, alias conſolando, alias objurgando.

5. Ovicularum ad paſtum eductione,

6. Gregis commißi anteitione vel præceßione, compendii nimirum

mirum cauſâ, ut eo faciliùs ad optata paſcua deveniant. Sciendum autem quòd in noſtris quidem regionibus *Paſtores* gregem ferè magis ſequantur, quàm antecedant, eumq; magis propellant quàm ad ſequendum invitent. Sed loquitur hîc Chriſtus ſecundum morem Judææ, in qua regione Paſtores oves præcedere ſolebant, & hoc ipſum ad adplicationem meliùs quadrat. D. Chemn. har. Evang. pag. 2157.

IV. Genuina ovicularum proprietas. Plures quidem ſunt ovium proprietates, quas *Hugo* Cardinalis ſequenti complexus eſt hexaſtichô: Ovium proprietates

Fœta bidens, dormit, veſtita, lupum timet, imbres,
Carne juvat, pelle, vellere, lacte, fimo:
Cernit humum balans, edit herbas, beſtia, velox,
Paſtorem ſequitur, in grege ſola dolet:
Ruminat, innocuô cornu, pede, vertice durô,
Tonſa tacet, maculat morbi da peſte gregem.

At hoc in loco tres inſigniores Dominus Jeſus proprietates commemorat, tria quodammodo oviculis tintinnabula adpendés:
1. Paſtoris veri vocem audire libenter;
2. Vocanti obtemperare & præuntem ſequi decenter;
3. Vocum Paſtoris noſſe differenter. Ex frequenti enim auditu ita familiariter eam ovis habet cognitam, ut ab omnibus aliis facilè diſcernere queat, alienam verò vocem nec audiat, nec ſequatur, ſed fugiat.

USUS
I. Informatorius.

1. De vera Eccleſia, quòd ſit una, ſancta, Catholica, Apoſtolica, ratione doctrinæ, fidei & temporis per totum terrarum orbem paſſim diſperſa, nec ad certum locum aut perſonas certas adligata. *Cant.* 6, 8. Epheſ. 4, 3. 4. 5. 6 *1. Corinth.* 14, 33. Apoc. 11, 2. Rom. 1, 17. 1. Cor. 3, 17. Matth. 28, 19. Marc. 16, 15. Luc. 24, 47. Col. 1, 6. Eph. 2, 19. 20. Apoc. 21, 14. Actor. 10, 43. & 26, 22. 2. Pet. 1. 19. Conſulantur libelli methodici & loci Theologici; & confer præ cæteris D. Gerhard. *Tom* 5. L. C. pag. 611, & ſeqq. D. Himmel ſyntagm. pag. 314 &. ſeqq. D. Theodor. inſtitut. catech. pag. 314, & ſeqq. Epitheta autem & ἀξιώματα illa prædicantur de Eccleſia, Novi cum primis *Teſtam.* συνεκδοχικῶς, propter ſanctos & electos, tanquam partem Eccleſiæ potiorem. Eccleſia vera. Eccleſiæ epitheta.

2. De

Officium Spir. S.

2. De officio Spiritus ſancti, quòd is ſit unicus Eccleſiæ Oſtiarius, & nemo niſi per eum intromittatur. Ille enim habet clavem cœlorum, fidem & verbum, quô apertum eſt cor Lydiæ, Actor, *16, 14*, agit enim mediatè Johan. 20, *22*. *E*ph. *3*, 5. 1. Corinth. 2, 10. *P*ſalm. *51. 12. 13.* & *143*, 10. Matth. 10, 20. Hinc auxilium Spiritus ſancti in ſingulis ſingularum concionum exordiis imploramus. 1. Cor. 12. 4. & ſeqq.

Pſeudo-Paſtores.

3. De *P*ſeudo-Paſtoribus, quòd omnes illi, qui aliâ viâ aut ratione, quàm per Jeſum Chriſtum, unicum noſtrum Mediatorem homines ſalvari poſſe docent, non pro Paſtoribus, ſed furibus & latronibus ſint habendi, qui gregi *D*ominico parùm proſint, plurimùm verò obſint. Johan. 14, *6*. Act. *4*. *12*. Vide præc. diſp.

Pſeudo-Chriſtiani.

4. De *P*ſeudo-Chriſtianis. Quotquot enim vocem Chriſti non audiunt, hoc eſt, aut verbo illius non credunt, aut eidem obtemperare recuſant, ovibus Chriſti h. e. veris Chriſtianis acceniſeri non poſſunt. Matth. *7*, *23*. & *25*, 41.

II. Conſolatorius.

Chriſti Paſtoris cura pro ovibus.

I. Ex Chriſti ἀρχιποιμένος cura & providentia, quam exerit ille, erga oves paſcuæ ſuæ,

1. ὑποποιμένας fideles ipſis præficiendo. Eſai. 41, 27. Jer. 3, *15*. Ezech. 3, *17*. Luc. 10. *16*. & 16, 29. Joël. 3, *23*. *Hoſ. 12, 11*, Pſal, 68, *12*.

2. Aditum per Spiritum ſanctum illis patefaciendo. Act. 13, 2, & *16*. 14. & *18*, 5.

3. De alimento ſufficienti, quâ corpus, quâ animam proſpiciendo. Pſalm. 23, 1. & ſeqq. & *37*, *25*.

II. Ex Oſtiarii erga Eccleſiam beneficentia. Collectis enim per Verbum & Sacramenta Eccleſiæ membris tria maxima eis exhibet beneficia:

1. Regenerationem; Matth. *28*, *19*. Johan. *3*, 5. *Tit*. 3. v. 5. 1. Sam. 10. v. *6*.

2. Gratioſam inhabitationem. Johan. *14*. v. 23. *1*. Corinth. 3, *16*. & 6. 19. Pſalm. *145*, *18*.

3. Renovationem Ezechiel. *36*, *26*. *P*ſalm. 51, 12.

Oſtiarius S. S. & qualis.

*E*ſt autem Spiritus Sanctus Oſtiarius,

1. *Juſtiſſimus* nullos intromittens; niſi pœnitentes & ſanguine Chriſti obſignatos. *E*zechiel. 9, 4. 6. Apocal. 7, 3. & *21*. v. 27. & *22*. v. 15.

2. Sapien-

Digitized by Google

2. *Sapientiſſimus*, cui non obtruditur fucur.

3. *Potentiſſimus*, immò omnipotens, cui nemo reſiſtere poteſt.

III. Monitorius.

I. Vt ὑποποιμένες Chriſti officium ſuum ſtudiô ſummô peragant, Paſtores officium ſuum faciant.

1. *Oves commiſſas diligenter paſcendo;*

1. *Evangelica veritate;*

2. *Ardenti charitate;*

3. *Vita integritate.* Act. 20. 28. 1. Petr. 5, 2. 3.

2. *Janua aperturam devotè petendo.* Act. 14, 17. 1. Corinth. 2, 12. Col. 4, 3. *Prov.* 20. 12.

3. *Proprias oves nominatim vocando* 1. Corinth. 3, 1. 2. & 2. 6. 7. & 9, 21. Ezechiel. 34, 4. 16.

4. *Oves praeundo*, non tantùm ſanâ doctrinâ, ſed & vitâ inculpatâ, *Roman.* 2, 21. 1. Corinth. 9, 27.

II. Vt oviculæ, h. e. auditores verbi bonis paſtoribus obſequantur, eoſq; amore, favore, honore & beneficiis proſequantur, malos contrà fugiant & deteſtentur. 1. *Tim.* 5, 17. Galat. 4, 14. 15. Phil. 4, 14. Heb. 13, 17. Galat. 6, 6.

III. Ne offendamur vili Eccleſiæ conditione: confertur enim caulæ, Mich. 2, 12. propter Eccleſiæ vilitate non offendamur. Eccleſia ovile.

1. *Externam vilitatem*: Eſa. 1, 8. & 54, 11. Apoc. 12. v. 6. & 17. v. 2. *Cant.* 1, 6.

2. *Loci inſtabilitatem*: Heb. 13, 14.

3. *Gregis diverſitatem*; habet agnos, oves & hædos: Johan. 21, 15. 16. Matth. 13, 49. & 25, 33. Johan. 15, 2. Matth. 7, 18.

4. *Hoſtium credulitatem*: Geneſ. 3, 1. Pſalm. 2, 3.

5. *Cuſtodia fidelitatem.* Pſalm. 4. 9. 34, 8. Eſai. 11, 9. Zach. 2, 5. Pſal. 27, 1. 2. Eſai. 12, 2.

IV. Refutatorius,

Pontificiorum & Jeſucidarum, nobis noſtriſq; *Eccleſiis* inſultantium, quòd Lutherana *Eccleſia* nunquam tranſierit mare, ſed in ſola Germania manſerit; ideoq; veræ Eccleſiæ titulô eam Papiſtæ Eccleſiam

gaudere non poſſe. Reſp. 1. Eccleſia non eſt regium (quale Pontifex Romanus habet) palatium, ſed caula vilis. 2. Num maria tranſierint Eccleſiæ Evangelicæ, Pontificii ipſi & teſtes & judices ſunto; norunt hoc, faciente ipsô Bellarminô, & tantò magis dolent, quantò graviorem inde plagam regnum *AntiChriſti* accepit. Vide Dn. D. Gerh. *Tom.* 5. pag. 974.

noſtram reiiciunt quod mare non tranſierit.

PARS II.

Audivimus parabolam; audiamus ejuſdem etiam explicationem. Obſervetur autem,

I. *Expoſitionis occaſio*, quam Chriſto ſuppeditavit auditorum ἄγνοια & ſtupiditas. Chriſtus loquitur παροιμίαν quâ voce ſermo figuratus & ſimilitudo indicatur; aliàs παραβολὴ dicitur. Nam παροιμία propriè eſt adagium ſive proverbium. *H*anc verò parabolam cum non intelligerent auditores, doctrinæ ſuæ interpres proprius *C*hriſtus evadit.

παροιμία.

II. *Oſtii deſignatio.* Non facimus cum iis, qui per oſtium vel ſcripturas, vel ſcripturæ teſtimonium, Chriſto latum intelligunt; qua in opinione Theophylactum quoq; fuiſſe. verba ipſius evincunt. Sic enim ille: *Prius indicia ponit pernicioſi (paſtoris.) Ille enim non ingreditur per oſtium; h. e. per ſcripturas. Non enim utitur ſcripturis teſtibus, neq; Prophetis. Nam profectò ſcripturæ oſtium ſunt, per quas adducimur ad Deum: illæ lupos non permittunt intrare. Prohibent autem hæreticos, ut nos ſecuri ſimus, & de omnibus rationem dant, de quibus voluerimus. Fur igitur eſt, qui non per ſcripturas ingreditur in ſtabulum ovium, & ita per illas deprehenditur. Sed adſcendit aliunde, hoc eſt aliam ſibi viam & inſolitam parat, ſicut & corrupti ſunt: talis erit AntiChriſtus. Non enim ex ſcripturis illius teſtimonia.*

Oſtium quid.

Verùm enim verò controverſiam ipſe Chriſtus dirimit, oſtium ſeſe verbis exſertis pronuncians. Ita autem per metaphoram dicitur, propter

Chriſtus janua & cur.

1. *Immiſſionem*; immittet enim nos

1. *In Eccleſiam*, ablutos per Baptiſmum regenerationis, tanquam per primam gratiæ cœleſtis portam;

D. P larg. quaſt. n. Joh. f. 108.

2. *Ad thronum gratiæ* Hebr. 4. v. 16. Roman. 5. v. 2. Epheſ. 3. v. 12.

3. *In cæleſtem patriam*, reſerata Paradiſi janua, Iohan. 14. 3.

2. *Emiſſionem*; emittit enim vinctos de ciſterna, in qua non eſt aqua, Zachar. 9, 11: emittit quoq; nos tandem placidè ex carcere hujus vitæ. Pſal, 68, 12. Luc. 2, 29.

3. *Munitionem*, contra diluvium iræ cœleſtis. Geneſ. 7. v. 16. & 19. v. 10.

III. Malorum paſtorum objurgatio & damnatio. Quotquot ante me venerunt, (aliunde in ovile regni cœleſtis ingredi, alios q; ſecum aliunde, quàm per me introducere conati,) fures ſunt & latrones. Hæc dicuntur, non ratione temporis, de iis Eccleſiæ Doctoribus, qui ante adventum Chriſti in carnem in Eccleſia fuerunt; ſed ante Chriſtum venerunt; Paſtores mali fures & latrones.

1. Qui munus docendi arripuerunt, antequam ipſis daretur; Venire ante Chriſtum.

2. Qui malis artibus ad docendum acceſsêre;

3. Qui extra Chriſtum ſalutem æternam hominibus pollitici fuêre;

4. Qui pro Chriſto hominibus ſeſe obtruſêre. Act. 5. 34.

5. Qui præbendas magis, quàm Chriſtum, quæſivere.

Beda eleganter particulam ante me, interpretatur per, ſine me, ut non temporis ſed diſtractionis ſit particula: Cum illo enim venerunt, qui cum verbo Dei venerunt, qui non per ſe venerunt. Tom. 6. operum f. mihi 11.

Heronymus in cap. 7. Oſeæ ita: *Fures & latrones*, inquit, *qui venerunt ante Dominum, non Moyſen & Prophetas, qui ſemper Salvatoris ore laudantur, ſed Pſeudo-Prophetas debemus accipere: & poſtea hæreticos, qui non miſſi ſunt à Domino, ſed ſuâ voluntate venerunt.* Hos comparat Chriſtus,

I. Furibus, quia rapiunt & furantur

1. Gloriam Dei;

2. Animas hominum;

3. Dei verba truncando & corrumpendo.

II. Latronibus; quia illi

1. Vaſtant & ſubvertunt fidem, 1. Timoth. 2, 18.

2. Deprædantur homines, Col. 2, 8.

3. Hæreſes exitiales ſubintroducunt, 2. Petr. 2 Ideoq; ab ovibus auditi non fuere.

IV. Veri Paſtoris primarii cum falſis Paſtoribus comparatio, deſumta à contrariis effectis, ex finium contrarietate promanantibus. Verus Paſtor, primarius maximè, ideò venit, ut oviculis ſuis conferret,

Paſtoris boni cum falſis comparatio.

1. Salutem; per me ſi quis introierit, ſervabitur, h. e. ſalutem æternam conſequetur:

2. Proſperum ſucceſſum; ingredietur, & egredietur h. e. proſperè aget, ſecurus & tutus vivet:

3. Vberiora Spiritus Sancti dona; paſcua inveniet

4. Vitam æternam: Ego veni, ut vitam & abundantiam habeant: hîc vitæ beatæ πρόγευμα, abundantiùs autem poſt hanc vitam habebunt. Malus contrà Paſtor, vel, quod huic æquipollet, fur & latro, nullum alium ſibi finem habet propoſitum, niſi ut

1. Furetur, hoc eſt quæ ſua non ſunt ſibi arroget, lucri causâ docens:

2. Mactet; θύειν propriè eſt in ſacris mactare; ſic mali *Docto*res ſimulant ſacrificia & divinos cultus, cùm reverâ ſint homicidia ejusmodi cultus:

3. Perdat; ſc, animas falsâ doctrinâ & malô vitæ exemplô q. d. Pſeudo-Doctores tùm bonis auditorum, ut lanæ & adipi, inhiant, tùm perditionem animæ ac corporis quærunt. Ita fur venit ſuô, Chriſtus ovium ſuarum commodô. Gl. ord. ita diſtinguit: *Furatur, alienam rem ſibi uſurpando; mactat à fide retrahendo; perdit in æternam damnationem præcipitando.*

VSVS.

I. Informatorius.

1. De naturali hominum in rebus divinis ſtupiditate & cæcitate Gen. 6, 5. & 8, 21. 1. Cor. 2, 14.

2. Quòd ingenium humanum faciliùs percipiat ea, quæ ad hujus vitæ uſum pertinent, quàm ad vitam æternam conſequendam conducunt. Matth. 16, 17. Luc. 16, 7.

Pſeudo-Doctorum notæ.

3. De *P*ſeudo-Doctorum notis ac proprietatibus, cujuſmodi ſunt;

1. Ovilis Dominici obfuſcatio;

2. Oſtii veri averſatio;

3. Oſti-

3. *Oſtiarii repudiatio*, Act. 7.15.

4. *Vocis Chriſti neglectio;*

5. *Latrocinii in oviculas exercitatio:* indede damno eorundem judicare promtum eſt.

4. Quod *P*aſtores Eccleſiæ poſſint errare, ſecùs atq; *P*ontificii Judaizantes ſibi falſo perſuadent. *E*ſai. 9,15. & 28, 14. 15. & 57, 11. & 59, 4. Jerem. 5, 2. 31. & 6, 13. & 8, 8. & 9, 3. & 14, 14. & 29, 23. Ezech. 13, 6. & ſeqq. Oſe. 7, 13. Matth. 24, 11. 24. Paſtores poſſunt errare.

II. Conſolatorius.

1. Quòd Dominus ſemper ſua ſeptem millia ſibi reſervet, qui genua coram Baal non inflectunt. 1. Reg. 19, 18. Eſai. 1, 8. & 6, 13. Rom. 11, 4. Soph. 3, 12. 2. Tim. 2, 19. Deus ſemper ſibi reſervat 7000

2. Quòd ſolus Chriſtus ſit janua & via in cœlum, nullisq; opus habeamus, vel ſanctis præmittendis, vel operibus, aditui præparando neceſſariis: ſed quiſquis in Chriſtum crediderit, & per ipſum ad Patrem cœleſtem acceſſerit, ſalvus erit. Eſai. 64, 16. Luc. 18, 27. Johan. 1, 12. Matth. 17, 5, Eph. 3, 12. Vide fer. ſec. Pentec. Chriſtus ſolus janua.

3. Quòd oves ſub *P*aſtore Chriſto tutæ ſint atq; ſecuræ.

4. Quòd Chriſtus oves ſuas nutriat, paſcat & potet, tùm naturaliter, tùm ſpiritualiter, tùm Sacramentaliter. Vid. Domin. Miſer. Dom.

5. Quòd in futuro ſeculo vitam habebimus, & abundantiam ex Jeſu Chriſto Pſalm. 23, 1. Johan. 1, 16.

III. Monitorius.

I. Vt oviculæ vocem & ἀρχιποιμένος, & ὑποποιμένων attentè audiant, rectè agnoſcant, & devotè obſervent. Matth. 10, 40. 2. Cor. 5. v. 20.

II. Vt gratias Deo agamus tùm pro vocatione gratuita ad ovile Eccleſiæ, tùm pro fidelibus verbi miniſtris. 2. Tim. 1, 9. Heb. 12, 22. 23. Eſai. 30. 20. 21.

III. Vt inter Eccleſiæ veræ cives adſcripti Officium ovicularum

1. Sequantur *P*aſtorem primarium & ſecundarios. Eph. 5, 1 Johan. 13, 15. 1. *P*et. 2, 21. Matth. 11, 28. *H*ebr. 6, 13. & 13, 7. 1. Cor. 11, 1. Philip. 3, 17.

2. Vitæ puritati ſtudeant, dignè vocatione & profeſsione ſuâ ambulantes. Phil. 1, 27. Col. 1, 10. 1. Theſſ. 2, 12.

3. Concordiam in Eccleſia alant. 1. Cor. 1, 10. *P*ſal. 133, 1.

4. Humilitati ſtudeant, Matth. 11, 28. Gl. ord. *Hæc janua eſt*

humilis, qui per hanc vult intrare, oportet, ut ſe humiliet, ne ſi erectus eſt, offendat in humilem januam.

5. Satanæ miniſtros fures & latrones fugiant. *Pſal.139, 22.* Matth. *7, 15.* 1. Johan. 4, 1, 1. Theſſ. 5, 21. Apoc. *18, 4.*

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

FEſtum celebramus adhuc Spiritûs ſancti; extremam itaq; ſolemnitati Pentecoſtali manum additur, illud ſaltem Colophonis locô ex prælecta pericope monſtrare conabimur; *quâ nim. viâ ac ratione donum hocce Pentecoſtale retineri queat, ut vaſa gratiæ ac miſericordiæ divinæ, vel quod idem eſt, pretioſa Spiritus ſancti templa ſimus ac maneamus.*

Ἐξήγησις.

Spiritum ſanctum retinendi media.

Non minor eſt virtus, quam quærere parta tueri;

Majori proinde ſtudiô laborandum nobis fuerit, de doni Pentecoſtalis accurata & finali retentione. Rectè n. ex veteribus quis dixit *Melius eſt non vivere, quam ſine Spiritu ſancto vivere.* Et Salvator noſter ait: Qui perſeveraverit uſq; ad finem ſalvus erit. Matth. 10, 22. & 24. 13. Retinebimus ergô Spiritum ſanctum

I. In gremio veræ Eccleſiæ manendo; extra illam enim nulla ſperari poteſt ſalus. *Non deſeras Deum, & non deſereris* ait *Auguſtinus.* Vide præced. diſpoſ.

II. Novam, vel aliam, extra Chriſtum januam non quærendo. Sæpiùs idem repetit Chriſtus, ut certiores nos reddat, quòd ipſe ſolus ſit oſtium,

1. Ovilis ſive Eccleſiæ ſuæ: per ipſum enim adoptamur: Johan. 1, 12. Rom. 8, 15. 1. Pet. 2, 3,

2. Ad gratiam Dei ſemper patens: *Rom.* 3, 25. Heb. 4. 16.

3. In regnum cœlorum; per ipſum enim animæ piorum ſedibus beatis inſeruntur. Luc. 16. 22. & 23, 43. Eſtq; hæc porta anguſta, & pauci ſunt qui eam inveniunt. Matth. 7, 14. Luc. 13, 24.

III. Falſos doctores & alienos paſtores fugiendo. Auguſt. *vide ne paſtores quærens lupum invenias.* Eſtote ergò prudentes, ſicut ſerpentes. Matth. 10. 16. Sir. 13; 1. Deut. *13,* 1. *23.* Jer. *27,* 9. 10. & *29,* 8, 9. Matth. 7, 15. *Phil.* 3, 2 1. Johan. 4, 1. 1. Tim. 6. 6. 1 . *Zach.* 11, 9.

IV. Pro janua apertione indeſinenter orando. Janitor eſt Spiritus ſanctus, ſine cujus Numine, nihil eſt in homine. Huc referendæ

Digitized by Google

rendæ ſunt promiſſiones, de Spiritus Sancti miſſione ac donatione factæ. Ezech. 36, 27. Joël. 2, 28. Zach. 12, 10. Johan. 7, 32. Act. 1. 5. & 4, 31. Luc. 11, 13. Rom. 8, 26. Pſal. 51. 12. 13. & 143, 10. Perturbari & exturbari poteſt peccatis conſcientiam deveſtantibus. Eſa. 64, 11. 1 Samuel. 16. 14. & 28. 15. Eph. 4, 30. Spiritus S. ejici poteſt

Spiritus excutitur dominante libidine carnis.

V. Vocem Paſtoris audiendo. Vocat autem nominatim oviculas ſuas, Paſtor Chriſtus vocat oves & quomodo.

1. *Per legem ad pœnitentiam*: Eſa. 1, 16. & 55, 7. Jer. 3, 12. Joel. 2. 12. Amos 5, 6. Zach. 1, 3. Matth. 3, 2. & 11, 28. & 18. 14. Luc. 19, 10. & 24, 47. Act. 2, 38. & 3, 19.

3. *Per Evangelium ad gratiam*; Ezech. 33, 9. 11. 1. Joh. 1, 9. Rom. 5, 10. Eſa. 30, 8. Jerem. 31, 20. Ion. 4, 2. Pſal. 86, 5. 15. 2. Pet. 3, 9. Ioh. 3. 16. Marc. 1, 15. Rom. 3, 24. 25.

4. *Per crucem ad patientiam, novam obedientiam & vitæ melioris fiduciam.* Iob. 5, 17. Prov. 3, 11. Matth. 5. 5. Hebr. 12, 6. Pſalm. 119. 71. Eſa. 26. 16. Tob. 2, 12. & 12, 13. 1. Corinth. 11. 31. Pſal. 94, 13. Act. 14, 22. Eſa. 27. 9. & 28. 20. Rom. 8, 28. 2. Cor. 4, 17.

VI. Paſtorem ſequendo, Vide feſt. Andr. & præc. diſp.

VII. Infirmitatem propriam agnoſcendo. Gen. 6, 2. & 8. 21. Iob. 15, 14. Ioh. 3, 19. Rom. 3, 4. & 5. 12. & 8, 7.

VIII. Egrediendo & ingrediendo. Egrediendo à vitiis ac vita ſcelerata; ingrediendo ad virtutes vitamq; homine Chriſtiano dignam Pſal. 84, 8. Ephe. 4, 22. 25. Matth. 3, 8. Luc. 1. 75. Rom. 13, 12. 2. Cor. 6, 14. 15. 16. Eph. 5, 7. 8. 11.

IX. Optima queq; in Chriſto ſperando. In ipſo enim habemus omnia; In Chriſto habemus omnia.

1. *Gratuitam peccatorum remiſſionem.* Eſa. 43, 24. & 44. 22. Dan. 9. 24. 1. Iohan. 1, 3. Act. 13, 8. Eph. 1, 7. Col. 1, 14.

2. *Maledictionis ſublationem.* Act. 13, 38. Rom. 6, 14. & 10, 3. Galat. 3, 13. & 4, 5.

3. *Diaboli devictionem.* Luc. 11, 21. Col. 2, 15. Hebr. 2, 14. Gen. 3, 15. 1. Iohan. 3, 8.

4. *Mortis abolitionem.* Eſai. 25, 8. Hoſ. 13, 14 Rom. 6, 9. 1. Cor 15, 54. 2. Tim. 1, 10. Hebr 2, 14. Apoc. 21, 4.

5. *Inferni deſtructionem.* Hoſeæ 13. 14. 1. Cor 15, 54. Apoc. 1, 13.

6. *Spiritus ſancti donationem.* Ioh. 16, 7. & 20, 22. Eph. 4. 7. 8.

7. *Patris cœleſtis reconciliationem.* Eph. 2, 16. 17. Col. 1, 14. 21. 22. 1. Tim. 2, 5. 6. 1. Ioh. 2, 1. 2. 2. Cor. 5, 18.

8. *Pacis*

Papa non eſt audiendus. dus nemo nobis vitio vertat, quòd AntiChriſto Romano aures præbere nolimus. Matth. 17, 5. Deut. 18. 18. 2. Petr. 1, 7. 1. Petr. 5, 4. 2 Theſſ. 2, 3, 4. & ſeqq. 1. Tim. 4, 1. & ſeqq. Eſai. 48, 20. 2. Cor. 6, 14. 15. 17. 18. Apoc. 18, 4. 5. 6.

V. Chriſtus facit, ut ſimus benedicti ingredientes & egredientes. Deut. 28, 6. Pſalm. 121, ult.

VI. Filii hujus ſeculi nolunt remitti ad ſeculi alterius abundantiam. Pſalm. 144, 13.

VII. Vniverſa ſalus in eo ſita ac poſita eſt, ut Chriſtus ſit Paſtor noſter. Pſſalm. 23. 1, 2. & 73. 25. & 144, ult.

Miſeria noſtra in pictura ovium. IIX. Miſeria noſtra in imagine ovium depicta ob oculos nobis ſtatuitur. Eſa. 53. 6. Sap. 5. 7. Pſalm. 49, 5 Eph. 4, 18.

IX. Contemtores verbi rejicientur. Oſe. 4, 6. Matth. 7, 29.

X. Auditores verbi curent ipſi ſalutem, & paſtores ſuos probent. Eſai. 45, 22. Johan. 5, 24. Matth. 6, 33. Phil. 2, 12. 1. Theſſ 5, 21. 1. Johan. 4, 1. Phil. 1, 10. Act. 17, 11.

Papiſtarum error de lectione ſcripturæ. XI. Errant Papiſtæ, prohibentes laicis tùm ſacri codicis lectionem, tùm judicium de paſtorum ſuorum doctrina. Matth. 7, 15. Philip. 3, 2. 1. Corith. 10, 15. Johan. 5, 39.

Fides carbonaria. XII. Valeat itaque fides carbonaria, quâ ſatis eſſe judicatur, ſi quis credere ſe dicat, quod Romana credit Eccleſia, quatumvis ignoret, quid vel ipſe, vel Romana credat Eccleſia 1. Petr. 3, 15. Joh. 7, 24. Luc. 12, 57. Rom. 14, 31 4. 13.

XIII. Deus ſemper ſibi oviculas reſervavit. 1. Reg. 19, 18.

Beneficia Chriſti Paſtoris. XIV. Beneficia ex Paſtorali Chriſti officio ad nos redundantia, ſunt

1. *Oſtii per Spiritum ſanctum apertio.* Luc. 24, 27. 2. Corinth. 3, 8. & 4. v. 6.

2. *Salvatio.*

3 *Vitæ æternæ elargitio:*

4. *Omnium rerum abundans copia.* Col. 2, 10. Pſalm. 112, 4. Mich. 7, 8. 2. Corinth. 6, 10. Pſalm. 23, 5. 6.

XV. Chriſtus fidelibus ſuis eſt omnia. Johan. 1. v. 16. Vide part. 1.

Opera ſupererogationis. XVI. Opera ſupererogationis exſpirant meritò; in Chriſto enim ſolo eſt abundantia noſtra. Roman. 5, 12. 1. Timoth. 1, 14.

DIS-

DISPOSITIO
SECUNDA.
Propoſitio διμερής.

TOtum hoc Evangelium eſt ἀλληγορικὸν, ſimul verò διδασκαλικὸν. Chriſtus enim ſub parabola paſtoris & ovium docet, ſe eſſe verum, optimum & fideliſſimum Eccleſiæ ſuæ Paſtorem, immò unicum illum divinitùs promiſſum ἀρχιποιμένα; reliquos verò omnes, qui alias conſequendi ſalutem rationes, quàm per Chriſtum monſtrant, non eſſe Paſtores, ſed fures & latrones, factâ ſimul mentione ovicularum: Paſtor enim & oves, ut relata mutuam ad ſe invicem habeant σχέσιν ac reſpectum. Partiemur hac vice Evangelium in duas partes, quarum Chriſtus ſolus Paſtor bonus.

I. Parabola πρότασιν, ſive propoſitionem;

II. Parabola ἔκθεσιν, ſive propoſitionem continebit.

PARS I.

*I*nitiò extra omnem controverſiæ aleam ponimus, totam concionem προηγουμένως & principaliter agere de ἀρχιποιμένι, ſummo vel primario *P*aſtore, qui unus tantùm eſt, Dominus Jeſus Chriſtus θεάνθρωπος: Eſai. 40, 11. Ezech. *34, 12.* Zach. 13, *7.* Hebr. 13, 20. 1. Petr. *2, 25. Act.* 20, *28.* δευτέρως verò, ſecundariò & minùs principaliter accōmdari etiam poſſe ad ὑποποιμένας ſive ſubpaſtores, primarii illius miniſtros. *I*ta deſcriptionem hoc locô habemus & primarii *P*aſtoris, qui eſt ovium Dominus & boni paſtoris miniſtri, & ovium deniq; furum ac latronum.

Pro meliori partis prioris cognitione notatur,

I. Juramenti ſanctitas; unde adparet, Chriſtum

1. Magnâ præſentem materiam gravitate tractaſſe;

2. Attentiores quoque ad audiendum voluiſſe auditores ſibi conciliare.

II. Malorum Paſtorum pravitas duplici quodammodò

 colore

colore, nigrô & rubeô adumbrata; unde duplex mali *Paſtoris* e-
Paſtor malus. mergit malitia:

I. A vera janua aberrare, vel per jaunam in caulam non intrare, ſed per feneſtram aut maceriam irrũpere, atq; ita aliunde ſibi auditum in ovile parare. Gloſſa ord. ita: *Aliunde. hoc eſt quoquò modò præter Chriſtum; vel non benè de eo ſentiendo; vel non ejus gloriam, ſed ſuam quærendo.*

II. Inanimas oviculárum graſſari. Utrumq; μεταφορικῶς per
Fures & latrones. ſimilitudinem proponitur, furis nim. & latronis. Fur graſſatur in bona & facultates proximi; latro in ipſam etiam hominis vitam ſævit. Vtrq; clàm inſidiosè, pleraq; etiam noctu peragit, ſecundum illud:

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

Eadem planè eſt ratio malorum Paſtorum. Oviculárum enim bona petunt, ſanguinem ſitiunt, lucem fugiunt, omnia tectè agunt, & falſam ſalutis viam proponunt.

Bonus Paſtor. *III. Boni Paſtoris qualitas.* Ea verò denotatur certis quibuſdam effectis & adjunctis, veluti γνωρίσμασι bonorum Paſtorum infallibilibus. Tales autem illi ſeſe declarant,

1. Legitima per oſtium ordinarium ingreſſione:

2. Januæ apertione, qua mentione cauſæ efficientis explicatur, v. 3. huic Oſtiarius aperit: Neque enim vi irrumpit in ovile, nec apertè ſeſe obtrudit, ſed Oſtiarium exſpectat, à quo ſi intromittatur, ingreditur. Loquitur ex illorum temporum more, (in-
Oſtiarius S. S. quit Tremellius) quo ſolebant ſervum aliquem habere perpetuò ad fores adſiſtentem. Porrò quis ſit Oſtiarius ex præc. diſp. patet, ipſe nim. Spiritus Sanctus, faciens ut bono *Paſtori* res ſuccedat, ipſumq; adeò donis inſtruens neceſſariis, ut ab ovibus pro vero *Paſtore* agnoſcatur.

3. Prompta ovium obſecundatione; hoc enim eſt vocem Paſtoris audire.

4. *Diſtincta ovium appellatione.* Ingreſſus enim *Paſtor* bonus, non eſt ocioſus apud oves, ſed vocat eas nominatim, hoc eſt operam dat, ut ſingulas & ſingularum ſtudia ac mores cognoſcat, illiſq; cognitis ſingulas compellat, alias monendo, alias hortando, alias conſolando, alias objurgando.

5. *Oviculárum ad paſtum eductione,*

6. *Gregis commiſſi anteitione vel præceſſione*, compendii ni-

mirum

mitum cauſâ, ut eo faciliùs ad optata paſcua deveniant. Sciendum autem quòd in noſtris quidem regionibus *Paſtores* gregem ferè magis ſequantur, quàm antecedant, eumq́; magis propellant quàm ad ſequendum invitent. Sed loquitur hîc Chriſtus ſecundum morem Judææ, in qua regione Paſtores oves præcedere ſolebant, & hoc ipſum ad adplicationem meliùs quadrat. D. Chemn. har. Evang. pag. 2157.

IV. Genuina oviculurum proprietas. Plures quidem ſunt ovium proprietates, quas *Hugo* Cardinalis ſequenti complexus eſt hexaſtichô: Ovium proprietates

Fœta bidens, dormit, veſtita, lupum timet, imbres,
Carne juvat, pelle, vellere, lacte, fimo:
Cernit humum balans, edit herbas, beſtia, velox,
Paſtorem ſequitur, in grege ſola dolet:
Ruminat, innocuô cornu, pede, vertice durô,
Tonſa tacet, maculat morbi da peſte gregem.

At hoc in loco tres inſigniores Dominus Jeſus proprietates commemorat, tria quodammodo oviculis tintinnabula adpendés:

1. Paſtoris veri vocem audire libenter;
2. Vocanti obtemperare & præeuntem ſequi decenter;
3. Vocum Paſtoris noſſe differenter. Ex frequenti enim auditu ita familiariter eam ovis habet cognitam, ut ab omnibus aliis facilè diſcernere queat, alienam verò vocem nec audiat, nec ſequatur, ſed fugiat.

USUS

I. Informatorius.

1. De vera Eccleſia, quòd ſit una, ſancta, Catholica, Apoſtolica, ratione doctrinæ, fidei & temporis per totum terrarum orbem paſsim diſperſa, nec ad certum locum aut perſonas certas adligata. *Cant.* 6, 8. Epheſ. 4, 3. 4. 5. 6. *1. Corinth.* 14, 33. Apoc. 11, 2. Rom. 1, 17. *1. Cor.* 3, 17. Matth. 28, 19. Marc. 16, 1. Luc. 24, 47. Col. 1, 6. Eph. 2, 19. 20. Apoc. 21, 14. Actor. 10, 43. & 26, 22. 2. Pet. 1. 19. Conſulantur libelli methodici & loci *Theologici*; & confer præ cæteris D. Gerhard. *Tom* 5. L. C. pag. 611, & ſeqq. D. Himmel ſyntagm. pag. 314 & ſeqq. D. Theodor. inſtitut. catech. pag. 314, & ſeqq. Epitheta autem & ἀξιώματα illa prædicantur de Eccleſia, Novi cum primis *Teſtam.* συνεκδοχικῶς, propter ſanctos & electos, tanquam partem Eccleſiæ potiorem. Eccleſia vera. Eccleſiæ epitheta.

2. De

Officium Spir. S.

2. De officio Spiritus ſancti, quòd is ſit unicus Eccleſiæ Oſtiarius, & nemo niſi per eum intromittatur. Ille enim habet clavem cœlorum, fidem & verbum, quô apertum eſt cor Lydiæ, Actor. *16, 14*, agit enim mediatè Johan. 20, *22*. *Eph. 3*, 5. 1. Corinth. 2, 10. *Pſalm. 51. 12. 13.* & *143*, *10*. Matth. 10, 20. Hinc auxilium Spiritus ſancti in ſingulis ſingularum concionum exordiis imploramus. 1. Cor. 12. 4. & ſeqq.

Pſeudo-Paſtores.

3. De *P*ſeudo-Paſtoribus, quòd omnes illi, qui aliâ viâ aut ratione, quàm per Jeſum Chriſtum, unicum noſtrum Mediatorem homines ſalvari poſſe docent, non pro Paſtoribus, ſed furibus & latronibus ſint habendi, qui gregi *D*ominico parùm proſint, plurimùm verò obſint. Johan. 14, *6*. Act. *4*. *12*. Vide præc. diſp.

Pſeudo-Chriſtiani.

4. De *P*ſeudo-Chriſtianis. Quotquot enim vocem Chriſti non audiunt, hoc eſt, aut verbo illius non credunt, aut eidem obtemperare recuſant, ovibus Chriſti h. e. veris Chriſtianis accenſeri non poſſunt. Matth. *7*, *23*. & *25*, 41.

II. Conſolatorius.

Chriſti Paſtoris cura pro ovibus.

I. Ex Chriſti ἀρχιποιμένος cura & providentia, quam exerit ille, erga oves paſcuæ ſuæ,

1. ὑποποιμένας fideles ipſis præficiendo. Eſai. 41, 27. Jer. 3, 15. Ezech. 3, *17*. Luc. *10*. *16*. & 16, 29. Joël. 3, *23*. *Hoſ. 12*, *11*, Pſal, 68, *12*.

2. Aditum per Spiritum ſanctum illis patefaciendo. Act. 13, 2, & *16*. 14. & *18*, *5*.

3. De alimento ſufficienti, quà corpus. quà animam. proſpiciendo. Pſalm. 23, 1. & ſeqq. & *37*, *25*.

II. Ex Oſtiarii erga Eccleſiam beneficentia. Collectis enim per Verbum & Sacramenta Eccleſiæ membris tria maxima eis exhibet beneficia:

1. Regenerationem; Matth. *28*, *19*. Johan. *3*, *5*. *Tit.* 3. v. 5. 1. Sam. 10. v. *6*.

2. Gratioſam inhabitationem. Johan. *14*. v. 23. *1*. Corinth. 3, *16*. & 6. 19. Pſalm. *145*, *18*.

3. Renovationem Ezechiel. *36*, *26*. *P*ſalm. 51, 12.

Oſtiarius S. S. & qualis.

*E*ſt autem Spiritus Sanctus Oſtiarius,

1. *Juſtiſſimus* nullos intromittens; niſi pœnitentes & ſanguine Chriſti obſignatos. *Ezechiel. 9*, 4. 6. Apocal. 7, 3. & *21*. v. 27. & *22*. v. 15.

2. Sapien-

2. *Sapientiſſimus*, cui non obtruditur fucus.

3. *Potentiſſimus*, immò omnipotens, cui nemo reſiſtere poteſt.

III. Monitorius.

I. Vt ὑποποιμένες Chriſti officium ſuum ſtudiô ſummô peragant, *Paſtores officium ſuum faciant.*

1. Oves commiſſas diligenter paſcendo;

1. Evangelica veritate;

2. Ardenti charitate;

3. *Vitæ integritate*. Act. 20. 28. 1. Petr. 5, 2. 3.

2. *Januæ aperturam devotè petendo*. Act. 14, 17. 1. Corinth, 2, 12. Col. 4, 3. *Prov*. 20. 12.

3. *Proprias oves nominatim vocando* 1. Corinth. 3, 1. 2. & 2. 6. 7. & 9, 22. Ezechiel. 34, 4. 16.

4. *Oves præeundo*, non tantùm ſanâ doctrinâ, ſed & vitâ inculpatâ, *R*oman. 2, 21. 1. Corinth. 9, 27.

II. Vt oviculæ, h. e. auditores verbi bonis paſtoribus obſequantur, eosq; amore, favore, honore & beneficiis proſequantur, malos contrà fugiant & deteſtentur. 1. *Tim*. 5, 17. Galat. 4, 14. 15. Phil. 4, 14. Heb. 13, 17. Galat. 6, 6.

III. Ne offendamur vili Eccleſiæ conditione: confertur enim caulæ, Mich. 2, 12. propter *Eccleſiæ vilitate non offendamur. Eccleſia ovile.*

1. Externam vilitatem: *E*ſa. 1, 8. & 54, 11. Apoc. 12. v. 6. & 17. v. 2. Cant. 1, 6.

2. *Loci inſtabilitatem*: Heb. 13, 14.

3. *Gregis diverſitatem*; habet agnos, oves & hædos: Johan. 21, 15. 16. Matth. 13, 49. & 25, 33. Johan. 15, 2. Matth. 7. 18.

4. *Hoſtium credulitatem*: Geneſ. 3, 1. Pſalm. 2, 3.

5. *Cuſtodiæ fidelitatem*. *P*ſalm. 4. 9. 34, 8. Eſai. 11, 9. Zach. 2, 5. Pſal. 27, 1. 2. Eſai. 12, 2.

IV. Refutatorius,

Pontificiorum & Jeſuicidarum, nobis noſtrisq; *E*ccleſiis inſultantium, quòd Lutherana *E*ccleſia nunquam tranſierit mare, ſed in ſola Germania manſerit; ideoq; veræ Eccleſiæ titulô eam gau- *Papiſtæ Eccleſiam*

noſtram reiiciunt quod mare non tranſierit.

gaudere non poſſe. Reſp. 1. Eccleſia non eſt regium (quale Pontifex Romanus habet) palatium, ſed caula vilis. 2. Num maria tranſierint Eccleſiæ Evangelicæ, Pontificii ipſi & teſtes & judices ſunto; norunt hoc, faciente ipsô Bellarminô, & tantò magis dolent, quantò graviorem inde plagam regnum *A*ntiChriſti accepit. Vide Dn. D. Gerh. *Tom.* 5. pag. 974.

PARS II.

Audivimus parabolam; audiamus ejuſdem etiam explicationem. Obſervetur autem,

παροιμία.

I. Expoſitionis occaſio, quam Chriſto ſuppeditavit auditorum ἄγνοια & ſtupiditas. Chriſtus loquitur παροιμίας quâ voce ſermo figuratus & ſimilitudo indicatur; aliàs παραβολὴ dicitur. Nam παροιμία propriè eſt adagium ſive proverbium. *H*anc verò parabolam cum non intelligerent auditores, doctrinæ ſuæ interpres proprius Chriſtus evadit.

Oſtium quid.

II. Oſtii deſignatio. Non facimus cum iis, qui per oſtium vel ſcripturas, vel ſcripturæ teſtimonium, Chriſto latum intelligunt; qua in opinione Theophylactum quoq; fuiſſe, verba ipſius evincunt. Sic enim ille: *Prius indicia ponit pernicioſi (paſtoris.) Ille enim non ingreditur per oſtium; h. e. per ſcripturas. Non enim utitur ſcripturis teſtibus, neq; Prophetis. Nam profectò ſcripturæ oſtium ſunt, per quas adducimur ad Deum: illæ lupos non permittunt intrare. Prohibent autem hæreticos, ut nos ſecuri ſimus, & de omnibus rationem dent, de quibus voluerimus. Fur igitur eſt, qui non per ſcripturas ingreditur in ſtabulum ovium, & ita per illas deprehenditur. Sed adſcendit aliunde, hoc eſt aliam ſibi viam & inſolitam parat, ſicut & corrupti ſunt: talis erit AntiChriſtus. Non enim ex ſcripturis illius teſtimonia.*

Chriſtus janua & cur.

Verùm enim verò controverſiam ipſe Chriſtus dirimit, oſtium ſeſe verbis exſertis pronuncians. Ita autem per metaphoram dicitur, propter

1. *Immiſſionem*; immittet enim nos

D. P larg. quaſt. in Joh. f. 108.

1. *In Eccleſiam*, ablutos per Baptiſmum regenerationis, tanquam per primam gratiæ cœleſtis portam;

2. *Ad thronum gratiæ* Hebr. 4. v. 16. Roman. 5. v. 2. Epheſ. 3. v. 12.

3. *In cœleſtem patriam*, reſerata Paradiſi janua, Iohan. 14. 3.

2. *Emiſſonem*; emittit enim vinctos de ciſterna, in qua non eſt aqua, Zachar. 9, 11: em ittit quoq; nos tandem placidè ex carcere hujus vitæ. Pſal, 68, 12. Luc. 2, 29.

3. *Munitionem*, contra diluvium iræ cœleſtis. Geneſ. 7. v. 16. & 19. v. 10.

III. *Malorum paſtorum objurgatio & damnatio.* Quotquot ante me venerunt, (aliunde in ovile regni cœleſtis ingredi, aliosq; ſecum aliunde, quàm per me introducere conati,) fures ſunt & latrones. Hæc dicuntur, non ratione temporis, de iis Eccleſiæ Doctoribus, qui ante adventum Chriſti in carnem in Eccleſia fuerunt; ſed ante Chriſtum venerunt; Paſtores mali fures & latrones.

1. Qui munus docendi arripuerunt, antequam ipſis daretur; Venire ante Chriſtum.

2. Qui malis artibus ad docendum acceſsêre;

3. Qui extra Chriſtum ſalutem æternam hominibus pollicici fuêre;

4. Qui pro Chriſto hominibus ſeſe obtrusêre. Act. 5. 34.

5. Qui præbendas magis, quàm Chriſtum, quæſivere.

Beda eleganter particulam ante me, interpretatur per, ſine me, ut non temporis ſed diſtractionis ſit particula: Cum illo enim venerunt, qui cum verbo Dei venerunt, qui non per ſe venerunt Tom. 6. operum f. mihi 12.

Hieronymus in cap. 7. Oſeæ ita: *Fures & latrones*, inquit, *qui venerunt ante Dominum, non Moyſen & Prophetas, qui ſemper Salvatoris ore laudantur, ſed Pſeudo-Prophetas debemus accipere: & poſtea hæreticos, qui non miſſi ſunt à Domino, ſed ſuâ voluntate venerunt.* Hos comparat Chriſtus,

I. *Furibus*, quia rapiunt & furantur

1. Gloriam Dei;

2. Animas hominum;

3. Dei verba truncando & corrumpendo.

II. *Latronibus*; quia illi

1. Vaſtant & ſubvertunt fidem, 1. Timoth. 2, 18.

2. Deprædantur homines, Col. 2, 8.

3. Hæreſes exitiales ſubintroducunt, 2. Petr. 2 Ideoq; ab ovibus auditi non fuere.

Paſtoris boni cum falſis comparatio.

IV. Veri Paſtoris primarii cum falſis Paſtoribus comparatio, deſumta à contrariis effectis, ex finium contrarietate promanantibus. Verus Paſtor, primarius maximè, ideò venit, ut oviculis ſuis conferret,

1. Salutem; per me ſi quis introierit, ſervabitur, h. e. ſalutem æternam conſequetur:

2. Proſperum ſucceſſum; ingredietur, & egredietur h. e. proſperè aget, ſecurus & tutus vivet:

3. Vberiora Spiritus Sancti dona; paſcua inveniet.

4. Vitam æternam: Ego veni, ut vitam & abundantiam habeant: hîc vitæ beatæ ἀῤῥαβῶνα, abundantiùs autem poſt hanc vitam habebunt. Malus contrà Paſtor, vel, quod huic æquipollet, fur & latro, nullum alium ſibi finem habet propoſitum, niſi ut

1. Furetur, hoc eſt quæ ſua non ſunt ſibi arroget, lucri cauſâ docens:

2. Mactet; θύειν propriè eſt in ſacris mactare; ſic mali Doctores ſimulant ſacrificia & divinos cultus, cùm reverâ ſint homicidia ejusmodi cultus:

3. Perdat; ſc. animas falsâ doctrinâ & malô vitæ exemplô q. d. Pſeudo-Doctores tùm bonis auditorum, ut lanæ & adipi, inhiant, tùm perditionem animæ ac corporis quærunt. Ita fur venit ſuô, Chriſtus ovium ſuarum commodô. Gl. ord. ita diſtinguit: *Furatur, alienam rem ſibi uſurpando; mactat à fide retrahendo; perdit in æternam damnationem præcipitando.*

VSVS.

I. Informatorius.

1. De naturali hominum in rebus divinis ſtupiditate & cæcitate Gen. 6, 5. & 8, 21. 1. Cor. 2, 14.

2. Quòd ingenium humanum faciliùs percipiat ea, quæ ad hujus vitæ uſum pertinent, quàm ad vitam æternam conſequendam conducunt. Matth. 16, 17. Luc. 16, 7.

Pſeudo-Doctorum nota.

3. De Pſeudo-Doctorum notis ac proprietatibus, cujuſmodi ſunt;

1. Ovilis Dominici obfuſcatio;

2. Oſtii veri averſatio;

3. Oſti-

3. *Oſtiarii repudiatio*, Act. 7. 15.

4. *Vocis Chriſti neglectio*;

5. *Latrocinii in oviculas exercitatio*: inde de damno eorundem judicare promtum eſt.

4. Quod *Paſtores* Eccleſiæ poſſint errare, ſecùs atq; *Pontificii* Judaizantes ſibi falſo perſuadent. *Eſai*. 9, 15. & 28, 14. 15. & 57, 11. & 59, 4. Jerem. 5, 2. 31. & 6, 13. & 8, 8. & 9, 3. & 14, 14. & 29, 23. Ezech. 13, 6. & ſeqq. Oſe. 7, 13. Matth. 24, 11. 24. Paſtores poſſunt errare.

II. Conſolatorius.

1. Quòd Dominus ſemper ſua ſeptem millia ſibi reſervet, qui genua coram Baal non inflectunt. *1*. Reg. 19, 18. Eſai. 1, 8. & 6, 13. Rom. 11, 4. Soph. 3, 12. 2. Tim. 2, 19. Deus ſemper ſibi reſervat 7000

2. Quòd ſolus Chriſtus ſit janua & via in cœlum, nulliſq; opus habeamus. vel ſanctis præmittendis, vel operibus, aditui præparando neceſſariis: ſed quiſquis in Chriſtum crediderit, & per ipſum ad *Patrem* cœleſtem acceſſerit, ſalvus erit. Eſai. 64, 16. Luc. 18, 27. Johan. 1, 12. Matth. 17, 5, *Eph*. 5, 12. Vide ſer. ſec. Pentec. Chriſtus ſolus janua.

3. Quòd oves ſub *Paſtore* Chriſto tutæ ſint atq; ſecuræ.

4. Quòd *Chriſtus* oves ſuas nutriat, paſcat & potet, tùm naturaliter, tùm ſpiritualiter, tùm Sacramentaliter. Vid. Domin. Miſer. Dom.

5. Quòd in futuro ſeculo vitam habebimus, & abundantiam ex Jeſu *Chriſto* Pſalm. 23, 1. Johan. 1, 16.

III. Monitorius.

I. Vt oviculæ vocem & ἀρχιποιμένος, & ὑποποιμένων attentè audiant, rectè agnoſcant, & devotè obſervent. Matth. 10, 40: 2. Cor. 5. v. 20.

II. Vt gratias Deo agamus tùm pro vocatione gratuita ad ovile Eccleſiæ, tùm pro fidelibus verbi miniſtris. 2. Tim. 1, 9. Heb. 12, 22. 23. Eſai. 30. 20. 21.

III. Vt inter Eccleſiæ veræ cives adſcripti Officium ovicularum

1. Sequantur *Paſtorem* primarium & ſecundarios. Eph. 5, 1 Johan. 13, 15. 1. *Pet*. 2, 21. Matth. 11, 28. *Hebr*. 6, 13. & 13. 7. 1. Cor. 11, 1. Philip. 3, 17.

2. Vitæ puritati ſtudeant, dignè vocatione & profeſsione ſuâ ambulantes. *Phil*. 1, 27. Col. 1, 10. 1. Theſſ. 2, 12.

3. Concordiam in Eccleſia alant. 1. *Cor*. 1, 10. *Pſal*. 133, 1.

4. *Humilitati* ſtudeant, Matth. 11, 28. Gl. ord. *Hæc janua eſt*

 humi-

humilis, qui per hanc vult intrare, oportet, ut ſe humiliet, ne ſi erectus eſt, offendat in humilem januam.

5. Satanæ miniſtros fures & latrones fugiant. Pſal. 139, 22. Matth. 7, 15. 1. Johan. 4, 1, 1. Theſſ. 5, 21. Apoc. 18, 4.

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

FEſtum celebramus adhuc Spiritûs ſancti; extremam itaq; ſolemnitati Pentecoſtali manum addituri, illud ſaltem Colophonis locô ex prælecta pericope monſtrare conabimur; *quâ nim. viâ ac ratione donum hocce Pentecoſtale retineri queat, ut vaſa gratiæ ac miſericordiæ divinæ, vel quod idem eſt, precioſa Spiritus ſancti templa ſimus ac maneamus.*

Ἐξήγησις.

Spiritum ſanctum retinendi media.

Non minor eſt virtus, quam quærere parta tueri;

Majori proinde ſtudiô laborandum nobis fuerit, de doni Pentecoſtalis accurata & finali retentione. Rectè n. ex veteribus unq dixit *Melius eſt non vivere, quam ſine Spiritu ſancto vivere.* Et Salvator noſter ait: Qui perſeveraverit uſq; ad finem ſalvus erit. Matth. 10, 22. & 24, 13. Retinebimus ergò Spiritum ſanctum

I. *In gremio veræ Eccleſiæ manendo;* extra illam enim nulla ſperari poteſt ſalus. *Non deſeras Deum, & non deſereris* ait Auguſtinus. Vide præced. diſpoſ.

II. *Novam, vel aliam, extra Chriſtum januam non quærendo.* Sæpiùs idem repetit Chriſtus, ut certiores nos reddat, quòd ipſe ſolus ſit oſtium,

1. Ovilis ſive Eccleſiæ ſuæ: per ipſum enim adoptamur: Johan. 1, 12. Rom. 8, 15. 1. Pet. 2, 3,

2. Ad gratiam Dei ſemper patens: Rom. 3, 25. Heb. 4. 16.

3. In regnum cœlorum; per ipſum enim animæ piorum ſedibus beatis inſeruntur. Luc. 16. 22. & 23, 43. Eſtq; hæc porta anguſta, & pauci ſunt qui eam inveniunt. Matth. 7, 14. Luc. 13, 24.

III. *Falſos doctores & alienos paſtores fugiendo.* Auguſt. *vide ne paſtores quærens lupum invenias.* Eſtote ergò prudentes, ſicut ſerpentes. Matth. 10. 16. Sir. 13, 1. Deut. 13, 1. 23. Jer. 27, 9. 10. & 29, 8, 9. Matth. 7, 15. Phil. 3, 2 1. Johan. 4, 1. 1. Tim. 6. 6. 1. Zach. 11, 9.

IV. *Pro janua apertione indeſinenter orando.* Janitor eſt Spiritus ſanctus, ſine cujus Numine, nihil eſt in homine. Huc referendæ

rendæ ſunt promiſſiones, de Spiritus Sancti miſſione ac donatione factæ. Ezech. 36, 27. Joël. 2, 28. Zach. 12, 10. Johan. 7, 32, Act 1. 5. & 4, 31. Luc. 11, 13. Rom. 8, 26. Pſal. 51. 12. 13. & 143, 10. Perturbari & exturbari poteſt peccatis conſcientiam deveſtantibus. Eſa. 64, 11. 1 Samuel. 16, 14. & 28. 15. Eph. 4, 30. Spiritus S, ejici poteſt

Spiritus excutitur dominante libidine carnis.

V. Vocem Paſtoris audiendo. Vocat autem nominatim oviculas ſuas, Paſtor Chriſtus vocat oves &quomodo.

1. *Per legem ad pœnitentiam*: Eſa. 1, 16. & 55, 7. Jer. 3, 12. Joel. 2. 12. Amos 5, 6. Zach. 1, 3. Matth. 3, 2. & 11, 28. & 18, 14. Luc. 19, 10. & 24, 47. Act. 2, 38. & 3, 19.

3. *Per Evangelium ad gratiam*; Ezech. 33, 9. 11. 1. Joh. 1, 9. Rom. 5, 20. Eſa. 30, 8. Jerem. 31, 20. Ion. 4, 2. Pſal. 86, 5. 15. 2. Pet. 3, 9. Ioh. 3. 16. Marc. 1, 15. Rom. 3, 24. 25.

4. *Per crucem ad patientiam, novam obedientiam & vitæ melioris fiduciam.* Iob. 5, 17. Prov. 3, 11. Matth. 5, 5 Hebr. 12, 6. Pſalm. 119. 71. Eſa. 26. 16. Tob. 2, 12. & 12, 13. 1. Corinth. 11. 31. Pſal. 94, 13. Act. 14, 22. Eſa. 27. 9. & 28. 20. Rom, 8, 28. 2, Cor. 4, 17.

VI. Paſtorem ſequendo, Vide feſt. Andr. & præc. diſp.

VII. Infirmitatem propriam agnoſcendo. Gen. 6, 2. & 8. 21. Iob. 15, 14. Ioh. 3, 19. Rom. 3, 4. & 5. 12. & 8, 7.

VIII. Egrediendo & ingrediendo. Egrediendo à vitiis ac vita ſcelerata; ingrediendo ad virtutes vitamq; homine Chriſtiano dignam Pſal. 84, 8. Ephe. 4, 22. 25, Matth. 3, 8. Luc. 1. 75. Rom. 13, 12, 2. Cor. 6, 14. 15. 16. Eph. 5, 7. 8. 11.

IX. Optima quæq; in Chriſto ſperando. In ipſo enim habemus omnia; In Chriſto habemus omnia.

1. *Gratuitam peccatorum remiſſionem.* Eſa. 43, 24. & 44. 22. Dan. 9. 24. 1. Iohan. 1, 3. Act. 13, 8. Eph. 1, 7. Col. 1, 14.

2. *Maledictionis ſublationem.* Act. 13, 38. Rom. 6, 14. & 10, 3. Galat. 3, 13. & 4, 5.

3. *Diaboli devictionem.* Luc. 11, 22. Col. 2, 15. Hebr. 2, 14. Gen. 3, 15. 1. Iohan. 3, 8.

4. *Mortis abolitionem.* Eſai. 25, 8. Hoſ. 13, 14 Rom. 6, 9. 1. Cor 15, 54. 2. Tim. 1. 10. Hebr 2, 14. Apoc. 21, 4.

5. *Inferni deſtructionem.* Hoſeæ 13. 14. 1. Cor 15, 54. Apoc. 1, 13.

6. *Spiritus ſancti donationem.* Ioh. 16, 7. & 20, 22. Eph. 4, 7. 8.

7. *Patris cæleſtis reconciliationem.* Eph. 2, 16. 17. Col. 1, 14. 21. 22. 1. Tim. 2, 5. 6. 1. Ioh. 2, 1. 2. 2. Cor. 5, 18.

8. Patris

8. *Pacis amiſſæ recuperationem.* Zach. 9, 10. Luc. 1, 79. & 2, 14. Johan. 20, 19. Rom. 1, 7. & 5, 1. Eph. 2, 14. 15.

9. *Juſtificationem.* Eſa. 53. 11. Zach. 9, 11. Actor. 13, 39. Rom 3, 22. 23. 24. & 5, 18 19. & 10. 4, 1. Cor. 1, 30. Gal. 2, 16. Tit. 3, 5, 6. 7.

10. *Plenariam ſatisfactionem.* Eſa. 43, 25 Matth. 1, 21. 2. Cor 5. 14. Gal. 1, 3. 4. & 2, 10. & 3. 14. Eph. 5, 2. 1. Pet. 1, 1. 18. 19. 20.

11. *Vitæ æternæ hæreditationem.* Rom. 6, 22. 1. Johan. 4, 9. Johan. 1, 4. & 3. 16. & 5. 11. & 10, 28. & 17. 3. Rom. 5, 21. Largiatur nobis hanc bonorum abundantiam animarum noſtrarum Paſtor meritiſsimus, cui cum Patre & Spiritu Sancto ſit laus, decus, honor, benedictio & gloria ſeculis nunquam finiendis, Amen, Amen.

IN FESTO JOHANNJS BAPTISTÆ,

Evang. Luc. 1. à v. 57. ad finem usq.

DISPOSITIO PRIMA.

Johannes dictus Baptiſta. πρόδρομος.

FEſtū Eccleſia hoc die celebrat Johannis, qui ab officio, immerſione nim. in aquam, βαπτιστὴς fuit cognominatus; eò quòd & Chriſtum flumine Jordanis, & reliquos etiam homines ad pœnitentiam, baptizârit. Fuit is præco & πρόδρομος Meſſiæ, unde vox clamans, & Angelus Dominiſper Prophetas V. T. dictus fuit Eſa. 40, 3, Mal, 3, 1. Nolumus tempus terere recenſendis iis, qui de ſcripturis ſacris authoritatem habent nullam: eâdem enim illa facilitate contemnuntur, quâ adſeruntur, Sufficiunt nobis ea, quæ in libris Evangelicis de ipſo commemorantur. Natales ejus accuratiſſimè deſcripſit Lucas, Evangelii ſui. cap. 1. vel ideò tàm ſtudioſè in literas relatos, ut majorem ejus teſtimonium, Meſſiæ perhibendum, haberet valorem. De officio, de prædicatione, de omni vitæ & mortis genere conſulatur Matth. 3, 4. 9. 11. & 14. Luc. 3. Johan. 1, 3. 5. Act. 1, & 10. capp. Corpus doctrinæ Johanneæ ex iiſdem locis nullô negotiô colligi poteſt. Confer Dreſſer. de feſt. dieb. pag. 145. & ſeqq.

Evangelium feſtivitati huic deſtinatum totum eſt ἐπιδεικτικὸν ad genus cauſarum *demonſtrativum* referendum. Continet enim hiſtoriam de nativitate & circumciſione Johannis Baptiſtæ, & quæ natales ipſius præterea ſunt conſecuta; unà cum cantico Zachariæ,

chariæ, & educatione Johannis: in ὀνομαθεσίᾳ ex ſtatu definitivo generis *judicialis* quædam proferuntur. Partes enarrationis tres conſtituimus, quarum

1. τὰ ἱστορικὰ;
2. τὰ εὐχαριστικὰ.
3. τὰ προφητικὰ conſiderabit.

PARS I.

Hiſtoricam relationem ad tria potiſſimum κεφάλαια ſive membra redigimus: quorum

1. Eſt *nativitas Johannis miraculoſa;*
2. *Circumciſio ejuſdem glorioſa;*
3. *Educatio fructuoſa.*

*I*n nativitate Johannis miraculoſa deſcribenda notatur

1. Tempus, quòd Eliſabetha mater juſtô, quin à Deo per Angelum deſtinatô tempore pepererit: ad finem nempe decurrente nono à conceptione menſe; quod tempus partui muliebri, communi naturæ lege, præſcriptum, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ concordat. Peperit autem filium, ſecundum Angeli prædictionem Luc. 1, 13. Nativitas Johannis miraculoſa.

2. *Eventus* in vicinis & cognatis; de quibus commemorat Evangeliſta, quòd puerperæ animitus gratulati fuerint. Græcè συνέχαιρον αὐτῇ, congaudebant ipſi. *I*mpletur itaq; id, quod Angelus v. 14. prædixerat, multos in nativitate ejus gaviſuros. Gratulatum verò adveniunt, non tantùm συγγενεῖς, ſanguinis communione ipſi juncti, ſed & περίοικοι, h. e. non tantùm illius oppidi vel ſuburbii potiùs incolæ, ſed etiam qui vicina loca inhabitabant. περίοικοι.

3. Concurſus & congratulationis cauſa; quod magnificaſſet (magnificô & illuſtri beneficiô oſtendiſſet) miſericordiam, ſeu magnifice miſericordiâ ſuâ uſus eſſet, Dominus erga illam. Putant nonnulli extraordinaria quædam in partu miracula eveniſſe: Alii de εὐτοκίᾳ interpretantur, cum aliàs primiparæ, cumprimis ſi provectioris fuerint ætatis, difficiliùs parere, experientiâ teſte, ſoleant. Sed hæc non ſatis adſequuntur miſericordiam Dei, quæ in eo vel maximè eluxit, quòd

1. Non tantùm Eliſabetha fuiſſet fœcundata; ſed etiam
2. Sterilis antehac, & effœta talem jam concepiſſet & peperiſſet puerum;
3. Præceſſiſſet inſuper peculiaris viſio & annunciatio angelica;

 4. Filius

Digitized by Google

4. Filius deniq; quem peperat, magnus coram Deo eſſet futurus. Quæ omnia ſi cum his, quæ in conceptionis Johanneæ hiſtoria Lucas enarrat, conjungantur, miraculoſam fuiſſe hanc nativitatem liquidò, oſtendunt.

Circumciſio Baptiſtæ glorioſa.

Circumciſionem quod ſpectat, obſervationem in ſacræ hujus actionis deſcriptione meretur,

1. *Temporis adnotatio*, Dicuntur enim cognati & vicini conveniſſe die octavô ad circumcidendum puerum. Dies enim à nativitate octavus lege ac ſanctione divina circumciſioni erat deſtinatus Geneſ. 17, 12. Levit. 12, 3. Rectè parent ordinationi divinæ. Etſi n. in utero materno ſanctificatus eſſet puer; per illud tamen ordinationi Dei nihil quicquam derogari voluit.

Joh. Bapt. opus habuit circumciſione

Et opus habuit Johannes circumciſione, tùm ut eſſet ipſi ſigillum gratiæ & juſtitiæ fidei, Rom. 4, 11. tùm ut haberet teſtimonium, quod eſſet ex ſemine Abrahæ.

2. *Nominis impoſitio*. Incidit hîc

I. *Cognatorum & vicinorum intentio*. Deliberantibus enim illis in circumciſione de nomine, quô puer eſſet adpellandus, pleriq; in eam inclinârunt ſententiam, infanti, boni ominis causâ, nomen patris eſſe imponendum, ut nomen patris in filio cõſervaretur

II. *Matris depulſio*. Ipſa enim ſive mariti ſcriptô, ſive peculiari Spiritus Sancti revelatione edocta, intentioni cognatorum & vicinorum reclamans ait: Ne quaquam ita vocabitur: obſtat divina juſſio: Angelus enim aliud nomen puero indidit. Et hoc urget mater inquens: vocabitur Johannes: q. d. ita vocari eum oportet & non aliter.

III. *Cognatorum & vicinorum contradictio*; ex eo potiſſimum capite, quòd in tota parentum cognatione nemo eſſet, qui Johannis haberet nomen. Argumentum eſt deſumtum à decoro familiæ, quod cognati & vicini, oraculi divini ignari, maximè reſpiciebant.

IV. *Controverſiæ deciſio*, ad patrem Zachariam devoluta. Sed quia ſermone cum ipſo agere non poterant, ſignis & nutibus oſtendunt, de nominis impoſitione controverti. Ille ergò poſtulatâ per nutum tabellâ ceratâ ſcripſit, non ſimpliciter, ſicut Eliſabetha dixerat, vocabitur Johannes; ſed Johannes eſt nomen ejus. Ita enim ab Angelo vocatus erat, priuſquam in utero matris conciperetur.

V. No-

Digitized by Google

V. Nominis ſignificatio. Hebræis חָנַן eſt gratiâ adficere, ut Johannis ſit homo gratioſus, vel ſimpliciter â gratia, vel â *J*ehovah, ſive Domini gratia & miſericordia. Quidam gratiam iſtam referunt ad patrem Zachariam, quòd ſc. ſit gratia & donum Dei, quòd ipſi ſeni natus ſit filius, & quidem talis filius. Alii ad Baptiſtæ perſonam (meô judicio rectiùs) referunt, quòd multis gratiis, hoc eſt, illuſtribus donis à Deo præ reliquis Prophetis fuerit inſtructus; vel quòd Deo carus & gratioſus ſit. Certum eſt etiam, Baptiſtam inſignitum fuiſſe nomine Johannis, ratione officii, quòd futurus eſſet præco gratiæ Dei, in Chriſto orbi patefactæ; quodque gratioſa eſſet futura ejus prædicatio afflictis conſcientiis. Vide D. Winckelm. comm. in Luc. pag. 65.

Johannis nomen unde. D. Chemni harm. p. 74

VI. Hominum admiratio, tum de inconſueta hac ὀνομαθεσίᾳ; tum de amica parentum ἁρμονίᾳ, συζυγίᾳ καὶ συμψηφισμῷ, quòd adeò accuratè in nomen filii conſentirent, quos tamen colloqui non potuiſſe ſciebant.

VII. Zachariæ reſtitutio. Accidit enim ut dum Zacharias pater in tabellam ſcriberet nomen *J*ohannis, lingua ejus, quæ per novem menſes ligata fuerat, unde nec loqui, nec audire poterat, illicò ſolveretur: quo facto, mox erumpit in laudes Dei, gratias ei agens

1. Pro dato & feliciter nato filio;
2. Pro complemento eorum, quæ ab Angelo dicta fuerunt;
3. Pro læto nuncio diu expectati temporis, de adventuro brevi Meſſia.

VIII. Hominum obſtupefactio. Timor enim pervaſit omnes vicinos: h. e. non irriſerunt, non ſpreverunt, non contemtim hæc habuerunt, ſed operum Dei magnitudine ſeriò adfecti ſunt, ut inde animi eorum ad Numinis divini reverentiam excitarentur; ſiquidem manifeſta adparebant in toto iſto opere majeſtatis & bonitatis divinæ veſtigia.

IX. Operis divulgatio. Per omnem enim montanam regionem Iudææ divulgabantur verba iſthæc, memori mente omnia notantibus iis, ad quos fama rei pervenit, cum adnexa exſpectatione & accurata obſervatione, quidnam de puero iſto, ſi adoleviſſet, eſſet futurum. Nec fuit exſpectatio tantum illius temporis, ſed aucta in progreſſu; quòd deprehenderetur manifeſtè, manum Domini eſſe cum ipſo; hoc eſt conſpicua erat

Digitized by Google

multis modis Dei virtus & potentia, cura & gratia, indiciis haud obſcuris oſtendens, ad magna puerum iſtum eſſe deſtinatum. Et recordati ſunt poſtmodum haud dubiè multi, quæ ante 29. annos & facta, & ſparſa erant de Johanne.

Educatio Johannis Bapt.

Reſtat educatio Johannis, de qua ultimô Evangelii verſiculô Evangeliſta agit; & conſiſtit illa,

1. *In ſtatura & ætatis adcretione*, de qua dicitur: puer creſcebat.

2. *In donorum Spiritûs ſancti augmentatione:* corroborabatur Spiritu h.e. *agnitione ſpirituali, vitæ pietate, rarâ indole, & peculiaribus donis*, uti D. Chemnitius interpretatur. Quia enim prædixerat Gabriel, fore ut impleretur Spiritu S. ſtatim ab utero matris, hinc adeô Lucas ait, Spiritum inhabitantem in puero illo cœpiſſe progreſſu ætatis illuſtribus & vulgô inuſitatis indiciis, ſeu extraordinariis modis, magis magisq; ſeſe exercere, ut cogitatio & exſpectatio illa hominum magis confirmaretur.

Deſertum.

3. *In ſegregatione* à vulgo hominum erat in deſertis, uſq; in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael, h. e. uſq; ad trigeſimum ætatis annum, quô prodiit, Deo jubente, & cœpit apud populum *Iſraeliticum* obire officium ſuum, prædicando & baptizando. Luc. 3, 2. 3. Cæterùm quod de deſertis dicitur, non ita intelligendum eſt, ac ſi Johannes in ſpeluncis & ferarum luſtris, aut in aliis ſylvarum receſsibus inacceſſis, extra omnem hominum conſpectum delituerit, quemadmodum Jeſubitæ ſomniant, facientes ex *I*ohanne vitæ monaſticæ ac eremiticæ authorem & principem: ſed quia domus Zachariæ ſita fuit in montanis *I*udæ, Luc. 1, 39. in vicina deſertorum Ziph & Maon, manſit ibi Iohannes, & in obſcuro, quaſi inter homines ignobiles, paternâ inſtitutione uſus, vitam egit, donec tempus officii inchoandi immineret. Huc referri poſſunt, quæ eruditè de hac materia diſſerit Theologus Germaniæ incomparabilis, Dn. D. Chemnitius, harm. Evang. pag. 202. & 203.

Bell. lib. 2. c. 5. & 29. de monach.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

Procreatio ſobolis à Deo.

I. Placuit Deo, ut homo ex homine naſceretur; & fœminam potiſſimum ad ſobolis procreationem condidit. Gen. 1, 28. & 2, 18. & 5. 3. *I*ob. 10, 9. & 31. 15. Actor. 17, 25. *P*ſalm. 128, 3. 1. Timoth. 2, 15. *I*er. 29, 6. Geneſ. 3, 16. 1. Tim. 5, 10. Tit. 2, 4. 1. Cor. 7, 3. 4.

II. Deus conſtituit tempus fœtui in utero materno, quo elapſo, ipſe fœtum extrahit. Pſal. 22, 10. & 139, 13. & ſeqq. Iob. 10, 8. & ſeqq. Sapp. 7, 2.

III. De

III. De conjungio Sacerdotum licito, & impuro Papiſtarum cœlibatu prohibito. Geneſ. 1, 22. 28. & 2, 18. Levit. 21, 13. 14. 1. Tim. 3, 2. & 4, 3. Hebr. 13, 4. 1. Cor. 7, 2. 27. 1. Tim. 2, 15. Tit. 2. 4. Coniugium Sacerdotum.

IV. Liberi ſunt donum Dei. Pſal. 127, 45. 6. Sir. 16, 1. 2. 3. 4. & 41, 19. Job. 21, 13. Pſal. 37. 25. & 112, 3. 2. & 113, 9. Liberi donum Dei.

V. Infantibus olim in circumciſione nomina imponebantur, ut monerentur, circumciſionem eſſe ſigillum fidei, & obſignationem, quòd nomina circumciſorum in cœlo libro vitæ inſcriberentur, ipſi autem populo Dei accenſerentur, & viciſſim nomen Deo darent. Rom. 4, 11. Vide in hanc ſententiam plura in feſto Circumciſ. Domini. Nominum impoſitio in Circumciſione & Baptiſmo.

VI. Hodie idem fieri ſolet & debet in Sacramento Baptiſmi, nam ibi nomina imponuntur eodem fine Col. 2, 11, Luc. 10, 20. Johan. 2, 5. 1. Pet. 3, 21.

VII. Caveamus ne fœdere Dei excidamus, ſed recordatione Baptiſmi pietati ſtudeamus. Deut. 7, 9. Pſal. 25, 10. & 103. 18. Ier. 31. 30. Act. 3, 25. 1. Pet. 3, 21. Act. 19, 4. & 22, 16. Tit. 3, 5. Zach. 13, 1. Rom 6. 3. & ſeqq. 1. Cor. 6, 11. Eph. 5, 26. Col. 2, 11. Heb. 10, 22.

IIX. Uſus Sacramentorum non negligendus, ſed maturandus. Geneſ. 17, 14. Johan. 3, 5. Tit. 3, 5.

IX. Chriſtianos decet, non tantum adfici aliorum miſeriis, ſed & de felicitate eorundem gaudere. Rom. 12. 12. 15. 1. Corinth. 13. v. 4. Sir. 27, 32.

X. Exemplum habemus amicæ voluntatis & bonæ adfectionis vicinorum erga ſe invicem: donum enim Dei eſt, habere faventes amicos & vicinos. Sir. 6, 16. 17. & 25, 2. Prov. 27, 10. Tob. 8, 21. Luc. 15. 6. 9. Job. 2, 11. Prov 17, 17. & 27, 9. Prov. 18, 24. Jerem. 9. v. 45. 1. Pet. 3, 8. Vicinitas amica.

IX. Fœcunditas & ſterilitas utrumq; eſt à Deo Pſal. 68, 7. & 113. 9. 1. Sam. 1, 5. Eſa. 54, 1. Gal. 4, 27. Gen. 30, 2.

XII. In caſu neceſſitatis etiam domi licet baptizare; inſtitutionis mandato nullus locus eſt definitus; & Apoſtoli ubiq; etiam in via, baptizarunt. Act. 8, 38. & 9, 19. & 10. 47. & 16. 33. Luc. 22, v. 12. Exod. 4, 24. Baptizare licet domi.

XIII. Errant Calviniani, contendentes, circumciſionem tantum in locis publicis eſſe celebratum, ut anſam habeant calumniandi & traducendi Baptiſmum, in ædibus privatis, re ita exigente adminiſtratum.

Digitized by Google

Nomina liberis imponenda bona.

XIV. Jus imponendi nomina eſt penes parentes, in horum enim poteſtate ſunt liberi.

XV. Nomina autem liberis adſignari debent certô conſiliô, & quidem ejuſmodi nomina, quæ petita ſunt vel à parentibus, avis, & cognatis, ut horum memoria ſimul retineatur; vel à patrinis baptizati teſtibus; vel ex facto memorabili, ut diem ſuæ nativitatis, vel ſuſcepti Baptiſmi memori mente tenente; ſæpiùs de illo commonefiant, & ad pietatem, virtutisq; imitationem excitentur.

Nominis mutatio Pont. Rom. uſitata.

XVI. Nomina in Baptimo ſuſcepta non debent abjici vel immutari; quod dum faciunt Romani Pontifices, cum Pontificatu nova ſibi adſignantes nomina, & Baptiſmum pariter ſuum & Chriſtianiſmum ipsô factô abnegant & abjiciunt.

Nomina quid moneant.

XVII. In genere monent nomina 1. *de naturali depravatione*, Eſai. 1, 4. Johan. 3, 6. Epheſ. 2, 3. 2. *de filiali adoptione*, Johan. 1, 12. Luc. 10, 20. 3. *de noſtra cum Deo confœderatione.*

XIIX. Cornicum oculos figunt Jeſubitæ; accuſantes Lutheranos, (quos illi intempeſtivè hæreticos falsò nominant) tùm quòd Ethnica & barbara infantibus ſuis nomina imponant, tùm quòd ex Vet. Teſtam. Adamos, Tobias Abrahamos, &c. faciant. Illud nunquam probavimus, ſed à Pontificiis fieri deprehendimus, qui Hercules, Vlyſſes, Hectores habent; hoc indicio eſt, â fide & pietate veterum illos defeciſſe.

Papiſtarum error circa ὀνομαθεσίαν.

XIX. Meritò autem in Papiſtis reprehendimus circa ὀνομαθεσίαν duo: 1. quòd ſanctos fingant, & eorum nomina liberis quandoq; ſuis imponant, qui in rerum natura nunquam fuerunt, quales ſunt Chriſtophorus, Georgius, Longinus, Coſmas, Diſmas, &c. Quòd velint, eum ſibi quemvis cuſtodem & apud Deum interceſſorem eligere & invocare debere, cujus nomen ipſe gerit, illud impium, hoc idololatricum. γνῶθι σεαυτόν. Nos ſi nominibus etiam iſtis utimur, vel ad patrinos, vel ad parentes, vel ad ἔτυμον, bonum cumprimis, reſpicimus.

Conſilium muliebre.

XX. Conſilia mulierum non ſemper eſſe negligenda: Geneſ. 21, 10. 14. & 27, 43. Joſ. 2, 16. 2. Sam. 14. 19. 20. 2. Reg. 4. 10. 1. Samuel. 25, 18. 32. Matth. 27, 19.

XXI. Deus eſt qui poſuit os homini; ſoli ergò Deo, ejusque laudi,

laudi, nec non ædificationi proximi inſervire debet. Exod. 4. v. 11. Pſalm. 34. v. 2, Eph. 4, 29. Oris humani uſus.

XXII. Deus cruci & calamitati piorum bonam quandoq; ἔκβασιν largitur. Pſalm. 30, 6. 12. 1. Corinth. 10, 13. Tob. 3, 21. Eſa. 27, 8.

XXIII. *Deus* eſt verax in promiſſis ſervandis. *Pſalm.* 33. 4. & 89, 35. & 146, 6. Mal. 3, 6. Num. 23, 19. 1. Sam. 15, 29. Johan 3. v. 34. & 8. 26. Rom. 3, 4.

XXIV. Conſuetudo qantumvis rationabilis verbo Dei præjudicare nihil quicquam debet: eadem eſt ratio intentionis bonæ extra verbum, Deuter. 12. 8. Matth. 15, 29. Eſai. 8, 20. 1. Sam. 2, 3. Matthæi 27, 1. Conſuetudo verbo non poteſt præiudicare.

XXV. Manus *Dei* in ſcripturis ſæpè potentiam ejus ſignificat, Eſa. 48. 13. Jer. 18, 6. *Pſal.* 77, 11. Pſal. 10. 12. Aliàs manus Dei eſt triplex; 1. *Manus omnipotentiæ*, quâ omnia creat, conſervat & gubernat: 2. *Manus gratiæ & miſericordiæ*, quam ſupponit juſtis: 3. *Juſtitiæ*, quâ punit impios & caſtigat pios. Manus Dei. Triplex in ſacris.

XXVI. Meſſiam veniſſe, ex præcurſoris adventu rectè colligitur. Vide Domin. 3. adventus.

XXVII. Fabulæ Papiſtarum de Johannis capillis, capite, cranio, digito, occupata ſede Luciferi in cœlo, &c. non ſunt unius teruncii. Papiſtarum fabulæ de Joh. Bapt.

XXIIX. Ejuſdem farinæ eſt traditio de vita Johannis monaſtica & eremitica. Vide Domin. 3. Adventus.

XXIX. Ad confirmationem Doctoris extraordinariè vocati non abſolutè neceſſarium eſt, ut ipſe miracula edat. Malè itaque à Luthero requiruntur. Johan. 10. 14. Act. 5, 38. 39. Miracula ad vocationem extraordinariam non neceſſaria.

XXX. Fides vera cum confeſſione ingenua ac publica conjuncta eſt, Pſam. 116, 10. Rom. 10, 10. 11. Matth 10. 32.

XXXI. Donum *Dei* eſt, ætate & ſtatura adcreſcere.

XXXII. Parentes id operam dent, ut liberi in pietate doniſq; Spiritûs S. indies creſcant. Deut. 6, 6. & 20. 21. & ſeqq. Pſal. 78, 4. 5. 6. Epheſ. 6, 4 Tob. 1, 1. Geneſ. 18, 19. 1. Sam. 1, 25 Col. 3, 21. Parentum officium.

XXXIII. Juventutem quiſq; ſuam ita collocet, ut poſſit aliquando obire honeſtum officium, & vel Eccleſiæ; vel Reip. uſui eſſe. Sir. 7. 25. & 25. 5.

XXXIV. Tempus autem vocationis Johannis exemplô quiſq; exſpectet, nec annis aut judiciô immaturis rebus gerendis temerè ſe ingerat.

XXXV. Cala-

Calamitates poenitentia mitigantur. XXXV. Calamitates mitigantur, quandoque etiam tolluntur, ſi ſequatur pœnitentia. 1. Samuel. 2, 6. Ierem. 18, 7. 8. 9. Pſalm. 30, 6.

PARS II.

Hiſtorica excipiunt τὰ εὐχαριστικά, quæ continentur primâ cantici Zachariæ parte. Notetur

1. *Præfatio;*
2. *Ipſa gratiarum actio.*

In *præfatione*, quæ eſt Evangeliſtæ, ſignificatur

1. Αἴτιον ποιητικὸν κύριον, ſive auctor totius cantici primarius, Spiritus Sãctus, quo dictante hæc, quæ ſequuntur, ſunt prolata.

2. Αἴτιον ὀργανικὸν, cauſa inſtrumentalis, Zacharias, Sacerdos Domini, vir in Prophetarum ſcriptis exercitatiſſimus: præcipuis enim eorum vaticiniis ac ſententiis canticum hocce ſuum contexuit.

Prophetare. Prophetia pro cantico. 3. Αἴτιον εἰδικὸν, cauſa formalis, quæ exprimitur verbo prophetandi, quod de peculiari, novo & illuſtri dono prophetiæ eſt accipiendum. Vocatur autem canticum Zachariæ prophetia, quia, adnotante D. Chemnitio,

1. *More* Prophetarum ſub forma præteriti futura prædicit:
2. *Oracula* Prophetarum, de liberatione ab inimicis & de ſalute per Meſſiam, oſtendit ſpiritualiter eſſe intelligenda:
3. *Impletionem* prophetiarum Vet. Teſt. jam inchoatam eſſe, in conceptione Meſſiæ, & præcurſoris nativitate, ſignificat.

Gratiarum actio conſtat

1. Προτάσει, *propoſitione*: Laudandus (eſt) Dominus Deus *Iſrael*. *Subjectum* eſt Dominus, ipſe nim. *Iehovah*, quod nomen exprimere haut dubiè voluit. Dicitur is Deus *Iſraelis*, quia datô verbo & promiſsionibꝰ huic populo peculiariter ſeſe revelaverat, eiq; gratioſo fœdere addictus quodammodò erat. Hæc erat tum temporis uſitata veri Dei deſcriptio, petita ab externa ejus revelatione.

Deus Iſraelis.

εὐλογητός. *Prædicatum* eſt εὐλογητὸς, dignus eſt laude, qui prædicetur, laudetur & celebretur. Eſtq; in ſcripturis uſitata gratiarum actionis & laudationis formula. Gen. 14, 20. Pſalm. 41, 14. & 144, 1. 1. Ret. 30. v. 10. Eph. 1, 2. 1. Pet. 1, 3.

2. Βεβαιώσει ἢ ἀποδείξει, *confirmatione*, quæ producit rationes cur

cur laudandus ſit Deus Iſraelis. Rationes deſumuntur ab effectis h. e. beneficiis, quibus Deus populum, h.e. Eccleſiam ſuam, adfecit. Beneficum is ſeſe præſtitit, Deus beneficum ſe præſtitit.

I. Benigne nos viſitando. Viſitatio autem Dei eſt gemina: Viſitatio duplex.

1. Iræ & indignationis, de qua Exod. 20, 5. & 32. 34.

2. Gratiæ & dilectionis, cùm ſingulare aliquod beneficium præſtet. Semper quidem ſuis Deus adeſt; dicitur autem eos viſitare, quando poſtquam facie ſuâ quaſi averſus, in cruce & calamitatibus non viſus fuit nos reſpicere, ipsô opere & illuſtri aliquô beneficiô oſtendit, ſe noſtri rationem habere, nobiſq; clementer adeſſe, ut exponit Maldonatus. Viſitatio Dei.

II. Potenter nos liberando. Exprimit ſpeciem paternæ & gratioſæ viſitationis, quam vocat ποίησιν λυτρώσεως, intelligens liberationem Meſſiæ, præſtandam non vi corporali, ut apud *P*haraonem, non precariò ut apud Cyrum; ſed perſolutò preciô, oblatô ſc. corpore, fusô ſanguine & datâ animâ; talem enim liberationem λύτρωσις ſignificat, captivitatem & oppreſſionem præſupponens. λύτρωσις.

III. Cornu ſalutis (Hebraiſmus, pro cornu ſalutari, ſalutem adferente:) *erigendo.* Ita deſcribitur miſſio & adventus Meſſiæ in carnem. Notetur autem

I. Quis ſit cornu illud? Non Moſes: is enim eſt cornu non ſalutis, ſed maledictionis; Deut. 27, *26:* non ex hominibus aliquis; Pſalm. 49, 8. ſed ipſe Dei Filius, promiſſus mundo Meſſias, & ſub metaphora hac jam olim prænunciatus. Pſalm. 132. 17. Ezech. 29. v. 21. Mich. 4. 13. Cornu ſalutis.

II. Cur ita dictus? Nimirum propter

1. Defenſionem: Pſal. 2, 9. & 24, 8. & 68. 19. Eſai. 9, 6. Col. 2, 15. Matth. 28, 18.

2. Convocationem: Zach. 10, 8. Eſa 45, Joel. 2, 1.

3. Unctionem: Pſal. 45, 8.

4. Durationem. Dan. 7, 14. Luc. 1, 33. 1. Timoth. 6, 6. Deſumta eſt metaphora à cornutis animalibus, quæ cornibus ſe defendunt & adverſarios ſuos proſternunt. Hebræâ enim phraſi cornu ſignificat robur & potentiam ad profligandos hoſtes, ad defenſionem & victoriam obtinendam Pſal. 75, 11. & 112. 9. Thr. 2, 3. Significat etiam cornu, Maldonatô teſte, regnum aut Regem, ſive regni gloriam aut quia cornu olei Reges inungebantur, 1. Sam. 16, 1. 13. & 1. Reg. 1, 39: aut quia Rex tota gloria, totum robur eſt regni. Cornu. Tom. 2. pag. 71.

III. *Formale, quæ ſit cornu iſtius ratio?* Exprimitur illud verbô ἐγείρειν, egrediendi, quod robur ſolitum & ſtabilitatẽ invictam indicat, contra quod cornu ne inferorum quidem portæ prævalebunt. Eſt enim cornu ſalutiferum, obtinens victoriam contra hoſtes & adferens ſalutem captivis. Erectio præſupponit lapſum. Regnum enim Davidis temporale & mundanum, in Meſſiæ regno cœleſti & ſpirituali erigendum & firmandum erat ſolidè.

IV. *Cui erexerit Deus?* Non ſibi, non Angelis, non diabolis; ſed nobis miſeris peccatoribus.

V. *Ubi erectum ſit?* In domo Davidis pueri ſui Quo ipſo reſpicit, *tùm* humanam Meſſiæ proſapiam, Pſalm. 89, 36. 37. 38. & 132. 11. Sam. 7, 12. 1. Par. 18, 11. 12. Eſa. 11, 1. Ier. 23, 5: *tùm* Eccleſiam, extra quam nulla eſt ſalus. Puerum verò, h. e. ſervum & miniſtrum Dei vocat Davidem, non ſolum quia Deo placuerat, ſicut omnes ſancti Dei ſervi dicuntur; ſed etiam, quia miniſter Dei fuerat in populo Iſraelitico gubernando. Pſal. 78, 70. 71.

David puer Dei.

3. Ἐξηγητικῶς *expoſitione* hujus beneficii adductis cauſis impellentibus & finalibus, quibus adductus Deus populum ſuum ad iſtum modum viſitavit. Cauſæ impellentes ad erigendum cornu ſalutis h. e. ad mittendum Filium, Meſſiam ſunt quatuor:

Filius Dei cur miſſus.

I. *Immota Dei veritas*: ita enim Deus promiſerat per os Prophetarum ſuorum. Maldonatus vult h. l. eſſe hyperbaton in conſtructione, forſan quia Latinæ vulgatæ verſionis eſt mancipium: in Græco omnia rectè ſe habent. Sanctos vocat Prophetas, quòd Spiritu S. impulſi locuti ſint; & quidem ἀπ' αἰῶνος à ſeculo: omnibus enim temporibus inde uſq; à condito mundo Prophetas Deus excitavit, per quos promiſſionem de Meſſia patefecit, repetiit, illuſtravit & confirmavit. Locuti enim ſunt non ex ſe, ſed Deus per os illorum.

Propheta ſancti dicuntur.

II. *Summa noſtra neceſſitas*, quæ conſiſtit,

1. *In noſtra infirmitate*, miſeria & calamitate. Extra Chriſtum enim ſumus in manu, hoc eſt ſub poteſtate hoſtium.

2. *In hoſtium atrocitate*, de quibus paulò poſt v. 74. plura.

III. *Infinita ipſius miſericordia & bonitas*, quâ motus Deus & mox poſt lapſum Mediatorem humano generi Filium proprium conſtituit, & poſtea patribus de ſumma hac gratia promiſſiones edidit.

IV. *Fæde*

IV. *Fœderis & juramenti ſanctitas*: ut memor eſſet teſtamenti ſui ſancti, h.e. reipſa oſtenderet, ſe memorem eſſe promiſſionis de benedicto ſemine, quam *initiò* nudis verbis propoſuit. Gen. 3, 15. & 12, 3: *deinde* initô ſolemni fœdere in forma pacti iteravit, additô ſigillô circumciſionis, Gen. 17. 7. *tandem* etiam juramento confirmavit, Geneſ. 22, 16. Pſalm. 89, 4 36. 50. Huic διαθήκῃ teſtamento ſive promiſſioni, fœderi cum partibus inito & juramento, quo Abrahamo primum ſe obſtrinxerat, ſatis fuit faciendum. Ita cauſæ impulſivæ reſpiciunt Dei veritatem, fidelitatem & in ſervandis promiſſis conſtantiam.

Cauſa finalis adſignatur gemina:

1. *Noſtra liberatio*, cujus v. 68. etiam meminit. Ideo enim adparuit Dei Filius, ut deſtrueret opera diaboli, 1. Iohan. 3, 8: vel ut Zacharias loquitur, de manu inimicorum noſtrorum omnium liberaremur. Per inimicos intelliguntur non tantum homines nobis infenſi; ſed vel maximè interni illi ac ſpirituales hoſtes, peccatum, ira Dei, maledictio legis, diabolus, mors & infernus. Liberationem hanc nemo, niſi ſolus Meſſias præſtare potuit. **Inimici noſtri.**

2. *Reciproca hominum obligatio*. Hic finis eſt quaſi effectus præcedentis. Neq; enim redemti ſumus à Chriſto, ut pravis cupiditatibus indulgentes diabolo, mundo & carni ſerviremus; ſed ut abnegata omni impietate totos nos ſervitio & cultui Dei conſecraremus. Lucem ſententiæ huic adferet circumſtantiarum conſideratio: ſc.

1. *Quis requirat* à nobis hunc cultum? Deus Iſraelis.

2. *Quid requirat*? Non aurum & argentum, ſed ſolam δυλοσύνην.

3. *Quamdiu*? Non ſemel, aut aliquando tantùm, nec certis ſolùm & ſtatis feſtivitatibus, ſed omnibus diebus vitæ noſtræ

4. *Quomodo ſerviendum ſit Deo*? Non hypocriticè, non καὶ' ὀφθαλμοδυλείαν, ſed

I. ἀφόβως, ſine timore ſc. ſervili. Neq. enim ſtabilit Epicuræam ſecuritatem, ſed innuit,

1. Pacem & tranquillitatem conſcientiæ erga Deum & contra omnes tentationes. Rom. 5, 1.

2. Acceſſum ad Deum in fiducia Epheſ. 3, 12. Rom. 8, 15.

3. Animum Deo ſerviendi ſpontaneum. Hæc omnia parit vera in Chriſtum fides.

II. Ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, in ſanctitate & juſtitia. Cultûs n.

Digitized by Google

divini in N.T. non conſiſtent in obſervatione ceremoniarum Leviticarum, multo minùs in ſpecie ſeu hypocriſi externa; ſed in ſanctitate, h.e. puritate mentis & veneratione divini Numinis ſecundum primam Decalogi tabulam; & præterea in juſtitia, non tantum fidei, ſed & bonæ conſcientiæ, quæ complectatur officia caritatis erga proximum, juxta ſecundam tabulam Decalogi. Hæc omnia fieri debent ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, coram Deo; quaſi ipſo inſpectante, probante & judicante omnes hominum actiones. Et in hoc intenti eſſe debent omnes, quicunque de Chriſti ἀπολυτρώσεως gaudere volunt.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. De vero linguæ uſu Pſal. 15, 2. & 34. 14. & 35, 28. & 37, 30. & 45, 2. & 66, 17. & 71, 37. Prov. 12, 18. Jac. 1, 20. & 3, 6. Eſa. 35, 6. & 50, 7. Eph. 4, 29. & 5, 19. Col. 4, 6. Pſalm. 119, 23. 97. 99. & 143, 5. 1. Cor. 15, 33. *Linguæ uſus.*

II. Deus laudandus & celebrandus ab hominibus, tùm pro omnibus beneficiis, tùm vel maximè pro redemtione per Chriſtum præſtita. Hub. 2, 17. Johan. 8, 38. Coloſſ. 1, 12. 13. 14. 1. Pet. 1, 3. Pſal. 34, 1. & 103, 1. 2. 3. *Deus laudandus.*

III. De Deo vero, qui deſcribitur hoc locô, *Dei veri deſcriptio.*

1. Ex nomine proprio, quod dicitur Jehovah: v. 68.

2. Ex facta revelatione, eſt Deus Iſraelis:

3. Ex dominio rerum omnium, eſt Altiſſimus:

4. Ex operibus gratiæ, locutus eſt per Prophetas; iniit fœdus cum patribus; juramentum præſtitit; promiſit ſalutem ex inimicis; promiſſa complevit, populum viſitavit, & redemtionem fecit, &c.

IV. De populi Iſraelitici prærogativa, quòd Deus peculiariter illi ſeſe revelaverit, indeque Deus Iſraelis dici voluerit, Rom. 9, 5. Pſalm. 147, 20. *Judæorum prærogativa.*

V. De Dei viſitatione vide Dominic. X. poſt Trinit. Noſtrum autem eſt viſitationem hanc Dei gratuitam, factam in Filio, gratâ mente agnoſcere & prædicare.

VI. De regni Chriſti duratione & ſtabilitate, Pſal. 68, 29. & 110, 1. 2. Dan. 7, 27. Joh. 18. 36.

VII. Deus

VII. Deus ab initio ſemper excitavit inſigniores aliquos Prophetas, Eſa. 48, 17. Jerem. 3, 15. Joel. 3, 23. Hoſ. 12, 11. Eſa. 30, 20. Actor. 3, 18. 1. Paral. 36, 15. 16. Ier. 7, 25. Matthæi 23, 34. **Scriptura ſacra eſt θεόπνευς@.**

IIX. De Scriptura ſacra, quòd ſit θεόπνευς@; Deus enim locutus eſt per Prophetas; & ſcopus ſcripturarum eſt Chriſtus. Ioh. 5, 39. Eſa. 34, 16. Ier. 30, 2. & 36, 2. 2. Tim. 3, 16. 2. Pet. 1, 21.

IX. Hinc colligere licet, divinam ſcripturæ Propheticæ authoritatem: ipſe enim Spiritus ſanctus per ſanctos Dei homines eſt locutus. Act. 28, 35. Matth. 22, 43. Heb. 3, 7. & 10. 15. 1. Pet. 1, 10. & 2. Petr. 1, 21. 1. Iohan. 5, 7. Matth. 10, 20. Rom. 9, 19. Heb. 1, 1. Act. 4, 25. Rom. 3, 2.

X. Deus eſt verax in promiſſionibus de Chriſto. 2. Cor. 1, 29, Act. 10, 43. 2. Pet. 1, 19. Apoc. 19. 10. Vide part. 1,

XI. Vera ſalus & liberatio non niſi in Chriſto quærenda. Eſa. 45, 24. 25. & 53, 11. Zachar. 9, 11. Act. 10, 45. & 13, 39. Rom. 5, 18. 19. & 10. 4. 1. Cor. 1, 30. Ioh. 14, 5. Pſalm. 130, 7. Oſe. 13, 13. Iob. 19, 25. Matth. 20. 28, Gal. 3, 13. & 4, 5, 1. Theſſ. 1, 10. Eph. 1, 7. 1. Timoth. 2, 6. Hebr. 9, 12, 15. **Salus in Chriſto quærenda.**

XII. Extra Chriſtum ſumus ſub poteſtate tenebrarum, & in manu inimicorum noſtrorum. Eſa. 9, 2. & 60, 2. & 42. 7. Johan. 1, 5. & 3, 19. Epheſſ. 5, 8. Coloſſ. 1, 13. 21. Rom. 8, 6.

XIII. Promiſsio benedictionis & ejuſdem impletio, opus eſt ſolius miſericordiæ Dei. Pſalm. 111, 9. Galat. 3, 14. 16. 17. 18. Oſe. 11, 8. 2. Cor. 1, 20.

XIV. Patres V. T. non ullis ſuis meritis, ſed gratuitâ Dei miſericordiâ & fide in promiſſum Meſſiam ſalvati ſunt. Act. 15. v. 11. Johan. 8. 56.

XV. Redemtio per Chriſtum facta nullam peccandi licentiam permittit, ſed Dei ſervitium importat. Tit. 2, 10. 1. Petr. 4, 2. Phil. 2, 12. Rom. 8, 112. 13. 2. Cor. 5, 15. **Servi Dei ſumus.**

XVI. Ad illud autem Dei ſervitium promtos & morigeros nos efficiat,

1. *Noſtra creatio*: Eph. 2, 10. Pſ. 100. 2.
2. *Gratuita liberatio*: Ioh. 8, 36. Rom. 6, 4. 6. 11. 12. 13. 14.
3. *Sanctificatio*; Eph. 4, 22. 23 24.
4. *Baptiſmi recordatio*: Roman. 6, 3. 4. 1. Petr. 3, 21.
5. *Futura recompenſatio*: Geneſ. 15, 1. 1. Tim. 4, 8. Apoc. 2, 10.

XVII. A ſervitio & cultu noſtro abſit omnis hypocriſis. Pſ.

78, 36. Sir. 1, 36. 37. 1. Pet. 2, 1. Iob. 13. v. 16. Matth. 6. v. 2. & ſeqq.

Hypocriſis à cultu abſit. Bona opera

XIIX. Ea demum ſunt verè bona opera, quæ 1. *à Deo* ſunt mandata; 2. *fiunt* à perſona reconciliata; & 3. *prodeunt* ex corde puro, conſcientia bona & fide non ficta 1. Tim. 1, 5. Ezech. 20. 19. Deut. 12, 32. Eſa. 29, 13. Matth. 15, 9. Rom. 8, 14. & 14, 24. 1. Pet. 2, 5.

Officium Chriſti.

XX. Officium Chriſti eſt homines liberare de manu inimicorum. Eſai. 49, 25. 26. Oſe. 13, 14. Mich. 2, 13. Zachar. 9, 11, Eſai. 63, 4. 5. 6.

XX. Salutem noſtram Deo eſſe curæ ex juramento ipſius patet. Geneſ. 22. 15, 17. 18. & 24, 7. Pſalm. 89, 4. 36. 50. & 110. 4. & 132, 12. Eſai. 45 22. Ezechiel. 18, 3. & 33, 11. Heb. 6, 13.

Satisfactio.

XXI. Stante λυτρώσ{Chriſti, quæ precium ſanguinis involvit, ſtat ſufficientiſſima & maximè neceſſaria ſatisfactio, cujus neceſſitatem Neophotiniani negant & evertunt. Matth. 20, 28. Col. 1, 14. 1. Timoth. 2, 6. Gal. 3, 13. Rom. 5, 10.

Operum neceſſitas.

XXII. Calumniatorem agit Bellarminus, qui lib. 4. de juſtif. cap. 1. ſcribit nos neceſſitatem bonorum operum negare. Etſi enim ad ſalutem non ſunt neceſſaria; tamen propter alias cauſas ſunt neceſſaria, quas liber Chriſtianæ Concordiæ recitat 1. Cor. 4, 4. Luc. 17, 10. Eſa. 64. 6.

PARS III.

In altera cantici ſui parte Zacharias Prophetam agit. Oratione enim ad infantulum filium, Iohannem Baptiſtam, per apoſtrophen converſâ, de officio & miniſterio ejuſdem præclarè vaticinatur quòd nimirùm officium ille ſuum executurus ſit.

Joh. Bapt. Propheta.

1. *Prophetando*; hinc Prophetam eum Altiſſimi nominat: non certè Johannes unus ex antiquis Prophetis futurus; aut more antiquorum Prophetarum ſerviturus ſit Veteri Teſtamento, quô ſenſu ipſe ſe Prophetam eſſe negat, Joh. 1, 21. Matth. 11. 13. ſed quòd futurus ſit præco publicus, immediatè à Deo excitatus & miſſus, omniſq; populus ut Prophetam illum habiturus. Matth. 21, 26.

Harm. Evangel. pag. 77.

2. *Viam parando*. Quia enim (inquit D. Chemnitius) varia fuerunt Prophetarum officia; vel de futuris vaticinari; vel ſcripturam interpretari; vel politica quædam officia adminiſtrare: Zacharias verbis ex Mal. 3. v. 1. Eſai. 50, 3. deſumtis peculiare officium Johanni adſignat, quod Chriſtus adfirmat plus eſſe quàm Prophetam

tam

tam; Matth. 11, 9. fore ſc. ut non à longè, ſicut reliqui *Prophetæ*, ſed ante faciem Meſſiæ mox præſentis & officio ſuo ſubſequentis, tanquam præco & apparitor præcedat. Hoc eſt præire ante faciem *Domini* Meſſiæ, & parare vias, juxta vaticinium. Mal. 3, 1. Matth. 11, 10. Viam autem parare eſt populum excitare ad excipiendum Meſſiam, & teſtari de ejus præſentia publicè, eum monſtrando, & ad fidem in ipſum cohortando, idq; Baptiſtam præſtitiſſe teſtis eſt Apoſtolus, Iohan. 1, 6. 7. 28. Viam parare.

3. *Prædicando*. Dabit Johannes, non ipſam ſalutem, (hoc enim *Meſſiæ* proprium eſt;) ſed docendo tradet veram γνῶσιν, ſcientiam, notitiam vel cognitionem ſalutis adipiſcendæ: q.d. Iohannes non prædicabit, ut *Moſes*; neq; enim docebit ſalutem conſiſtere; vel in legis obſervatione, vel in operibus, vel in traditionibus hominum, vel in prærogativa ſanguinis, vel in majorum meritis, ſed aliam ſalutis acquirendæ viam ac rationem monſtrabit, quæ conſiſtet;

I. *In gratuita peccatorum remiſſione*, quæ ex gratia *Dei*, per Chriſti meritum nobis obtingit.

II. *In paterna Dei, miſeratione*. Utitur autem verbis ἐμφατικωτάτοις, metaphoricè ſummam, intimam & profundiſſimam *Dei* miſericordiam deſcribentibus, ſimilitudine ſumtâ à στοργαῖς parentum naturalium, qui in affectibus illis tenerioribus & vehementioribus, amoris & commiſerationis erga ſobolem; ſentiunt τὰ σπλάγχνα, h. e. interiora vitalia viſcera commoveri & adfici. Geneſ. 43, 30. 1. Reg. 3, 26. Oſe. 11, 8. Salus hominum quibus in rebus conſiſtat.

III. *In ſalutifera Filii incarnatione*. Hic eſt cauſa ſalutis promerens. Porrò miſſio vel incarnatio proponitur iterum verbis metaphoricis, ſumtâ ſimilitudine vel à terræ naſcentibus, quæ quando progerminant, dicuntur ἀνατέλλειν: ita *Meſſias* eſt ſurculus ſeu germen illud *Davidis*, ortum ex radice Iſai, unde Hebræis dicitur צמח: Eſa. 4, 2. & 11, 1. Ier. 23, 5. Zach. 3, 8. & 6. v. 12. Ezech. 29, 21. Pſalm. 132, 17. Vel ab ortu Solis & Lunæ, qui Græcis dicitur ἀνατολὴ, oriens, ea pars cæli, in qua Sol oritur. Reſpicitur ad vaticinium *Mal*. 4, 2. Eſa. 9. v. 2. & 60. v. 2. & ἀνατολὴ] oſtenditur *Patrem* miſiſſe Filium; Filium autem voluntatem *Patris* viſitaſſe vel reſpexiſſe nos, ſicut oriẽs ex alto. Dilatatur in metaphora Incarnationis deſcriptio.

conti-

continuata ἐκθέσει, ſive expoſitione objecti, quibus hominibus *oriens ex alto, h. e. Meſſias*, Filius *D*ei miſſus ſit, quæ ſimul inſperſam habet cauſam miſſionis finalem: Ut illuſceret his, qui in tenebris & umbra mortis ſedent. Habes deſcriptionem totius generis humani, quale quidem eſt poſt lapſum. Sedet enim in tenebris & umbra mortis. Tenebræ ſignificant·

Tenebræ.

1. *Ignorantiam* de Deo in mente: Johan. 12, 35.

2. *Perverſitatem* in voluntate ſive peccato omnis generis: Rom. 13, 12. Eph. 5. 8.

3. *Pœnas* peccatorum temporales & æternas. Eſai. 5, 30. & 8. 22. Matth. 25, 30. ἐξηγητικῶς additur umbra mortis. Oſtenditur enim tenebras intelligendas non externas ſive vulgares, ſed caliginem tàm horribilem, quæ metum mortis, immò ipſam mortem adferat.

IV. In pacis exoptatæ reparatione. Omnia enim hæc, quæ recenſuit Zacharias, facta ſunt eô fine, ut dirigerentur pedes noſtri in viam pacis. Viam pacis (uti exponit Maldonatus pag. 82.) vocat aut quâ itur ad pacem, h. e. ad beatam vitam; aut viam tutam, rectam, plenam, ſine ullo errore, offendiculo & periculo. Rectius D. Winckelm. per pacem intelligit pacatam & tranquillam conſcientiam, quæ oritur ex certitudine noſtræ cum *D*eo reconciliaonis; item æternam in furura vita ſecuritatem & liberationem ab omni malo. *I*lluxit itaq; nobis oriens ex alto, ut conſequeremur pacem conſcientiæ erga *D*eum, Rom. 5, 1. & in futura vita ſecuram ab omnibus malis tranquillitatem. Et quia dirigere eſt regere ſeu ducere, ne pedes aberrent, ſed viam rectè teneant, ideoque illuminat Chriſtus vias noſtras cœleſti ſuâ luce, ut erepti erroribus tenebrarum, in quibus properabamus ad interitum; ambulemus pede inoffenſo, ſecuti ductum Evangelii, in via pacis, ſecuritatis & felicitatis æternæ.

Via pacis.

Comm. in Luc. p. 74.

Poriſmata & Theoramata Theologicà tertiæ partis.

I. In Scriprura puer eſt nomen ætatis, ſexus, ſtatûs & officii Matth. 12, 18. Eſa. 42. 1. Matth. 8, 6. Luc. 7. 2. 3. Joh: 21, 5.

Officium Doctorum.

II. Officium præcipuum ſincerorum verbi miniſtrorum eſt, parare viam *D*omino. Vide *D*omin. 3. Adventus.

III. Vera

III. Veræ juſtitiæ ac ſalutis noſtræ ratio conſiſtit in remiſſione peccatorum. Pſal. 32, 2. Rom. 4, 6. Luc. 24, 47. Eſa. 55, 3.

Remiſſio peccatorum opus maximum

IV. Remiſſio peccatorum eſt opus inter omnia Dei opera ſummum & maximum. Mich. 7, 18. Marc. 2, 7.

V. De juſtificatione hominis peccatoris coram *Deo*. Vide libellos methodicos & locos.

VI. Uſus & finis miniſterii eſt dare ſcientiam ſalutis. Act. 16, 17. 1. Cor. 3, 5. 1. Tim. 4, 16. Eſa. 52. 7. Luc. 16, 29.

Chriſti perſona & officium.

VII. *De* Chriſto, qui ratione perſonæ eſt ipſe *Dominus*, h. e. verus Deus, Filius Altiſſimi, ſive qui ex alto prodiit; & eſt inſuper filius *Davidis*, natus in domo David, germen ejus Zach. 3. 9. & 6, 12. Jerem. 23, 5. Officii ratione eſt λυτρωτής, hoc eſt, qui precio perſolutô nos redemit. 1. Cor. 6, 20. 1. Pet. 1, 18. 19. Rex ſalvans; aſſertor & liberator ex poteſtate tenebrarum & omnium inimicorum noſtrorum, lux mundi, Sol juſtitiæ. Vide locos.

Extra Chriſtum miſerrimi homines.

IIX. De miſerrima hominum extra Chriſtum conditione, ſunt enim ſub peccato captivi, indigentes redemtione, ſedent in tenebris, ignari viæ ſalutis, ſedent in umbra mortis, h. e. ſimiles ſunt iis, qui tenebricoſo carceri incluſi, in horas expectant ſententiam mortis, nullam habentes ſpem vitæ ullius liberationis. Rom. 5, 12, Job. 15. 14. Joh. 3, 19. Rom. 8, 7. Eph. 2, 5. Joh. 3, 6. Job. 7, 1. & 8, 6. Pſalm, 144, 3, & 146, 3. Rom, 7, 18.

Miniſterii finis.

IX. De miniſterio Eccleſiaſtico, quod ordinatum eſt, ut prædicet Chriſtum ſalutis authorem, & det populo ſententiam ſalutis, quæ conſiſtit, non in propriis meritis, ſed in gratuita peccatorum remiſſione.

X. De ſtudio bonorum operum, quæ ſunt effectus veræ fidei Hebr. 11, 16. Roman. 14, 24. 4. Matth. 5, 6. 1. Theſſ. 4, 3. Rom. 7, 12. & 13, 1. Jac. 2, 17. 1. Tim. 1. 19. 2. Tim. 1, 6. Eph. 4, 1. Rom. 8, 13.

XI. De via Meſſiæ duplici, una miſericordiæ, altera pœnitentiæ.

Salutis noſtræ cauſæ.

XII. De veris ſalutis noſtræ cauſis, Dei gratia & miſericordiâ, Chriſti merito & fide firmâ fiducia hæc adprehendente. Eph. 2, 8. Johan. 3, 16. Rom. 3, 24. 25. 1. Tim. 1, 5. 6. Act. 4, 12. & 13. 38. Eſai. 53. 11. Rom. 3, 28. & 4, 5. Gal. 2. 16.

Error Bellarm. fidem eſſe ignorantiam.

XIII. Errorem erat inſignem Bellarminus, fidem melius per ignorantiam, quàm notitiam definiri debere ſtatuens, lib. 1. de juſtii. cap. 7: cùm expreſsè h. l. dicatur, ſententiâ ſalutis opus eſſe iis, qui ſalvari volunt.

Digitized by Google

XIV. *D*eus autem miniſtris verbi, ceu organis, ad ſcientiam ſalutis in converſione & illuminatione hominum neceſſariis, utitur. 1. Cor. 3, 5. 1. Tim. 4, 16.

Error Papiſt. de Baptiſmo Johannis.

XV. Errant & in hoc Pontificii, quòd contendunt, Baptiſmum Iohannis non eandem cum Baptiſmo Apoſtolorum habuiſſe efficaciam; ſuô enim miniſteriô dedit ſcientiam ſalutis, eôdem enim auctore, eâdem materiâ, & eâdem formâ, quâ Apoſtoli baptizaverunt. Matth. 3, 11. Iohan. 1, 29. Act. 2, 38.

XVI. Gratuita peccatorum remiſſio non tollit Chriſti meritum & ſatisfactionem, quemadmodum *D*ei miſericordia ejus juſtitiam non tollit: Subordinata enim non pugnant.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

Præſentis feſtivitatis Evangelium duarum eſt partium, quarum.

I. *τὰ γενέθλια, Johannis nativitatem;*

II. *τὰ χαριστήρια Zachariæ, ſive cantici ſuavitatem* proponit.

PARS I.

Johannes Magnus & cur.

De Iohanne Baptiſta, cujus ſolemnitati dies 24. Iunii eſt conſecrata, Angelus Gabriel Luc. 1, 15. prædixerat, fore ipſum *magnum*. Huic adſtipulatur Salvator ipſe Matth 11, 11. ſanctè adſeverans: inter natos mulierum non reſurrexiſſe majorem Iohanne Baptiſta. Verè hoc dictum, ex prælecta Evangelii περικοπῆ ad oculum patet; ubi magnum fuiſſe Iohannem oſtenditur;

I. *Ob naſcendi maturitatem.* Dicitur enim tempus pariendi Eliſabethæ impletum. *I*ntelligit non modò tempus naturalibus partubus à Deo conſtitutum; ſed vel inprimis tempus nativitati & adventui Meſſiæ deſtinatum, de quo Galat. 4, 4. loquitur Apoſtolus. Meſſiæ autem adventum πρόδρομος illius anticipare debebat. *I*am igitur; Quæ eſt ratio nativitatis Meſſiæ, eadem & præcurſoris: Illa habebat certum & προωρισμένον, prædefinitum tempus. E. etiam hæc

II. Ob

II. Ob vicinorum hilaritatem. Vicini enim & cognati re cognitâ piis parentibus ex animo gratulatum convenerunt. Et ſanâ digna erat res gratulatione. Dominus enim magnificaverat miſericordiam ſuam cum Eliſabethâ; h. e. ſingulari eam miſericordiâ reſpexerat, tùm probrum ſterilitatis ab ipſa auferendo; tùm filium ei chariſſimum donando, qui in virum ſanctiſſimum, immò Meſſiæ præcurſorem erat evaſurus.

III. Ob circumciſionis ſolemnitatem. Etſi enim nihil tum temporis novi eſſet circumciſio: alia tamen eſt infantis hujuſce ratio. Circumciditur enim is, qui pridem maternô adhuc uterô conclusus Spiritu S. replebatur. Falſum enim eſt Papiſtarum dogma, de Johanne extra peccatum originale nato.

IV. Ob nominis ſingularitatem, cujus ἔτυμον pete ex præc. diſpoſ. Circa ὀνομαθεσίαν verò pueri, quæ in circumciſione fieri conſueverat, obſervanda.

1. *Cognatorum & vicinorum opinio.* Illi enim patris memoriam in filio renovaturi, cenſent infantem nominandum Zachariā.

2. *Matris correctio.* Quia enim miniſtri circumciſionis, cognati & vicini Angeli revelationem ignorabant, humanô ducuntur judiciô. Errorem itaq; iſtum mater, actorum conſcia, corrigit: nequaquam, inquiens, ſed vocabitur Johannes.

Quæritur, unde Eliſabethæ de nomine iſto coſtiterit: Angelus enim ipſi non adparuerat, Zacharias mutus communicare non potuerat? Reſpondent pleriq; interpretes, Zachariam ſcriptô rem omnem uxori aperuiſſe, quid nim. Angelus retulerit, & de nomine quoq; infantis monuerit. Ex marito ergò Eliſabetha rem omnem edocta, vivâ voce reclamat, reſpuens nomen Zachariæ ac nomen Iohannis expetens. Ab expreſſo enim Dei mandato recedere nefas putabat.

3. *Cognatorum exceptio.* At nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine? Et quia nova & inuſitata nomina in familias invehenda non ſunt, eligendum potius videtur nomen familiæ uſitatum.

4. *Cauſæ dijudicatio.* Tota enim lis & contentio ad patrem, tanquam judicem domeſticum, defertur. Is verò ſcriptô & voce teſtatur, ſibi placere nomē Johannis. Ita matri eſt ὁμόψηφος.

1. *Effectus conſecutio*:

1. *In*

1. *In cognatis & vicinis*, ob parentum in unum infantis nomen conſenſum mirantibus. Quia enim nomen iſtud in familia Zachariæ & Eliſabethæ erat inuſitatum, facilè inde colligere poterant, ſingulari Spiritus ſancti inſtinctu rem omnem ita dirigi.

2. *In patre Zacharia*, cui illicò loquendi facultas novô miraculô reſtituitur. Linguâ itaq; ſolutâ denuò; cœpit continuò Deum laudare, tùm ob donatum filiolum, tùm reſtitutum linguæ uſum, quô menſes integros novem hactenus caruerat.

3. *In reliquo populo*;

1. *Rei inſolentiam timente*: Dicitur enim timor ſanctus ſuper omnes vicinos, obſtupeſcentes ad res tàm mirandas, &. Deum nativitate hac Johannis res magnas moliri non ſine cauſa præſagientes. Notus erat illis Zacharias pater; viderant verè mutum, & jam ſubitò loquentem Deumque celebrantem audiebant: quid illud ſibi velit, & ſtupent & timent.

2. *Divulgante*. Acta enim iſta paſsim ſpargebantur. Hebræorum more τὰ πραχθέντα ſeu res geſtæ dicuntur ῥήματα, verba: *Dei* enim dicere eſt facere.

3. *Obſervante*. Homines enim cordati poſuerunt ad cor, h. e. diligenter & attentè conſiderarunt, animis altè infigentes ea, quæ acciderant, de futuris eventibus nonnihil ſolliciti, & cum admiratione dicentes, qualis hic puer tandem erit?

V. Ob peculiarem felicitatem. Evangeliſta enim teſtatur, omnia circa hunc puerum feliciter eveniſſe, tùm in favoris divini declaratione; manus Domini erat cum illo, h. e. ſingularis Dei favor & virtus quædam divina in ipſo animadvertebatur: Dominus enim ſuâ virtute, clementiâ & gratiâ ipſi aderat, incremẽtis ad corporis animiq; dotes ſubinde novis accedentibus: tùm in Baptiſtæ educatione, de qua tria commemorantur:

1. Quòd *creverit*, h. e. annos pueritiæ fuerit egreſſus:

2. Quòd *corroboratus ſit Spiritu*, h. e. ſingularia habuerit Spiritus S. dona, ingeniò admirandô præditus:

3. Quòd *fuerit in deſerto*, uſq; ad tempus ἀναδείξεως, quô publicè cœpit pænitentiam docere.

USUS

I. Informatorius.

1. Quòd Deus in operibus ſuis non ſit adligatus ad leges naturæ,

naturæ, vel cauſas ſecundas, ſed ut potentiſſimus Deus liberrimè agat. *Iob.* 23, 13. Pſalm. 77. *11.* 2. & 115, 3. & 135, 6. Sap. 16, 24. & 19. 6. Eſa. 59, 1. Eccl. 3, 15. *Pſal.* 33, 9. Luc. 1, 37. & *18*, *27*. Rom. 4, 17. Eph. 3, *20*. Deus non eſt alligatus cauſis ſecundis.

2. Quòd Deus etiam effœtas matronas fœcundare valeat. Pſ. 113, 9. Gen. *21.* 1. 2, 3. Eſa. 51, *1.* 2. Rom. 4, 17. & ſeqq. *Iud.* 13. v. 3. 1. Samuel. *1.* v. 20.

3. Dilationem liberorum *D*eus excellentiâ interdum compenſat.

4. Inſigne miſericordiæ divinæ teſtimonium eſt, quando piorum thorus legitimus ſobole decoratur. Pſalm. 123. *3.* & 128, 3. 4. Geneſ. 30, 1. 2. Liberi donum Dei

5. Iohannis Baptiſta eſt πρόδρομος Meſſiæ promiſſus. Pſ. 132, 17. Eſa. 40, 3. Mal. 3, 1. & 4, 5: advenienti *D*omino viam præparavit, Joh. Bapt. Chriſti præcurſor & viæ præparator.

1. *Fidem noſtram confirmando*, in doctrina maximè de tribus in unitate eſſentiæ divinæ perſonis, quas ille partim vidit, partim audivit: Matth. *3*, 16. 17.

2. *De Patre & Filio diſtinctè loquendo: Ioh.* 3, 34. 35.

3. *De Spiritu S. teſtimonium perhibendo:* Matth. 3, 11. Luc. 3. v. *16*. *I*ohan. 1. v. 33.

4. *De duabus in Chriſto naturis prædicando: I*oh. *1*, 27.

5. *Officium Chriſti digitò indice monſtrando: I*oh. 1, *29*.

6. *De Eccleſia docendo:* quod ad poſteros Abrahæ nullatenus illa ſit adligata: Matth. 3, 9.

7. *De judicio extremo monendo*: Matthæi 3, *10*.

8. *De juſtitia fidei noſtræ doctrinæ conformia proponendo*; quòd nimir. gratiam Dei ex plenitudine & abundantia Chriſti accipiamus: *I*ohan. 1, 16.

9. *Ad pœnitentiam agendam ſedulo exhortando*: Matth. 3, 1. 2. Eſai. 40, 3. & ſeqq. Act. 13, 24.

10. *Fructus fidei, pœnitentiâ dignos, exigendo:* Matth. 3. v. 8. Luc. 3, 8. 12. *14*.

11. *Baptiſmum certô Dei mandatô inchoando & adminiſtrando*; quem *I*ohannis Baptiſmum Chriſtus ipſe & comprobavit, & propriâ uſurpatione ſanctificavit: Matth. 3, 11. Marc. 1, 4. Ioh. 1, 30. 33. *M*atth. 3, 13, 14. & 21, 25. Luc. 3, 21. 22. Act. *19*, 4.

12. *Erroribus Phariſæorum & Scribarum maſculè contradicendo. M*atth. 3, 7.

13. *Virtutibus tantò præcone dignis vitam ornando* nim. Dei confeſſione, παῤῥησία, verâ animi humilitate & temperantiâ in victu & amictu, Luc. 1, 15. Matth. 3, 4. in officio & conſtantia fidei uſq; ad mortem.

II. Conſolatorius.

1. Pro miniſtris verbi, quòd ab utero materno muneri huic ſint deſtinati. Eſa, 6, 6. Ier. 1, 5. *Ioel*, 2, 23. M 39. Galat, 1. v. 15.

2. *Pro* conjugibus, ſterilitate aut aliâ adflictione bus; quòd Deus ſuo tempore, ſi velit, ſterilitatem avertere oni verò & adflictioni modum ponere queat. Pſal. 30; 12 & 91, 15. & 103, 9. & ſeqq. & 126, 5. Eſa. 54. 1. Matth. 3, 9. 3. Habac. 4, 2. Thr. 3, 22. Tob. 3, 13. 21.

3. Pro parentum pauperibus, quòd *Deus* liberis commodas occaſiones elargiri & poſſit & velit. Sap. 6, 8. & ctor. 17, 28. Mal. 2, 10. Eph. 3, 15. Eſa. 64, 8. Iſ. 27. 9. & 48, 13. v. 5. 1. Petr. 5, 7.

III. Monitorius.

I. Ut parentes prole felices tantum *Dei* donum g mis agnoſcant. Pſal. 127. 4. 1. Par. 29. 5. Ruth. 4, 13. Geneſ. 33, 6. & 48, 9. Ezech. 16, 20. Eſa. 29, 33. & 45, 12. Pſalm. 68, 7 9. & 138. v. 8.

II. Ut vicini vicinis congratulando benè precentu 4, 14. Roman. 12, 15. Gen. 24, 60, Tob. 7, 15.

Johannis Bapt. nativitas & reliqua myſteriis plena.

III. Ut myſteria nativitatis, nominis & circumciſi ptiſtæ probè ponderemus; omnia enim plena fuere myſteri

1. *Quoad conceptionem*, quam Angelus prædicit fo ter uſitatum naturæ ordinem ac curſum.

2. *Quoad parentum conditionem.* Iohannes erat finis V. admodum Chriſtus initium N. T. ideoq; ille ex parentib confectis; hic ex virgine florida naſcitur; unde dicitur Zema 3, 8. & 6, 13. Ioh. 3, 30.

3. *Quoad Patris in templo oblationem.* Iohannes debebat curſor Meſſiæ; nativitas igitur ejus in tẽplo denũciabatur tẽpo ficii veſpertini & thymiamatis, quæ omnia Chriſtũ præfig

4. *Quoad muſſitationem.* Iohannes erat vox clamans & tum Meſſiæ prænuncians; in quo omnes gentes benedicenda itaq; obmutuit eo tempore, quo benedictio populo denun

5.

5. *Quoad nominis impoſitionem.* Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Chriſtum facta eſt. Ioh. 1, 17. Iohannis itaq; nomen monet de gratiâ *Dei*, quâ propter Chriſtum ipſe nos complectitur. Iohan. 1. v. 29.

IV. Ut loquelâ noſtrâ nõ ad ſcurrilitatem, obſcœnitatem & blaſphemias abutamur, ſed ad nominis divini celebrationem, & proximi ædificationem utamur.

IV. Refutatorius.

Pontificiorum 1. dubitationẽ de gratia Dei adſerentium, cujus ſolius gratiâ Zacharias punitur ἀλαλ´α Numer 20, 12. Pſal. 78, 22. 2. Reg. 7, 20. *Marc.* 16, 16. Ioh. 3, 36. 1. Ioh. 5, 10. Rom. 14, 24. 1. Timoth. 2, 8. Rom. 4, 20. *Pſal.* 51, 12. Heb. 13, 9.

Dubitatio Papiſtica.

2. *Iohannem Monachorum* coryphæum ſtatuentium. Neq; enim *Iohannes* in deſerto vixit, ut vel ſua, vel aliorum peccata expiaret, aut novum vitæ genus, crimeticum vel monaſticum, conſtitueret; ſed ut ſacris meditationibus ad ſui inſtitutionem vacaret, & officio ſuo majorem authoritatem conciliarer.

Error Pontific. de Johannis monachatu.

3. Virginitatem in N. T. omni conjugio præferentium. Sic enim Schererus *Ieſucida*: Die Fruchtbarkeit war in Alten Teſtament ein ſonderlicher Segen Gottes. Dargegen war die Unfruchbarkeit für eine Straffe von Gott gehalten Das geſchahe im Alten Teſtament. In dem Newen aber wird die Jungfrawſchafft/ welche man Gott zu Ehren verlobet / allem Eheſtand fürgezogen: Quaſi verò in N. T. benedictio generis humani, in V. T. à Deo olim prolata, jam vel ſublata, vel contracta, vel in anguſtum coarcta, vel in maledictionem converſa. *Manent* conſilia Dei ἀμεταμέλητα, Roman. 11, 29: manet Dei verbum, quemadmodum de terra, & germinet herbam virentem: ita de Conjugio, ut homines, eodem legitimè devincti, creſcant & multiplicentur, ad ultimum uſque mundi diem. Diſcrimen V. & N. T. in eo non conſiſtit, uti fabulatur Eſauita; quòd ibi fœcunditas in conjugio fuerit Dei benedictio, hic in N. Teſt. non item. Sed in hoc maximè utriuſque Teſtamenti eminet diſcrimen, quòd Vetus umbris conſtabat, Chriſtum ratione carnis præfigurātibus; in Novo figuræ ſimul omnes antiquatæ, poſtquam Sol juſtitiæ exortꝰ, & λόγος carne manifeſtatꝰ eſt Col. 2, 17. Heb. 10, 1.

Error Papiſt. de virginitate. Poſtil. part. 2. p. 230.

Diſcrimen V. T. & N. T.

3. Con-

Digitized by Google

3. Conjugium, (& quæ ab illo dependent) pertinet non ad legem Ceremonialem, ſed moralem, quæ eſt æternæ & immotæ veritatis. Lutherus in cap 23. Gen. vocat, vota moralia, quæ alioquin opera neceſſaria, & mandata ſunt omnibus hominibus. Vota verò mandatô, Dei carentia irrita ſunt: tale eſt votum virginitatis: irritum ergò. Vide D. Chemn. part. 3. Exam. Concil. Trid. pag. 14. & ſeqq. Quatenus verò conjugio virginitas & cœlibatus ſit præferendus, eruditè explicat D. Gerhard. Tom. 7, L. C. pag. 753. & 776. Nos urgemus hoc loco Apoſtoli ſententiam, 1. Corinth. 7, 25. de virginibus non habeo præceptum; malè proinde faciunt Papiſtici & Ieſuvvitici patres præcipiendo potiùs, quàm conſulendo votum, à quo ipſi toti abhorrent. Addit Apoſtolus v. 28. Si nupſerit virgo, non peccat. Status ille per ſe nos Deo non commendat. Deus quoq; populo ſuo nunquam dedit præceptum aliquod vovendæ virginitatis: mirari ergo poſſis, cur novæ Eccleſiæ ſub Chriſto imponatur? Quòd ſi dicant, tum valuiſſe præceptum multiplicationis, jam verò caſtitatis vovendæ; id verò nihil eſt aliud, quàm ἀδολεχεῖν καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖσθαι. **Vide Ben. Aret. in problem.** pag. 492. & D. Heilbrun. Vncatholiſch Papſtt; umb p. 622. & ſeqq

4. Iohannem in peccato originis conceptum quidem, ſed non natum eſſe ſomniantium. *I*ta Schererus pag. 232. Groſſe Gnade war es / daß *I*ohannes zwar in der Erbſünde empfangen / aber ohn Erbſund geboren iſt; Deñ wie ſolte die Ebrſunde Platz in den Menſchen haben / der auch in Mutterleib mit dem heiligen Geiſt erfullet / vnd von aller Vnſauberkeit zeitlich geſaubert iſt. Opponimus errori Ieſuwitico hoc argumentum:

Error Papiſt. de Joh abſq; peccato orig. nato.

Quicunq; ſine peccato originali naſcitur, nullô opus habet Sacramentô initiationis, quale tempore V. T. erat circumciſio.
Johannes opus habuit Sacramentô initiationis.

Ergò ſine peccato originali natus fuit. Col. 2, 11. Scriptura utiq; ſolum Chriſtum à peccato eximit: 2. Cor. 5, 21. Hebr. 7, 26, reliqui homines omnes in unum pravitatis naturalis & peccati originalis, tàm quoad conceptionem, quàm quoad nativitatem, circulum concluduntur. Rom. 3, 31. & 5, 12. Iob. 14, 3. Eph. 2, 3. Iob. 3, 6: à qua generali miſeria Iohannem ſanctificatio illa ab utero ſegregare non potuit, cum ſanctificari per gratiam Dei, & ſimul peccatorem eſſe in hac vita apud omnes ſanctos concurrant.

PARS

Digitized by Google

PARS II.

Audivimus Johannis γενέθλια, hoc eſt nativitatem & quæ circa illam contigerunt: ſequuntur jam ordine Zachariæ τὰ χαριστήρια. Is enim poſt reſtitutum linguæ uſum cœpit repletus Spiritu ſancto prophetare, h. e. hymnum propheticum in Dei honorem decantare. Hymnus iſte eſt duarum partium.

Priori parte agitur de ſummo Chriſti beneficio. Hic enim eſt ſcopus δοξολογίας iſtius principalis, Chriſtum Salvatorem pleno ore collaudare, quod abſq; εὐεργεσίας divinæ mentione fieri commodè haud poteſt.

Propoſitio, utriq; cantici parti adplicanda, eſt talis: Benedictus, h. e. laudandus & celebrandus eſt Dominus Deus Iſrael. Deus dicitur,

I. Εὐλογητὸς, benedictus: hoc enim eſt epitheton Dei proprium, qui eſt fons omnis benedictionis.

II. Deus Iſrael; quippe qui populum Iſraeliticum conſtanti hactenus favore proſecutus fuerat. Hac vera notâ verus Deus à falſis & fictitiis Ethnicorum diis vel idolis potius diſtinguitur. Iacobo enim ſingulariter Deus ſeſe patefaccrat, nomenq; ipſi ſuum impoſuerat, ut in hoc ſolo populo vera eſſet Dei cognitio, vera adoratio, & hinc ſalus etiam ipſa unicè eſſet expectanda. Deus Iſrael.

Propoſitionem hanc, quæ veluti Exordii locum tenet, excipit beneficii ſtatim ſeptuplicis commemoratio, quæ vice confirmationis eſſe poteſt, cauſas adſignans, ob quas Deus Iſraelis à Zacharia celebretur:

1. Eſt Viſitatio; quia Deus clementer & paternè viſitavit populum ſuum, quemadmodum pater filium ægritudine aliquâ, aut vinculis detentum viſitat, eo fine, ut ipſum vel reficiat, vel liberet. ἐπισκέπτεσθαι eſt penitus rem introſpicere & examinare; miſericordiam item alicujus conſiderare, eaq; intimè commoveri. Viſitatio Dei. ἐπισκέπτεσθαι

II. Populi liberatio. Fecit redemtionem, λύτρωσιν; quæ vocula eam ſignificat liberationem, quæ nec vi, nec cum bona hoſtium pace, ſed juſto perſoluto precio impetratur. Intelligit itaque redemtionem à peccato, ira Dei, morte, diabolo, condemnati- λύτρωσις

 one

one æterna & inferno. Loquitur in præterito, propter fidei certitudinem: erat enim in propinquo redemtio.

III. Meſſiæ incarnatio, locutione metaphoricâ enunciata. Erectio præſupponit ſtatum regni Iſraelitici collapſum. Videbatur enim ob moram promiſſio de Meſſia, internecione cumprimis & deletione fermè totali proſapiæ Davidicæ accedente, res planè
Cornu. deſperata. Cornu per Metaphoram denotat regnum, imperium,
Cornu ſalutis, potentiam. Cornu igitur ſalutis, eſt regnum ſalutare, potentia ſalutifera. Meſſias enim imperium ſalutare obtinere debuit contra mortem, Satanam & infernum. Erectum cornu illud dicitur in domo ſeu familia Davidis, cui promiſſio facta peculiaris, fore ut ex ſemine ipſius Meſſias naſceretur.

IV. Vaticiniorum vel oraculorum divinorum completio. Quod enim ante aliquot ſecula Deus promiſerat, de mittendo in carnem Filio, hoc factò jam præſtare inceperat. Habes προοικοδόμησιν, ſive ἐξεργασίαν à conſenſu omnium Prophetarum unanimi.

V. Hoſtium debellatio. Promiſit ſalutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Eſt ἔκθεσις τῶν λεχθέντων quâ præcedētia dilucidiùs proponuntur; quòd redemtio dicta nihil contineat aliud, quàm liberationem ab inimicis, & de poteſtate vel tyrannide opprimentium nos. Accipimus hoc de victoria Chriſti contra Satanam, mortem & infernum. Judæi enim nunquam erepti ſunt carnaliter ex hoſtium ſuorum manibus, nunquam cornu ſuum hactenus viderunt erectum, ſed humi proſtratum.

VI. Miſericordiæ declaratio: Vt uteretur miſericordiâ erga
Finis redemtionis, patres noſtros. Loquitur de finali cauſa redemtionis noſtræ reſpectu Dei. Si enim quæratur, qua de cauſa Deus hæc omnia præſtiterit nobis? Reſp. Vt declaret miſericordiam, bonitatem & φιλανθρωπίαν ſuam, quam patribus noſtris promiſit;

1. *Fœdus cum ipſis faciendo:* Jer. 33. 14. Pſal. 89, 4.
2. *Juramentô fidem confirmando.* Gen. 22, 16. Heb. 6, 13.

VII Timoris remotio. Hic eſt effectus noſtræ redemtionis, & in libertatem ab hoſtibus adſertionis, ut ἀφόβως, ſine pavore, abſque omni trepidatione ſecurè viveremus. Illuſtratur causâ finali ex noſtra parte geminâ;

1. Nos

1. *Noſtrô ſervitiô*, vel conſcientiæ ſecuritate; &

2. *Pietatis ſtudiô*, ſive vitæ ſanctitate. Hoc nim. debita à nobis gratitudo requirere videtur, ut Domino ac Redemtori noſtro ſerviamus, ſine timore ſervili. At quomodo? *In* ſanctitate & juſtitia. Illa pietatem in Deum, hæc charitatem erga proximum præcipit. Omnia autem fieri debent velut in conſpectu Domini, qui omnem averſatur & execratur hypocriſin: & quidem omnibus diebus vitæ noſtræ, h. e. quàm diu in terris vivimus.

Poſteriori hymni parte concionatur Zacharias de *filioli recens-nati officio*: ubi tria obſervationem merentur vel maximè:

I. *Officii Johannei delineatio*; quòd ille ſit futurus

1. *Propheta Altiſſimi ſanctiſſimus;*

2. *Præcurſor Meſſiæ certiſſimus*, juxta vaticinia, Mal.3, 1.& 4, 5.

II. *Specifica officii Johannei per partes explicatio*: parabis vias ejus,

1 *Legem* præfractis, duris & impœnitentibus *acuendo*, hoc enim eſt parare viam ſc. per conciones pœnitentiæ legales: **Viam parare.**

2. *Evangelium* corde contritis & pœnitentibus *proponendo*. Hoc eſt dare ſcientiam ſalutis, quæ conſiſtit in remiſsione peccatorum gratuita.

III. *Uberior officii Johannei per cauſas dilatatio*. Ubi res ponuntur cauſæ ſalutis per *I*ohannem prædicatæ: **Salutis cauſæ.**

1. *Miſericordia Dei viſceralis*, quæ eſt cauſa remiſsionis peccatorum, atq; ita ſalutis noſtræ principalis:

2. *Viſitatio Orientalis*, vel cauſa ſalutis inſtrumentalis: ea verò eſt Chriſtus, oriens ex alto nuncupatus, quo ſenſu vide præc. diſ.

3. *Fructus inde emergens ſalutaris*, ſeu cauſa horum omnium finalis, ut

1. Appareret vel illuſceret his, qui in tenebris & in umbra mortis ſedent; h. e. omnibus adflictis & ſalutis avidis tàm ex Iudæis, quàm ex gentibus.

2. Per Evangelium viam ac rationem oſtenderet, pacem & tranquillitatem conſcientiis perturbatis conſequendi.

USUS

I. Informatorius.

1. De laudum divinarum excellentia, inde æſtimãda, quòd Deo gratæ ſint & acceptæ, ſi ex corde bono, pio ac ſincero proficiſcãtur. Pſal. 50, 23. & 69, 33. & 92, 1. & 147, 1. Sir. 35, 3. 1. Theſſ. 5, 6.

2. De Dei viſitatione gratuita, quâ hodieq; Evangelium ſuum nobis donat, pacem ac tranquillitatem conſcientiis perturbatis denuncians; 2. Pet. 1, 19. Luc. 10, 39. & 11, 28. Jer. 15, 16.

3. De Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, quòd is ſit unctus Dei Meſſias & cornu ſalutis unicum Eſai. 62, 11. Zachar. 9, 9. Hagg. 2, 8. Luc, 2, 25. Act. 4, 12. & 10, 45. Philip. 3, 20. Joh. 4, 23.

4. Deus de Filio ſuo locutus eſt per Prophetas: Eſa. 7, 14. & 9, 6. & 11, 1. Jerem. 31, 22. & 33. 15. Ezech. 37, 24. Dan. 2, 44. & 7, 13. 14. Hoſ. 13, 14: Act. 10, 43. 1. Petr, 1, 11.

5. De Dei in promiſſionibus veritate infallibili; patienter itaque complementum earundem exſpectemus. Luc. 21, 19. Eſa. 30, 15. & 54, 7. Roman. 5, 4. 1. Theſſ. 3, 3. Hab. 2, 3. Cant. 2, 9. Heb. 10, 33.

6. De ἀφοβίᾳ & ſecuritate ſpirituali; quæ in eo potiſſimùm conſiſtit, quòd per prædicationem Evangelii conſcientia in Deo ac Chriſti merito ſecurè acquieſcit. Eſai. 52, 7. Nah. 1, 15. Zach. 9, 10. Johan. 14, 27. Roman. 5, 1, & 14, 17. Epheſ. 2, 14. 15. 17. & 6, 15. 1. Johan. 3, 19. 20.

7. De miniſtris Eccleſiæ ſinceris, quòd poſſint nobis Dei beneficio viam ſalutis monſtrare. Vid. præc. diſp.

8. De æterna Chriſti divinitate, quæ inde probatur, quòd Oriens ex alto nuncupetur. Jerem. 23, 5. 6. Zachar. 3. v. 8, & 6. v. 13. Mich. 5, 2. Rom. 9. 5.

II. Conſolatorius.

Chriſti viſitatio. 1. Quòd Chriſtus nos viſitârit, non tyrannicè, Matth. 2, 16. non moleſtè; ſed amicè ac fraternè, Ezech. 34, 12. & quidem

1. *Naſcendo*, Joh. 1. 14, 1. Tim. 3, 16.

2. *Moriendo*: Eſa. 50. 5. & 53, & 6. 7. Eph. 5, 2. 1, Pet. 2, 21. 24.

3. *Prædicando*. Joh. 1, 18. Eſa. 9, 1. & 42. 16. & 65, 1. Rom. 10, 21.

Chriſtus Rex. 2. Quòd Chriſtus ſit cornu ſalutis & roboris, quo confracta eſt vis hoſtium noſtrorum. Eſt enim Rex noſter, potentiâ infinitâ præditus, habens regnum potentiæ, & erexit nobis regnum gratiæ & gloriæ Pſalm. 2, 6. & 24, 7. & 89, 20. & 110. 2, Zach. 9. v. 9. Johan. 12, 31. & 14, 30. 1. Cor. 15, 25.

Chriſtus cornu. 3 Quòd Chriſtus ſit cornu. 1. *Unctionis*, in quo ſumus coram Deo Reges & Sacerdotes. 1. Pet. 2, 9. Apoc. 1, 6. & 5, 10. 2. *Refugii*, quemadmodum altaria V. Teſt. cornibus ornata dicebantur aſyla profugorum. Exod. 27, 2. & 38, 3. 1. Reg. 1, 50. & 2, 25. 29. Pſalm. 27, 1. 5. & 31, 1, 2. 3.

4. Quòd

4. Quòd per Chriſtum liberati ſimus de manu, h. e. poteſtate hoſtium. Rom. 8, 1. 33. & ſeqq. Oſe. 13. 14. *Zach.* 9, 11.

5. Quòd ſalus noſtra non in ullis noſtris meritis, ſed in ſola peccatorum remiſſione ſit poſita. Vide præced. diſp. & locos.

6. Quòd Chriſti beneficia ad omnes mundi ætates pertineant.

III. Monitorius.

1. Ut linguas noſtras in laudes Domini reſolvamus, gratias agentes Deo Patri in omnibus, & prædicantes virtutem ejus qui nos ex tenebris vocavit εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς 1. Pet. 2, 9. Eph. 5, 19. 20. Col. 3, 16. Deus laudandus.

2. Ne liberati ab hoſtibus noſtris cupiditatibus carnis fræna laxemus, ſed Deo ſerviamus, in ſanctitate & juſtitia. 1. Petr. 1, 18. 1. Theſſ. 4, 3. Tit. 2, 11. 12. 14. Pſal. 110, 3. Sir. 28, 27. Apoc. 2, 11.

3. Ut miniſtri verbi officium ſuum more Johanneô fideliter exequantur, non ad peccata connivendo, ſed pœnitentiam omnibus prædicando. Ezech. 3, 18. & 33, 7. 8. Eſai. 30, 10. & 56, 10. & 58, 1. Ier. 6, 14. Ezech. 13, 18. 19. Mich. 3, 5. 1. Tim. 4, 13. 2. Tim. 4, 13.

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

Beatum Johannem Baptiſtam Salvator ipſe & magnificè prædicavit, & honorificè nobis commendavit, ut videre eſt Matth. 11, 7. & ſeqq. Nihil itaq; præter rem & pietatem facimus, ſolemnem ejuſdem feſtivitatem celebrantes. Ut autem omnia rectè fiant, monſtrabimus hac vice *modum, feſtum Johannis Baptiſtæ piè ac legitimè celebrandi.* Johannei feſti Papiſtica profanatio.

Ἐξήγησις.

Nihil nobis commercii cum religionis Pontificiæ ſuperſtitioſis & irreligioſis hominibus, frivolè admodum, ne quid gravius di- I.
cam, feſtum Baptiſtæ peragentibus; vel non neceſſariis tempus inutiliter terendo, quod feciſſe videmus *Diſcipulum de Tempore*, de quibuſdam Iohannis Baptiſtæ privilegiis, de choriſatione hoc feſtô quondam uſitata, deq; miraculis quibuſdam fictitiis curioſè nimis Serm. 23. de Sanctis
2.
ſollicitum; vel communi hominum ſorte ipſum Baptiſtam eximendo, ac ſi abſq; peccati originalis contagio ille in lucem editus planè Joh. Bapt.

ἀναμάρτητος vixerit, in hunc modum *D*iſcipulô diſſerente: Ab il-
an ſine peccato. lo ergò peccato originis Deus Johannem purgavit in utero matris, inſuper ipſum ſanctificavit & ſtabilivit, quòd de cætero peccatore
3. mortaliter non potuit: Vel ad idololatriam & adorationem Johannem proſtituendo; unde *D*iſcipulus de temp. ait: Omnes homines debent S. Iohannem invocare,

1. *I*mminente periculô ignis;
2. Tempore ſterilitatis; addunt alii.
3. Pro raucedine vocis avertenda;
4. In extrema mortis hora;

Vel oſſa hominum demortuorum cremando; vel faces ar-
4. dentes geſtando; vel ſub coronis ſuſpenſis potando & ſaltando;
5. vel reliquias falſas Iohãnis, caput, crines, digitum & alia monſtran-
6. do, religioſoq; cultu venerando: Vel de monachatu *I*ohannis ſine
7. ſcripturarũ auctoritate diſputando: Ignorat fabulas iſtas purior *Ie*-
8. *ſu* Chriſti Eccleſia. Quis ergo modus melior feſtum *I*ohannis celebrandi? Ne *ἀδήλως τρέχωμεν*, ductum ſequemur prælecti Evangelii, quò erudimur, rectiùs à nobis celebrari feſtum Baptiſtæ,

I. Johannis nativitatem ſanctè cnnſiderando; quam nobis cõ-
Johannis Bapt. nativitas. mendatiorem reddit,

1. Parentum dignitas, de quibus conſulatur Lucas ab initio capitis primi. Pater ejus fuit Zacharias, quod eſt, ſi interpreteris, memoria ſive recordatio Domini. Mater fuit Eliſabeth; h. e. juramentum Dei. Uterq; parens fuit de proſapia Aaronis, ſummi in populo Iſraelitico Sacerdotis, & commendatur Zacharias & Eliſabeth Luc. 1, 6. à. ſtudio pietatis ſingulari; vixeruntq; hactenus in conjugio ſterili; quæ omnia ex deſcriptione Lucæ hiſtorica evadent manifeſtiora.

2. *Temporis opportunitas*, de qua vid diſpoſ. 1. Gloſſa ordinaria ita. Verba impletionis ſacra Scriptura in bonorũ tantũ ortu vel obitu, vel actu ponere conſvevit, quorum vitam plenitudinem perfectionis habere ſignificat; ut impleti ſunt dies Mariæ, ur pareret: implevit Salomon ædificare domum: defunctus eſt Abraham plenus dierum: cum venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum: ſed contrà dies impiorum inanes & vacui. Adſtipulatur Theophylactus: *Obſervandũ*, inquiẽs, *quòd in peccatoribus nõ dicitur, impletum eſt tempus pariendi; ſed hoc duntaxat invenies, ubi de juſtorum partu habetur mẽtio.*
Nam

Nam, ut adparet, imperfecti & non impleti peccatorum ſunt partus, meliusq; illis, ſi nati non fuiſſent.

3. *Partus felicitas*; & peperit filium, magnum illum virum, præcurſorem Domini.

4. *Vicinorum & amicorum congratulantium hilaritas.* Habet enim (uti loquitur gl. ord. in marg.) ſanctorum editio lætitiam plurimorum, quoniam commune bonum eſt. Gaudent autem ideò, quòd magnâ Deus erga illam uſus fuiſſet miſericordiâ. Magnam vocat miſericordiam, quòd ſterili & ſeni dediſſet filium. Maldon. T. 2. pag. 69.

II. Circumciſionem Johannis piè meditando; de qua notentur quinque.

1. *Temporis deſtinati obſervatio.* Vide præc. diſpoſ.

2. *Vicinorum & amicorum ad circumcidendum puerũ cõventio.*

3. *De nominis impoſitione concertatio*; vicinis & cognatis Patri *ὁμώνυμον* infantem facientibus; matre verò contradicente nomenque Iohannis ei imponente: Spiritu enim illa prophetæ (gl. ord.) didicit, quod non didicerat â marito: non poterat ignorare prænuncium, quæ prophetaverat Chriſtum: fruſtra porrò vicinis & cognatis reclamantibus, retinet hoc nomen, cumprimis Zachariâ, per nutum quæſitô, matris pronunciatum calculo ſuô comprobante. Pater enim erat mutus. *Quod ergò voce non poterat, nutu & literis loquitur*, ait gl. ord. Ille poſtulatis tabellis ſcripſit: Iohannes eſt nomen ejus. h. e. interprete Bedâ: *hoc nomen nos non imponimus, quod jam à Deo accepit; habet ſuum nomen, quod agnovimus, non quod elegimus.*

Quærit Theophylactus: Quare poſt circumciſionem imponitur nomen? Reſp. *Quia priùs ſuſcipiendum eſt ſingnaculum Dei, & tunc humanum nomen. Vel aliter: Circumciſio ſignificat carnalium abjectionem: nullus igitur, niſi prius abjiciat & amputet carnalia, dignus eſt, ut nominetur miles Dei, & ut in libro cœlorum ſcribatur nomen ejus.*

Cæterum ſignificationem nominis quod ſpectat, Iohannes juxta interpretationem (ait iterum Theoph.) eſt Dei gratia: proinde & pater illius ſtatim adſecutus gratiam, & primùm de Chriſto, deinde puero prophetizat. Beda referente gloſsâ: *Johannis*, inquit *celebrata nativitas, eſt Novi Teſtamenti inchoata gratia, cui Judæi, qui legis obſervatione quaſi affinitate juncti erant, nomen*

Digitized by Google

5. *Ob potentem de manu hoſtium liberationem.* Intelligendum eſt ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: Erexit nobis ſalutem ex inimicis: Eſtque ἐξήγησις ſuperioris v. 69. & per repetitionem explicatur uberiùs infrà v. 74. Theophyl. *Liberavit nos de inimicis ſine timore. Sæpè liberant quidam, ſed non ſine noſtro timore, agone & certamine. Chriſtus verò cùm nos non laboràſſemus, pro nobis crucifixus eſt, & liberavit nos ſine timore; h.e. abſq; periculo.*

6. *Ob certam miſericordiæ promiſſæ exhibitionem.* Loquitur v. Finis miſ-
72 73. & 75. de cauſa miſſionis Filii finali. ſionis Chri-
1. *Reſpectu Dei*; ut miſericordiam, quam patribus promiſit, ſti duplex.
impleat in nobis; & juramentum, quod fecit patribus de liberatione noſtra, in nobis per Chriſtum compleat: gloſſ. ord. *Fecit miſericordiam non ſolùm cum viventibus, ſed & cum patribus noſtris. Chriſti enim gratia etiam in illos, qui olim mortui, pertingit. Vel: fecit miſericordiam cum patribus, eò quòd ſpem illorum implevit. Adimpleta enim viderunt, quæcunq; de Chriſto exſpectarunt.* Theophyl.

2. *Reſpectu noſtri*; ut ſerviamus ipſi. Theoph. quærit: *Quare liberavit nos? Num propter cibum & potum? Non, ſed ut ſerviamus illi: non ſemel, neq; duobus diebus, ſed omnibus diebus. Serviamus autem non ſolà corporali adoratione & miniſteriô, ſed in ſanctitate & juſtitia. Eſt autem ſanctitas, juſtitia erga Deum; juſtitia verò erga homines. Itaq; oportet ſervire Deo in ſanctitate, h.e. reverentia erga divina: & juſtitia, h.e. laudata in humanis rebus vita. Serviendum deniq; eſt coram ipſo, non coram hominibus, ſicut hi, qui hominibus placere volunt, ut hypocritæ faciunt.*

IV. *Miniſterium ſive officium Johannis ſtudioſè obſervando*; de Johannis
quo egregiè Zacharias, plenus Spiritu S. vaticinatur. Infantem Bapt. offici-
quidem is ſuum alloquitur, ſed facit hoc, propter illos inſtruen- um.
dos, qui aderant; futura filii munera, quæ per Angelum didicerat, depromit: gl. ord. Miniſterium verò Johannis erat: Johannes
1. *Docere vel prædicare* de Chriſto: ideò dicitur Propheta, ſi- Bapt. Pro-
gnificatu nimirùm generali. Rom. 12, 6. 1 Cor. 14, 32. pheta.
2. *Meſſiam præcurrere.* Modum præcurrendi Diſcipulus Præcurſor.
de tempore ita exponit: Johannes præceſſit Chriſtum,

1. *In naſcendo*;
2. *In prædicando*;
3. *In baptizando*;
4. *In moriendo*: (hactenus cum ſcriptura convenienter; ſed quod ſequitur, de ſcripturis nullam habet auctoritatem:)

Digitized by Google

enim perhumanum Chriſti cum diſcipulis colloquium, de ſua & Perſona, & officio, eo fine inſtitutum, ut diſcipulorum ſuorum con feſſione extortâ fundamentum miniſterii Evangelici, adeoque Eccleſiæ ſuæ monſtraret, datâ Petro & Collegiis ejus clavium poteſtate; quam etiam cauſam eſſe putamus, gratiâ cujus feſtivitati B. Apoſtolorum Petri & Pauli pericope iſthæc ſit deſtinata.

Hiſtoriam Petri quod attinet, notior eſt illa ex ſcriptis Evangelicis & Actis Apoſtolicis, quàm ut prolixiore commemoratione opus habeat. Parens ipſius vocatur Jonas; Matth. 16. 17. Joh. 1, 42. & 21, 15. fratrem habuit Andream; Matth. 4, 18. Johan. 1, 40: Patria ejus fuit Bethſaida; Joh. 1, 44: initiò piſcator, poſtmodum cum aliis ad munus Apoſtolicum vocatus. Matth. 4 18. Luc. 5, 3. 10. Dicebatur nomine propriô Simon, quod auditorem ſignificat: Chriſtus autem novô nomine appellavit Petrum, â petra confeſſionis, quam profeſſus fuerat. Marc. 3, 16. Johan. 1, 42. Petrus eſt vox græca, ἀπὸ τῆς πέτρας, qui eſt Chriſtus 1, Cor. 10, 4. Syriacè Cephas; Germanicè ein Felſ.

Hiſtoria Petri Apoſtoli.

Acta, lapſum & res geſtas Petri, quod ſpectat, peti ea omnia poſſunt ex ſacra hiſtoria. Fit enim Petri actorumq; ejus mentio, Matt. 4, 18. & 8, 14. & 10, 2. & 14 28. & 15. 15. 16. & 16, 16. 22. & 17, 1, 4. & 26, 33. 37. 51. 58. 69. Mac. 1, 36. & 3, 16. & 5, 9. Luc. 5, 3, & 8, 28. & 22, 8. 31. 61. & 24, 12, Johan. 1, 40. & 6, 69. & 13, 6. & 20, 3. 4. & 21, 15. Act. 1. 13. & 2. 14. & 3, 6. & 4. 1. & ſeqq. & 5, 1. & ſeqq. & 8, 14. & 9, 32, & 10, 9. & 11, 3. & 12. 1. & ſeqq. & 15. 7. 1. Corinth, 15, 5. Galat. 1, 18. & 2, 7. & ſeqq. Petrum Apoſtolum Romæ fuiſſe Epiſcopum, ibique ut ſummum Pontificem 25. annos ſediſſe, conſtans quidem Romanenſium eſt opinio; ſed fabulæ huic fidem firmam facere in hodiernum uſq; diem non potuerunt. Falſitatis manifeſtæ fabulam convincit præter alios D. Luc. Oſiand. Cent. 1. lib. 2. cap. 41. hiſtor. Eccl. & D. Hunn. in loco de Eccleſia pag, 262. & ſeqq. & in Comment. epiſt. ad Gal. pag. 73, eò brevitatis ſtudio veritatis amantem lectorem remitto. De morte & matyrio Petri fabuloſa itidem ſparguntur à Romanæ Apoſtaticæ ſedis patronis, Jeſuicidis cumprimis; quid verò de illis quoq; ſit ſtatuendum, legatur apud D. Oſiandr. Cent 1. lib. 3. cap. 20. Romæ Petrum cruci eſſe adfixum ex Eccleſiaſticæ hiſtoriæ patrumq; quorundam monumentis adſerere non dubitavit D. Pappus; quàm firmo autem argumentatio iſta innitatur fundamentô, aliorum eſto judicium.

Fabulæ de Petri Papatu.

Mors Petri.

Hiſt. Eccleſ. epit. pag. 28

De Apoſtolo Paulo dicenda quæ fuerunt, ea in die converſionis Paulinæ attigimus. Nos ad Evangelii prælecti διέξοδον acceſſum jam facturi, diſpeſcemus illud more conſuetô in tres particulas, contemplaturi,

I. Diſcipulos varia hominum de Chriſto judicia referentes;

II. Petrum, confeſſionem egregiam, ſuo & Apoſtolorum reliquorum nomine, de Chriſto edentem;

III. Chriſtum, Apoſtolorum de ſe confeſſionem adprobantem.

PARS I.

Quoad primam enarrationis partem, tria potiſſimum obſervationem hic merentur:

1. *Temporis adnotatio.* Contigit nim. hæc Chriſti cum diſcipulis collocutio familiaris, mox poſt diſputationem cum Phariſæis & Sadducæis habitam, petentibus ſignum è cœlo, cui ſubjunxerat Dominus Jeſus admonitionem, de fermento Phariſæorum ſtudiosè cavendo.

Cæſarea Philippi.

2. *Loci adſignatio*, qui dicitur Cæſarea Philippi, in confinio Phœniciæ & ſuperioris Galilææ, ad radices montis Libani ſita, ubi fontes Jor & Dan ſimul mixti Jordanis fluvii, & rem, & nomen efficiunt. Olim Leſem, Joſ. 19.47. & Laïs vel Lus, Jud. 18, 7. poſteà Dan dicebatur. Locus fuit ſemper ferè idololatriæ nomine celebris. 1.Reg. 1 , 29. & 17.6 tempore Chriſti Cæſarea Philippi vocabatur. Nomen hoc accipit à Philippo, Herodis magni filio, & Trachonitidis regionis Tetrarcha, fratre illius Herodis, qui Johannem Baptiſtam decollavit. Is enim civitatem hanc in tetrarchiæ ſuæ ſedem eligens, multis novis ac ſplendidis ædificiis auctam & ornatam, in Tiberii Cæſaris honorem Cæſaream vocari juſſit. Et quia Herodes major, ὁ αἰδοκλέων ille, in Judæa juxta mare quoq; civitatem, magnis ſumtibus exſtructam, honori Cæſaris Auguſti conſecraverat, & ipſam Cæſaream dictam, ideoque differentiæ cauſa hæc dicta eſt Cæſarea Palæſtina, illa Cæſarea Philippi. Vide D. Chemn. harm. Evangel. pag. 1597. & Maldon. Tom. 1. col. 330. Sita igitur fuit Cæſarea Philippi in confinio gentium & Judæorum, atque promiſcuè habitata tàm à Syris, quàm à Judæis. Veniens ergò Jeſus ineptis Phariſæorum diſputationibus offenſus, & quodammodo expulſus, in partes Cæſareæ iſtius, ſive uti Marc. 8, 27. habet

Digitized by Google

habet, εἰς τὰς κώμας, in vicos, pagos & oppida illius, inter eundum, & quidem poſt preces, pro errantibus ad Patrem cœleſtem fuſas, Luc. 9, 18. voluit in confinio gentium ſonare Petri confeſſionem, nomine reliquorum Apoſtolorum editam, præludium quoddam faciens vocationis gentium, & quaſi geſtiens ipſis quoq; ſe offerre, ut apud quos firmiorem ſedem, quam apud contumaces Iudæos eſſet inventurus. Chemn. d. l. 1598.

3. *Rei ipſius*, h. e. judiciorum referendorum, *occaſio*, conſtās

I. *Accurata Chriſti interrogatione*: Quem me dicunt homines eſſe Filium illum hominis? Homines Matthæus dicit, quos Lucas vocat turbas, quæ paſſim eum ſequebantur, & honeſtius de ipſo judicabant.

Quæritur hoc locô 1. cur Chriſtus non interrogârit, quid Scribæ & Phariſæi ſentirent de ipſo? Reſp. 1. Quia apud omnes innotuerat odium, quô Chriſtum illi ſine cauſa proſequebantur; judicia itaq; ipſorũ ab Apoſtolis nec admittebãtur nec attẽdebãtur. 2. Salvator dudum eos, ut cœcos & cœcorum duces vitandos eſſe monuerat. Chryſoſt. hom. 55. in Matth. hanc adſignat rationem: *Populi opinionem de ſe quærebat, quoniam etſi dejectior eſſet, procul tamen ab omni erat malitia, quâ Phariſæi & Scribæ maximè pervertebantur.*

2. Quô fine & conſiliô hanc quæſtionem ſuis propoſuerit Salvator Apoſtolis? Non certè, ut 1. *cognitis* aliorum de ſe judiciis intelligeret, quid in ſeipſo & diſcipulis corrigere deberet; erat enim planè ἀναμάρτητος, nulli errori obnoxius. Eſai. 53, 10. Ioh. 8, 46. Heb. 7, 26: *aut 2. laudum* hominũ aucupãdo teſtimonium aliunde acciperet, Iohan. 2, 24. 25. & 5, 34. *aut 3. jactanter* de ſe quærere videretur: *aut 4. hominum* de ſe judicia neſciret: ſed ut

1. *Confeſſionem* Apoſtoloruum hoc pactô eliceret;

2, *Remotis* erroribus & ſcandalis, quæ ex diverſis hominum de ipſo ſententiis naſcebantur, diſcipulos in vera & certa fide confirmaret, ne & ipſi incertis opinionibus ſe abripi paterentur, paſſionem enim erat illis ſuam prædicturus:

3. *Certam*, hac ratione omnibus confeſſionem traderet, quam ab eo inſpiratus Petrus, tanquam baſin ac fundamentum jecit, ſuper quo Dominus Eccleſiam ſuam exſtruxit:

4. *Diſcipuli* demum rectius de ipſo ſentirent & loquerentur quàm cæteri opinatores, uti ex *Iſidoro* & Victore Antiocheno refert *D.* Pelargus quæſt. in Matth. f. 184. Confer D. Hunn. in Matt. p. 542.

Per Filium vero hominis neminem intelligi alium, quàm ipſum Chriſtum, ex Pſal. 8,5. Dan. 7, & 10, 6. notius eſt, quàm ut ullâ probatione indigeat.

Filius hominis.

Hominum de Chriſto opiniones.

II. Liberâ & ingenuâ Apoſtolorum reſponſione, quâ referunt, non eorum judicia, qui ſiniſtrè de Chriſto ſenriebant ac loquebantur, qualia leguntur, Johan. 8, 48. Matth. 9, 11. & 11, 19. Luc. 11, 15. & 15, 2: ſed eas tantùm hominum opiniones, quæ ad Chriſti laudem ac gloriam ſpectare videbantur. Eæ autem referentibus Apoſtolis erant quadruplices,

I. Primi judicabant Chriſtum eſſe Johannem Baptiſtam, ab Herode quidem decollatum Matth. 14. 10; divinâ verò potentiâ vitæ denuò reſtitutum; in qua ſententia ipſum fuiſſe Herodem, ex Matth. 14, 2. liquido patet.

II. Secundi putabant Chriſtum eſſe Eliam, falsâ vaticinii prophetici Mal. 4, 5. interpretatione deluſi eorum, qui de perſona Thesbitæ, ex Paradiſo rediturі, accipiebant; cùm tamen Angelo teſte, Luc. 1, 17. intelligendum fuerit de ejuſmodi perſona, quæ Meſſiam in Spiritu & virtute Eliæ præceſſura erat.

III. Tertii ſentiebant. Ieremiam Prophetam, è mortuis reſuſcitatum, per *μετεμψύχωσιν* Pythagoricam, in Chriſto quodammodò redivivum & renatum, talia miracula patrare. Hæc opinio duplici conjecturâ fuit aucta:

1, *Traditione Joſephi*, filii Gorionis, qui fabuloſa multa, inter alia autem de Ieremia ſcripſerat, ipſum rediturum, & arcam tēpli, tempore captivitatis Babylonicæ abs ſe abſconditam, in locum ſuum repoſiturum.

2. *Concionādi παῤῥησίᾳ*, quâ Chriſtus utebatur, *πανολεθρίαν* Iudæis denuncians, quòd à Ieremia quondam conſimili Spiritus libertate factum eſſe Iudæi omnes norant.

IV. Poſtremi denique opinabantur, eſſe Chriſtum veterum, jampridem defunctorum, Prophetarum aliquem ſingulari conſiliô ad populum Iſraeliticum miſſum. Erroneæ iſtæ opiniones profluxerunt, partim ex Philoſophiæ corruptione; partim ex traditionum humanarum perſuaſione; partim ex malitioſa ſcripturarum depravatione. Errabant autem dupliciter:

1. *Quoad Chriſti perſonam* putantes eum eſſe ψιλὸν ἄνθρωπον,

2. *Quoad*

2. *Quoad officium* ejus, exiſtimantes Meſſiam, Eliæ exemplo, interfecturum adverſarios, 1. Reg. 18, 40; vel mundanam adniſtraturum politiam, ut vi ac viribus externis evelleret, deſtrueret, diſperderet ac dſiparet hoſtes, quod *Ieremiæ* olim ſpiritualiter faciendum injungebatur, Ier. 1, 10.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. Eccleſia vera ex Iudæis & gentibus in N. T. fuit ædificanda; in confinio itaq; gentium doctrinam de perſona & officio ſuo examinare voluit Chriſtus. Rom. 15, 8. Epheſ. 2, 14. Gen. 9, 27. & 49, 20. Pſalm. 2. 8. & 72, 11. Eſa. 9, 2. *I*erem. 3, 17. Hoſ. 1, 10, Ioel. 2, 28. Amos. 9. 1. 12. Mich. 4, 2. Hagg. 2, 8. Matt. 8, 11. *M*arc. 16, 17. Luc. 2, 31. 32. *I*oh. 11, 52. Act. 2, 39, Rom. 11, 11. Gal. 3, 8. **Eccleſia N. T. ex Judæis & gentibus**

II. Errant Papiſtæ, contendentes Eccleſiæ ſucceſſionem perpetuam certo loco eſſe alligatam; locum autem iſtum eſſe Romam, cum potiori jure Cæſarea hoc privilegio, ſi quod eſſet, gauderet: ubi *P*etrina confeſſio ſonuit. **Eccleſiæ ſucceſſio Romam non eſt alligata.**

III. Eccleſia itaq; N Teſt. nullo certo loco adſtricta; ſed ubicunque ſonat *P*etri confeſſio ſincera, ibi eſt Eccleſia vera, ſive inter *I*udæos, ſive inter gentes. Matth. 28, 19. Marc, 16. 15. Roman. 10. 18. Epheſ. 2, 14. phil. 2, 11. **Eccl. N. T. nulli loco colligata**

IV. Chriſtus exemplo ſuo monet, ut res graviores, & religionis potiſſimum & Eccleſiæ ſalutem concernentes, à precibus auſpicemur. Luc. 9, 18. pſal. 118, & 68, 29. Rom. 15, 30. Col. 4, 3. Sir. 39, 6, 7. Iohan. 17. 17.

V. Nos ſemper ſcrutari debemus, dicebat Origines, qualis ſit opinio hominum de nobis, ut ſi quid mali de nobis dicitur, occaſiones ejus præcidamus ſin: quid boni audiamus, ejus occaſiones augeamus. 1. Theſſ. 5, 22.

VI. Semper in Eccleſia fuerint diſſenſiones. 1. Cor. 11, 19. **Eccleſia habet ſua ſchiſmata.**

VII. Fruſtrà itaq; univerſalis in Eccleſia concordia ſperatur Matth. 24, 11. 24. 2. Theſſ. 2. 2. 10. 11. 2. Tim. 2, 19.

IIX. *P*ropter multitudinem hæreſium neq; abjiciendus animus, neq; de ſtudio noſtro quicquam remittendum *I*oh. 5, 39.

IX. Noſtrorum eſt in tanta opinionum & diſſenſionum circa articulos fidei veritate uni & ſoli Dei vero revelato adhærere. Pſalm. 119, 105.

X. Vul-

X. Vulgus eſt bellua multorum capitumetiam in rebus religionem Chriſtianam attinentibus.

XI. Fides vèra ſeparat ſeſe ab omnibus opinionibus, à vero tramite & norma verbi diſcrepantibus.

Error in fide.

XII. Etiam illi, qui bonam habent intentionem, poſſunt in fide errare, ſi fundamentum non teneant. Pſal. 62. 10. & 116, 11.

Opiniones inveteratæ.

XIII. Opiniones inveteratæ difficulter animis hominum evelli poſſunt. Sir. 3, 14. Ier. 13. 23.

XIV. Multùm refert, habere probatos & fidos ſcripturarum interpretes. Act. 18, 24. 2. Petr. 1, 20.

XV. Dupliciter errant homines in articulo de Chriſto, vel enim de perſona, vel de officio ejus hallucinantur.

Meſſiæ regnum non terrenum.

XVI. Errant Judæi, exiſtimantes Meſſiam regnum mundanum adminiſtraturum. Ioh. 18, 37. Matth. 20. 28. Luc. 17, 20.

Errant Papiſtæ regnum Chriſti politicum efficientes.

XVII. Errat nihilominus Papa Romanus, ex Chriſti regno (hoc eſt, Eccleſia) regimen & politiam mundanam faciens, in qua ipſe tanquam Rex Regum præſidet omnibus, & politicam cum ſuis juriſdictionem exercet. 2. Theſſ. 2, 3. 4. Dan. 8, 23. 24. & 11, 36.

XIIX. Traditionibus extra ſcripturam nihil tribuendum. Eſa. 29, 13. Matth. 15. 9. Col. 2, 22. Tit. 1, 14.

XIX. Articulus de Chriſto eſt omnium maximè neceſſarius Iohan 17. v. 3.

Examina.

XX. Examinandi conſuetudo nō nudius tertius cœpit; ſed inde uſq; à condito mundo in uſu fuit, & habet uſus inſignes. Deuter. 6, 20. Luc. 2, 46. Galat. 6, 4. 1. Petr. 3, 15. Hebr. 5, 14. Matth. 7, 15. 1. Corinth. 16, 13.

XXI. In articulos fidei accuratè quidem & ſtudioſè eſt inquirendum, non autem ſemper fluctuandum, ſed deciſioni Chriſti acquieſcendum. 2. Tim. 3, 7.

Diſputationes Theologicæ.

XXII. In diſputationibus Theologicis ſtudioſi diligenter ſunt exercendi. Sir. 34, 9. 10. 1. Cor. 11, 19. 1. Iohan. 4. v. 1. 1. Theſſalon. 5. v. 21.

XXIII. Animus hominis poſt lapſum ad errores proclivis Gen. 8, 21. Pſal. 116, 11.

XXIV. Recitâſſe falſa dogmata, eſt refutâſſe. Hieron.

PARS II.

Audivimus Apoſtolos in communi reſpondentes, & aliorum

ſaltem

ſaltem de Chriſto judicia referentes: audiamus jam Petrum in ſpecie, ſuô & Apoſtolorum reliquorum nomine confeſſionem edentem. Notetur

1. *Chriſti* ζήτησις. Ille enim falsâ hac vulgi opinione non contentus inſtat quærendo: At vos quem me dicitis eſſe. ἔμφασις eſt in pronomine *vos*, quâ diſcipulos â reliquo hominũ vulgo ſeparat: q. d. vos qui tamdiu mecum fuiſtis, & doctrinam meam indeſinenter audiiſtis, & miracula mea vidiſtis.

2. *Petri* ἀπόκρισις, quæ tamen omnium Apoſtolorum communis eſt & reſponſio, & confeſſio: *Omnes interrogabantur: unus itaq; pro multis dedit reſponſum; unitas in multis*, ait Auguſtinus ſerm. 13. de verb. Domini. Præveniebat alios Petrus; ardore namq; Chriſti præcipuô fervẽs, & ad faciendum, & ad reſpondendum paratiſſimus erat. Cyrill. lib. 12. in Iohan. cap. 64. Maldonatus cum aliis Pontificiis propterea pro ſe reſpondiſſe Petrum cenſet, quod ſolum putat evectum & ſingulariter honoratum. Sed petit principium: Chriſtus utiq; ab omnibus exigebat liberam & ingenuam confeſſionem, non ab uno: Ergo non unius, ſed omnium erat reſponſio & confeſſio, quam commune Apoſtolorum os (uti Auguſtino & Chryſoſtomo Petrus dicitur) palàm edidit. De Petri reſponſione error Pontificius

Porrò brevi hac, ſed nervosâ confeſſione complexus eſt Apoſtol. Petrus omnia, quæ ad ſublimem illam notitiam de perſona & officio Chriſti ſpectant. Confitentur enim

1. *Perſonæ unitatem*, quam exprimit pronomine Tu, qui ſcilicet profeſſus es nuper, Te eſſe Filium hominis.

2. *Naturarum dualitatem*. Filius hominis appellatio eſt quidem concretiva, humanæ tamen naturæ veritatem innuens: ſed idem Filius hominis dicitur, & eſt Filius etiam Dei viventis.

3. *Unionis perſonalis ſingularitatem*. Verba enim iſthæc: tu es Filius Dei vivi, & ſignificant duarum naturarum conjunctionem, quam Dei Filius in ſeipſo, noſtræ ſalutis causâ, θεοπρεπῶς modô Deitati conveniente effecit. Iſidorus lib. 1. epiſt. 236.

4. *Officii ſublimitatem*. Fatetur Petrus, quòd ſit Chriſtus: quæ appellatio complectitur omnia, quæ ad ſacerdotium & regnum Chriſti pertinent. Unctus enim ille eſt ſecundum carnem Spiritu ſancto ſine menſura, ut ſit Rex & Sacerdos; quemadmodum Chriſtus unctus.

olim Reges & Sacerdotes V. T. externô oleô inungi, & ad officium ſuum ordinari ſolebant.

Hæc eſt confeſſio illa, & quaſi Symbolum D. Petri, adeoq; omnium Apoſtolorum, in quo, ut illud adjiciamus, ſingulis dictionibus articuli in Græco ſinguli adduntur, quod non otioſè, ſed ἐμφάσεως ἕνεκα factum eſt, ut ſic à reliquis hominibus omnibus Chriſtus diſtingueretur.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. *In* cauſa fidei aliorum ſtare ſententiis admodum eſt periculoſum Rom. 14, 5, Hab. 2, 5.

Fides implicita. II. Implicita ergò Papiſtarum fides, nulla eſt: propria enim ab unoquoq; requiritur, & fides, & confeſſio.

III. Chriſtus confeſſionem non tantùm cordis, ſed etiam oris poſtulat. Matthæi 10, 32. Pſal. 116, 10. Rom. 10. 10. 11.

Articul. de Trinitate. IV. Confeſſio Petri articulum ſummum de S. S. Trinitate manifeſtè ſtabilit. Nominatur 1. *Deus vivens*, qui eſt Deus Pater, ſolus verus Deus, in ſemetipſo vitam habens, & idem ſolus, omnia vivificans, fons & origo totius Divinitatis. 2. *Filius Dei*, non adoptivus, ſed naturalis, habens & ipſe vitam in ſeſe, eandemq; omnibus in ſe credentibus conferens. Iohan. 1, 4. & 5, 26. 3. *Jeſus eſt Chriſtus*, h. e. unctus, non oleô ſacerdotali, ſed Spiritus ſancti plenitudine. Pſal. 45, 8. Luc. 4, 18. Eſai. 61, 1.

V. *De* Perſona Chriſti, duabus naturis in ipſo diſtinctis, naturarũ Unione perſonali, & hanc ſubſecuta communione, tàm naturarum, quàm proprietatum, fundamentum hîc habemus ſolidum: videantur autem de hac materia loci Theologici & libelli noſtratium methodici. Rom. 9, 5. Joh. 20, 28. 1. Tim. 3, 16.

Primum genus communicationis. VI. Propoſitio, Filius hominis eſt Filius Dei vivi, pertinet ad primum genus communicationis idiomatum; quia concretum unius naturæ rectè prædicatur de concreto alterius naturæ. Vide D. Chemn. de duabus naturis in Chriſto. fol. 32. b.

Chriſtus Filius Dei ſecundum utramq; Naturam. VII. Chriſtus eſt Filius Dei ſecundum utramq; naturam: juxta divinam quidem eſſentialiter, per æternam generationem; juxta humanam verò naturam, proprietate eſſentiali, nec generatione æternâ, ſed unione hypoſtaticâ, propter identitatem &

κοινωνίαν perſonæ Filii, in quam Salvatoris caro adſumta & verè intromiſſa eſt.

IIX. Sequitur inde, ut quemadmodum venit Homo adſumtus in *ὑποστάσεως* τοῦ *λόγου* communicationem, ſic quoq; in reale conſortium divinæ majeſtatis eſt elevatus. *Dan*. 7, 14. Pſal. 8, 7. Luc. 22, 69. Matt. 28. 18. 20. Joh. 5, 17. & ſeqq. Apoc. 1, 13. Col. 2, 9. Filius homi nis divinæ Maj. particeps.

IX. De Sacerdotali & Regio Chriſti officio. Sacerdotis eſt 1. *docere*, tàm immediatè, quàm mediatè; 2. *ſacrificare*; 3. *orare*. Heb. 5, 7. Rom. 8, 34. 4. *benedicere*. Epheſ. 1, 3. Regis eſt, fortem & fidelem ſe præſtare, 1. *domum* fortis armati perrumpendo: 2. *diabolum* devincendo: 3. *homines* ex poteſtate ipſius liberando: 4. *redemtos* tuendo & adſerendo: 5. *eoſdem* ſceptrô verbi regendo: 6. *ad vitam æternam* inſtruendo: 7. *in extremo* die juſtè judicando, & ſuum cuique retribuendo; 8. *in regno* gloriæ æternum ipſos beando. Applicatio eſt facilis. Officium Chriſti Sacerdotale & Regium

X. Damnantur omnes hæreſes, cum hac Petrina confeſſione pugnantes, vel divinitatem, vel humanitatem Chriſti negando; vel perſonam diſtrahendo; vel naturas confundendo, &c.

XI. Tentationibus interioribus ex ſenſu peccatorum obortis opponatur Chriſti Sacerdotium. Zach. 3, 9. 1. Joh. 2, 1. Matt. 11, 28.

XII. Externis tentationibus & tribulationibus opponamus regium Chriſti officiũ, qui eſt Rex omnipotẽs. *Matt*. 28, 18. *Pſ*. 73, 25.

XIII. *Deus* ſemper ſibi conſervat aliquos veritatis confeſſores Joh. 6, 68. 69. Soph. 3, 12. Luc. 12, 32. Miſſa repugnat officio Chriſti

XIV. Officio Chriſti *δὶς διὰ παντῶν* ſacrificium Miſſæ papiſticum repugnat. Heb. 10, 14.

XV. De fidei confeſſione intrepidè & maſculè edenda, vide Dominic. 4. Adventus.

XVI. Jeſus Nazarenus ex petri confeſſione eſt Meſſias.

XVII. Filius hominis eſt verus Deus; eſt enim Filius Dei viventis, quod Neo-Photinianis eſt opponendum.

XIIX. Eſt autem Filius hominis Filius Dei, non mutatione humanitatis in Deitatem, nec mutatione *D*eitatis in humanitatem; ſed duarum Naturarum in unam perſonam arctiſſimâ unione. Filius hominis eſt Filius Dei

XIX. Habemus in hac petri confeſſione Symbolum quaſi quoddam omnium vere fidelium abſconditum, unum enim Deum illeadſtruit, contra idololatras & polytheitas; Deum vivum contra Sadducæos: Deum patrẽ contra Antitrinitarios; Filium hominis Filiũ Dei vivi, cõtra Arianos, Neſtorianos, Eutychianos, Manichæos, D. Pelarg. in Matt. f. 185. b.

Digitized by Google

Apollinariſtas,& alios. Ita ut nihil contra divinam Filii Dei majeſtatem, perſonam & officium ab hæreticis fingi poſſit, quod hac ſolâ Petri confeſſione non elidatur. Adeò hæc Petri confeſſione univerſum eſt fidei noſtræ, ut Auguſtinus loquitur, complementum; nec noſtris verbis laudari indiget, ab ipſo Salvatore ſatis laudata.

PARS III.

Fuit confeſſio de Chriſto, per D. Petrum, nomine reliquorum Apoſtolorum omnium edita: Reſtat, quid de communi hac ἐξομολογήσει judicarit Salvator, paucis etiam diſpiciamus. Comprobat nim. eandem;

I. *Petrum beatum prædicando. Obſerva*

1. *Subjectum*, cujus nomina ponuntur. Dicitur

1. *Simon*, quod nominis in circumciſionis actione fœderali acceperat.

2. *Bar-Jona*, hoc eſt filius Jonæ: quod eſt vel contractum, pro Johannæ; ut Ioh. 21, 15. vel per alluſionem ad vocabulum Hebræum dictum. Jonas enim columbam Hebræô idiomate ſignificat, quod revelatione Spiritus ſancti [illegible]tam conſecutus ſit fidem, ut placet Hieronymo; vel βεβαιώσεως & certitudinis ergò, ut teſtaretur Dominus, ſe naturalem eſſe Patris Filium, quemadmodum Petrus Jonæ ſive Johannis naturalis erat filius, ſecundum Chryſoſtomum: vel ob communem Hebræorum morem, qui liberis parentum nomina pro cognominibus indere ſolebant. Bar autem Chaldæis idem eſt, quod Hebræis Ben. filius.

Beatus quis.

3. *Paulò poſt* à petra, quæ Chriſtus erat, dicetur *Petrus*

2. *Prædicatum*, ubi *P*etrum Chriſtus beatum prædicat, phraſi Hebræâ benè ipſi ſemper fore denuncians. *B*eatum autem appellat, inquit D. Pelargus, quæſt. in Matth. f. 185. b. quia verus omninò μακαρισμὸς ſive vera beatitudo in agnitione Chriſti, Johan. 17, 3. & ille demum in beatorum cenſendus numero, qui rectè ſentit de Chriſto. Petrus itaq; cognoſcit, credit & fatetur Chriſtum, quem Filium eſſe hominis liquidò noverat, eſſe in perſonæ unitate Filium quoq; Dei.

II. *Cauſam beatitudinis* (fidei ac ſalutis) *efficientem adſignando*, & quidem

I. κατ' ἄρσιν quando teſtatur, iſtam de Chriſti Divinitate confeſſionem non profectam eſſe à carne & ſanguine, hoc eſt. carnali ſenſu & dictamine, non à judicio humanæ rationis, ſapientiæ & induſtriæ.

2. κατὰ

2. κατὰ θέσιν: ſed cœlitus per revelationem Patris æterni, ejuſdemq; per Spiritum ſanctum illuminationem eſſe patefactam.

III. Solidum, verum ac unicum Eccleſiæ ſuæ fundamentum monſtrando: Et Ego dico tibi. Hæc verba ſunt ἀξιωματικά, majeſtatē ſingularē præ ſe ferentia. Tu es Petrus. Ridiculus eſt Maldonatus ita hanc textus particulam exponens: Elegans antitheſis, græcè etiam efficatior, κἀγὼ δὲ ſed ego dico tibi: q. d. tu qui homo es, Filium Dei vivi me eſſe dixiſti; ego verò, qui Filius Dei vivi ſum, dico te eſſe Petrum, id eſt, vicarium meum, quem Filium Dei eſſe confeſſus es. *Ita* in Maldonati Dialectica Petrus Chriſti vicarius ſunt ἰσοδυναμοῦντα. Rationem adſignat nullam; ſufficit ſcilicet Maldonatum, ſocietatis *Jeſu* Theologum, hæc ſcribere. Tom. 1. Col. 32.

Senſus genuinus eſt: Tu es Petrus ille, à me quondam Cephas, h. e. petra dictus, ut oſtenderem, te conſtanter mihi, petræ ac fundamento ſalutis unico adhæſurum. Petrus itaq; eſt & dicitur, non abſolutè, ſed reſpectu Chriſti, quem Deum & hominem in unitate perſonæ profeſſus fuerat. Et huic confeſſioni, tanquam immoto fundamento, ſuperſtruendam eſſe Eccleſiam Chriſti, quãdoquidem ea complectatur ſummum doctrinæ Chriſtianæ caput, in cujus cognitione cardo perpetuæ beatitudinis verſetur. Confeſſus quippe fuerat Petrus petram ſalutis Filium Dei viventis, à qua petra ipſe Simon denominatus erat Petrus, tanquam inſignis confeſſor atq; teſtis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuæ Eccleſiæ petra, rupes & fundamentum eſt, uti loquitur *D.* Hunn. pag. 445. Vel uti Dn D. Chemnitius nervoſè exponit: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, q. d. hujus doctrinæ & fidei confeſſio, licet nunc videatur ignobilis & obſcura; tamen erit ea fundamentum Eccleſiæ per totum terrarum orbem ædificandæ.*

Petrus unde dictus.

Harm. Evang. pag. 1607.

Pontificii totis viribus hîc laborant, ut primatum Papæ AntiChriſtianum ex hoc Chriſti dicto exſtruant, ſed conatu planè irritô. Nam.

Primatus Papæ fruſtrà adſtruitur.

1. *Fundamentum* Eccleſiæ non eſt homo aliquis mortalis, ſed ipſe *D*ei Filius, qui propriô ſuo ſanguine eandem ſibi acquiſivit, Actor. 20, 28.

2. *Per petram* non intelligitur Petri perſona, ſed fides vel confeſſio, quam Petrus modò profeſſus fuerat.

3. *A Petro* ad Papam nulla ſequela valet.

4. *Et quid fiet* de fundamento Eccleſiæ tàm lubrico, tàm infir-

Petrus non eſt fundamentum Eccleſiæ.

teſt hoc intelligi, & de toto corpore Eccleſiæ, & de ſingulis ejuſdem membris, quòd illi etiam, qui ſemel verâ fide Chriſtum adprehenderunt; ad finem uſq; ſint perſeveraturi.

V. *Miniſterium verbi commendando;* Et dabo tibi claves regni cœlorum, &c. quibus verbis miniſterium Eccleſiaſticum(non regimen politicum)Petro committit,traditis & adſignatis ei clavibus regni cœlorum.

Claves cœli.

Quæritur 1. quid claves ſignificent? Locutio eſt metaphorica, denotans *poteſtatem* & auctoritatem, non *politicam*, cum monarchica dominatione conjunctam qualem Papa Rom.ſibi arrogat; *non magiſterialem*, qualem Chriſtus habet; *ſed Eccleſiaſticam & miniſterilem*, quâ perficiuntur omnia,quæ regno Chriſti ſive Eccleſiæ gubernandæ ſunt neceſſaria. Dicuntur itaque claves, non regni terrarum, ſed regni cœlorum, ut desertè innuatur,hanc poteſtatem, non ad temporalia & mundana, ſed ad ſpiritualia tantùm & cœleſtia ſeſe extendere.

Claves cœli non ſoli Petro conceſſæ.

2. Cui concreditæ ſint claves regni cœlorum? Pontificii volunt,ſoli Petro eſſe commiſſas,cùm dicatur ipſi: tibi dabo claves: Hinc igitur Petri primatum ſupra omnes Apoſtolos reliquos, atq; adeò univerſam Eccleſiam ſtare contendunt. Sed ipſe contextus gloſſam Romanenſium frivolam facilè refellit. Etſi enim cum ſolo Petro ſermo Salvatori noſtro eſſet, atq; ita ſoli Petro hæc dicta viderentur: tamen quod Petro dicitur, illud communiter ad omnes referri debet Apoſtolos. Quemadmodum enim Chriſtus omnes Apoſtolos interrogârat, & Petrus omnium nomine reſpondens, communem fidei Apoſtolicæ confeſſionem ediderat: Ita non ſoli Petro,ſed omnibus Apoſtolis claves regni cœlorum datas eſſe exiſtimemus. Quod enim hîc ſoli Petro dicitur,id mox Matth. 18,18. ad omnes Apoſtolos, immò univerſam Eccleſiam accommodatur; & Joh. 20, 23. manifeſtè confirmatur. Ita ſenſu Pontificio jam non unus Papa, ſed juxta numerum 12. Apoſtolorum totidem etiam Papæ conſtituendi erunt. Ridiculus eſt Bellarminus,ex pronomine tibi, necnon ex nominibus Petri, neſcio quam ejus præeminentiam colligere adlaborans. Inde enim non ſequitur, reliquos Apoſtolos ab hac poteſtate fuiſſe excluſos. Non ſolius Petri(uti jam dictum) erat confeſſio: Ergò nec promiſſio ad unum aut ſolum pertinebit Petrum: alioqui ſequeretur & hoc: ſoli paralytico dicitur: tibi remiſſa ſunt peccata: Ergò præterea nemini. Soli latroni dictum eſt: hodiè mecum eris in Paradiſo: Ergò

Lib. 1. de Pont. Rom c. 17.

Matth. 9, 2.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Myſteria regni cœlorum non ſunt nobis naturâ nota, ſed Dei revelatione addiſcuntur. 1. Cor. 2, 14.

II. De viribus liberi arbitrii in rebus ſpiritualibus. Matth. 11, 27. Johan. 1, 12. 13. Roman. 8, 7. 1. Corinth, 1, 18. & 2, 14. Galat. 1, 17. Johan. 1, 5. 2. Corinth. 3, 4. Epheſ. 4, 17. Geneſ. 6, 5. Roman. 3, 11, Epheſ. 2, 1. 2. Cor. 3, 5. Johan. 15, 5. *Liberum arbitrium.*

III. Agnitio Chriſti ex Dei illuminatione & revelatione dependet. Jacob. 1, 17. Phil. 2, 13. 2. Corinth. 3, 5. Roman. 9. v. 16. 1. Corinth. 3, 6.

IV. Errant Weigeliani cum Schwencofeldianis, lucem naturæ eò uſq; extollentes, ut omnium rerum notitiam inde profluere putent. *VVeigeliani de luce naturæ.*

V. Eccleſiæ fundamentum eſt Chriſtus, antiquitùs etiam petra populi ſui dictus. 1. Cor. 3, 11. Eph. 2, 20. 1. Pet. 2, 6. Deut. 32. 18. Pſal. 18, 3. & 31, 3. *Chriſtus Eccleſiæ fundamentum.*

VI. Eccleſiam Chriſtus vocat ſuam. Nemo igitur hominum ſibi dominium in eandem arrogare, multò minus uſurpare præſumat. Act. 20. 28. Gal. 5, 13. 1. Cor. 6, 20. Apoc. 14, 4.

VII. Meritò rejicimus fabulas Romanenſium, primatum Papæ ſub prætextu Petri ſtabilire; per petram Petrum intelligere; eundem Papam conſtituere primum præſumentium; ut qui 25. annos Romæ ſederit, & ſucceſſionem in Cathedra Romana Epiſcopis Rom. jure hæreditariô reliquerit. *Fabulæ Papiſt. de primatu Papæ.*

IIX. Petrus nullum ipſe unquam præ reliquis Apoſtolis ſive prærogativam, ſive primatum vel agnovit, vel ſibi arrogavit: fundamentum itaque Eccleſiæ dici nullô jure poteſt. Actor. 11, 4. & 15, 7. Galat. 2, 14. 1. Petr. 5, 1.

IX. Aliud eſt ordinis cauſa inter æquales primum eſſe, & aliud ratione dominii & poteſtatis ſupra alios eminere: illud Petrum obtinuiſſe nulli forſan negabimus, hoc ut AntiChriſtianum abominamur. 2. Theſſ. 2, 4.

X. Funiculi itaq; ſunt ex arena contexti omnia Pontificiorum argumenta, quando ita colligunt, ſed à baculo ad angulum. Petrus fuit princeps 12. Apoſtolorum: E. Pontifex Rom. habet juriſdictio-

dictionem in univerſam Eccleſiam Chriſti. Cathedra Petri fuit Romæ. E. ſtat ſucceſſio & dignitas Papæ: (non Cathedra, ſed doctrina facit ſucceſſionem) Petrus eſt petra, ſuper quam ædificata eſt Eccleſia Chriſti. Ergo *P*apa eſt Oecumenicus Epiſcopus. *I*neptum enim eſt uſurpare nomen & denominatum, ſicut de Ariſtotele non rectè dixeris, quòd ſit Logicus & Logica.

Eccleſia non ſine afflictionibus

XI. Eccleſiæ ſtatus nunquam futurus eſt tàm tranquillus, ut portæ inferorum eam oppugnare deſinant: certaminibus itaque & calamitatibus adſueſiant Chriſtiani. Pſal. *34*, 20. & 42, 8. & *73*, 14. & 129, 1. Joh. 16, 20. Eſa. 26, 17. & 37, 3.

XII. Diabolus Eccleſiam partim apertâ vi, partim calumniis & obtrectationibus, partim mendaciis & corruptelis oppugnat. Eſa. *27*. 1. 2. Geneſ. 3. 15, Apoc. 12, 17. Job. 1, 7. Luc. 22, 31. Job. 41, 6. 7. 8. Eph. 2, 2.

Eccleſia inexpugnabilis.

XIII. Nulli verò hoſtium conatûs tanti eſſe poſſunt, ut Eccleſiam Jeſu Chriſti opprimere funditùs queant. Joh. 16. *33*. 1. Joh, 5. 4 Phil. 4, 13. *I*oh. *14*. 19. Rom. 8, 35. Pſal. *129*, 2. *D*eut. *32*, 10. 11. Sapient. 5, 17. Roman. 8. 31.

Eccleſia poteſt errare.

XIV. Falſum eſt axioma Pontificium, Eccleſiam non poſſe errare: hoc enim eſt, ex Eccleſia facere *D*eum, qui ſolus errare non poteſt, *P*ſal. 116. 11. Eſa 53, 6. Exod. 32, 1. & ſeqq. Eſai. 42, 18. Dan. 9, 11. 1. Cor, 11, 18. 2 Cor. 11, *3*. Gal. *4*, *11*. Pſal. 32, 6. *I*oh. 8. 31.

Papa pro Spiritu S. obtruditur.

XV. Scelerata eſt impudentia Ieſuvvidarum, Pontificem Rom. locô Spiritûs S. Eccleſiæ pro judice obtrudentium, quod in colloquio Ratisbonenſi ab ipſis factitatum eſſe meminimus.

XVI. Chriſtus habet clavem Eccleſiæ magiſterialem, Apoſtoli & eorum ſucceſſores miniſterialem. Apoc. 3, 7. Ioh. 3, 13. & *14*, 6. Eſa. 60, 11. 2. Cor, 5, 19.

Papæ ſacrilegium.

XVII. Sacrilegium committunt Pontifices Rom. ſub titulo clavium ſuis pedibus omnia in cœlo & in terra, ſpiritualia & temporalia ſubjicientes.

Magiſtrat9 Papæ jure ſe opponit.

XIIX. Rectè faciunt Magiſtratus ſuperiores, raptæ huic Papæ poteſtati ſeſe opponentes, eiq; gladium Pauli ex manibus excutientes, claves enim Petri dudum abjecit ipſe. Matt. *26*, *32*. Luc. *22*, *26*.

XIX. Clavium practica uſurpatio oſtendit, *P*etrum nullam ſibi unquam prærogativam, nullum primatum rapuiſſe. Act. *8*, 12 *38*. Vide D. Chemnit. harm. pag. 1610.

XX. A Petri poteſtate ad Papã Rom. vitioſa admodũ eſt collectio; nihil horum in ſcripturis, nullum hac de re *P*etri teſtamẽtum.

XXI. De-

Digitized by Google

XXI. De efficatia utriuſq; clavis,& ſolventis, & ligantis nemo fidelium dubitare præſumat,modò rectè uſurpentur. Eſa. 42, 7. & 49,9. &61 1.2.Zachar.9, 11.2.Cor.5,20. Matt. 18,18.Luc. 24, 47. Claviu vis.

XXII. *In* Chriſti agnitione felicitas æt.cõſiſtit.Ioh,17,3.Eſa.53.11.

XXIII. *De* Eccleſiæ perpetuitate vide diſp. 2.

XXIV.De authoritate miniſterii. Eſ. 51. 16. Ezech. 36, 35. Ioel. 3, 18. Zachar. 14,8.2. Cor.2,14. Vide Domin. Quaſim.

XXV. De poteſtate clavium. 1. Cor. 5, 5. 2. Corinth. 2. 7. Vide ibid. & libellos Catecheticos.

XXVI. Portæ inferni aut mortis ſumma pericula & hoſtilitatem denotant.Pſ.9,15.Eſ.38,10. Sap.16,13.Iob.38.17.Pſ. 107, 18, Portae inferni & mortis

XXVII. *Deus* Eccleſiam ſuam nunquam deſerit.Vide locos.

XXIIX. Eccleſia nullibi quærenda niſi apud eos, inter quos Chriſti notitia & confeſſio viget.

XXIX. Eccleſia eſt cœtus & regnum, non unica perſona. Ergo in *P*apam reſolvi non poteſt. Papa in regna terræ nihil iuris habet.

XXX. Papa nihil juris habet in regna terræ,quia *P*etro claves regni cœlorum committuntur.*I*oh.18,36.Luc.22,26. 1.Pet. 5, 2.

XXXI Poteſtas clavium oſtendit, non tantum Evangeliũ, ſed legem quoq; in Eccleſia N.T.retinendam & inculcandam eſſe. Lex in N.T.retinẽda. Clavium abuſus Papalis.

XXXII. AbutiturPapa clavibus Eccleſiæ. 1.*caſus certos* ſibi reſervando:2 *ſubditos* ab homagio & ſubjectione *M*agiſtratus abſolvẽdo: 3.*tyrannidem* in eos exercendo,qui *P*apæ contradicunt: 4 *dubitationem* pro abſolutione prædicando. Primatui quid opponendum.

XXXIII. *Primatui Petri*,ex quo *P*apæ primatus dependere putatur,rectè opponitur,*P*etri in Samariam ablegatio,Act. 8,14. aliorum cum *P*etro expoſtulatio,Act. 1,2.mutata tranſactio, Galat. 2, 9:Synodalis deciſio,Actr.15,28.*P*etri reprehenſio.Matt.16,23.Gal. 2,11.*P*auli gloriatio:1.Cor.15,19.2.Cor.11,5.&12,11. petri deniq; Epiſtola. 1. pet .5, 2, 3. 8.

XXXIV. Deteſtanda eſt κακοζηλία pontificium Rom. qui recens electi nomina ſua mutant. Papæ levitas nomen mutantis.

XXXV. Renatos poſſe excidere gratiâ Dei, petri exemplô probatur,Matth.26,72.74.Rom. 8, 13. Renati poſſunt excidere gratia.

XXXVI. De ſilentio tempeſtivè uſurpando.Eccl.3.7. Eph.4. 29.1.Tim.2,12.13. 1.Cor.14,28.Pſ.38,13,14.Sir.20,6.& ſeqq,Iac.1,19.

XXXVII. Prohibitione Chriſti nemo abutatur ad confeſſionis reticentiam aut veritatis abnegationẽ tempore perſecutionis: non n de confeſſione edenda, ſed Evangelii prædicatione publica hoc loco agitur.

Digitized by Google

Veritas quando tacenda.

XXXIX. *D.* Calixtus ita pag. 274. hic obſervare poſſumus, non ſemper veritatem proferendam eſſe, ſc. ſi cognitum habeamus, publicam ejus profeſſionem non tantùm nullo fructu, ſed cum magno etiam veritatis deſpectu & ludibrio conjunctum iri. Habet itaq; ſuos gradus & tempora.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio *μονομερής*.

Duo ab omni ævo fuerunt inſtituendi modi; unus cùm Præceptor ſolus loquitur; alter cùm Præceptor diſcipulos, & viciſſim diſcipuli Præceptorem interrogant: ille ἐπιστημονικὸς καὶ διδασκαλικὸς, hic συζητητικὸς, ὁμιλητικὸς ἢ διαλογιστικὸς dici poteſt: utroq; modo uſus eſt Salvator. Prioris modi paſſim in Evangelica hiſtoria exempla occurrunt; exemplum præſens nobis περικοπὴ ſuppeditat. Audiemus

I. Chriſti ἐξέτασιν, in profectus diſcipulorum inquiſitionem;

II. Ejuſdem ἐπίκρισιν, examinis, reſponſionis maximè datæ, æſtimationem ſive comprobationem.

PARS I.

Primæ partis διέξοδον quod ſpectat, adnotatur

I. Locus, ubi hæc omnia geſta ſint? Nimirum in confinio Judææ & Phœniciæ, juxta civitatem, quæ dicebatur tum temporis Cæſarea Philippi, olim Panneas. Hanc Philippus Herodis frater reparaverat, & in Tiberii Cæſaris gratiam, Cæſaream nuncupaverat. Cæſaris itaq; & reparatoris nomen obtinuit; poſteris autem ſeculis aliquandiu Neronia eſt adpellata

II. Inquiſitionis vel examinis modus factus per quæſtiones & reſponſiones. Quæſtio eſt gemina.

I. Quærit de judiciis ſive ſententiis aliorum: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? *Pro* quæſtionis hujus intelligentia attende.

Filius hominis pro tota perſona.

1. Quis quærat? Filius hominis; eſt concretum humanæ naturæ; ſupponit autem pro tota perſona, quæ eſt, *Ieſus* Chriſtus θεάνθρωπος. Stilum informat ad hominum opinionem & diſcipulorum explorationem. *D*icitur Filius hominis,

Filius hominis unde dictus.

1. *Ratione incarnationis*, quia verè homo natus eſt, carne

noſtrâ

noſtrâ ex Maria virgine adſumtâ, nobis per omnia (peccatô ſolô demtô) ὁμοούσιος.

2. *Ratione exinanitionis*, ob miſeriam & paupertatem, quam in ſtatu ſervi noſtri causâ verè expertus eſt.

3. *Ratione vulgata existimationis*, qui publicè à pleriſq; tantùm agnoſcebatur & habebatur homo.

4. *Ratione ſingularis generationis*, de qua vide Feſt. annunciat. Mariæ & Nativit. Chriſti.

2. *Quid quærat* ? hominum de ſe judicia. Vult enim ab hominibus cognoſci, quibus Salvator miſſus erat; nec cognoſci ſolùm, ſed & probari & judicari.

3. *Quomodo quærat*? Ita, ut Filium ſeſe homnis palàm profiteatur; indice quaſi digito oſtendens cauſam offenſionis, quâ impediti cum aliis Judæis Apoſtoli, minus perfectè & plenè de ipſo judicabant.

4. *Cur ita quærat* ? Non quærat laudis cupiditate illectus; nec quærit à diſcipulis ſibi ignota; ſed quærit, ut habeat occaſionem diſcipulos

1. *Ad veram confeſſionem provocandi;*

2. *Ulteriùs ac rectiùs informandi;*

3. *Contra ſcandalum ac pericula imminentia muniendi;*

4. *In vera doctrina, & confeſſione confirmandi;*

5. *Explorandi*; ipſos enim jam multô tempore in doctrina cœleſti inſtituerat, æquum itaque eſſe cenſebat, eoſdem aliquando examinare, ut manifeſtum fieret, quantum in ipſius agnitione profecerint, & quid de Chriſto rectè ſit credendum.

6. *Utile etiam erat, vulgi de ſe judicia patefieri*, ut & ſingularem Phariſæorum improbitatem in apricum produceret; & promtam populi voluntatem indicaret, & cauſam offendiculi revelaret, quæ in abjecta Chriſti forma unicè reſidebat; & poſteritati deniq; conſuleret, quæ opus habebat veræ confeſſionis exemplô.

5 *Quid reſponſi Chriſtus à diſcipulis tulerit?* Illi verò ad eum, quem diximus modum interrogati, diſcrepantes referunt hominum de Chriſto ſententias, quæ in quadruplici ponuntur differentia.

1. *Alii* enim dicebant, Chriſtum eſſe Iohannem Baptiſtam, à mortuis rurſus exſuſcitatum.

2. *Alii Eliam* Prophetam illum faciebant, Thesbiten intelli-

Digitized by Google

[illegible] 1. *Confeſſorem*: Simonem Petrum, ut manu, ſic linguâ u. biq; promtiorem. *Is* tanquam primus in ordine, & reliquorum os ac coryphæus, διὰ τὴν θερμότητα, propter fervorem & in ordine, & præeminentiam de Chriſto confeſſionem edidit: unde Petri confeſ. ſio nominari poteſt: locutus eſt autem omnium nomine: omnium enim judicium, ſententiam & confeſſionem Dominus requiſiverat.

2. *Confeſſionis tenorem*; qua adſtruit & adſerit, Divinitas Chriſti.

1. *Chriſti Divinitatem*; Dei viventis ipſum vocans. *Dei* itaq; credit hunc Ieſum eſſe Filium, *Deo* patri æqualem & ὁμοούσιον.

2. *Ejuſdem humanitatem*: quæ enim hic proferuntur, de Filio hominis enunciantur. Chriſtum etiam illum confitendo, hoc eſt, unctum, ſive Meſſiam, ſimul humanam ejus naturam ſignificat. Humanitas Chriſti. De Meſſia enim prædictum fuerat, quòd è proſapia Davidis eſſet oriundus; & ungendus in tempore ſecundum humanam naturam (divina enim ungi non poteſt) oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis 2. Sam. 7, 12. Pſal. 45, 8.

3. *Naturarum unionum & communicationem*. Quandoquidem enim *Petrus* abſque omni hæſitatione fatetur, hunc, quem oculis ſuis præſentem contuebatur, Filium hominis, eſſe Filium Dei vivi, non alium atq; alium, ſed Filium hominis & Filium Dei eſſe unum Filium, unamq; perſonam; hinc adeò irrefragabiliter ſequitur, non tantum naturas, divinam & humanam in Chriſto eſſe unitas unione hypoſtaticâ, ita quidem ut verè dici queat: Filius hominis eſt Filius *Dei* vivi; & Filius Dei vivi eſt Filius hominis, vel Mariæ virginis: ſed etiam intima & arctiſſima ex unione hac, in æternum indiſſolubili, communio ſive communicatio tum naturarum, tum proprietatum, tum officii tum majeſtatis ac gloriæ divinæ, ut humana Chriſti natura, propter iſtam unionem perſonalem, & hanc ſubſecutam communicationem, verè ſit & dicatur omnipotens, omniſcia, omniſapiens, omnipræſens, vivifica; ab Angelis hominibus adoretur, & poteſtatem etiam ſervandi judicium acceperit. Naturarum unita, rum communio

4. *Officii dignitatem*. Meſſiam ſive unctum confitetur; unctus enim erat Ieſus à Spiritu ſancto, Officium Chriſti.

I. In prophetam, qui nobis voluntatem patris revelat

2. *In Sacerdotem*, qui ſolus peccata noſtra, oblatione corporis & ſanguinis ſui expiaret.

3. In

3. *In Regem*, qui verbi miniſteriô per Spiritum ſanctum nos regeret, atq; adverſus diabolum & mundum tueretur.

5. *Προσδιορισμȣ̃ ſingularitatem.* Deum Patrem vocat Deum viventem, differentiæ causâ, ut intelligas, Meſſiam veri Dei Filium eſſe; idola enim vitam non habent.

USUS

I. Informatorius.

Conſenſus univerſalis in Eccleſia in his terris nunquam.

I. De opinionum inter confeſſores Chriſti diverſitate. Conſenſus enim plenarius, in omnibus articulis fidei ante diem noviſſimum ſperari non debet. 1. Corinth. 11, 19. Jerm. 5, 26. & 11, 15. Tit. 1, 16. 1. Iohan. 2, 18. 19. 2. Tim. 2, 17. 20. Matth. 13, 47. & 15, 8. Luc. 8, 5. Iohan. 6, 70. & 13, 10. Roman. 10, 16.

II. De Satanæ adverſus articulum de Perſona Chriſti hoſtilitate. Geneſ. 3, 15. Apocal. 12, 17. Luc. 2, Pſalm. 2, 2. 1. Iohan. 2, 18.

III. De confeſſorum Chriſti conſtantia & ſimplicitate. Deut. 5, 32, & 28. 14. Proverb. 4, 27. Eſai. 30, 21. Apoc. 22, 19. Matt. 10, 22. & 24, 13. Apocal. 2, 10. Pſalm. 116, 10. Rom. 10, 10.

De Perſona JeſuChriſti aphoriſmi

IV. *De Perſonæ & officii Chriſti ſublimitate. Myſterium* hoc eſt *ὁμολογȣμένως μέγα* 1. Timoth. 3, 16: de quo notentur aphoriſmi aliquot.

1. *In Perſona Chriſti* duæ Naturæ, divina τȣ̃ λόγȣ & humana adſumta perſonaliter ſunt unitæ, unde rectè dicit *Petrus*: Tu es *Chriſtus* Filius Dei viventis: ubi Subjectum Tu, totam perſonam notat: in prædicato exprimitur divina Natura, quæ principalis eſt ex unitis, nec tamen oculis vel ſenſibus obvia; humanitas adparebat, divinitas latebat, *Ioh.* 1, 14. 1. Ioh. 1, 1.

Di Gerh. Tom. 5. L. C. pag. 193.

2. *Chriſtus* incarnatus non deſiit eſſe verus *Deus*; vel verus veri Dei Filius: id; quod fuit, permanſit, & quod non erat, adſumſit. Matth. 22, 43. Pſalm. 45, 8. Eſa. 40, 10: Luc. 1, 31. 32. Matth. 3, 17. *I*ohan. 9, 37. & 20, 28. 1. *Cor.* 2, 8.

3. *Chriſtus* non tantum *Deus*, nec tantum Homo eſt; ſed ſimul Deus & Homo. Non enim una natura in alteram mutata eſt; ſed ambæ naturæ ita ſunt unitæ, ut unum conſtituant *ὑφιςάμενον*, quod ſimul Deus & Homo eſt Geneſ. 32, 14. 28. 2. Sam. 7, 12. 19. Eſa. 2, 22. & 4, 2. & 7, 14. & 53, 1. 11. *I*erem. 23, 5. 6. & 30, 9. Mich, 5. v. 2. Luc. 1, 35. & 2, 11. Gal. 4, 4. Rom. 1, 3.

4. Eſit

Digitized by Google

4. Etſi utraque natura ſuas retinet proprietates: natura tamen divina ſuas proprietates humanæ Naturæ, per & propter Unionem, communicavit realiter; unde humana Natura verè in divinam Majeſtatem evecta eſt. 2. Sam. 7, 19. Dan. 7, 14. Pſal. 8, 6. 7. Heb. 2, 8. Johan. 13, 3. & 16. 15. & 17, 10. Col. 2, 9.

5. Manet autem inter utramque naturam hoc diſcriminis, ut quicquid divina Natura ex ſe eſt, habet & operatur, id humana Natura habet per gratiam, vi Unionis perſonalis & ſubſecutæ communicationis. Johan. 3, 35. & 17. 7. Matth. 28, 18. Eph. 1, 21. Phil. 2, 9. 1. Petr. 1, 21. Apoc. 4. 11. & 5, 12.

6. Ad doctrinam de cognitione Chriſti pertinet etiam doctrina de ipſius officio, ratione cujus eſt noſter Meſſias, unctus in Sacerdotem & Regem. Pſal. 110. 4. Heb. 7, 1. 3. Zach. 6, 11. & 9, 9. Eſa. 9, 6. Johan. 18. 37.

V. De contradicentium multiplicitate. Puriori enim do- Hoſtes per-
ctrinæ de perſona & officio Chriſti contradictum fuit. ſonæ & offi
1. Ab Ebione & Cerintho, qui vivente adhuc Johanne Ev- cii Chriſti.
angeliſta divinitatem Chriſti abnegârunt. Johan. 1, 14. & 20, 31. 1. Johan. 2, 18.

2. Ab Ario & aſſeclis, qui veſtigia Ebionis ſecuti, æternitem & ὁμουσίαν Filii Dei ſunt inficiati. Pſalm. 2, 7. Johan. 1, 1. & 8. 25. Col. 1, 15.

3. A Judæis & Mahometiſtis, in quibus Arianiſmus adhuc durat, publicè ſeſe Dei amicos, Chriſti v. inimicos profeſſis. Johan. 5, 23. & 10. 30. & 14, 9. 10. 11. 1. Johan. 2, 23.

4. A Manichæis, Chriſtum non veram carnem, noſtræ ὁμοούσιον, ſed ſpeciem ſaltem & ſpectrum canis adſumſiſſe fingentibus. Johan. 1, 14. Heb. 2, 16. Phil. 2, 7.

5. A Marcionitis, Chriſtum non verè carne paſſum, ſed tantùm ſimulâſſe paſſionem ſomniantibus. Eſa. 53. 4. Luc. 22, 44. Johan. 19, 30.

6. A Patripaſſianis. Joh. 1, 1. 14. Galat. 4, 4. Phil. 2, 8.

7. A Valentinianis, carnem Chriſtum cœlitus detuliſſe: Apollinariſtis, corpus ſine anima Chriſtum adſumſiſſe: Neſtorianis; duas in Chriſto naturas ſeparandas, communicationem idiomatū eſſe nullam, Mariam non fuiſſe θεοτόκον: Eutychianis, naturarum & naturalium proprietatum confuſionem, impiè ſtatuentibus: quorum errores, ab orco revocatos, hac noſtrâ ætate renovarunt Anabaptiſtæ, Schvvencofeldiani, Cinglio-

planè militare conſequentiam, ſuperiùs diximus. Caput autem ſupremum Eccleſiæ Petrum deſtinare, in mentem Salvatori venit nunquam, ſecundum illud: gloriam meam alteri non dabo. Eſa. 42. 8.

PARS II.

Et de Chriſti ἐξέτασιν Petriq; ἐξομολογήσει hactenus: ſupereſt ut ἐπίκρισιν quoque Chriſti audiamus. Ea verò duo continet κεφάλαια,

I. Σύστασιν, *commendationem*, &

II. ὑπόσχεσιν· *promiſſionem.*

Σύστασις ſive commendatio complectitur ambitu ſuo

I. *Petri beatitudinem.* Is enim ab hac, quam reliquorum nomine edidit, confeſſione prædicatur beatus: unde placuiſſe Salvatori hanc confeſſionem conſentaneum eſt. Eſt autem μακάριον εἶναι, ſummè felicem; Filium Dei regni cœlorum heredem eſſe, adeoq; ad vitam æternam pertinere. μακάριος.

II. *Confeſſionis originem*, ubi

1. *Falſas cauſas removet*, ex quibus confeſſio hæc nata videri poterat, carnem & ſanguinem. Caro autem & ſanguis eſt naturalis homo, cum omnibus ingenii dotibus. Caro & ſanguis.

2. *Veram cauſam efficientem ponit;* Deum Patrem, q. d. hanc ſalutarem mei agnitionem non habes ex acumine ingenii humani, non deveniſti in myſterii hujus intellectum ex induſtria carnali, ſed Pater meus cœleſtis id, quod rectè de me confeſſus es, per Spiritum ſanctum tibi revelavit. Verbum enim ἀπεκάλυψεν innuit, eſſet anguſtius & majus aliquid in hac confeſſione, quàm quod ratio capiat. Eſt n. ἀποκάλυψις, rerum arcanarũ, quæ nullo ingenio, nullis artibꝰ indigari poſſunt, revelatio. Loquitur autẽ Chriſtus nõ tantùm de revelatione externa, ſed etiam interna, quia propter eam beatum prædicat Petrum, eamq; Patri ſuo cœleſti, tanquam cauſæ efficienti principali tribuit. ἀπεκάλυψεν, ἀποκάλυψις.

3. *Fructus amplitudinem*, qui in nominis mutati confirmatione conſiſtit. At ego dico tibi. Adverſativa καὶ habet ἔμφασιν q. d. tu cõfeſſus es omnium nomine, quis ſim; ego viciſſim fatebor, quis tu ſis ob hanc ipſam confeſſionem; nimir. Petrus, à robore & fidei certitudine, quaſi lapideus. D. Oſiander ita παραφράζει: *Places mihi plurimum, Petre, propter piam tuam confeſſionem. Ego jamdudũ Petrũ te cognominavi, ac ne nunc quidem facti pænitet. Jam enim confeſſionẽ* Petrus unde.

 talem

Digitized by Google

ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ vel relativè accipitur, cujus relationis fundamentum includatur in voce Petrus; vel δεικτικῶς, ut Chriſtus hæc dicendo ſemetipſum quaſi oſtenderit, & vocem geſtu adjuverit, ut Iohan. 2, 19. *Et poſt pauca*: Eccleſiam ſuper petra ædificari per Metaphoram dicitur. At hæc metaphora ſumitur à ſoliditate & firmitate petræ, non à dominatu, qui in petra nullus eſt. Huc refer, quæ in eandem ſententiam egregiè diſſerit D. Lucas Oſiander Tom. 3. fol. 63.

II. De ejuſdem (Eccleſiæ) conſervatione & defenſione. Et portæ inferorum (vel inferni) non prævalebunt adverſus illam. His verbis promittitur Eccleſiæ firmum præſidium adverſus portas inferorum, h. e. diaboli poteſtatem, fraudes, technas, inſidias ac vires. Tale autem præſidium non in hominum ullo, ſed ſolo Deo Eccleſia vera requirit, & invenit. Chriſtus enim Filius Dei longè validor eſt omnibus inferorum conatibus. Cæterùm intelligendus eſt hic textus de Eccleſia Catholica ſive univerſali: contra particulares enim Eccleſias (verba refero D. Gerhardi) inferorum portæ ſæpiùs prævalent, ut experientia teſtatur; ſed Catholicam Eccleſiam nulla vis ac potentia Satanæ evertere poteſt. Catholicum autem & Papiſticum non ſunt æquipollentia, ſed in cœlum & inferius differentia. [Eccleſiae conſervatio & defenſio.] [Tom. 5. pag. 708.] [Catholicum & Papiſticum differunt]

III. De miniſterii Apoſtolici ſubdelegatione & commiſſione. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Claves per metaphoram ſignificant jus & poteſtatem aperiendi & claudendi. Quando ergo Salvator dicit, dabo tibi claves, idem eſt, ac ſi diceret, dabo tibi poteſtatem docendi viam ad regnum cœleſte; nec tibi ſolùm, ſed & reliquis tuis collegis, eorundemq; fidelibus ſucceſſoribus omnibus. D. Oſiander d. l. *Claves regni cœlorum* (inquit) *ſunt, miniſterium verbi Dei, peccatoribus impœnitentibus denunciatur damnatio, hoc eſt claudere cœlum: & pœnitentibus annunciatur remiſſio peccatorum, hoc eſt aperire cœlum.* [Miniſterii delegatio.] [Claves pro poteſtate.]

Papiſtæ per claves intelligunt poteſtatem in omnem Eccleſiam, & ut Bellarm. loquitur, principatus Eccleſiaſticos: & quia Petrus habeat claves, habere ipſum omnem abſolutè poteſtatem, contendunt. Sed petit principium hæc gloſſa: non enim omnis qui habet clavem, habet propterea omnem poteſtatem, quod etiam in politicis & œconomicis, experientià teſte, falſum deprehenditur. Quid autem per claves h. l. intelligatur, ex ſeqentibus [Error Papiſtarum de clavibus.]

liquet: nimirùm *claves habere idem eſt, ac fungi officiô, ſive miniſteriô ligandi & ſolvendi, ſive retinendi & remittendi peccata* Johan. 20, 23. Quia enim ei patet cœlum, cui remittuntur peccata, metaphoricè & quidem appoſitè dicitur claves habere cœli, qui habet poteſtatem remittendi peccata, quibus remiſſis cœlum ingredi licet. Habet igitur hoc ſenſu Petrus claves, ſed habent reliqui etiam Apoſtoli æquè ac ille à Domino commiſſas. Quod enim hic *Petro*, perſonam reliquorum ſuſtinenti, promittitur, illud Matth 18, 18. totidem verbis conjunctum omnibus confertur, poſt reſurrectionem propriis verbis, remotâ metaphorâ plenè omnibus confirmatur. Ioh. 20, 23. Vide Calixt. 270. & ſeqq.

Claves non ſolus Petrus habet.

IV. De muneris commiſſi fructificatione: quicquid ligaveris in terra, erit ligatum in cœlis, & quicquid ſolveris in terra, erit ſolutum in cœlis. Oſtendit his verbis Salvator uſum clavium, qui conſiſtit in δέσει καὶ λύσει in ligando & ſolvendo; illud ad impios incredulos & impœnitentes; hoc ad pios, fideles & pœnitentes ſpectat. Utrumq; pollicetur Chriſtus ratum fore in cœlis, quicquid Petrus cùm collegis & ſucceſſoribus ſuis ratione miniſterii, juxta doctrinæ cœleſtis inſtructionem, egerit in terris.

Uſus clavium.

USUS
I. Informatorius.

I. Unde petenda ſit vera θεογνωσία. Non ex rationis humanæ dictamine, ſed Dei per verbum veritatis revelatione. 1. Cor. 2. 14. 2. Cor. 10, 4. 5. 1. Petr. 4, 11. Iohan. 5. 39.

Dei cognitio unde.

II. De rationis humanæ in divinis cœcitate. Sapient. 9, 16. Sir. 42, 23. & 43. 29. Epheſ. 4, 18. 1. Cor. 3, 19. Eſa. 55, 8. Iohan. 3, 31. & 8, 15. 1. Pſal. 119. 34.

Ratio cœca

III. Quòd fides ſit *Dei* donum, Eph. 2, 8. 1. Cor. 2, 15. & 12. 3.

IV. De Eccleſia Chriſti multa h. l. tanquam in propria ſede dici poſſunt, e. g. quòd

1. Ea ſit, non ædificium materiale vel ligneum, vel lapideum, ſed ſpirituale, ab ipſo Deo Patre, Filio & Spiritu ſancto mediante piorum Doctorum miniſteriô conſtructum. Pſal. 27, 4. & 55, 15. & 69, 36. & 84. 5. & 87, 5. & 122. 2. 1. Pet. 2, 5. Epheſ. 4, 11. 12. Apocal. 11, 2. & 20. 9. Heb. 3. 2. 35 6. & 10, 21. & 11, 10. 16. & 12, 21. & 13. 14. Apoc. 3, 11. & 21. 2. & ſeqq. 1. Tim. 3. 15.

Eccleſia ædificium ſpirituale

2. Quòd

2. Quòd ſolus Chriſtus ſit Eccleſiæ ſuæ petra, hoc eſt, unicus, verus, fundamentalis & angularis lapis, non Petrus, non Papa Rom. Eſai. 28, 16. Zachar. 3, 9. Pſal. 118, 22. Matth. 21, 24. 1. Cor. 3, 11. 1. Petr. 2, 4. Eph. 2, 19. 20. 21. 22. Eccleſiæ petra Chriſtus.

3. Quòd Eccleſia ſit puſillus grex, abjectus & contemtus, pauper & calamitoſus cætus Luc. 12, 32. Eſa. 49, 17. & 54, 11. Soph. 3, 12. 1. Cor. 1, 26. 27. Pſalm. 22, 27. & 74. 21. Tob. 4, 23. Ioh. 7, 48. Eccleſia cœtus exiguus

4. Et portæ inferorum veram Eccleſiam oppugnare non ceſſent, h. e. tyranni & falſæ Eccleſiæ patroni conjunctis viribus, bellis etiam ingentibus ſuſceptis, Eccleſiam Dei infeſtare & devaſtare ſtudeant, atque adeò bellum inter veram & falſam malignantium Eccleſiam ἄσπονδον ſit futurum. Pſal. 99, 1. Gen. 3, 15. Amos 7, 10. Pſal. 2, 1. 2. & 48. 5, & 64. 4. & 73, 3. 4. 5. 6. Luc. 2, 34. Act. 4. 5 6. & 8, 1, Apoc. 12, 3. 4. 5. 9. Matth. 8, 24. Cant. 2. 2. 1. Corinth. 4. v. 12. Eccleſia oppugnatur.

5. Eccleſia tamen adverſus omnes inferorum portas, Dei præſidiò tuta ſit manſura & prævalitura, conſiliis & machinationibus hoſtium confuſis. Pſalm. 2, 5. & 37, 12. 39. 40. & 46, 5. & 48. 9. & 69, 36. & 89, 8. & 94, 14. & 125, 2. 2. & 146, 4, Iob. 5, 12. Eſai. 4. 5, 6. & 8, 10. & 31. 4. 5. & 33. 21. & 43, 24. & 46, 3. 4. & 41, 10. & 43, 1. 2. 4. & 51. 16. Gen. 11. 4. Zach. 2, 4. Ierem. 46. 28. Iohan. 10, 28. Plura petantur ex locis & libellis methodicis, imprimis D. Gerhard. Tomo. 5. L. C. Eccleſia manet.

6. Quòd Eccleſia Ieſu Chriſti non fundata ſit ſuper perſona Petri, ſed ſuper ejus confeſſione & doctrina. Aliàs certè malè ſteriſſet Eccleſia ſuper Petro Chriſtum abnegante & abjurante; cùm ipſi diceretur; abi poſt me Satan; cùm Petrus etiam poſt acceptum in die Pentecoſtes Spiritum ſanctum judaizaret, & eam ob cauſam graviter objurgaretur. Gal. 2. 11. Eccleſia fundata non ſuper perſona, ſed in confeſſione Petri.

V. De clavibus Eccleſiæ vel regni cœlorum, quæ nihil ſunt aliud, quàm pœnitentes à peccatis, per fidem in Chriſtum abſolvere, impœnitentes verò retentis peccatis à communione Eccleſiæ excludere. Matth 16. 19. & 18, 18. Matth. 20. 21. Luc. 24, 46. 47. Luc. 10, 6. Claves autem ſunt duplices, una ſolvens, quæ aliàs dicitur Abſolutio: Eſai. 42, 6. 7. & 49. 9. & 61, 1. Zach, 9, 11. Iohan. 1. 51. altera ligans: aliàs dicitur Excommunicatio Apoc. 11, 6. Matt. 7, 6. 1. Cor. 5, 13. & 16. 22, 2. Cor. 10, 6. Act. 8, 21. & 13, 10. 2. Tim. 1, 20. Claves coeli. Duplices.

II. Con-

1. *Neq; Eccleſiam ſuper Petrum eſſe ædificatam;*
2. *Neq; claves regni cœlorum ſoli ipſi datas;*
3. *Neq; per claves Papalem præeminentiam & jurisdictionem indeterminatam ſtabiliri.*

Nos Colophonis locô illud ſaltem adnectimus, quod neq; ipſe Bellarm. hunc locum ad propoſitum accomodare potuerit, niſi inſigni factâ Evangeliſtæ injuriâ, hoc eſt, Spiritui ſancto per Evangeliſtam loquenti. Dicit enim Servatorem Syriacè locutum dixiſſe Simoni: Tu es petra, & ſuper hanc petram, &c. Nobis verò non integrum eſt Matthæum corrigere, aut ſuſpicari, aliud voluiſſe Chriſtum, quàm Apoſtolus expreſſit: neq; Ballarmino hoc licuit ſine fraude vulgatæ verſionis. Utut verò mutet, & Petrum pro petra, petram pro Petro ſumat, nihil tamen proficit, uti ex dictis ultrò liquet. Et quanquam *Patres* modò per petram confeſſionem, fidem & doctrinam Petri intelligant; modò in petra Petrum abſcondant, intelligentes

1. *Petram Chriſtum;*
2. *Fidem in Chriſtum*, ſive confeſſionem de Chriſto:
3. *Petrum, qui hanc confeſſionem edidit:* modò petram de omnibus fidelibus exponant; ex omnibus tamen interpretationibus manifeſtum eſt à nemine patrum eum elici ſenſum ex verbis Domini, quem Pontificii elicere laborant, quòd nim. in iis abſolutus *P*etri in univerſam Eccleſiam dominatus, & juriſdictionis ſive poteſtatis primatus, ſedem & fundamentum habebat. **Dann wann es** ad rationem conſequentiæ **kömpt / da gehet das** argument **auf Stelzen.** *A* Petro enim ad Papam (uti illi ſemper argumentantur) non valere conſequentiam, aliquoties diximus. *P*apam enim eſſe Petri ſucceſſorem (quod medium concludendi tandem nobis adponunt) κρινόμενον & illud ipſum, quod in quæſtione verſatur. Non habent Petri hereditatem, qui fidem Petri non habent. Ambroſ. lib. 1, cap. 6. de pœnitentia. Antitheſin Petri & *P*apæ vide d. l. apud D. Heilbrunn. p 292. Conſulatur de tota hac controverſia, diſputatio D. Geſneri p. m. contra primatum Romani Pontif. de dicto: Tu es Petrus, Witteberga habita, quæ extat Tom. 1. diſput. Witteberg, pag. 653. & ſeqq.

5. *Quòd S. Petrus* ſit magnæ potentiæ: habere enim ipſum poteſtatem, ſuper mundum, ſuper infernum, ſuper mortem, ſuper mare, ſuper cœlum, & ſuper animas hominum. Nos nugis iſtis prætermiſſis ad Evang. prælecti meditationem nos convertimus: enumeràſſe Papiſtarum fabulas, eſt refutaſſe. Capue principale in Evangelio eſt Petrina confeſſio: hinc itaque occaſione arreptâ, *neceſſaria verorum Chriſti Confeſſorum requſita, filum Evangelii ſecuti conſiderabimus.* Petri poteſtas Papiſtica. Confeſſorum Chriſti requiſita

Ἐξήγησις.

Confeſſores Jeſu Chriſti conſtantes fuerunt B. Apoſtoli, Petrus & Paulus: coronam itaq; gloriæ immarceſſibilem illos fuiſſe adeptos, dubium planè eſt nullum. Ut nos quoq; eandem aliquando coronam conſequamur, maturè neceſſaria Confeſſorum Jeſu Chriſti requiſita cognoſcamus & perdiſcamus. *Hujuſmodi* ſunt;

I. *Sedula Chriſti inquiſitio.* Salvator inquirit ipſe in profectus diſcipulorum, ut pateat, utrum veram de Chriſto ſententiam teneant. Juſtus eſt accuſator ſui, dicebat Sapiens; ſed & quotidianus fidei ſuæ de Chriſto explorator. Gloſſ. ord. inquit: *Interrogabat Chriſtus diſcipulos, ut vera confeſſionis mercedem reddat.* Johan. 5, 39. 1. Cor. 1, 30.

II. *Cauta falſorum dogmatum devitatio.* Satan non ceſſat in populo etiam Dei ſpargere zizania, Matth. 13, 25. & liquet ex data diſcipulorum ad quæſtionem propoſitam reſponſione, diſcrepantes & falſas fuiſſe in populo Judaico de Meſſia promiſſo opiniones: verum autem Meſſiam illos repudiàſſe: Alii dicunt Chriſtum eſſe Johannem, alii Eliam, alii Hieremiam, alii Prophetarum unũ. Theophylactus. *Qui Johannem illum nominabant, erant ex iis, qui cum Herode, qui putabant Johannem poſt reſurrectionem etiam donum accepiſſe operandi miracula. Qui autem Heliam, movebantur ex eo, quod acriter reprebendebat, & expectabant, quod veniret. Qui verò Hieremiam, hoc dicebant; quod ſimili ſapientiâ præditus eſſet, quam à nullo didicerat. Etenim Hieremias cùm puer eſſet, in Prophetam adſumtus eſt.* Veri autem Confeſſores errorum præcipitia ſtudioſè declinant. Matth. 7, 15. & 16, 6. Phil. 3, 2. 16. Act. 20, 28. Rom. 16, 17. Johan. 10, 3. 5. 1. Theſſal. 5, 21. 1. Johan. 4, 1. 2. Eph. 4, 14. Hebr. 13, 9. 1. Tim. 6, 3. Gal. 1, 8. 1. Cor. 1, 10. Falſa doctrina cavenda. Opiniones de Meſſia.

Digitized by Google

III. *Veræ doctrinæ amplexatio.* Ea habetur in Schola Christi, cujus ſumma recitatur à confeſſore Petro, nomine omnium Apoſtolorum edita: Tu es Chriſtus, Filius Dei vivi: Ideo enim (ait gloſſ. ord. in marg.) vult exponi errores, ut eis repulſis diſcipuli veritatem proferant, non ex vulgi opinione, ſed ex Domini revelatione. Vera enim doctrina ſit analoga & conformis Scripturæ. Hagg. 2, 12. Deut. 4, 2. Eſa. 11, 3. Rom. 12, 6. Sir. 39. 11. 1. Pet. 4, 11, Act. 26. 22. 1. Tim. 1, 18. 2. 2. Timoth. 1, 13. De Chriſti divinitate vide præced. diſpoſit. Gloſſ. ord. *Petrus* inquit, *omnia complexus eſt, qui & naturam & nomen expreſſit: Verum hominem & verum Deum credit & confitetur. Communis hæc fuit Apoſtolorum doctrina & confeſſio: Ideò enim unus reſpondet, & uni reſpondetur pro omnibus, ut unitas in omnibus obſervetur.* Et Theophyl. *Iterum ut ferventior Petrus proſilit, & vere confitetur ipſum eſſe Filium Dei. Non enim dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viventis, abſq; articulo: ſed cum articulo ille Filius, h. e, ille qui ſolus & unicus; non gratiâ, ſed qui ex ipſa Patris ſubſtantia genitus.*

IV. *Rationis captivatio*; illa enim in divinis cœca eſt. Innuit hoc Chriſtus in ſua ad Petri confeſſionem reſponſione, (In Petro autem omnibus reſpondit, gl. ord.) dicens Beatus es (tàm altæ fidei confeſſione) Simon Bar Jona; quia caro & ſanguis non revelavit tibi, (tantum arcanum) ſed Pater meus, qui in cœlis eſt: (qui illuſtrat mentes hominum.) Teoph: *Beatum dicit Petrum, quia à divina gratia ſcientiam acceperat; adprobans autem Petrum, oſtendit conſequenter, aliorum hominum opiniones falſas.* Johan. 6, 44. & 5. 5. 2. Cor. 3, 5. & 10, 5. Phil. 2, 13. Hebr. 13. 21.

Ratio cœca captivanda.

V. *Vera Eccleſiæ agnitio & adhæſio.* Agnoſcitur illa ex proprietatibus ſuis vernaculis. Eccleſia eſt quadrata, h. e conſtans: immota, inexſuperabilis. Quatuor itaq; h. l. proprietates Chriſtus illi adſignat, ut fiat hac ratione Eccleſia ipſius quadrangularis:

Eccleſiæ veræ proprietates.

1. Eſt *beatificatio.* Beatus prædicatur Petrus; quia extra Eccleſiam nulla eſt ſalus, nulla beatitudo. Vid. fer. 3. Pentec.

2. *Solida in Chriſto fundatio:* Tu es (non vocaberis, ſed es, ob fortitudinem fidei confeſſionis conſtantiam) Petrus, à me petra, ita tamen, ut mihi retineam dignitatem fundamenti, gl. ord. *Et ſuper hanc petram, Chriſtum, in quem credis, ædificabo Eccleſiam meam.* Falſum eſt Papiſtarum commentum, de Eccleſia ſuper Petrum fundata, uti ex præcedentibus eſt manifeſtum. Theoph

Remu-

Digitized by Google

Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quòd ſuper eum ædificavit Eccleſiam(noli ἀπαίδευτος canere περὶ ὧν ὁ Jeſucida, quiſquis es! Audi verborum ſuorum interpretem ipſum Theophylactum!) *Quia enim confeſſus erat eum Dei Filium Petrus, dixit, quòd hæc confeſſio, quam confeſſus eſt fundamentum erit futurum credentium, ita ut omnis homo extſtructurus fidei domum, hoc jacturus ſit fũdamentũ.*

3. Multiplex paſſio & perſecutio. Eccleſia enim in hac vita ſemper eſt ſubjecta cruci Apoc. 12, 3. 4. Luc. 21, 12. Matth. 24, 9. Johan. 16, 2. Pſal. 44, 23 1. Cor. 4, 9. & ſeqq.

4. Valida protectio & miraculoſa conſervatio. Et portæ inferni non prævalebunt adverſus illam. Theoph. *Portæ inferni temporales ſunt perſecutores, qui ad infernum mittere conantur Chriſtianos:* (confer praxin curiæ Romanæ, quotannis excommunicantis omnes Chriſti fideles) *Et hæretici quoq; portæ ſunt ad infernum ducentes: multis igitur perſecutoribus & multis hæreticis prævaluit Eccleſia* Gl. ord. *Portæ inferni ſunt peccata, minæ, blandimenta, hæreſes, quibus infirmi ruunt in mortem.* Exod. 13, 21. & 29, 45. Levit. 26. 12. Deut. 13, 3. Eſa, 43, 2. Vide præc. diſp.

VI. Peccatorum quotidiana deprecatio & depoſitio. In multis labimur omnes Jacob. 3. 2: etiam juſtus in die cadit ſepties, Prov. 24, 17: at homo ſapiens in omnibus metuit: & in diebus delictorum attendet ab inertia. Sir. 18, 27: & pro remiſſione peccatorum orat omnis ſanctus. Pſal. 32, 6: atque eum in finem claves regni cœlorum Salvator Eccleſiæ ſuæ concredidit, ut iiſdem ad ſalutem & conſolationem noſtram quotidiè utamur. Falſum eſt, ſoli Petro commiſſas eſſe claves; emergit falſitas ex iis, quæ diſpoſ. 1. & 2. diximus. Theoph. *Quamvis Petro ſoli dictum ſit, dabo tibi: omnibus tamen & Apoſtolis conceſſa ſunt. Quando? cùm dixit: quorumcunq; remiſeritis peccata remittuntur* Nihil ergò pro primatu Petri poteſt concludi ab eo, quod totius Eccleſiæ commune eſt beneficium. Noſtrum eſt in timore Domini ambulare, peccata devitare ſtudiô quô in hac imbecillitate fieri poteſt, maximô. *Ne habeamus* (inquit Theophyl.) *peccata, ut non catenis noſtrorum peccatorum ligati ſimus.* Præſtat hanc gratiam nobis is, qui eſt petra ſalutis noſtræ, Jeſus Chriſtus, Filius Dei benedictus cum Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum,

Amen.

IN FESTO VISITATIONIS MARIÆ,

Evangelium Luc. 1. à verſ. 39. ad 57.

DISPOSITIO PRIMA.

FEſtum præſens retinemus, non in honorem *Mariæ*, ſed Meſſiæ. Repetitur enim in prima hac N. T. Synodo ſublime illud fidei ac doctrinæ Chriſtianæ caput, de Incarnatione Filii *Dei*, de qua beata Virgo Maria, Meſſiæ mater, Spiritus ſancti inumbratione jam gravida; cum præcurſoris *Dominici* matre Eliſabetha tantô Spiritus fervore diſſerit, ut inde ad piam εὐχαριστίαν accenſa, inſigni canticô Dei bonitatem, poteſtatem & veritatem publicè celebret. Unde adparet, totum hoc Evangelium pertinere ad genus cauſarum demonſtrativum, quo non tantùm facta & res geſtæ, ſed etiam laudes ac gratiarum actiones continentur. Nos ita textum τριχοτομοῦμεν: Pars

I. Mariæ ὁδοιπορίαν, ſive itinerarium;

II. Mariæ & Eliſabethæ προσομιλίαν, vel colloquium

III. Mariæ ψαλμῳδίαν ſeu canticum complectitur.

PARS I.

Primâ itaque parte continetur Mariæ *ὁδοιπορία ſive itinerarium*, à Luca ſingulari diligentiâ conſignatum. Indicatur enim

1. *Tempus ſuſceptæ peregrinationis*; verbis: In diebus illis. Innuit factum eſſe, non diu poſt diceſſum Angeli, à quo nuncium Maria de conceptione Meſſiæ acceperat.

2. *Locus ſive terminus ad quem*; abit εἰς τὴν ὀρεινὴν, in montanam, ſcilicet regionem; intelligit montes Judææ, qui frequentibus etiam civitatibus habitabantur. Hic locus eſt communis: proprius eſt civitas Juda, h. e. una ex civitatibus Juda. Quidam exiſtimant, civitatem illam fuiſſe Hieroſolymam, ſed hæc ſententia fundamentô caret. Hieroſol. enim in tribu *Benjamin* ſitam eſſe conſtat. Alii intelligunt *Hebronem*, quæ fuit urbs primaria inter eas civitates, quæ de tribu Juda Sacerdotum habitationi adſignatæ fuerunt; & in hac urbe domicilium Zachariæ fuiſſe creditur. Conſtat n. ex ſacris Scripturis, Sacerdotes omnes Hieroſoly-

mis

Digitized by Google

mis non habitâſſe, ſed in urbibus Leviticis per omnes tribus fuiſſe diſperſos. Ac tempore miniſterii quidem in exedris, templo adjunctis, commorabantur; illô verò expletô ad civitates revertebantur. *R*efert D. *C*hemnit. *H*arm. Evangel. pag. *59.* Fuit hoc iter à Nazaretha ad domum Zachariæ, ex Galilæa in Judæam, ultra Hieroſolymam, & ut computant nonnulli, quatridui, continens milliaria Germanica *24.* fermè.

III. *Modus peregrinationis* peractæ; nimirùm

1. *Surgendo* ad opus tàm ſanctum & neceſſarium. Vox enim exſurgens, hoc eſt, minimè morata, ſingulare Mariæ ſtudium in viſenda cognata Eliſabetha declarat.

2. *Eundo:* non vehitur curru inauratô; ſed per pedes iter perſequitur inſtitutum.

3. *Feſtinando:* abiit μετὰ σπουδῆς, quæ phraſis ſingularem feſtinationem ſignificat, quando animus alicui rei intentus, etiam exteriora membra ciet, ut celeriter vel fugiant, vel adſequantur objectum monſtratum, uti Dn. D. Chemnitius interpretatur, harm. Evang. pag. *59.* & addit: illâ phraſi non tàm externorum membrorum feſtinationem, quàm voluntatis ſingularem intentionem ſignificari. Eſt ergò h. l. deſcriptio non tantùm virginalis ſtudii, quòd expeditè negotia ſua executa ſit; ſed & ſerii ardentisq; affectus, qui ad itineris hujus ſuſceptionem illam incitavit. Fuit omninò impulſus Spiritus ſancti, ut poſſet quàm celerrimè cum Eliſabetha de re tota colloqui. Hinc oritur

IV. *Finis.* Nullâ ipſa vel petulantiâ, vel levitate, vel novitatis aviditate movetur, ſed venit, quò tendebat, & intravit in domum *Z*achariæ, cupiens

1. Fidem ſuam confirmari. Finem hunc reſpectu *M*ariæ principalem in ſolidum negat Jeſuvvita Maldonatus, Tom. *2.* col. *55.* veritus ne macula aliqua laudibus Mariæ adſpergatur, ſi fidei ſalvificæ piam curam gerat. Sic enim ille: Qui dicunt experientiæ probandæq; fidei causâ, tàm ſubitam profectionem Mariam ſuſcepiſſe, non ſatis honororificè mihi videntur de illa ſentire. Et poſt pauca: Non ergò curioſitas, non infirmitas ulla fidei, quaſi experiri velit, utrum quod Angelus dixerat v. *36.* verum eſſet: ſed charitas, ſed humilitas, ſed Dei Spiritus impulit, ut tanta cum diligentia cognatam viſeret. Itané ergò fidei confirmatio, ad quā omnes pii ſummô ſtudiô anniti ac contendere debēt, homini eſt dedecori?

Annon

Annon *τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου, quæ ſunt in mundo imbecillia elegit Deus, ut patefaceret ea quæ ſunt robuſta?* 1. Cor. 1, 27. Quaſi verò fides adverſus charitatem & humilitatem pugnet? & à poſitione unius ad negationem alterius liceret concludere? Certè laboráſſe etiam Mariam humanâ infirmitate fideique aliquâ imbecillitate, arguit & timor ex Angeli conſpectu obortus, & quæſtio de conceptionis ſuæ modo. Habet enim fides ſua non tantùm initia, ſed etiam exercitia atq; incrementa, quibus quotidie augendis media Deus certa deſtinavit. Et puerilis admodum eſt Jeſuvvitæ collectio: Maria beata prædicatur ab Eliſabetha, quòd crediderit: Ergo nullâ opus habuit fidei confirmatione ſolidiori & ulteriori.

2\. *Cum Eliſabetha de re tota communicare*, ut ſociam haberet gaudii, quod ex Angelico nuncio illa conceperat.

3\. *Cognatæ ſuæ de divina benedictione gratulari.*

4\. *Eidem usq; ad tempus partus operam miniſterialem præſtare.*

V. *Actus:* Eliſabetham enim *M*aria comprecatione amicâ & fauſta ſalutavit. Græcum ἀσπάζεσθαι notat, decenter aliquem, geſtibus ac moribus ad humilitatem reverentiamq; compoſitis, compellare, nec non fauſta quævis adprecari.

VI. *Eventus*; tùm in fœtu, maternô adhuc uterô concluſo Johanne nimir. Meſſiæ præcurſore; tùm in ipſa matre Eliſabetha: Ille enim præ gaudio exilit; hæc Spiritu S. repletur. Res ipſa miraculô non caret: quin ipſe Filius Altiſſimi in utero matris ſuæ modò embryo factus, in pio hoc congreſſu divinam ſuam veritatem oſtendit.

Johannes in utero matris ſubſiliit. σκιρτᾶν.

1\. *Mediante maternâ voce ac ſalutatione Johannem excitando*, ut agnitâ ſupernaturaliter Domini ſui præſentiâ, præ gaudio ſubſiliret, & exultando ipſum prædicaret. Græca vox ἐσκίρτησε, ſignificat ſaltationem cum tripudio; unde adparet, non fuiſſe motum iſtum naturalem, uti aliàs ſolent moveri infantes in utero materno, poſt quartum imprægnationis menſem; vel quando matres gravidæ ſubitô adficiuntur gaudiô: ſed fuit motus iſte inuſitatus & extraordinarius, ſingulare quidpiam præſignificans.

2\. *Indiciô infantis ſubſilientis & exultantis matrem Eliſabetham eâ cognitione illuſtrando*, ut cùm ex mariti indicatione intellexiſſet, proxedem etiam ipſius Meſſiæ incarnationem futuram, de matre verò illius nihil noviſſet, jam agnoſcat, hanc ipſam præſentem virginem, cujus verba aures ejus feriebant, eſſe benedictam illam

illam matrem, quæ portet benedictum illud ſemen, in quo benedicendæ erant omnes gentes terræ: quanquam de re ipſa ex Maria nihil quicquam tum audiverit, neq; oculorum vel ſenſuum judiciô tale quidpiam deprehendiſſet, nullis adhuc conceptionis ſignis in Maria adparentibus.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. De S. S. Trinitate: præter Deum Patrem enim, cujus laudes parte tertiâ Maria celebrat, & Deum Filium, quo B. Virgo Maria prægnans eſt, Spiritus inſuper ſanctus replet Eliſabetham & Johannem in utero materno deliteſcentem, ita ut tota S. S. Trinitas ſit h. l. operoſa & efficax. Vide locos.

II. De efficacia Spiritus ſancti in infantibus, in quibus fidem & agnitionem Christi Mediatoris accendere poteſt, & per Baptiſmum hodieq; accendit, Galat. 3, 3. 27. 28. 1. Johan. 2, 14. Heb. 11, 6. Marc. 10, 4. 15. 16. Matth. 18, 2. 5. 10. Spiritus S. in infantibus operatio.

III. De virtute, vi & efficacia verbi divini, piarumq; precum ac ſalutationum. Eſai. 55, 11. Rom. 1, 16. Matth. 10, 12. 13. & 18, 9. Rom. 16, 16.

IV. Errant Schvvencofeldiani, qui verbum vocale omni efficaciâ privant, & Spiritum ſanctum per raptus Enthuſiaſticos expectant, idq; adhuc dum faciunt Weigeliani. Rom. 10, 6, Deut. 30, 12. Col. 2, 18. Galat. 1, 8. Eſa. 8, 19. 20. Luc. 16, 29. Eccleſ. 5, 6. Matt. 24, 23. 2. Theſſ. 2, 10. 2. Corinth. 11, 14. Schvvenckfeldio. VVeigelianiſmus.

V. Virgines (& mulieres) in curandis negotiis non longas nectant moras, nec per plateas, ut ſpectentur, diſcurrant, ſed cum feſtinatione negotia ſua expediant. Tob. 10, 12. Tit. 2. 4. Prov. 31, 12. & ſeqq. Virginalis ſedulitas.

VI. Levitatis eſt cum magno virginalis pudicitiæ periculo conjunctum, ſi fœminæ per plateas ſæpiùs diſcurrant. Geneſ. 34, 1. 2. 3. 2, Sam. 11, 2. 3. 4. 5. 1. Tim. 5, 11, 13.

VII. Quales debeant eſſe ſanctorum congreſſus & colloquia, Mariæ & Eliſabethæ exemplô docemur. Matth. 12, 36. Eph. 4, 29. & 5, 4. Vide feſt. Joh. Bapt.

IIX. Opera piorum parva etiam placent Deo, propter perſonam reconciliatam. Gen. 4, 4. 1. Pet. 3, 4. Matth. 26, 10.

Digitized by Google

IX. Opera bona fiant cum feſtinatioue. *Neſcit enim tarda molimina Spiritus S. gratia*, ſecundum Ambroſium. Rom. 12, 11. Pſal. 123. 2. 3.

Templo rum S. S. conditio. X. Spiritus ſanctus in templis ſuis nunquam otioſus, ſed ſemper admodum negotioſus eſſe ſolet. Sunt enim illa

1. *Pia & religioſa*. Pſ. 111, 10. 1. Tim. 4, 8. Levit. 19, 14. Pſ. 34, 10.
2. *Sedula*. Luc. 15, 18.
3. *Gratioſa*. Rom. 12, 10.
4. *Læta* in ſpiritu. Roman. 12, 11. 12. Eſa. 61, 10.
5. *Officioſa*. Gal. 5. 13. 22. 23.
6. *Modeſta*. Prov. 11, 2. Phil. 4, 5.

Virtutes matronales XI. De virtutibus quibuſdam matronalibus, imitatione vel maximè dignis; quales ſunt:

1. *Pietas*, cujus augendæ gratiâ nulla occaſio negligenda.
2. *Sedulitas*. Tit. 2, 5. Prov. 14, 23. & 31. 13. & ſeqq. Sir. 26, 2.
3. *Officioſitas*. Sir. 20, 11. Gal. 5, 13.
4. *Humilitas* Maria fuit humilis ante partum, in partu, & poſt partum. Pſalm. 113, 6. 7. Sir. 3, 20. 1. Petr. 5. 6.

Peregrinationes religioſæ. *XII*. Peregrinationem (quas vocant Pontificii) religioſarum neq; fundamentum *Maria*, neq; exemplum præbere voluit; ſed iter hoc ſuſcepit, ut fidem ſuam, de mirabili fructu ventris ſui, tùm demonſtraret, tùm confirmaret.

Synodorum & Conciliorum utilitas. XIII. Conciliorum, Synodorum & Colloquiorum Theologicorum utilitas eſt non adſpernanda; loquimur autem de conciliis legitimis.

XIV. In conciliis autem conveniant homines pii, donum ſcientiæ habentes, ductû Spiritûs ſancti & Scripturæ unicè ſequentes, Joh. 8, 13. Act. 15, 28. 2. Pet. 1, 19. 21. 2. Tim. 3, 16. Joh. 5, 45. & 12, 48.

XV. Non ſemper ad deciſionem controverſiarum opus eſt Conciliô ſive Oecumenicô, ſive Provinciali.

Fœminæ vaſa gratiæ. XVI. Fœminæ etiam inter vaſa gratiæ & organa Spiritus S. ſalutaria numerantur. Tim. 2, 15. 1. Pet. 3, 7.

Clauſtralium hypocriſis. XVII. *In*ſignem hypocriſin produnt clauſtrales homines, ſcopis verrentes locum, quem mulier gravida in monaſteriis ſuis pertranſiit.

Infantibus ante Baptiſmum decedentibus ſalus non deroganda. XIIX. Nimis duri & rigidi ſunt *Papiſtæ*, illis Chriſtianorum infantibus, qui vel in utero matris, vel in difficili partu, vel aliis caſibus ante Baptiſmum decedunt ſalutem derogantes.

XIX. Spiri-

XIX. Spiritus ſanctus etiam ſine auditu verbi externo, & ſine participatione ſacramenti, ſalutem quandoq; operatur.

XX. Errant Anabaptiſtæ, Baptiſmo infantium propter ætatis teneritudinem, & dogmatum fidei ignorantiam, omnem efficaciam adimentes. Gen. 17, 2. Act. 2, 39. Marc. 10, 14. Matth. 18, 6.

PARS II.

Jam ad colloquium inter Mariam atq; Eliſabetham habitum devenimus. Exiſtimavit haud dubiè Maria, futurum ut admirabunda Eliſabetha cauſam adventus ſui percontaretur, & ſic præberet anſam commemorandi ea, quæ ab Angelo cognoverat. Sed ecce prævenit eam Eliſabetha. Auditâ enim ſalutatione Mariæ, & perceptô motu infantis ſui miraculosô, protinùs exclamat, & quidem voce magnâ; præ fervore nim. Spiritus, quo impellebatur ad manifeſtandum ea, quæ ſibi nova, per Spiritus ſancti illuſtrationem oblata cognoſcebat. Oratio Eliſabethæ προσφωνητικὴ continet Maria beata eſt, non adoratur.

I. *Mariæ encomium:* vocat enim illam benedictam inter mulieres; iiſdem uſa verbis, quibus Angelus Mariam compellaverat. Extollit autem eam non ſupra *D*eum; neq; in faciem procidens *M*ariam adorat; ſed beatam ſaltem ac felicem eam prædicat, ob prærogativam illam, quòd ex omni ſexu muliebri ipſa ſelecta eſſet, ut pareret Filium Dei.

II. *Chriſto perbibitum teſtimonium*: de ipſo enim prædicat, quòd non ſit ψιλὸς ἄνθρωπος, ſed unitate Perſonæ θεάνθρωπος. Ad humanitatis demonſtrationem ſpectant verba: Benedictus fructus ventris tui. Fructum ventris Hebræi adpellant filios, Pſalm 127, 3. & 132, 11. *I*ta dicitur Chriſtus fructus ventris, hoc eſt, filius *Mariæ*. *Di*nitatem confirmat id, quòd dicitur Dominus, Jehovah: unde mihi hoc, quod mater Domini mei venit ad me? Quibus verbis Eliſabetha Fructus ventris.

1. *Confeßionem edit de Meßia*, quòd ſit verus Deus, & cum πληροφορίᾳ fidei Dominus ac Deus ſuus.

2. *Miratur Mariæ ad ſe adventum*, ad quam omnes potiùs mulieres adcurrere & ei gratulari deberent.

3. *Officium quoq; Meßiæ declarat*, quando ipſum dicit, benedictum fructum.

Eſt autem *benedictus* duplici ratione.

1. *Activè*, quatenus in ipſo benedicuntur omnes gentes terræ; vel quando ipſe, ſublatâ à nobis maledictione, benedictionem nobis in cœleſtibus acquiſivit, contulit, hodieq; per fidem adplicat.

Chriſtus benedictus duplici modo.

2. *Paſſivè*, quatenus ut homo benedictus, h. e. unctus eſt plenitudine Spiritus S. ſine menſura.

III. Rei geſtæ indicium. Indicat enim infantulum ſuum repletum Spiritu S. ad præſentiam Domini ſui, ante cujus faciem præcedere debebat, venerabundum quaſi ſubſiliiſſe & quidem ἐν ἀγαλλιάσει, ſubinnuens, infantem efficaciâ Spiritus ſancti, ſupra omnem naturæ ordinem, præſentiam ſui Domini ſenſiſſe, atque ita cum tripudio adventantem excepiſſe.

IV. Fidei Marialis præconium. Non enim tantùm cum honore excipitur Maria; ſed & fides ejus mirificè commendatur: Beata quæ credidiſti: μακαρία ἡ πιστεύσασα. Nonnulli in tertia perſona reddunt, beata quæ credidit; ut videatur Eliſabetha orationem convertiſſe ad alios, qui ſalutationi & congreſſui huic interfuerunt. Reſpicit autem hoc commate ad exemplum mariti Zachariæ, qui ob incredulitatem uſu linguæ privatus erat.

V. Futurorum præſagium. Ne enim Maria infirmâ illa ſpecie poſt conceptionem Meſſiæ turbetur, cum Angelo, fidem ejus confirmatura dicit: ἔσται τελείωσις, perfecta erit conſummatio eorum, certò perficientur ea, quæ dicta ſunt ipſi à Domino. Ea nimirùm, quæ Gabriel de Mariæ partu, maximè de perſona, officio & regno Meſſiæ prædixerat. Putant nonnulli, Eliſabetham hæc dixiſſe, poſtquam Maria ad prima ejuſdem verba totam Angeli legationem expoſuerat. Unde cùm ultima Mariæ verba fuerant: fiat mihi ſecundum verbum tuum: Eliſabetha ſtatim ſubjûxerit: O beata quæ credidiſti! Alii exiſtimant, Eliſabetham revelante Spiritu ſanctô etiam cognoviſſe ea omnia, quæ Nazarethi acta fuerant inter Angelum & Mariam: quod ſi ita eſt, ea ipſa res gaudium inenarrabile in animo Virginis haud dubiè peperit, quando vidit ſibi omnia mutuò conſtare & conſonare, ſeq; tot modis in fide ſua divinitùs confirmari.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. De Chriſti divinitate aliquoties diximus. Vide in feſt. Annunc.

II. De

II. De arctiſſima duarum Naturarum, divinæ humanæ, in Chriſto unione, & realiſſima naturarum & proprietatum κοινωνία. Ut enim duæ ſunt in Chriſto naturæ: ita perſona eſt unica, & proprietatum utriuſq; naturæ ea eſt communicatio, ut quod proprium eſt unius naturæ, illud communicetur toti perſonæ in concreto: e. g. quod proprium eſt carnis, (ut naſci temporaliter, habere Mariam matrem) id non ſoli humanæ naturæ, ſed toti perſonæ commune eſt, ipſiq; æterno Filio Dei verè adpropriatur, ita ut Maria hominem pariens ipſum Dominum & Filium Dei peperiſſe verè & realiter prædicetur, unde etiam Mater Dei verè dicitur Johan. 1, 14. 1. Tim. 3, 16. Gal. 4, 4. Matth. 16. 16. 1. Cor. 15, 47. Jer. 23, 5. 6. 1. Johan. 1, 1. 1. Cor. 2, 8. Act. 3, 15.

De unione & communione naturarum ac proprietatum.

III. Erravit igitur olim Neſtorius, contendens, non Deum ex homine naſci, ſed hominem tantùm, nec *Mariam* θεοτόκον ſed χριστοτόκον nuncupandam; quaſi alius eſſet Chriſtus Homo, cujus nativitas eſt ex virgine, & alius Chriſtus Deus, ad quem nativitas illa nihil attineret.

Neſtorii error.

IV. Et quia ita ex uno Chriſto duo fiunt, & duæ perſonæ, cùm ſit una tantùm, cujus ſunt actiones & paſſiones, non autem ſingularum naturarum ſeorſim; rectè itaq; Neſtorius ut hæreticus damnatus eſt in *Synodo* Epheſina, & libri ejus exuſti. Luc. 1, 35. & 2, 10. Eſa. 7. 14. 1. Cor. 2, 8. Eph. 4, 5. 10. Johan. 17, 5. 1. Cor. 1, 13.

V. De virtute fidei ejuſq; certitudine & infallibilitate. Matthæi 17, 20. & 21, 21. Marc. 9, 23. Johan. 1, 12. & 3. 15. 16. 36. & 5, 24. & 20, 19. Eph. 3, 12. Heb. 11, 1.

Fidei certitudo.

VI. *De* ſingulari Chriſti omniumq; ejus beneficiorum adplicatione: non enim ſufficit, ſecundum propoſitiones univerſales ſcire & credere Chriſtum eſſe Dominum ac Redemtorem; niſi credas eſſe illum *D*ominum tuum, Redemtorem tuum, &c. Johan. 20, 28. Job. 19, 25. Galat. 2, 20.

Applicatio beneficiorum Chriſti

VII. De unica via beatitudinem æternam & omnia cæleſtia bona conſequendi, per fidem Marc. 16, 16. Gen. 15, 6. Rom. 4, 3, 5. 6. 16. Gal. 3, 12. Rom. 3, 21. 28. Auguſt. *Quamvis Maria præ omnibus mulieribus ſit honorata, non tamen aliter, quam per fidem eſt, ſalvata.*

Via ſalutis unica.

IIX. De vera ac reali Dei in cœtu piorũ præſẽtia. Matt. 18, 20.

IX. De vili ac exili Eccleſiæ conditione & ſtatu. Luc. 12, 32. Vide in Feſto *Petri* & *Pauli*.

Fidei natura.

X. Fides adprehendit promiſſionem in præſenti, de perfecta promiſſorum conſummatione nihil addubitans, licet rationi repugnent *Rom.* 10, 11. 2. Tim. *1, 12.* Rom. *8, 33.*

XI. Errant. 1. Judæi, Meſſiam purum putum hominem facientes. 2. Mahomoriſtæ, Chriſtum non poſſe eſſe Filium Dei ſomniantes. 3. Calviniani Chriſtum ſecundum humanam Naturam eſſe Dominum negantes. *4.* Papiſtæ, Mariam virginem, per manifeſtam idololatriam, religioſô ac planè divinô cultu venerantes. Deut. *6,* 13. Matth. *4, 10.* Pſ. 81, 9. *10.* Oſe 13. 9. Act. *4, 12,* Eſa. *42, 8.*

Maria honoranda, non adoranda.

XII. Honorandam, non adorandam B. Deiparam cum veteri Eccleſia ſtatuimus. Honoramus autem eam

1. *Dignitatem conceſſam ipſi gratulando;*
2. *Honeſtiſſimè de ea loquendo;*
3. *De æterna illius beatitudine non dubitando;*
4. *Fidem & virtutes ejus piè æmulando.* Hebr. *13, 7.*

Maria ſalvatur per fidem.

XIII. Maria ſalvata eſt, non per congenitam aliquam ſanctitatem, ſed per fidem in Chriſtum. Rom. *4,* 3. Galat. 2, *16.* Rom. 3, *24. 26.* 28. Hebr. 5, 8. 9. Joh. *14, 6.* & 10, *9.* Act. *4, 12.* Johan. 1, 12. 1. Cor. *1, 30.*

XIV. Errant Valentiniani, delirantes, Chriſtum cum corpore ſuo cœlitùs deſcendiſſe, & per viſcera *Mariæ* tranſiiſſe. Eſt enim fructus ventris *Mariæ*, quæ mater ipſius verè eſt & dicitur. *Hebr. 2,* 16. Gen. 22. *18. 2.* Sam. *7,* 12. Luc. 1, 31. *Matth. 1,* 20. Joh. *1, 14.*

XV. Fructus ventris, hoc eſt, Filius *Mariæ*, eſt ipſe Dominus, non qualiſcunque, ſed Dominus κατ' ἐξοχὴν, ipſe Dominus de cœlo, quod Arianis & Photinianis opponendum. Johan. 3, *31. 1.* Cor. 2, 8. *1.* Johan. *5,* 20.

PARS III.

Reſtat canticum *Mariæ* εὐχαριστικὸν, quod N. Teſtam. primum eſt agitq; *de ſummo Incarnationis beneficio.* Eſt autem duarum partium, quarum

I. Eſt *ipſa gratiarum actio,* v. 46. ſummam ſive propoſitionem totius negotii comprehendens: *M*agnificat anima mea Dominum; & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Notetur

1. Subjectum recipiens vel agens, quis ſit author hujus cantici. *Primarius* eſt Spiritus ſanctus, cujus impulſu locuti ſunt ſancti Dei homines, 2. Pet. *1, 21. Secundarius* vel organicus eſt, virgo Maria,

Spiritus

Digitized by Google

Spiritu S. plena. Porrò pro eo, quod dicere debebat: Ego Maria magnifico; ponit animam & Spiritum ſuum. Per animam intelligit mentem, & cogitationes animi interiores; innuens nim. omnes mentis ſuæ cogitationes & ſenſus in agnitionem, meditationem & celebrationem beneficiorum divinorum eſſe excitatos. Per Spiritum notat cor gaudiò perfuſum, voluntatem & affectûs cordis, ſpiritibus in fruitionē objecti ſuavis & accepti ſeſe dilatantibus.

2. *Subjectum occupans ſive objectum*, quem *M*aria celebrat, is dicitur

1. *Dominus*;

2. *Deus*, quæ eſt notatio veri *Dei*, qui eſt Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſancto Spiritu.

3. *Servator*, vel ſalutare: uti ipſa præpoſitio ἐπὶ cauſam, objectum & quaſi materiam cantici indicat, quòd Deus ſit σωτὴρ, quæ vox ſignificat (interprete D. Chemnitio) *& liberatorem & conſervatorem*; quia ſalutem illâ liberationis & conſervationis Deus conceptione Meſſiæ jam cœperat operari: ideo Maria inquit, in Deo Servatore meo, hoc eſt, qui & liberat, & cuſtodit, & perpetuæ ſalutis author eſt. Hæc enim tria beneficia gratiæ vocabulum σωτῆρος comprehendit. Et quia ſalutem hominum Deus operatus eſt in Filio, & per Filium ſuum; ideoque materia cantici & gaudii ſpiritualis principaliter eſt ipſe Filius Dei jam in carnem miſſus, reliquæ tamen Perſonæ, uti in διεξόδῳ patebit, non excluduntur. σωτὴρ Harm. pag. 62.

3. *Forma* exprimitur verbis magnificandi & exultandi. Verbum μεγαλύνειν ſignificat magnitudinem gratiæ, beneficiorum & potentiæ Dei agnoſcere, conſiderare, admirari, celebrare & prædicare, ut ita Deus apud nos & alios magnificat, laudibusque condignis mirificè extollatur. Verbum verò ἀγαλλιᾶν non eſt ſimpliciter gaudere, ſed externis quoque geſtibus lætitiam animi internam declarare. Spitituale itaque Mariæ gaudium, & cum tripudio quaſi conjunctum indicare voluit: q. d. magnificabo Dominum meum, hoc eſt, beneficia ejus mirificè prædicabo, idque ex intimis cordis mei penetralibus in exultatione Spiritus omniumq; animi affectuum. Deſumta eſt hæc particula ex Exod. *15*. v. *1*. *P*ſalm. *40*, *17*. & *69*, *31*. & *72*, *17*. Eſai. *12*, *6*. Zachar. *9*, *9*. Habac. *3*. v. 18. Pſal. *103*, 1. μεγαλύνειν. ἀγαλλιᾶν.

II. Secunda cantici Euchariſtici pars eſt, *beneficiorum tùm ſingu-*

ſingularium ac perſonalium, tùm communium & univerſalium enarratio. Collocantur autem beneficia hoc ordine. Celebrat Maria

Maria ſui exaltatione prædicat

1. *Sui evectionem:* quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Loquitur de Deo ἀνθρωποπαθῶς. Quorum enim calamitatis nos miſeretur, ad illos ex συμπαθείᾳ & commiſeratione ſæpiùs reſpicimus. Adjecta præpoſitio ἐπὶ notat oppoſitionem ejus, quando oculorũ averſione aliquid averſamur. In græco non eſt ταπεινοφροσύνη, quæ humilitatem ſive modeſtiam, ſuperbiæ oppoſitam virtutem ſignificat; ſed ταπείνωσις, quæ humilationem, adflictionem, miſeriam, denotat; ne videatur *Maria* de merito virtutem ſuarum quicquam gloriari, ut ſenſus ſit: Cùm aliæ eſſent virgines, me nobiliores, præſtantiores, ditiores & digniores, Deus illis prætericis, me non tantùm ancillam, ſed contemtam, abjectam, pauperem, miſeram & indignam puellam reſpexit, ut Filio ſuo matrem me diligeret, atque ita ſummum dignitatis gradum collocaret. Petitum eſt *hoc* comma, ex Pſal. *113, 5.* & *138, 6.*

ταπείνωσις.

Maria beata prædicatur.

2. *Sui beatificationem:* Ecce enim ex hoc (quòd adflictam me reſpexit, & eò dignitatis evexit,) beatam me dicent (prædicabunt, μακαριοῦσί με) omnes generationes: quâ phraſi complectitur, & omnes totius orbis nationes, & ſuccedentes ſibi, uſq; in ſeculum futuras, omnium temporum generationes. Chemn. Harm. p. 63. prævidet ergò ſalutem Filii ſui fore omnium gentium; & in omni generatione futuros, qui pro Meſſia ipſum agnoſcant, in eum firmiter credentes. Suprà coram Deo Maria beata ex fide pronunciabatur; jam coram hominibus, ex ſingulari hoc privilegio, quòd θεοτόκος facta, beata prædicatur. *S*umtum eſt ex Gen. *30, 13.*

μεγαλεῖα.

3. *Magnarum rerum operationem.* Quia fecit mihi magna, (non μεγάλα, ſed μεγαλεῖα magnifica; ita enim vocantur Dei opera peculialiter & inſigniter magnifica, 1. Par. 17, 19. Act. 2, 11. Pſ. *126, 3.*) qui potens eſt: (reſpicit Hebræum אֵל potens, fortis.) Rem miram inauditam & univerſæ naturæ impoſſibilem intelligit, quã Deus in Maria operatus fuerat, ut ſine virili ſemine; ſed myſticò ſpiramine, ſalvâ & illæſâ manente virginitate, & conciperet, & pareret. Ita nihil ſibi tribuit, omnia verò Deo tranſcribit, cujus prædicat

1. *Potentiam*; &

2. *Sanctimoniam* Sanctum nomen Dei ſignificat, celebrandam

dam & venerandam Dei majeſtatem, quãdocunque in verbis & in magnificis operibus ſuis ſeſe cognoſcendum præbet. D. Chemn. pag. 63. Nomen Dei ſanctũ.

4. *Miſericordiæ continuationem ſive durationem.* Jam tranſitum facit ad generalia beneficia, in quibus Dei miſericordia erga omnes generationes, in Incarnatione Filii Dei conſpiciendam ſe ſe exhibuit. Hîc verò Miſericordia Dei in Filii miſſione.

1. *Reſpicit* ad conſiderationem pacti, cum Abrahamo olim initi, Gen. 17, 7.

2. *Significat* continuatã generationum ſucceſſionem; & idem eſt cum uſitato illo, in ſeculum ſeculi.

3. *Addit*, timentibus eum: quæ particula opponitur ſuperbis Phariſæis, & ſecuris Epicuræis; conſolatur autem eos, qui peccata ſua agnoſcentes, iram Dei metuunt, & miſericordiam in Chriſto petunt. Eſt enim miſericordia h. l. gratuita miſeratio & favor Dei miſerentis & condonantis peccata, idq; timentibus ſe, h. e. ſubjicientibus ſe Deo, credentibus in Chriſtum, & fide gratiam adprehendentibus. *Mutuata* eſt hanc particulam Maria ex Pſal. 103, 17. & 118, 1. 2. 3. Eſa. 54, 8. Miſericordia Dei.

5. *Potentiæ declarationem:* Fecit potentiam in brachio ſuo. Hæc verba dupliciter poſſunt intelligi;

1. *In genere*, de Dei erga impios potentia:

2. *In ſpecie*, de Meſſia, qui in ſcripturis dicitur brachium, hoc eſt, virtus, robur & potentia Dei. Eſa. 52, 10. 1. & 53, & 59, 16. & 63, 3. Κράτ☉ ſignificat robur & potentiam; vel forte, præclarum & inſigne facinus. Senſus itaq; eſt; vel Deum per Filium; vel ipſum Dei Filium Meſſiam, exeruiſſe robur & potentiam ſuam, in conterendis hoſtibus noſtris ſpiritualibus & corporalibus. Locutio eſt metaphorica, deſumta ab hominibus, qui robur brachiis oſtendunt. Aliàs Deus, quippe ἀσώματ☉, brachium non habet. Pſalm. 118, 16. Meſſias brachium Dei. Κράτ☉.

6. *Superborum diſperſionem:* diſperſit ſuperbos mente (διανοίᾳ cogitatione, voluntatum ac ſenſuum diverſitate) cordis ſui. Per ὑπερηφάνους intelligit eos, qui præ ſe ex alto omnes deſpiciunt, quales ſunt hypocritæ, opinione & perſuaſione propriæ juſtitiæ inflati; ſuperbi idem & refractarii tyranni; κατ' ἐξοχὴν autem Diabolus, rex ille ſuperborum. Job. 41, 25. Hos omnes dicitur διασκορπίζειν diſpergere, vel ſicut paleæ diſperguntur: Pſal. 1, 4. vel ſicut petra in partes ὑπερήφανοι. διασκορπίζειν.

tes minutas comminuitur. Jer. 23, 29. Conſtructio poteſt eſſe duplex,ut vel ſuperbi diſpergantur per & propter conſilia aut cogitationes cordis ſui; vel ut illi, qui mente cordis ſui ſuperbi ſunt, & ſibi placent,diſpergantur brachiô Domini. Metaphora eſt deſumta à vento,res leviores diſpergente: ita Deus confundit & diſſipat conſilia, quæ ſuperbus ille diabolus,& ſapientes hujus mundi contra Chriſtum regnumq; ipſius capiunt. Similia his leguntur Numer. 10, 35. Pſalm. 68. 1. Job. 5, 13. 1. Corinth. 3, 19. Pſalm. 33, 10.

7. *Potentiam vel magnatum depoſitionem*: Depoſuit potentes (δυνάστας primores in Republ. magnates) de ſede, ἀπὸ θρόνων, de thronis ſuis. Maldon. Tom. 2. col. 65. δυνάσται dicuntur Reges ac *Principes*, quia potentes ſunt. Itaq; potentes hoc locô non tàm potentiam, quàm officium, quô potentia exercetur,ſignificat, uti adparet ex adjuncto, de ſede, id eſt, de throno, de ſolio regio. Multi enim potentes ſunt, qui reges non ſunt, neque in throno ſedent. 1. Sam. 2, 4. Pſalm. 113, 7.

δυνάσται

8. *Humilium exaltationem.* Intelligit eos,qui ſe in vera pœnitentia humiliant,aliàs humiles Spiritu dicti. Maldonatus d. l. humiles non à virtute, ſuperbiæ contraria, ſed ab adjuncta & humili conditione vocat. Opponit enim humiles potentibus, hoc eſt,Regibus & iis, qui in magno honoris gradu ſunt. Nonnulli putant,dicta hæc eſſe reſpectu Judæorum & gentium: illos enim propriâ juſtitiâ turgidos,& verum Meſſiam faſtidientes abjecit, gentibus ſpretis in eorum locum adſcitis.

9. *Famelicorum exſaturationem, divitumq; exinanitionem.* Aliqui exponunt de bonis temporalibus; nam & illa & larga Dei manus nobis impertit. Prov. 10, 22. Juſtis datur, ut exſaturentur bonis; impiis contrà divitibuſq; benedictionem ſubtrahit,ut ipſis tàm deſit, quod habent,quàm quod non habent; eſt enim avaritia eorum inexplebilis. Alii contrà (meo judiciô rectiùs) de bonis ſpiritualibus interpretantur,qualia ſunt,gratuitus Dei favor,remiſſio peccatorum, υἱοθεσία, ſalus æterna: hæc enim omnia habemus per naturam, ſed ſolam Dei in Chriſto exhibitam gratiam. Bona hæc non accipiunt ſecuri & impœnitentes, gratiæ divinæ oſores; ſed eſurientes,hoc eſt, ad Chriſtum ſuſpirantes,ejuſq; opem ac gratiam implorantes. Divites autem,hoc eſt, qui tales ſibi videntur,opinione meritorum inflati, nullam in ſe indigentiam agnoſcentes, ii dimittuntur inanes, nec ullam conſequuntur gratiam. Tandem enim

Bona ſpiritualia.

Eſurientes.

Divites.

n. Deus ejuſmodi homines in morte & judicio extremo ἐξαπέστειλε, à ſe demittit inanes & vacuos. Celebravit hactenus Maria generalibus hiſce ſententiis principaliter victoriam Chriſti, adverſus ſatanam & ſqvamas ejus, tyrannos inprimis & inflatos hæreticos, aliosq; regni ſui hoſtes, quos vocat ſuperbos, potentes & divites, hoc eſt, qui omnem ſibi eminentiam arrogant, & ſoli dominari ſibi videntur, ut pauperis & miſeri Meſſiæ nullatenus indigeant: Contrà humiles & eſurientes ſunt ejuſdem ſectatores, qui ab illis premuntur, & ſub cruce patientiam præſtant, non habentes in quo glorientur, niſi in gratia Dei & cruce Jeſu Chriſti. Ita accommodantur generales iſtæ ſententiæ ad opus Redemtionis, ad gubernationem regni Meſſiæ, & diſtributionem beneficiorum, Chriſti meritò acquiſitorum. Jam pergit Maria ad alia, celebrando nimirùm,

10. *Eccleſiæ collectionem ſive inſtaurationem*, idq; explicat phraſi V. T. Suſcepit Iſrael puerum ſuum. Verbum ἀντιλαμβάνεσθαι eſt, auxiliares manus lapſuro vel jacenti porrigere, & proſtratum erigere. Quâ metaphorâ eleganter deſcribit animum, ac quaſi geſtum Dei opitulantis, & miſerum populi ſui ſtatum erigentis. Non enim tantùm nutabat quaſi lapſurus, qui ſuſtentandus eſſet; ſed jam collapſus erat, ut erectione opus haberet. Per Iſraelem collectivè totum ſemen Jacobi intelligit & per metonymiam totam Eccleſiam; ut hoc loco ſuſcipere Iſraelem ſit, inſtaurare Eccleſiam N. T. eamq; amplificare, ordinare & defendere. Pueri vox in ſacris quadrupliciter ſumitur;

ἀντιλαμβάνεσθαι.

Iſrael pro Judæis.

Pueri quadruplices.

1. *Pro filio*;
2. *Pro ſervo* ſive miniſtro;
3. *Pro ætate puerili*;
4. *Pro inſipiente*: hìc prima & ſecunda ſignificatio locum habet. Sunt enim credentes & filii & miniſtri Dei; paulò poſt dicuntur etiam ſemen Abrahæ Gal. 3, 29. Ita Deus eſt Pater ſuſcipiens puerum, Filium ſuum, quem deſeruiſſe videbatur: jam ut pater videns filium collapſurum, porrectâ manu ſuccurrens ſuſtentat & erigit Iſraelem puerum ſuum, ſuſcitatô in domo Davidis cornu ſalutis. Concordat cum illo Eſa. 41, 8. Jer. 23, 3. & 33, 6.

11. *Miſericordiæ recordationem*. Infinitivus μνησθῆναι oſtendit hunc ſenſum; ſe ideò ſuſcipere jam Iſraelem, ut recordetur, h. e. ipsô factô & opere declaret, ſe, qui quaſi oblitus videbatur, memorem eſſe promiſſæ miſericordiæ. Confer Pſalm. 25, 6. & 98, 3. Eſai. 54, 8. Jer. 31, 3. 20.

μνησθῆναι

Digitized by Google

12. *Veritatis in promiſſis obſervationem*: Sicut locutus eſt ad patres noſtros. Continetur ultimò hoc cantici verſiculò cauſa movens, quâ adductus Deus hæc bona omnia ſibi totiq; Eccleſiæ, immò hominum generi univerſo, præſtiterit; impulſu, nimirùm ſuâ veritate, ut impleret promiſſiones, Abrahamo cumprimis & ſemini, h. e. poſteritati illius factas. Particula εἰς τὸν αἰῶνα referri poteſt, vel ad recordationem miſericordiæ æternùm duraturæ; vel ad ſemen Abrahæ, quòd ille habiturus ſit ſemen ſpirituale uſq; ad finem ſeculi hujus.

εἰς τὸν αἰῶνα.

Concluditur Evangelium brevi narratione, quòd manſerit B. virgo Maria cum Eliſabetha menſibus circiter tribus; quô tempore miniſtravit cognatæ ſeniori, fœtu gravidæ & partui vicinæ, piis eandem colloquiis & gratis obſequiis interim ſublevans. Poſteà cum adpropinquaret tempus pariendi, & aliæ multæ mulieres Eliſabethæ adfuturæ eſſent, noluit virgo pudica intereſſe, ſed Nazarethum in domum ſuam reverſa eſt.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

Fœminæ etiam Biblia legant.

I. Maria in ſcripturarũ lectione probè exercitata exemplũ præbet ſexui muliebri, ut ſimili ſtudiô Biblia diligenter volvat & revolvat. Luc. 10, 42. Act. 8, & 17, 11.

II. Beneficia Dei non ore tantùm, ſed & corde, animâ ac Spiritu, hoc eſt, omnibus animi viribus deprædicanda. Pſalm. 34, 1. & 103. 1. & ſeqq. Rom. 12. 11. Col. 3, 16.

III. De fugiendis cantiunculis amatoriis. Epheſ. 4. v. 29. & 5. v. 3. 19.

IV. De debitâ Dei laude & gratiarum actione, quæ eſt cultus primô & ſecundô præceptô commendatus. In laudibus autem Dei non noſtras virtutes prædicemus, ſed noſtram miſeriam agnoſcamus. Gen. 18, 27. & 32, 10. Pſalm. 113, 6. 7. Eſa. 57, 15. & 66, 2. 1. Cor. 15, 9. 10.

Laicis lectio ſcripturæ concedenda.

V. Laicis etiam Bibliorum lectio eſt concedenda: Maria enim diligenti ſcripturarum lectione ſibi præcipua Spiritus ſancti oracula reddidit familiaria. Deuter. 17, 18. 19. Eſa. 34. 16. Joh. 5, 39. Joſ. 24. 26. 27. Roman. 1, 1. 7. 1. Cor. 1, 1. 2. 1. Johan. 2, 12. 13. 14. Pſalm. 19, 10. 12. 2. Tim. 3, 15.

VI. De

VI. De vero ac ſolido Chriſtianorum gaudio, quod in Deo ſalutari noſtro radicatur. Pſal. 33, Eſa. 61, 10.

VII. Deus proprium hoc ſibi quodammodo habet, ut alta deſpiciat, & humilia reſpiciat. Pſal. 113, 5. 6. 7. & 138, 6.

IIX. De Dei potentia, quæ impiis terrori, piis ſolatio eſſe debet. Geneſ. 18, 14. Luc. 1, 37. Epheſ. 3, 20. Zach. 8, 6. Job. 42. 2. Pſal. 2, 1. 2. & ſeq. & 33, 9. & 65, 7. & 66. 3. & 77, 15. & 115. 3. Sir. 36. v. 3. — Dei potentia.

IX. De Dei ſanctitate. Joſ. 14, 19. Pſalm. 99, 17, & 111, 10. & 145, 17, Levit. 11, 45. & 19. 3. & 20, 26. 1. Sam. 2, 2. & 6, 20. Eſai. 6, 4. Apoc. 6, 10. — Dei ſanctitas.

X. De Dei miſericordia. Pſalm. 25, 6. & 103, 8. Exod. 34, 6. Pſalm. 143, 2. Jerem. 32, 18. Thren. 3, 22. Oſe. 11, 8. Sir. 2, 21. & 18, 12. Eph. 2, 4. — Dei miſericordia.

XI. Deus filialiter timendus; quia timentibus ſe miſericordiam ſuam declarat. Pſalm. 34, 9. & 86, 10. Eccl. 12, 13. Jerem. 5, 24. Prov. 14, 26.

XII. Deus multipliciter homines reſpicit: — Deus reſpicit homines & quomodo.

1. *Peccata remittendo.* Luc. 22, 61.
2. *Pœnam infligendo:* Exod. 14, 24. Hab. 1, 13.
3. *Oculta cordium conſiderando:* Cantic. 2, 9.
4. *Opera acceptando:* Gen. 4, 5.
5. *Gratiam inſpirando:* Pſalm, 25, 18.
6. *Adprobando.* Hab. 1, 13.

XIII. Sophyſtas agunt Pontificii, verba *Mariæ* (beatam me dicent omnes generationes;) eò torquentes, quaſi Maria ſibi tribuat non tantùm beatitudinem ſanctorum, ſed etiam gloriam Reginæ cœli & terræ, ac inde conſequentem adorationem. — Papiſtarum error de Maria Regina cœli.

XIV. Nihil enim de cœli & terræ gubernatione, nihil de ſui invocatione, Deo ita ſoli propria, ut cū nulla creatura eam cōmunicet; ſed tantùm de eo loquitur Maria, quòd beneficium in ſe collatum etiam poſteri prædicaturi ſint, & ob id gratias Deo acturi, qui memor ſuæ promiſſionis Meſſiam mundo exhibuerit; gratulari inſuper iſtam Virgini felicitatem, quòd ſingulari privilegio θεοτόκος facta fuerit.

XV. De triplici ſanctorum cultu & honore, qui conſiſtit in gratiarum actione erga Deum; in fidei noſtræ confirmatione, & in ſtudio imitationis, videatur art 21. A. C. — Sanctorum cultus triplex.

XVI. In Maria certè & Eliſabetha lucent exempla virtutum pulcerrimarũ pietatis, fidei, humilitatis, officioſitatis, &c. quas imitari debemus. Vide part. 1.

XVII. Divites impii tandem omnibus bonis exuuntur. *Pſal.* 37, 16. & 49, 18. Exechiel. 7, 19. Soph. 1, 9. Luc. 12, 20.

Eccleſiæ preſſæ conſolatio.

XIIX. Conſolationes fluunt largiſſimæ ad Eccleſiam preſſam, ex conſideratione miſericordiæ, potentiæ, bonitatis, fidelitatis & veritatis divinæ: Eſt enim Deus adjutor in opportunitate, & lapſo Iſraeli, h. e. periclitanti Eccleſiæ tempeſtivè opitulatur.

XIX. Mos Dei inde uſq; à ſeculò uſitatus, ut humiliari & premi ſinat, quos cum gloria vult evehere. Pſalm. 18. 36. Prov. 15, 33.

XX. Reprehendendi h. l. veniunt *Pſalmodiæ* Marianæ in *Papatu* mercenarii, quorum os ſtentoreò ejuſdem clamore perſonat, ſine ulla animæ attendentis devotione.

XXI. Humili Mariæ de ſua indignitate confeſſione *Scholaſticorum* dogma, de merito congrui & condigni planè concidit. Eph. 2, 9.

Mariæ memoria honorifica. Eccleſia manebit.

XXII. De honorifica Mariæ memoria nunquam in Eccleſia intermoritura. Pſalm. 112, 6&. 116. 15. Prov. 10, 7. Apoc. 14, 13. *Marc.* 14, 8.

XXIII. Eccleſia durabit uſq; ad finem mundi, aliàs Maria non poſſet ab omnibus generationibus beata prædicari. Vide feſt. Petri & Pauli.

XXIV. Monachi manent operibus ſuis ſponte electis divites & ſuperbi, nolentes cum Maria ad miſericordiam Dei confugere.

Semper aliqui fideles.

XXV. Non dubitandum ſemper aliquos fore de ſemine Abrahæ fideles, ſi non ſecundum carnem, utiq; ſecundum ſpiritum. Roman. 9, 6. 7. 8. & 11, 23. Eſai. 1, 8. 9. & 10, 22.

XXVI. Elumbis eſt ratiocinatio Papiſtarum: Omnes generationes beatam prædicabunt Mariam: Ergò per ſalutationem, Ave Maria; cujus repetitio præceptô exemplô & promiſſione caret. Vide in feſto annunc. Mar. plura.

XXVII. Ejuſdem farinæ eſt altera collectio: Deus reſpexit humilitatem Mariæ E. bona opera hominum ſuſcipiendorum reſpicit. Ab indeterminato enim ad determinatum nulla eſt conſequentia. Reſpexit Deus non ταπεινοφροσύνης, ſed ταπείνωσιν adflictum ſtatum B. Virginis. Phil. 3, 12. 1. Corinth. 15, 43. 44.

DISPO-

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

Feſtum hac die celebramus, uti à veteribus dicebatur, matronale, rectiùs Incarnationis Filii Dei: de hoc enim myſterio, hoc eſt de concepto jam & præſente Meſſia piæ fœminæ, Maria & Eliſabetha, ſermones inter ſe conferunt. Complectitur autem Evangelium duas partes:

I. *Hiſtoriam, vel primam N. T. Synodum, Mariæ & Eliſabethæ conventum:*

II. *Mariæ δοξολογίαν, vel hymnum,* de utroq; ſeorſim.

PARS I.

Hiſtoria trium perſonarum mentionem facit; Mariæ, Eliſabethæ & Johannis Baptiſtæ Conſidera itaque

I. *Mariam peregrinantem.* Hîc expendenda venit

1. *Occaſio*, ex præcedentibus petenda. Audiverat Maria ex Angelo, Eliſabetham cognatam ſuam ſingulari Dei beneficiô in ſenectute ſua factam fuiſſe gravidam; eam verò viſitandam cenſuit, ut

1. *Ipſi gratularetur*;
2. *Nuncii Angelici* de Meſſia naſcituro participem redderet; &
3. *Mutuis colloquiis* fidem ſuam mutuò confirmarent.

Acceſſit ardens veritatis agnitæ amor, & deſiderium coràm alloquendi cognatam: impulſus item Spiritus *S.* arcanus, ut prodromus Meſſiam in ipſo adhuc utero ſalutatione ſuâ exciperet.

2. *Temporis notatio*: in diebus illis quibus ſcil. annunciatio Angelica Mariæ facta fuerat. Rei enim gravitas eam excitat, ut ſine mora ſignum ab Angelo ſignificatum videre, & inde fidem ſuam confirmare poſſet.

3. *Modi determinatio*; proficiſcitur Maria μετὰ σπουδῆς, cum feſtinatione, unde patet ardenter & avidè hoc iter eſſe confectum. Vide præc. diſp.

4. *Loci ſignificatio*; abiit in montana, ad civitatem (quandam) Juda, in domum Zachariæ Sacerdotis. Quæ verò urbs iſta fuerit, Evangeliſta non exprimit. Inter urbes autem Levitis in diſtributione terræ Canaan conceſſas, Joſ. 21. 9. primò locô nomi- Levitarum urbes.

natur

Digitized by Google

natur Hebron, Kiriath Arba quondam vocitata; & diſertè additur, quòd in monte Juda ſita fuerit, Joſ. 14, 12. Cum igitur Zacharias eſſet ex poſteris Aaronis, & Hebron urbs ſacerdotalis in montibus Judæ, nihil opus erat, ut de domicilio *Zachariæ* loquens Evangeliſta, & urbem Judæ dicens, aliquid ampliùs adderet: quivis enim intelligebat Hebronem indicari. Oſtenditur hodieq; prope Emauntem peregrinantibus domus *Zachariæ*; ſed commentum Papiſtis placet, nobis meritò eſt ſuſpectum.

5. *Mariæ ſalutatio*: ingreſſa enim domum Zachariæ, Eliſabetham ſalutâſſe dicitur; quibus verbis, non additur. Mos ſalutandi Judæis familiaris erat: שָׁלוֹם לָךְ, vel לָךְ, vel לָכֶם pax tibi vel nobis: Angelus dicebat: χαῖρε, ſalve. Precata itaq; fuit Maria Eliſabethæ à Deo Opt. Max. pacem vel ſalutem animæ ac corporis.

II. *Johannem tripudiantem.* Hic eſt effectus ſalutationis & allocutionis Marianæ, ut quamprimùm audiret Eliſabetha vocem ſalutationis, protinùs exultaret infans Johannes in matris ſuæ utero; gaudium ex Meſſiæ præſentia obortum conteſtatus. Græcum σκιρτᾶν non eſt exultare, quod opus animi eſt, ſed ſubſilire, uti obſervavit D. Calixtus Concord. pag. 49: diciturque propriè de animalibus laſcivientibus, & præ luxu ſaltantibus; unde ad infantes in utero matris transfertur. Saltum autem iſtum Johannis non naturaliter, ſed divinitùs factum eſſe, veriſimile eſt: agnoſcit enim hic ſervus Dominum ſuum, Meſſiam prodromus, ſtella Solem: unde Hieron. dicit; *Johannem prophetâſſe in utero materno.* Irenæus, Cyrillus, Chryſoſtomus & alii ſenſerunt, Johanni ad præſentiam Chriſti anticipatum uſum rationis, eumque per peculiarem Spiritûs ſancti operationem adventum Chriſti mente cognôviſſe. Atq; ita Johannis exemplum probat, *etiam in nondum natis Spiritum ſanctum ſuas habere operationes*: de jam natis & baptizatis nemini pio eſt dubiũ, quin in illis habitet & operetur Spiritus ſanctus; ſiquidem Baptiſmus eſt lavacrum regenerationis ac renovationis in Spiritu ſancto. Tit. 3, 5.

σκιρτᾶν.

Johannis ſaltus non naturalis.

III. *Eliſabetham concionantem.* Concio eſt partim ἐγκωμιαστικὴ laudes Mariæ virginis comprehendens; partim διδακτικὴ, infantis ſubſaltationem ejuſq; cauſas aperiens. Obſervetur

1. *Eliſabethæ illuminatio*: dicitur enim repleta Spiritu ſanctô hoc eſt, donis, Spiritus ſancti novis & majoribus à Deo ornata & colluſtrata. Hæc nimir. cauſa eſt, quòd in rerum iſtarum, quas recen-

recenſet, notitiam illa pervenerit: Sanctus enim Dei Spiritus illi ſuggeſſit, ut matrem agnoſceret.

2. *Mariana felicitatis commendatio.* Præ ingenti enim gaudio Eliſabetha exclamans voce magnâ dicit: Benedicta tu inter mulieres; h. e. tu omnium mulierum feliciſſima es, & in ſexu fœmineo longè beatiſſima, quam Deus tantò dignatus eſt honore, ut fieret mater Chriſti ipſius Filii Dei.

3. *Egregia de Meſſia teſtificatio*, qui dicitur, benedictus fructus ventris Mariæ; quòd non modò cœleſtibus ac divinis ornatus & cumulatus donis; ſed & maledictionem ſublaturus, veramque benedictionem humano generi reparaturus ſit. *D*icitur autem fructus ventris,

1. *In teſtimonium Incarnationis* quòd adſumſerit in utero beatæ Virginis carnem noſtræ (ſolô peccato exceptô) ὁμοούσιον. Fructus enim naſcitur naturaliter de ſubſtãtia ſuæ plantæ, vel arboris. Christus fructus ventris Mariæ, & cur.

2. *Propter manifeſtationem.* Qui enim hactenus in promiſſionibus quaſi abſconditus latuit, nunc exhibitus manifeſtatus eſt toti mundo.

3. *Propter noſtram utilitatem*; quia in ipſo nobis ſalus æterna parta & repoſita eſt.

Porrò aliâ ratione dicitur Maria εὐλογημένη, aliâ Christus εὐλογημένος. Maria dicitur benedicta, non naturâ, ac ſi propriis virtutibus, aut naturali gratiâ ad eam pervenerit dignitatem; ſed quòd divinitùs ad illam ſit evecta. Chriſtus verò dicitur benedictus, naturâ, quia Maria εὐλογημένη & quomodo. Christus εὐλογημένος.

1. *Eſt omnis benedictionis auctor*; in ipſo enim Pater eſt reconciliatus mundo; 2. Cor. 5, 19.

2. *Solus is nobis benedixit*, ut Redemtor & Salvator noſter;

3. *A nobis omnibus hac δοξολογίᾳ eſt adorandus.* Diſtinguunt alii inter εὐλογημένον καὶ εὐλογητὸν, illudq; referunt ad humanam Naturam, ſecundum quam eſt benedictus, hoc eſt, unctus plenitudine Spiritus ſancti; hoc ad divinam Naturam, quod abſolutè beatam & omni laude dignum notet. εὐλογημένος & εὐλογητὸς differunt.

4. *Modeſta Eliſabetha humiliatio.* Quòd enim Eliſabetha viſitetur à matre Meſſiæ, ejuſq; præſentiâ in fide confirmetur, hujus rei nullas apud ſe cauſas reperit. Hinc ait: Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? q. d. indigna ſum tantâ gratiâ, ut viſiter ab illa, quæ paritura eſt Dominum ac Salvatorem meum. Cedit itaque Mariæ non ætate aut naturalibus dotibus, ſed gratiæ

acceptæ ratione. Majorem enim à Deo gratiam acceperat Maria, quàm Eliſabetha; hæc præcurſorem, illa *Meſſiam* in utero geſtabat.

5. *Rei arcanæ manifeſtatio.* Aperit enim ἐκλέγοντι filioli ſui, quòd infans in utero ſuo teſtatus ſit, matrem *S*alvatoris, atque ita Meſſiam ipſum adeſſe, ob quem brevi naſciturum ſubſilierit ἐν ἀγαλλιάσει eam, quam poteſt, ipſi exhibens reverentiā, & quia aliâ ratione non liceat, geſtu ſolùm, motu & exultatione lætitiam atque obedientiam, declarans.

6. *Mariæ beatificatio*, conjunctam habens certitudinem promiſſionum divinarum: Beata es, quæ credidiſti; q. d. tu per & propter fidem, quam Verbo Dei tribuiſti, es beata; hinc certò certiùs ſtatuere potes reliqua omnia, quæ tibi divinitùs revelata ſunt, non fore irrita, ſed complementum ac πλήρωσιν, hoc eſt, perfectionem, ſive perfectam conſummationem habitura.

USUS
I. Informatorius.

I. Quòd Meſſias verè adparuerit, conceptus, ante plus 1600. annos, in utero virginis Mariæ, idq; confirmatur triplici hoc locô teſtimoniô;

Meſſias venit.

1. *Eliſabethæ*, ob præſentiam matris Meſſiæ ex animo gaudentis, & ejuſdem Filium benedictum ſemen proclamantis:

2. *Baptiſtæ*, in utero adhuc materno præcurſoris officium inchoantis. Luc. 1, 15. Johan. 1, 8.

3. *Mariæ*, conſentientis, & miſericordiam *D*ei prædicantis, de quâ paulò pòſt parte enarrationis ſecundâ dicendum erit. Joh. 15, 4. Gen. 15, 15. & 49, 10. Dan. 9, 26 27. Vide Dom. 2. & 3. Advent. & feſt. Nat. Chriſti.

II. Quòd Deus per vaſa fragilia magnas ſæpè res efficere ſoleat. 2. Cor. 12, 9. Pſalm. 8, 3. 1. Cor. 1, 26. 27.

Salutationes.

III. Quòd ſalutationes ab hominibus piis profectæ, ſi in homines pios incidant, ſuâ efficaciâ nunquam careant. *M*atth. 10, 12. 13. Pſal. 129, 7 Sir. 6, 6. & 41. 25.

De ſalute infantium.

IV. Quòd de ſalute infantium, vel in utero materno, vel ante ſuſceptum Baptiſmum defunctorum, nullô modò ſit dubitandum: Deus enim in illis poteſt operari ſicut in Johanne, Marc. 10, 14. Vide D. Bald. in caſ. conſc. p. 66. & ſeqq.

V. Quòd

Digitized by Google

V. Quòd fide in Chriſtum ſalvemur, quemadmodum Maria credendo ſalvata eſt. Eſa. 53, 11. Hab. 2, 4. Rom. 1, 17. Galat. 3, 11. Rom. 3, 25. 26. & 10, 3. Act. 15, 11. Galat. 2, 16. Eph. 2, 8.

II. Conſolatorius.

1. Quòd in ſexum quoque fœmineum Deus conferre dona ſua ſoleat, idq; à contemtu eundem egregiè vindicat. 1. Pet. 3, 7. Act. 10, 34. Galat. 3, 28.

2. Quòd Deus in ſtatu rerum corruptiſſimo ſibi ſervet Eccleſiolam. Luc. 12, 32. Eſa. 10, 22. Matth. 11, 25.

III. Monitorius.

1. Ut proximum amicè viſitemus, & opera dilectionis, exemplô *Mariæ*, illi exhibeamus. Rom. 12. 10. Eph. 4, 2. 1. Petr. 4, 8. Ruth. 1, 16.

2. Ut virtutes harum mulierum ſtudiosè imitemur. Vide diſp. 1.

IV. Refutatorius.

I. *Anabaptiſtarum*, infantes ante annos diſcretionis ad Baptiſmum admittere recuſantium, eò quòd ex defectu rationis, quâ uti per ætatem non poſſint, non credant; in quorum caſtra abierunt cum Calvinianis moderni Jeſuvvitæ, qui infantibus fidem actualem negant, habitum tantùm ejus, inchoationem & veluti ſemen concedentes. Unicô autem Johannis exemplô omnes facilè retunduntur: docet enim, Deum habere præter illam nobis notam & adultis datam ad fidem perveniendi rationem, adhuc aliam, imò plures nobis incognitas, ut poſſit pro divina ſua & inſcrutabili Sapientia, etiam in Infantibus, ratione nondum utentibus fidem excitare. Vide D. Bald. d. l. & pag. 294. Anabaptiſtæ errant infantibus Baptiſmum denegantes

II. *Pontificiorum ac Jeſuvvitarum*, 1. *Johannem Baptiſtam à labe peccati originalis in utero materno abſolventium*, ita ſcribente Smelingo cap. 4. de Sacram. pœnit. pag. 104. nonnulli omni nævô & labe peccati caruerunt, ſicut glorioſa Dei genitrix *Maria*, & Johannes Baptiſta. Schererus calculô ſuô φιλ..., *hoc pronuncia-* Error Papiſt. de Joh. ἀναμάρτητον Part. 2. poſtill. p. 245.

tum adprobans ait: Die dritte Frucht/ (des Gruſſes Mariæ) Johannes iſt alsbald von der Erbſünde purgirt vnd gereiniget worden/ dieweil vnmüglich/ daß der helige Geiſt/ vnd zugleich die Erbſünde beyſammen wohnen vnd bleiben ſollen.

Verum gratis hoc dicunt paterculi; quod enim dicunt, non probant: ῥοῦν γὰρ ἀπεγραφῶν. Nos Juriſconſultos imitari dicimus: *Ubi lex non diſtinguit, vel ubi ſcriptura non diſtinguit, neq; nos diſtinguere debemus.* Jam verò Scriptura talem inter homines diſtinctionem planè ignorat, ſed omnes potiùs homines (unicô Chriſtô exceptô) communi pollutæ nativitatis lege comprehendit. Johan. 3, 6. Rom. 3, 22, & 5, 12. 1. Joh. 5, 19. Quod igitur verum eſt de omnibus ac ſingulis hominibus, id de Johanne etiam verum eſt. Job. 14, 4, Prov. 20. 9. Exod. 34. 7. 1. Joh. 1, 10. Rô. 3, 9. 10. 19. & 11, 32. Solius autem Chriſti prærogativa ad nullum omninò hominem extendi vel poteſt, vel etiam debet. Heb. 4, 15. & 7. 26. 2. Corinth. 5, 21. Johannes ipſe dicit, *ſe opus habere Chriſtô*, ut ab ipſo baptizetur. Matthæi 3, 14. ſe quoque *indignum eſſe*, ut ſolvat calceos: Johan 1, 27: quid quæſo hoc eſt aliud, quàm miſerum ſeſe peccatorem profiteri? Adde quòd morti aliiſq; miſeriis, quæ peccatorũ ſunt pœnæ, fuerit obnoxius; unde in peccatis quoque ipſum cnoceptum ac natum eſſe lucè moridianâ clariùs patet.

Chriſtus ſolus ſine labe conceptus & natus.

2. *Ecclesiis noſtris adfingentium*, ac ſi ſtatuant, omnes omninò Chriſtianorum infantes, etiam ante Baptiſmum habere fidem, placere Deo, ſanctos Dei filios, & heredes vitæ æternæ eſſe, ſic iterum calumniante audacter Schererô? Aus dieſem Exempel wollen die Lutheriſchen beweiſen/ daß alle Kindlein in Mutterleibe einen wircklichen Glauben vnd Gottſelige newe Bewegungen haben in der Tauffe. Calumniatorem ac mendacem, pro more, ſtrenuum agit Jeſucida, quô ipſô inſignem Eccleſiis noſtris ac notoriam facit injuriam. Novit ipſe, nos cum Auguſtino Baptiſmum ſtatuere *offi ium Chriſtianorum*, quia *non facit generatio, ſed regeneratio Chriſtianos.* In *Baptiſmo* ergò modô ordinariô replentur infantes Chriſtianorum Spiritu ſanctô, qui non ingreditur animam malignam, qualis eſt in omnibus non-renatis, quos *Paulus* iræ filios τῇ φύσει nominat. Epheſ. 2, 3. Baptiſmum autem lavacrum regenerationis ac renovationis *Spiritûs* ſancti. Tit. 3, 5. Novit etiam hoc Eſauita, nos accuratè diſtinguere, *inter ordinariam*

Poſt. part. 2. p. 214.

L. 1. de peccat merit. & remiſſ. cap. 9.

Spiri-

Spiritus S operationem, quæ fit in & per Baptiſmum, & extraordinariam, quâ in infantibus etiam nondum natis poteſt eſſe efficax, quemadmodum in Johanne Baptiſta cognitionem Chriſti & fidem accendit. Nos enim Deus ad ordinaria media adligavit, ſe verò minimè. Eſt enim agens liberrimum, & poteſt in caſu neceſſitatis etiam extra Baptiſmum, in infantibus nondum natis fidem ac ſalutem operari, immò multoties verè operatur. Novit deniq; Suita nos hanc doctrinam orthodoxam, & ſcripturis ſacris conſentaneâ adverſus ἑτεροδόξους Calvinianos adſerere ac propugnare; interim mentitur nihilominus Schererus, nos id docere, quod oppugnamus. Calvinianorum cauſam nolumus facere noſtram. Sophiſtam autem ille agit, dum Calvinianos cum Lutheranis commiſcet, & illorum κακοδοξίᾳ maculam noſtris Eccleſiis adſpergere, & apud imperitiores in crimen ac ſuſpicionem erroneæ doctrinæ vocare eaſdem conatur.

Diſt. inter ordinariam & extraordinariam S. S. operationem.

Deus in infantibus poteſt extraordinariè operari.

5. *Doctrinam ſanam de fide ſalviſica allatrantium.* Ita enim illi colligunt: Si ex fide eſt ſalus, quia *M*ariæ dicitur; beata quæ credidiſti; pari ratione cõcludere licet: Ex operibus eſt ſalus, quia Chriſtus diſcipulis ſuis dicit: Beati eritis, ſi feceritis ea. Joh. 13, *17*. Proponit hoc argumentum Schererus d. l. atque eò etiam accommodat dicta Jac. 1, *25*. Rom. *2*, 13. Apocal. *22*, *14*. Sed committit Suita σόφισμα παρὰ τὸ πῆ καὶ ἁπλῶς: καὶ τῆς ἀγνοίας τοῦ ἐλέγχου. Nam in dicto Iohan. *13*, 17. nullô modô tribuitur ſalus noſtris operibus; ſed monemur tantùm, ne Theologiâ theoricâ cõtenti, praxin negligamus; ut illi faciunt, qui ſciunt quidem, quæ recta ſunt, facere nolunt. *D*e Epiſtola Iacobi nórunt Ieſuvvitæ, eſſe illam extra canonem; admittitur tamen à nobis certâ conditione. Docet autem eos falli, qui jactant fidem, cùm interim nihil homine Chriſtianô dignum agant. Rom. *2*, *13*. Apoſtolus legaliter pronunciat. Dent autem nobis fraterculi Ieſuvvitici factores & obſervatores legis tales, qui perfectam præſtent obedientiam, & tunc omnia ſalva erunt. In Apocalypſi c. 22. *14*. agitur de mandatis Chriſti: ille verò præcipit, ut in ſe credamus, Iohan. *3*, *16*, *29*. ſic fiet, ut proximum quoq; diligamus, piè vivamus, crucem feramus, atque ita fidem noſtram declaremus; quæ omnia doctrinæ noſtræ nihil officiunt, ſed eandem potiùs plurimum confirmant.

Error Papiſt. de fide ſalvifica.

PARS II.

Δοξολογία *Mariæ* continet hymnū ἐγκωμιαστικὸν in laudem Dei decantatum. Conſtat autem duabus partibus; *Propoſitione & Confirmatione.*

I. μεγαλύνειν. Anima & Spiritus idem. ἀγαλλίασις

Propoſitio figurata συνωνυμίᾳ exprimitur v. 46. & 47. μεγαλύνειν eſt magnum facere, ſive factô illud fiat, ſive oratione, h. l. idem quod ὑμνεῖν, laudare, celebrare. Nonnulli diſtinguunt inter animam & ſpiritum; ſed pro eodem accepiſſe Mariam conſentaneum eſt. Intelligit autem utrâque voce omnes animæ vires; quaſi d. ſeriò & ex toto corde Deum celebrabo, & illi pro tanta gratia, quâ me adfecit, in æternum gratias agam. ἀγαλλίασις internam animi lætitiam denotat, & quodammodò cauſa eſt τοῦ μεγαλύνειν. Senſus itaque eſt: Utinam poſſem Dominum ac Deum meum laudibus ſatis dignis extollere; ſed in magnis & voluiſſe ſat eſt. Celebrabo ergò illum ſummô, quô à me fieri poteſt in hac infirmitate ſtudiô: gaudiô enim maximô perfuſus eſt animus meus, idque voce, vultu ſermone declarare conabor.

II. *Confirmatio* duobus abſolvitur membris:

I. Beneficiorum ſpecialium ſeu particularium commemoratione:

Maria fatetur peccatum.

II. *Beneficiorum generalium ſeu univerſalium enarratione.* Beda, uti gloſſ. ord. in marg. refert ita: Primò dona ſibi ſpecialiter conceſſa profitetur: deinde beneficia Dei, quibus generaliter humano generi in æternum conſulere non deſiſtit, enumerat.

Prædicat ergò initiò Maria beneficia ſigillatim ſibi exhibita, numero tria:

1. Eſt *beneficium ſalvationis;* unde Dominum ac Deum ſuum etiam σωτῆρα Salvatorem ſuum vocat. *Piâ* hac confeſſione hominem ſeſe peccatorem, Salvatore indigentem, palàm confitetur.

2. *Beneficium exaltationis;* quòd ſe miſeram, pauperculam & indignam ancillam Filii ſui matrem fecerit. Ergò ἀπὸ τοῦ νῦν, ex hoc tempore & deinceps, omnes in Salvatorem hunc credentes fatebuntur, me omnium fœminarum eſſe longè feliciſſimam.

3. *Beneficium magnificationis & mirificationis.* Fecit, hoc eſt, contulit in me magna ſc. beneficia, quæ ego nunquam cogitatio-

ne

Digitized by Google

ne complecti ſatis, nedum linguâ eloqui valeo. *Ideo (*inquit gl. ord. ex Beda) *magnificat anima mea Dominum, quia mihi magna dignatus eſt facere; nihil meis meritis tribuo, ſed magnitudinem ad illum refero, qui eſſentialiter potens eſt, & de parvis & infirmis magnos facit & fortes.* Quæ verò illa ſunt μεγαλεῖα? illa nim. quòd

Reſpicere.

1. *Se peccatricem miſerā reſpexerit:* (reſpicere autem phraſi Hebræa eſt aliquem amicitiâ dignum jure ,. gratia & beneficiô inſigni ornare.)

2. *Matrem ſeſe Meſſiæ fecerit;*

3. *De Spiritu ſancto gravidam reddiderit.* Gl ordin. *fecit mihi magna, quia in me carnem ſumſit, & me à peccatis mundavit, & dona Spiritûs S. mihi contulit.*

Hinc ergò Benefactorem ſuum ulterius celebrat, & quia opera iſta erant ſtupenda & verè ſumma, ideoq; ad ſingularem Dei potentiam ea refert, ita colligens:

Deus qui omnium potentiſſimus eſt Dominus, magna mihi fecit: Ergo ſanctum nomen ejus, hoc eſt, ſanctificetur & celebretur in omnem æternitatem. Hoc unum.

Porrò à ſpecie ad genus conſcendendo, jam enumerare pergit beneficia, à Deo in univerſum hominum genus, per Incarnationem maximè Filii, collata; prædicans

Miſericordiæ divinæ longitudo & latitudo.

1. *Summam Dei miſericordiam;* cujus notatur *tùm deſcriptio vel longitudo*; extenditur enim illa à progenie in progeniem Hebraicè לדור ודור in generatione & generationem, Pſal. 10, 6: *tùm reſtrictio vel latitudo.* Si enim quæratur, quouſq; ſeſe extendat Dei miſericordia? Reſpondet Maria; ſuper timentes eum. Loquitur de ſpeciali, non generali Dei providentia ac miſericordia: illa enim æquipollet paterno ac gratuito Dei favori; hæc omnibus creaturis communis. Etſi enim voluntate antecedente Deus ſeriò velit omnes homines frui Incarnatione Filii ſui: tamen voluntate conſequente decretum facere cogitur, de ſalvandis æternùm credentibus ſolummodò in Filium, univerſalem mundi Salvatorem. Gloſſ. ord. *Commendatâ miſericordiâ in timentibus, (ſc) ſubdit quid contemtores mereantur.*

Brachium Dei.

2. *Immenſam Dei potentiam.* Fecit potentiam in brachio ſuo. Brachium ſignificat

1. κοινῶς, *invictum Dei robur*, majeſtatem & omnipotentiam, vindictā item ac judicium divinum. Exod. 6, 6. & 15, 16. *Pſalm.* 71, 18. & 89, 11. 14.

2. ἰδίως

2. *ἴδιον Dei Filium,* Ieſum Chriſtum. Pſalm. 98, 1. Eſa. 51, 9. & 53. 1. 63, 5.

Potentiam ſuam Deus quomodo exerat.

Amplificatur hoc beneficium *ἐκθετικῶς*, expoſitione modi; indicat enim quòd fecerit vel exercuerit potentiam Deus,

1. Superbos diſpergendo. Solet enim Deus in eo potiſſimum potentiam ſuam oſtendere, ut elatos mente, qui in cordibus ſuis alta cogitant, diſſipet, confundat, perdat.

2. Potentes de ſede vel gradu dejiciendo.

3. Humiles contrà evehendo.

Eſurire

4. Eſurientes paſcendo Se enim ſuaq; omnia Deo committentes beneficiis cumulat atque ornat. Poteſt intelligi de ſpiritualiter famelicis, qui eſuriunt juſtitiam, & quibus pietas cordi eſt. Verbô enim eſuriendi ſingulare deſiderium in ſacris indicatur.

Divites.

5. *Divites exinaniendo.* Divitiis enim ſuis confidentes ad extremam facilè redigere poteſt inopiam. Per divites intelliguntur etiã homines ſecuri, & qui ſpem in aliis rebus extra Deum collocãt.

Deus promiſſionum ſervantiſſimus.

3. *Firmam in ſervandis promiſſis conſtantiam.* Veritas enim cum ſit Deus, promiſſionum etiam ſuarum eſt ſervantiſſimus.

Fidem autem ſervavit.

1. *Iſraelem puerum ſuum ſuſcipiendo*; h. e. clementer Eccleſiam ſuam reſpiciendo, proſtratam erigendo & conſervando. Gl. ord. Poſt generalem divinæ pietatis & juſtitiæ commemorationem, ad ſingularem novæ Incarnationis diſpenſationem convertit verba: *Suſcepit, quaſi Medicus ægrum, viſibilis inter homines factus.*

2. *Miſericordiæ recordando.* Qui enim jam per annos benè multos viſus fuit Eccleſiæ ſuæ oblitus, jam miſsô in carnem Filiô oſtendit ipsô factô, ſe miſericordiæ promiſſæ non fuiſſe immemorem.

Abrahæ mentio facta præ cæteris.

3. *Promiſſiones ſpeciales explendo.* Nominat enim patrem credentium Abrahamum; quia illi promiſſiones de Meſſia venturo ſæpiùs factæ & repetitæ erant, Gen. 12. 13. 15. 17. 18. 21. & 22. capp. Hinc gl. ord. ita: *Memoriam Patrum, quibus hæc ſalus revelata eſt, faciens, Abraham nominatim exprimit, cui primò ipſa incarnatio manifeſtata eſt. Et ſemini, non tam carne genitis, quàm fidei veſtigia ſecutis: quibus adventus Salvatoris in ſecula eſt promiſſus; quòd ipſa promiſſio hæreditatis nullô fine clauderetur. Nam & uſq; in finem ſeculi credentes non deerunt; & beatitudinis erit gloria perennis.* Maria itaq; ita colligit:

Promiſ-

Digitized by Google

Promiſſiones de vêturo ſemine mulieris in Filio meo implebuntur: Ergò meritò Deus ac Dominus meus ſummis laudum præconiis ad ipſum uſq; cœlum eſt efferendus.

Colophonis locô adjicitur *narratiuncula*, de tempore & mora, quàm diu Maria cum agnata ſua manſerit. Venit ad eam ſextô menſe, & manſit uſq; in nonum menſem, qui terminus erat pariendi. Tribus itaq; menſibus exactis, ad ſuos Maria eſt reverſa

USUS

I. Informatorius.

1. De gratitudine pro exhibitis beneficiis Deo præſtanda. Pſal. 50, 15. & 69, 33. & 147, 1. Eſa. 44, 21. *Modus* exprimitur verbis animæ & ſpiritus. Deus enim non verba, ſed cor reſpicit. 1. Sam. 16, 7. Joh. 4, 24 Amos 5, 22. Matt. 15, 9. Pſ. 34, 1. & 103. 1. & 108, 1. Gratitudo erga Deum.

2. *De* vero *C*hriſtianorum gaudio. *M*undus gaudet & lætatur in tranſitoriis, honore, potentia, divitiis, &c. nos gaudemus, quòd in Chriſto Servatore Deum habeamus propitium. Pſal. 49, 12. Job. 8, 15. 19. & 31, 25. Prov. 15, 21. Eccl. 2. 2. & 10, 11. Prov. 2, 13. Sap. 2, 6. & ſeqq. Luc. 16, 19. 1. Samuel. 2, 1. Eſa. 9, 3. & 25, 10. & 29, 19. & 35, 10. & 65, 18. & 66, 10. Jer. 15. 16. Joel. 2, 23. Habac. 4, 19. Eſai. 61, 10, Soph. 3, 15. Pſalm. 9, 2. & 71. 8, & 73, 28. & 84, 3. Johan. 8, 56. Phil. 4. 4. Gaudium Chriſtianorum.

3. De vera fidei veræ natura ac proprietate, quæ in fiducia & adplicatione cordis eſt poſita. Vid. præced. diſp.

4. De cauſis, quibus Filius Dei impulſus homo factus ſit; Dei nimirum miſericordiâ, juſtitiâ & veritate. Jerem. 31, 3. Luc. 1, 78. Tit. 3, 4. Deut 32. 4. Pſal. 33, 4. Eſa. 55. 3. Hab. 2. 3. Cauſa Incarnationis

5. Quòd omnia Dei opera ſancta ſint & irreprehenſibilia: quicquid igitur ille facit, nos adprobare decet. Pſalm. 104. 24. & 111, 2. & 139, 14. Sirac. 16. 25. & 39. 19. Tob. 12, 7. Opera Dei ſancta.

II. Conſolatorius.

1. Quòd labiorum noſtrorum ſacrificium Deo ſit gratiſſimum, Pſalm. 50, 23. & 69, 33. & 92, 1. Hebr. 13. 15. Sacrificium labiorum.

2. Quòd Deus plura in nos conferre ſoleat beneficia;

Digitized by Google

quàm vel ab ipſo petere, vel ſperare auſi fueramus. Geneſ. 32, 10. Pſalm. 13. 7. & 119, 17. Job. 10. 12. Jer. 32, 18 Sir. 50, 25.

Deus plura confert beneficia, quàm petimus.

3. Ne hoſtium ac tyrannorum rabiem, odia & perſecutiones nimium timeamus. Etſi enim illi in noſtram totiuſq; Eccleſiæ perniciem conſpirantes, fœdera jungant & crudeliſſima conſilia mente volutent, brachium tamen Domini nondum adbreviatum, multò minùs confractum eſt, quô, ſi volet, facilimè poterit ferociam, potentiam & inſolentiam ipſorum retundere. Pſalm. 2, 5. 9. & 46, 1. & ſeqq. & 52, 3. & 110, 1. 2. Par. 32, 8. Zach. 9, 11. Eſa. 41, 10. & 43. 1. 2. & 59, 1.

Hoſtes Eccleſiæ non nimis timendi.

4. Quòd Deus, licet ad tempus noſtri videatur oblitus, tandem tamen opportunô tempore adſit & reipsâ demonſtret, ſe clementer ſuos reſpicere. Hab. 2, 3. Pſalm. 9, 10. Eſa. 49, 14.

5. Quod Deus humiles evehere ſoleat. 1. Sam. 2, 7. 8. 11. Pſ. 113, 7. & 148, 14. Job. 5, 11. & 22, 29. 1. Pet. 5, 6. Jac. 4, 10.

6. Quod in fine ſeculorum Deus eſurientes implebit bonis immarceſſibilibus, Phil. 3, 21. Pſal. 27, 13. & 91, 15. 16.

7. Quod Deus fœderis ſui nunquam ſit immemor. Levit. 26, 45. Pſalm. 98, 4 34. & 105. 8. 42. & 111, 5. 6. Ezech. 16, 60.

III. Monitorius.

1. Ut pro beneficiis gratias Deo agamus indeſinentes. Vide præced. diſpoſ. & feſt. Joh. Bapt.

2. Ut humilitati ſtudeamss. Pſal. 33, 18. Prov. 16, 2. Matth. 18, 4. Rom. 12 16. Soph. 2, 3.

3. Ut ſcripturam nobis reddamus familiarem. Maria enim inde canticum ſuum contexuit. Deut. 11, 18. Pſalm. 1, 2. Luc. 16. 29. Johan. 5, 39. Joſ. 1, 8. 2. Tim. 3. 16.

4. Ne ſuperbiamus: Deus enim diſpergit ſuperbos. Matth. 11, 29. Pſalm. 131, 2. 1. Petr. 5, 5.

5. Ne potentiæ noſtræ confidamus. Pſal. 2, 10. 11. 12. & 75, 6. 6. Sir. 10. 8. 17.

6. Ne divitiis cor adponamus. Luc. 6, 14. Pſal. 53, 8.

IV. Refutatorius.

Papiſt. error de Maria ſine.

Pontifi iorum 1. injuriam ſibi fieri conquerentium, quando incuſantur, nō credere illos, Mariam opus habuiſſe Salvatore, nec inde

Digitized by Google

inde poſſe concludi ad Mariæ conditionem peccatricem. Sic enim Schererus p. 345. Daraus zu ſchlieſſen/ daß ſie ſo wol des Heylandes bedürfftig geweſen/ als andere/ welches wir Catholiſchen iederzeit gelehret haben / vnd werden von vnſern Wiederſachern belogen/ ſo offt ſie das Wiederſpiel von vns ſagen. Denn ob wir wol mit S. Auguſtino, ſo offt von Sünden gehandelt wird/ Mariam ausnehmen / folget darumb nicht/ daß ſie keines Heylandes bedurfft habe. Sed eſt proteſtatio contraria facto: & bonâ conſequentiâ unum deducitur ex altero. Firma enim eſt collectio:

peccato, quem tamē palliare, ſtudent.

Quicunq; eſt ἀναμάρτητος, nullo opus habet Salvatore: hic enim fuit principalis & ultimus finis Incarnationis Chriſti, ſalvare peccatores:

Maria, ex ſententia Pontificiorum, fuit ἀναμάρτητος;

E. nullô opus habuit Salvatore, quod eſt abſurdum ἀδιήγητον & confeſſioni *Deiparæ* propriæ repugnat.

Vidit Suita robur argumenti, ideóque ad authoritatem Auguſtini confugere maluit, quàm veritati monſtratæ locum dare. Detur autem nobis unicum ſcripturæ teſtimonium, quô Maria ex cenſu peccatorum communi eximatur, & tunc ultrò victas dabimus manus. Nævis ſanè ſuis non caruiſſe B. Virginem ex Luc. 2, 45. 49. Johan. 2, 4. Matth. 12. 46. Luc. 8, 20. ad oculum patet. Vide continuationem Papatus Acatholici D. Heilbr. Tom. 2 p. 6.

2. *A Mariæ beatificatione ad ejuſdem adorationem vitioſè admodum concludentium.* Nulla eſt in argumentô ἀκολουθία: *Maria certô reſpectu beata prædicatur ab Eliſabetha. E. Eſt adoranda.* Plus eſſe in conſequente, quàm antecedens permittit, puer ſeptem annorum videt. Confer præcedentia. Nihil interim detractum volumus dignitati B. Mariæ Virginis. Amplectimur enim cum D. Chemnitio ſummâ animi reverentiâ, quod ipſa canit: ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia magna mihi fecit, qui potens eſt. Sentimus autem ita rectè beatam prædicari Mariam Virginem, ſi ea tribuantur quæ, ſcripturæ conſentanea ſunt, & inde probari poſſunt, ut ſanctum ſit nomen Domini. Nec ulla alia celebratio ipſi grata eſſe poteſt.

A beatitudine ad adorationē Mariæ non V. C. Exam. Conc. Trid. part 1. p. 194.

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

Papiſtæ majorem Mariæ, quàm Chriſti rationẽ habent.
Diſc. de Tempore ſerm. 25. de Sãctis.
Maria adoranda proponitur

Malè fit à cœcis in Papatu ductoribus & doctoribus, quòd majorem in hac feſtivitate Mariæ, quá n Redemtoris ac Salvatoris noſtri rationem habentes, decernant, B. Virginem præ omnibus Sanctis tanquam ſingularem Patronam, ab omnibus hominibus eſſe honorandam & invocandam, eò quòd habeat poteſtatem ſubveniendi cuilibet homini in corpore, in rebus temporalibus, in honore & in anima. Unde Paratus ſerm. 45. ita concludit: *Hanc ergò Virginem Mariam honoremus in terris, ut ipſa pro nobis intercedere dignetur in cœlis ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Abſit hæc, & quàm longiſſimè abſit à veris Dei veri cultoribus, μαριολατρεία, in Deum noſtrum multis modis injurioſa, ipſiq; Filio Mariæ contumelioſa.

Nos filum ac ductum Evangelii ſecuti *meliorem vobis feſtum præſens celebrandi modum* σὺν θεῷ *monſtrabimus.*

Ἐργασία.

Dignè autẽ celebrabimus feſtum Viſitationis, quod vocant, Mariæ;

Scandalum non fit in Dei operibus.
Part. 2. Ruſt. p. 243.

I. *In operibus Dei non ſcandalizando.* Sanè ratio humana juſtificat ſapientiam, quòd opus Incarnationis manifeſtetur non per Prælatos & Pontifices Hieroſolymitanos, ſed σκεῦος ἀσθενέστερον, par debile mulierum, Mariam & Eliſabetham. Huc referimus ſcommata Schereri, quibus Eccleſias noſtras ſarcaſticè exagitat, conventum hunc matronarum totô orbe lectiſſimarum, primam N. T. Synodum ſive Concilium dicentes. *Sic enim ille* Die Lutheriſchen nennen dieſe Zuſammenkunfft der Weiber / den erſten Synodum, oder das erſte Concilium des Newen Teſtaments/ darinnen/ wie die Lutheriſchen Poſtillanten vber das heutige Feſt ſchreiben / vnter allen Weibern ſol decretirt vnd beſchloſſen ſeyn worden / daß der Glaub allein gerecht vnd ſelig

lig mache. Lieber/ wem ſollen närriſchere vnd lächerliche-re Dinge träumen können/als eben dieſes Gedicht iſt? daß nemlich die Weibespersonen den erſten Synodum, oder das erſte Concilium des Newen Teſtaments gehalten/ vnd darin-nen præſidirt ſolten haben? Was haben die Weiber auff den Synodis zu ſchaffen? & quæ ibi conſequuntur longâ ſerie. Verùm Sycophantæ veriùs & hiſtrionis hæc ſunt, quàm Theologi dicte-ria ac ſcommata. Nos theatricam & pompoſam Eccleſiam ex ſcripturis ignoramus, in puſillo autem grege nulli offendimur, illud potiùs divinis edocti oraculis ſcientes, quòd *Deus* elegerit ſtulta, imbecillia & ignobilia mundi, ut confunderet ſapientes, robuſtos & nobiles in mundo. 1. *Cor.* 1, 26. 27. 28. Eſa. 55. v. 8. 9. Matth. 11, 6.

II. *De Meſſiæ adventu nihil quicquam dubitando*, quâ de ma-teria hoc in loco agitur. Si enim quæras de fine itineris, à Maria ad Eliſabetham ſuſcepti, *principali*, nullus certè poteſt dari alius, niſi is, ut fiat fidei ſuper hunc articulum confirmatio. *Minùs princi-pales* erant, gratulatio, converſatio & opitulatio. Adſtipulatur Mariæ, Filii præcurſor Johannes Baptiſta. Is enim materno ad-huc utero incluſus exultat, quia ſenſerat adventum Domini. Gl. ordin. ait: *Quia lingua non poterat, animâ exultante ſalutat, & ſuæ præcurſionis officium inchoat.* Accedit tertiò locô teſtimonium Eli-ſabethæ, quæ Spiritu ſanctô repleta, *non tàm clamoſa, quàm devota magna dona Dei cognovit*, gl. ord. Verbum ergò caro factum eſt, & habitavit in nobis. Johan. 1, 14. Ex colloquio enim Mariæ & Eliſa-thæ pateſcit ultrò non tantùm τὸ ὅτι, ſed etiam τὸ τί ἐστι h. e. deſcri-ptio Meſſiæ, tùm ratione perſonæ, quatenus eſt θεάνθρωπος; tùm ra-tione officii, cujus eſt benedicere & ſalvare. Vide præced. Meſſias venit.

III. *Eccleſiam veram rectè cognoſcendo.* Pontificii de multi-tudine glorientur, & vel inde Eccleſiæ veritatem æſtimari debere contendunt. Hîc contrà nobis monſtratur Eccleſia in domo Za-chariæ, Evangelium τοῖς πτωχοῖς prædicatur. Pſalm. 8, 3. Matth. 11, 25. Sophon. 3, 12. Luc. 12, 32. 1. Cor. 1, 26. 27. Eccleſiæ nota non eſt multi-tudo.

IV. *Virtutes Mariæ & Eliſabethæ imitando.* Habes hîc ſpeculum virtutum præſtantiſſimarum, quas inter velut ſtella emicat. Virtutes matronales.

1. *Pietas*, quâ utraq; fœminarum maximè eſt conſpicua. Maria peregrinatur cum feſtinatione, *non retardat* (uti gl. ord. loquitur) *aſperitas itineris, nõ gaudet diu in publico videri, ſed feſtinat curſu* quodammodò concitatô ad domum Zachariæ, h.e. ad Eccleſiam, ibi enim uti jam dicebamus, vera erat tum temporis Eccleſia. Pſal. 25, 9. & 27. 4. & 42, 2. & ſeqq. & 84, 1. & ſeqq. & 108, 1. & 122, 1. & ſeqq.

2. *Erga proximum charitas*, quâ urgente Maria & agnatam viſitat, & grandævæ prægnanti ipſa juvenculâ deſervire cogitat: Eliſabetha verò Mariæ de tàm inſigni felicitate ex animo gratulatur. Levit. 19, 18. 34. Johan. 13, 34. & 15. 9 10. 11. Rom. 12, 9. & 13, 8. 10. 1. Cor. 13. 1. & ſeqq. Gal. 5, 6. 14. Eph. 4. 15. 1. Tim. 1. 5.

3. *Caſtitas*, Vide diſpoſ. 1.

4. *Humilitas*. lib. Ambroſ. de Maria: Eandem humilitatem, quam Angelo exhibuit, hominibus quoque exhibere curat. De Eliſabetha gloſſ. ord. *Idem Spiritus, qui prophetiæ donum dedit, pariter humilitatem præſtitit*. Hinc exclamat: Unde hoc mihi? i. e. *quâ meâ juſtitiâ, quibus meis meritis?* uti Ambroſius interpretatur.

5. *Confeſſionis ſinceritas*. Eliſabetha n. nihil diſſimulat, ſed apertè fatetur, quid ſecum contigerit, quid de Mariæ Filio ſentiat, & quantum fœtus uteri ſui lætatus fuerit. Gloſſ. ord. *Sentio miraculum, myſterium cognoſco, mater Domini Verbô fœta, Deô plena eſt. Ipsô momentô, quô vix intrat ad aures corporis, virtus ſpiritualis intrat ad cor audientis.* Beda: Revelante Spiritu, quô impleta erat, intelligit, quid exultatio infantis ſignificat: ſc. veniſſe matrem illius, cujus præcurſor erat futurus. Et quæ ante onus Parentis erubeſcebat, dum neſciret myſterium religionis, jam benedicit: & quæ ſe occultabat, quod conceperat filium, jactat ſe, quòd genuit Prophetam: & quæ in occulto cognoverat, his, qui ſimul aderant & audiebant, palàm evangelizat. Pſalm 116, 10. Matth. 10, 32. Johan. 1, 20. & 9. 22. & 12, 42. Roman. 10, 11.

6. *Credulitas*. Fides Mariæ prædicatur: fide enim ſpiritualiter concipitur Chriſtus in cordibus fidelium. Eph. 3, 17. Vide præc.

7. *Oecumenica ſedulitas*: Maria enim peractis peragendis ad ſua revertitur.

V. *Deum pro acceptis beneficiis glorificando. Sic Maria*, ut ait Theophylactus, *certior reddita de fœtu concepto, glorificat Deum, illi attribuens miraculum, non ſibi ipſi*. Attribuit enim in cantico ſuo Domino

I. Ex

I. Ex ſua parte,

1. Gratuitam ſui reſpectionem:

2. Meſſiæ ſe matre, apparitionem.

3. Magnalium divinorum exhibitionem.

II. Ex hominum vel totius mundi parte prædicat,

1. Dei benignitatem:

2. Ejuſdem poteſtatem, quam exercuit in brachio ſuo. Brachium autem Patris Filius: Theophyl. *Fecit igitur robur, & virtutem, ac potentiam, contra naturam Deus in Filio ſuo. Incarnatô enim Filiô victa eſt natura, Virgine pariente, Deô Homine factô, Homine verò Deificatô.* Declaravit itaque potentiam ſuam Deus — Potentiæ divinæ declaratio.

1. *In humilium promotione:*

2. *In ſuperborum confuſione:* (ſuperbos Theophylactus exponit *dæmones*, ejectos ex humanis animabus; & *Judæos*, quos diſperſit in univerſum mundum. Alii eos intelligunt, qui ſapientiam Dei in ſimplici verbo manifeſtatam, reformare, & irregularitate ſuâ Eccleſias turbare tentant.) — Superbi.

3. *In tyrannorum dejectione*; depoſuit potentes de ſede. (Theophylactus per potentes iterum intelligit *diabolos*, qui contra homines prævaluerunt, & ſedes in humanis habebant pectoribus, in illis requieſcentes: item *Phariſæos.*)

4. *In pauperum cibatione;* quanquam Theophyl. eſurientes interpretetur gentiles; divites Judæos.

5. *Dei veritatem.* Uberiorem Cantici hujus explicationem pete ex præced. diſpoſ. quò Te, benevole Lector, brevitatis causâ remitto. Concludimus verò Eccleſiæ: *Omnipotens, ſempiterne Deus, qui ex abundantia charitatis B. Mariam, tuo Filio fœcundatam, ad ſalutationem Eliſabeth inſpiràſti; præſta, quæſumus, ut donis cœleſtibus repleamur, & ab omnibus adverſitatibus eruamur, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum Unigenitum, qui tecum & cum Spiritu S. vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum,* Amen.

IN

Digitized by Google

IN FESTO S. JACOBI APO- STOLI:

Evang. Matth. 20. à verſ. 20. ad 24.

DISPOSITIO PRIMA.

Jacobi maioris hiſtoria.

CElebrat hac die Eccleſia feſtivitatem *B.* Jacobi, qui piſcator initiò, ſed cum Johanne fratre ad Apoſtolatum à Chriſto immediatè ſimul vocatus eſt. Dictus fuit Jacobus major, ſed cauſam rei divinare nondum poſſumus.

Filius fuit Zebedæi piſcatoris; quô relictô Jeſum vocantem lubens ſecutus eſt. Matth. 4, 21. Adhibitus fuit cum Johanne fratre operibus quibuſdam Chriſti ſingularibus, nim. ejuſdem *transfigurationi*; Matth. 17, 1. puellæ demortuæ *reſuſcitationi*. Marc. 5, 37. *ſanguinolentæ* demum Chriſti agonizantis cum morte *dimicationi*. Matth. 26, 37. Humanis quoque infirmitatibus ipſum laboràſſe patet,

1. Ex ambitioſa præſentis Evangelii poſtulatione;

2. Ex zeli intempeſtivi declaratione; Luc. 9, 54.

3. *Ex Magiſtri ac Domini ſui, tempore paſſionis, deſertione.* Poſt reſurrectionem ſuam Chriſtus Jacobo huic conſpiciendum ſeſe præbuit, teſtimonium rei perhibente D. Paulo 1. Cor. 15, 7. Apoſtolatus ſui breve admodum, poſt aſcenſionem Chriſti ad cœlos, habuit curriculum. Hieroſolymis enim ab Herode Agrippa, annô miniſterii ſui 12, inter ipſa naſcentis Eccleſiæ initia gladiô ſublatus & occiſus eſt. Act. 12, 2. Fabulas Papiſtarum, de Jacobi in Hiſpania miraculis, poſt mortem etiam deſignatis, de capite & cadavere ejus ad *P*apiſticos remittimus μυθοπλάστας, ad prælectum ſine ulteriori mora accedentes Evangelii textum, qui generis eſt tùm *demonſtrativi*, tùm *deliberativi*, propter hiſtoricam deſcriptionem petitionis, à Jacobo & Johanne, per matrem ſubornatam, Chriſto Salvatori propopoſitæ. Contemplabimur autem

Fabulæ Papiſt. de Jacobo.

I. Matris in petendo imbecillitatem;

II. Diſcipulorum Johannis & Jacobi in pollicitando temeritatem;

III. Chriſti in reſpondendo vel informando dexteritatem.

PARS

Digitized by Google

PARS I.

Initio ἀντιλογία φαινομένη è medio eſt tollenda, ne quis in διεξόδῳ ſcrupulus nobis maneat reliquus. Deſcripſit hanc quoq; hiſtoriam Evangeliſta Marcus cap. 10. 35. & ſeq. qui nullam planè matris mentionem fecit, ſolos diſcipulos, Johannem & Jacobum, inducens, πρωτοκαθεδρίαν in regno Chriſti, quod ſibi adhuc dum imaginabantur mundanum, poſtulantes. Sed ἀντιλογίαν, iſtam tollit diſtinctio inter τὸ ἔμμεσον καὶ ἄμεσον. Matthæus agit de petitione mediata; matrem enim hi duo fratres, auditâ Chriſti de paſſione ac morte futura concione, ſubornaverant; ut ſuô nomine Dominum Jeſum ea de re, quam meditabantur, compellaret. Matrem enim ſuam, quippe cognatam Chriſti, ejusmodi putabant eſſe perſonam, cui non facilè quicquam Dominus videbatur eſſe recuſaturus. Marcus verò agit de petitione immediata: perinde autem eſt, ſive quis ipſe petat aliquid immediatè, ſive id expediat per alium. Et videatur interpretum nonnulli in eam inclinare ſententiam, utrumque factum fuiſſe, ut & mater pro filiis intercederet, vel unà cum filiis Domino ſupplex fieret: & diſcipuli hi duo eâdem petitionem, quam mater propoſuerat, repeterent, uti videre eſt in Harm. Evangel. D. Chemn. cap. 135. p. 261. & ſeq. Confirmat hanc ſententiam Chryſoſtomus, qui referente D. Pelargo in quæſt. ſuper Matt. fol. 216. utrumque fieri potuiſſe docet, & quòd magnâ temeritate priores ipſi rogârint, & quòd vanâ fiduciâ matrem adhibuerint.

His ita præmiſſis ad primæ partis διέξοδον acceſſum facimus. Illa autem quàm commodiſſimè περιστατικῶς, ſecundum circumſtantias, uſitato verſiculo:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?

comprehenſas, expediri poterit. Oſtenditur enim hîc

1. *Quis? vel perſona ſupplicans*; mater filiorum Zebedæi. Ita dicuntur duo Chriſti Apoſtoli, Johannes Evangeliſta, & Jacobus major. Horum parens erant Zebedæus piſcator, cujus mentio facta fuit in feſto Andr. Apoſtoli; mater verò Salome, Marc. 15. 40. Joſephi ſoror. Probam illam aliàs & religioſam fuiſſe fæminam, ex multis Evangeliſtarum indiciis liquet. Nam & Chriſtum paſſim ſequebatur, & conciones ejus devotione ſingulari audiebat, Zebedæus. Salome matrona pia.

& ipſi diligenter, donec in cruce exſpiraret, miniſtrabat. Luc. 8. 3. Etſi verò Salome iſta Chriſtum acceſſerit; directores tamen totius actionis erant ipſius filii nominati, matrem *φιλόστοργον*, inſtigantes, ut maturè id proponeret & obtineret; quod ab aliis ſibi præreptum iri falsò exiſtimabant.

2. *Quod?* Petitum proponitur.

1. *Ἀορίστως indefinitè?* dicit enim ſeſe aliquid ab ipſo petituram. Muliebris hoc videtur aſtutiæ, inquit D. Chemn. d. loc. quòd petitionem ſuam non exprimit, ſed priùs adſenſum à Domino elicere cupit, ne poſtmodum repulſam aliquam ferat.

2. *Διωρισμένως diſtinctè.* Cùm enim Chriſtus temerè annuere nollet, ſed particularem petitionis explicationem urgeret, tandem animi ſui morbum prodere, & apertè quid petat, exponere tenetur. Tale autem fuit ipſius petitum: Dic (jube, ſtatue, decerne Hebr.) ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dextram tuam, & alter ad ſiniſtram in regno tuo.

Summa petitionis huc redit: quandoquidem mors Chriſti inſtabat, regni vel hereditatem, vel ſucceſſionem ad ſe ſuosque filios jure propinquitatis ſpectare rata, petit illam ante mortem filiis ſuis adſignari, vel *προεδρίαν* ac prærogativam ſaltem aliquam in regno ejus (quod terrenum & ſeculare fore credebat) adjudicari, & quidem ejusmodi, ut duas principaliſſimas functiones cum ampliſſima dignitate conjunctas illis conferret.

3. *Ubi?* De loco non admodum ſumus ſolliciti: harmonia nihilominus Evangelica oſtendit, contigiſſe hanc hiſtoriam in itinere, quod Chriſtus per Galilæam Hieroſolymam verſus ultimum inſtituerat. Ita contigiſſet hæc hiſtoria prope urbem Hiericho, ubi cœco viſum reſtituerat Jeſus,

4. *Quibus auxiliis?* Apoſtoli fratres petitionem ſuam (ut jam modò dictum) mediante matre Salome proponi curârunt. Veniunt igitur & mater & filii, atq; primatum à Chriſto petunt. In matre quidem infirmitas hæc excuſationem invenire aliquam poterat: illa enim

1. *De Chriſti regno* non aliter erat edocta. &

2. *Ex communi* matrum adfectu filios ſuos cupiebat promotos: In filiis autem factum hoc excuſari nullô modô poteſt; multoties enim illi ex ore Magiſtri ſui perceperant, nolle ipſum regnum aliquod mundanum erigere, in quo politica officia ac honores diſtribuantur.

5. Curi:

5. *Cur*? Quô prætextu, quibuſvè de cauſis ad iſtam prolapſi fuerint infirmitatem, ex hiſtoria Evangelica colligere promtum eſt. Cauſa principalis fuit

1. *Perverſa de mundano Chriſti regno imaginatiô;*

2. *Altera huic ſuccenturiata, ambitio;*

3. *Tertia ſanguinis cognatio:* Fuit enim Salome mater Joſephi ſoror. Cum itaq; gradu cognationis non ultimô Chriſtum attingerent, ideoq; par eſſe judicabant, ut præ cæteris eminerent, ad ſeculares ejusmodi dignitates in regno ipſius promoti.

6. *Quomodo*? Intercedit mater pro filiis προσκυνοῦσα, adorans, προσκυνεῖν, hoc eſt, inclinatô corpore reverentiam ei exhibens; vel ad pedes ejus ſupplicum more proſtrata: quod eò pertinebat, uti *Maldo*natus cenſet Col. *425*. ut Chriſti ſibi gratiam benevolentiamq; conciliaret.

7. *Quando*? Tempus indicat particula initialis τότε, tunc; cùm nim. Hieroſolymam tenderet Salvator, victimam ſeſe Patri ſpontè oblaturus.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

I. Matrum proprium eſt, ut filiis ſuis quàm optimè proſpectum cupiant; ubi in genere de affectu parentum erga liberos dici poteſt. Gen. *27. 42.* & ſeqq. Exod. *2, 3.* & ſeq. Tob. 4, 4. 1. Reg. 3, *26*. Eſa. 49, *15.* & *66*, 13. Sir. 36, 23. Gen. *37*, 34. & 42. 36. *37.* *2.* Sam. *12*, 16. Matth. *7*, 9. Luc. *11*, 12. Matrum pro filiis cura.

II. Affectus iſte maternus, ſi intra terminos ſeſe contineat, culpandus non eſt; inde enim liberorum educationem tantò diligentiùs curabunt. Eph. 6, 4. Deut. *6, 6. 7.* Prov. 22, *15.* & *19*, 18. Sir. 30. *12.* 13. Prov. *13, 24.* & 22, 6. & *29*, 15. Maternus amor.

III. Sed matres (quandoq; etiam patres) in curandis liberorum commodis, multoties vel in exceſſu, vel in defectu peccant. Sir. 30, *11.* 19. Prov. 13. 24. & *23. 13.* 1. Samuel. 4, 18. *2.* Sam. 13, 31, & 18, 33. *1.* Reg. 1, 29. *Prov.* 19, 18. Ephes 6, 4. Coloſſ. *3*, 21.

IV. Parentes pleriq; curant, ut corporibus tantùm liberorum in hac vita benè ſit, animas interim eorum negligentes. Matth. 16, *26.* Deut, 4. 9. Eſ. 38, 19. Heb. 6, 1. *1* Samuel. 1, *24. 28.* & 2, *19.* Actor. 22, *3.* 2. Timoth. 3, *15.* Pſalm. *34, 12.* Tob. 1, 10. Sir. 30, *3, 4.* & 11, 1. & 40, 26. & 44, 12. Matth 6. *20.* Sir. 41 9. Parentum cura præpoſtera.

V. Amor matrum plerunq; eſt cœcus.

Exem-

Digitized by Google

VI. Exemplum habemus eorum, qui animos magnatum expugnant variis artibus promiſſionibusq; ſibi obſtringunt, ut poſtea obtinere petita quævis queant. Jerem. 17, 9. 1. Reg. 2, 20. Matt. 14, 7. 8. 9.

VII. Cupiditas quorundam hominum eſt in petendo inſatiabilis.

Sanctorum infirmitates.

IIX. De infirmitatibus in renatis adhuc reliquis, quæ tamen verè & propriè ſunt peccata. 1. Johan. 1, 8. Eſa. 64. 6 Pſal. 19, 15. & 32, 6. & 143, 2. Rom. 7, 23. Eſa. 6, 5. Matth. 6, 11. 1. Joh. 3, 4.

Regeneratio imperfecta.

IX. Regeneratio enim in hac vita non eſt perfecta ſed duntaxat inchoata, in altero demum ſeculo perficienda. Roman. 7, 18. Galat. 5, 17. Exod. 34, 7. Job. 14, 4. & 15, 15. 16.

Errârunt Apoſtoli in vita.

X. Apoſtoli, licèt à Chriſto immediatè eſſent vocati, ab erroribus tamen dogmaticis non abſolutè & planè fuére immunes, quid mirum, ſi aliis idem accidat? Luc. 24, 11. Act. 10, 28.

XI. Errant itaq; Suitæ imaginariam illam ab omnibus erroribus immunitatem vocationis extraordinariæ δόγμα ſive indicium neceſſarium conſtituentes, atq; inde B. Lutheri vocationem hoſtiliter oppugnantes.

In doctrina Apoſtoli non errârunt.

XII. Certi interim ſumus à poſteriori, Apoſtolos in doctrina, ſcriptis præſertim Spiritus ſancti inſpiratione propoſita, non erràſſe. Galat. 1, 8. 9. Epheſ. 2, 20. Johan. 16, 13. 1. Corinth. 2, 12. 13. 2. Petr. 1, 20. 21.

Eccleſia in hac vita non ſine macula.

XIII. Vani ſunt & profani cum Schvvencofeldianis Anabaptiſtæ, Eccleſiam ab omni labe immunem ſibi in hac vita ſomniantes. Matth. 13, 25. & 24, 24. Actor. 20, 30. 1. Corinth. 11, 19. 1. Johan. 2, 19. & 4. 1.

XIV. Propter infirmiorum quorundam in Eccleſia ruditatem, ignorantiam & in adſequendis myſteriis divinis tarditatem, non ſtatim Eccleſia vel confeſſio ipſa in ſuſpicionem vocanda, quòd à Calvinianis σκοποφόροις καὶ καρφοδικασταῖς fieri notum eſt.

Doctores peccatores.

XV. Sicut ab Apoſtolis; ita nec ab Eccleſiæ miniſtris reliquis humani quicquam alienum. 2. Cor. 4, 7.

XVI. Videmus imaginem eorum, qui magis ſunt occupati in quærendis terreſtribus, quàm cœleſtibus. Col. 3, 1. Phil. 3. 13. 19. Matth. 6, 33.

XVII. Errant Calviniani, hoc filiorum Zebedæi exemplo

ſeſſio-

Digitized by Google

ſeſſionem Chriſti ad dextram Majeſtatis declarare præſumentes; ita *Deo* adſignabitur thronus dextræ & ſiniſtræ. *Ἄλογον*

Error Calvin. de ſeſſione ad dextram Dei.

XIIX. Lapsûs & infirmitates Sanctorum ſunt deſcripti, non ad delectationem; multò minùs ad imitationem; ſed 1. *ad noſtri emendationem*; 2. *ad noſtri recognitionem* vel probationem; 3. *ad noſtri conſolationem*; 4. *ad noſtri informationem*, ut inde diſcamus 1. *renovationis in hac vita imperfectionem*; 2. *Diaboli ſtudium* in decipiendis hominibus indefeſſum 3. *ſecuritatem cavere*; peccata, peccatorumq; occaſiones vitare; infirmos tolerare; tantò ardentius precationi invigilare. Roman 7, 18. Luc. 22, 31. 1. Pet. 5, 8. Rom. 10, 20. 1. Corinth. 10, 12. Pſal. 86, 11. & 143, 10.

Sanctorum lapſus cur ſcripti.

PARS II.

Audivimus matrem ſollicitantem; audiamus filios multa de ſe, ex craſſa rerum *ἀπειρίᾳ* præſumentes. Nota autem

I. *Ruditatis & ignorantiæ exprobrationem.* Ambitioſæ enim tùm matris, tùm filiorum petitione tria tantùm verba Salvator reponit, quæ tamen plùs habent in receſſu, quam primâ fronte pollicentur: *Neſcitis*, inquit, *quid petatis.* Continent hæc verba

1. *Benignitatis argumentum.* Meriti fuerant ſupplicantes, quibus durius Dominus reſponderet: ſed ſuâ uſus lenitate ac benignitate, ignorantiæ tribuit, quod inſignis erat ambitionis *τεκμήριον*, ſive indicium. *Sed* ineſt ſimul

2. *Veræ ignorantiæ documentum.* Etſi enim quid peterent, ſecundum rationis & carnis ſuæ affectum probè ſcirent: tamen ſecundum officium & propriam Meſſiæ vocationem reverâ quid peterent, ex affectata quadam ignorantia, neſciebant. Erat enim ipſorum petitio contraria

1 *Dei intentioni*;
2. *Chriſti officio*;
3. *Diſcipulorum vocationi* ac miniſterio. *D.* Chemn. p. *263.*

3. *Cauſarum additamentum.* Oſtendit enim Salvator proficiſci hoc poſtulatum,

1. *Ex perverſo ambitionis adfectu*;
2. *Ex turpi concionum ſacrum neglectu*, quibus & de regni ſui conditione, & de imminéti ſua paſſione multa ipſis erat côcionatus;
3. *Ex pravo carnis ferocientis inſtinctu*;

4. *Ex deſiderii ſpiritualis defectu.* Cœlum illi debebant adſpirare, & ecce umbratilem ac momentaneam mundi felicitatem anhelabant.

II. *Novam interrogationem*, tentationi ſive probationi diſcipulorum non parùm inſervientem. Rejectâ enim petitione tàm injuſtâ, proponit ipſis aliam quæſtionem, quâ à perverſa illos dominandi cupiditate revocat, ad meditationem paſſionum, quæ eis in hoc mundo, ad exemplum *Ma*giſtri ſui, ſubeundæ reſtabant; ſimulque viam eis regiam monſtrat, quâ non ad temporaneam & inanem, ſed veram dignitatem, gloriã atq; eminentiam pervenitur.

Utitur autem ſermone figuratô, metaphorâ duplici, quæ tamen ad unum ſcopum tendit, ut nim. diſcipulos de ſuſtinenda cruce tribulationibus & adflictionibus maturè moneat, Crucem autem vocat

1. *Calicem, Poculum;* &

2. *Baptiſmum.*

Vetus potandi conſuetudo.

Quoad priorem loquendi modum, deſumta eſt metaphora à veteri potantium ritu, quô per convivii præſidem ſua cuiq; vini portio, atque ita ſuus cuiq; calix, ſuum cuiq; demenſum, quod hauriret, ſtatuebatur. Eſt autem in ſcripturis calix quadruplex:

Calix quadruplex.

1. *Calix tribulationis & paſſionis:* Pſalm. *75, 9.* Eſa. *51, 17.* Jer. *25,* 17. & *49. 12.*

2. *Calix benedictionis & gratiarum actionis*, poſt cibum ſumtum, in ſacrificiis, in eſu Agni Paſchalis, &c. cui ſucceſſit Calix Novi Teſt. myſticus in S. Cœna. 1. Par. 17, *3.* Matth. *26, 29. 30.* Luc. *22, 17.* Corinth. *11, 27.*

3. *Calix lætificationis*, quem bibunt pii ab adflictionibus liberati. Pſalm. *16. 5.* & *23. 5.*

4. *Calix vindictæ & ultionis divinæ.* Hoc verò loquitur Chriſtus de calice, non lætitiæ, ſed adflictionis & tribulationis, de quo quærit Apoſtolos hoſce ſuos, an calicem ſuum poſſint bibere? q. d. ſi vultis in regno meo paratas habere ſedes, parate vos in mundo ad crucem & paſſionem. Eſt autem, ut iſtud quoq; obiter addam, in vocabulo calicis ſimul Synecdoche vel metonymia continentis: non enim ipſe calix bibitur, ſed potus in calice contentus.

Baptiſmus crucis.

Alter loquendi modus ſumtus eſt à Baptiſmo, qui & ipſe nonnunquam (Luc. 12, 50.) crucem ſignificat. Quid enim eſt ipſa aliud

Digitized by Google

aliud, quàm quædam in calamitatum mare immerſio? Vult igitur Chriſtus, ut duo hi diſcipuli, ambitionis quodam quaſi œſtro perciti, ſecum reputent, an talem ac tantam crucem, quantam Chriſtus intra dies paucos erat in ſe ſuſcepturus, propter gloriam Dei perferre valeant, quandoquidem proximum à ſe dignitatis gradum petant. Probent itaq; maturè

—— *quid valeant humeri, quid ferre recuſent.*

III. *Temerariam diſcipulorum reſponſionem.* Tanta nimirum eſt humanæ mentis præſumtio, ut quemadmodum bellum dulce inexpertis: Ita extra teli jactum poſitis omnia pericula videantur levia & portatu admodum facilia. Specimen habes in duobus hiſce Apoſtolis, qui uti primas in regno Chriſti ſedes ſtultè poſtulaverant: ita nunc nimiâ aviditate adipiſcendi, quod optabant, temerè reſpondent: poſſumus: ſuam iterum inſcitiam, cum ſumma incogitantia conjunctam prodentes, dum floccipendunt afflictiones & pericula, quæ & Domino & ipſis imminebant. Ad rem ubi deventum eſt, turpi ſibi fugâ cum reliquis Apoſtolis, ſolò relictô Ieſu, conſuluerunt. Matth. 26, 56.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. De ambitione, quæ pleriſq; hominibus innata videtur: Inter omnes enim cordis humani adfectum honoris & gloriæ cupiditas latiſſimè patet. Matth. 6, 2. Gal. 5, 26. & 6. 3. 4. Phil. 2. 3. Iac. 3. 15. *De ambitione fugienda.*

II. Fugienda eſt autem ambitio inprimis Eccleſiæ miniſtris, Matth. 20. 25. 26. & 23, 8. Luc. 14. 8. 1. Corinth. 2, 1. 2. Corinth. 3, 1. Gal. 5, 26. 1. Tim. 3, 6. 2. Tim. 3, 62. Iac. 3, 1.

III. Honores interim in pietate & virtute quærere Deo nō adverſatur, modo abſit adfectus carnis. Rom. 12. 17. & 14, 18. Act. 24, 16. 2. Cor. 8, 21. 1. Pet. 2, 12. & 3, 16. Pſ 91. 15. & 113. 7. 8. Sir. 11, 13. *Honores non tolluntur.*

IV. Mundus autem plerunq; honorem quærit in opibus potentia, ampla familia & aliis tranſitoriis rebus. Prov. 30, 8. Pſal. 49, 12. 13. & 144. 12. 13. 14. 15. Matth. 19, 22.

V. Indicium naturæ corruptæ eſt, quòd non poſſimus diſcernere inter τὰ ἀληθῶς καὶ φαινομένως ἀγαθά: ita fit, ut homines pro veris ac cœleſtibus bonis, alterius eligant bona. Jerem. 2, 13. Rom. 1, 10. Epheſ. 5, 17. Epheſ. 4, 18. 1. Corinth. 1, 21. & 2, 14. *Corruptæ naturæ ſignum.*

VI. Deus

VI. Deus novit, quos ex hominibus evehere velit; & hi priùs humiliantur. 1. Sam. 2, 7. 8. Pſalm. 113. 6. 7. Eccl. 4, 14. Luc. 1, 52. 1. Petr. 5, 6. Jac. 4. 10. 1. Sam. 16, 11. 12. Pſalm. 18. 36. Prov. 15, 33.

Humilitas ante gloriam.

VII. De Chriſti erga peccatores lenitate. Eſa 42. 2. 3. Ezech. 34. 16. Matth. 11, 29. 1. Johan. 2, 1. 2.

Deſperandum non eſt.

IIX. In peccatis non eſt deſperandum. Gen. 4. 13. 14. 2. Samuel. 17, 23. Matth. 27. 5. Sir. 2, 24. 16. 1. Sam. 31, 4. 1. Marc. 6, 12. 2. Corinth 2, 7.

IX. Ignoramus quandoq;, quid petamus. 2. Cor. 12, 7. Eſ. 35, 13. Pſalm. 66, 18. Roman. 8, 26. Johan. 4, 22. Eccl. 7, 1. Phil. 1. v. 22.

Preces cur non exaudiantur.

X. Cauſa autem denegatæ exauditionis plerunq; in nobis ipſis hæret. Rom 8, 26. Matth. 26, 39. Ezechiel. 8, 9. 10. & 14, 14. 1. Samuel. 8, 18. Proverb. 1, 24. 28. & 28, 9. Eſa. 1, 15. Jerem. 11, 11. 14. Mich. 3, 47. Zach. 7, 5. Pſalm. 109, 7. Jerem. 7, 16. & 14, 11. Sir. 28. 2. & 34, 31. Johan. 9, 31.

XI. Mirum non eſt, ſi in rerum corporalium petitione quandoq; eadem nobis, quæ huic matri reſponſio obtingat. Iacob. 4, 3. 1. Petr. 4, 19. 1. Sam. 3, 18. Pſalm. 39, 10. 2. Samuel. 15, 25. 1. Iohan. 5, 14. 15. Ion. 4, 9

Non rectè orantes.

XII. Omnes, qui in oratione ſuâ non reſpiciunt Dei voluntatem, Chriſti officium, ſuam vocationem, illi neſciunt quid petant. Matth. 6, 10. & 26. 39. Act. 21, 14. Johan. 16, 23. Rom. 8, 34.

XIII. Sic qui divitias, honores, Dei in proximum vindictam, & ſimilia petunt, neſciunt quid petant. Prov. 30, 8. Matth. 13, 22. 1. Tim 6, 9.

XIV. Qui in peccatis contra conſcientiam viventes orant, neſciunt quid petant. Iohan. 9, 31. Eſa. 1, 15. & 59, 2. Ierem. 2, 27. & 3, 5.

Confidentia humana.

XV. De humana confidentia, cumprimis extra teli jactum Iohan. 16, 30. Ierem. 10, 23. & 17. 9. Pſalm. 30, 7. 8. 1. Cor. 10, 12. Galat. 6, 1. Matth. 26, 33. 35. 74. 75. Prov. 28, 14. Iob. 24, 22. 23. Pſalm. 39. 7.

XVI. Inexpertis levis eſſe videtur tentatio paſſionis & mortis. 2. Cor. 13, 5. Iob. 7, 18 Pſal. 26, 2. Exod. 20. 2.

XVII. Cautè itaq; vivamus, conciones non negligenter audiamus, ſed ad normam verbi vitam inſtituamus. Pſalm. 19, 13.

XIIX. Chriſtianis omnibus paratum eſt certum demenſum

ſum crucis & adflictionum: omnibus enim hominibus propinatur calix à Domino. Pſal, 60, 5. & 75. 6. & 80, 9. Jer. 25, 15. & 49, 12. & 51. 7. Thren. 4, 21. Ezech. 23, 31 32. 33. Hab. 3, 15. 16. Apoc. 14, 10. 1. Cor. 11, 32. Pſalm. 34, 20. Prov. 11, 31. 1. Pet. 4, 18. Jer. 25, 29. Calix crucis omnibus propinatur.

XIX. Calicem etiam Domini accipimus, quando corpus noſtrum ipſi offerimus & caſtigamus Rom. 12, v. 6. 1. Cor, 9. v. 27 Galat. 5, 24.

PARS III.

Quandoquidem Salvator, infirmitati diſcipulorum, συγκαταβαίνων, de calicis bibitione quæſiverat, magnas illi haud dubiè intra animos ſuos ſpes conceperunt, fore ut & reliqui ſui voti compotes fierent. Finalem itaq; reſponſionem, ne fallantur, ad diſcipulorum petitum ſubjicit, illosq; ſummâ lenitate ac humanitate rectiùs informat.

Poterat hîc quoq; improvidam eorundem in pollicitando temeritatem graviùs redarguere, noverat enim infirmitatem illorum: ſed neq; hic acriùs in eos invehitur; quin pro ſolita ſua clementia ac manſuetudine illos tractat, infirmitates eorum patienter ferendo, & errorem peramanter corrigendo; manifeſtam interim petitionis recuſationem non diſſimulando. Obſerventur duo:

1. *Crucis prædictio*: Calicem meum bibetis, & baptiſmô, quô Ego Baptizor, baptizabimini. Paratam ipſis quoq; eſſe ſignificans certam adflictionum & paſſionum menſuram; ita ut & poculi, & baptiſmatis, hoc eſt, crucis Chriſti in hoc ſeculo futuri ſint participes, & pro gloria Dei, pro Eccleſia Chriſti, pro Evangelii doctrina ſimilia paſſuri, qualia CHRISTUS ante ſuam in gloriam ingreſſum paſſurus erat. Crucis prædictio.

2. *Dictorum reſtrictio, vel antithetica correctio*; quâ omnem ipſis ſpem voti potiundi ademit. Ita enim Salvator ait: Sedere autem ad dextram meam, & ſiniſtram meam, non eſt meum dare, ſed iis contingit, quibus paratum eſt à Patre meo.

Maldonatus, ut merita ac bona opera hominum in hunc locum infarciat, textum corrumpit, addendo particulam vobis, quæ in græco, ipſo Ieſuvvitâ fatente, non legitur. Ita enim poſteà interpretatur: non eſt meum dare vobis, *qui nondum meruiſtis*, ſed iis, Error Papiſt. de meritis operũ.

 quibus

quibus paratum eſt à *Patre meo*, hoc eſt, *qui meruerunt*. Tandem concludit etiam totum hunc locum; *Chriſtum*, inquiens, *non perſonas, ſed merita notare*. Hoc ſcilicet licet Suitis impunè! Et quis Pontificios ac Ieſuitidas depravationis Biblicæ reos agat? Sed ad rem.

Merita à ſalutis negotio aliena

Nihil hîc quicquam de meritis humanis Salvator, quæ aliàs à ſalutis negotio planè remota voluit: donum enim Dei eſt vita æterna Rom. *6, 23*. Quis verò ſenſus verborum? Is quem ſcopus colloquii ſuâ ſpontè manifeſtat. Officii enim ſui non eſſe, innuit Chriſtus, προεδρίας & mundanas dignitates vel curare, vel aliis diſtribuere; multò minùs ex Regno ſuo ſpirituali, regnum facere ſecularc; incolas cœli futuros ſecundum adfectum carnalem & externam conſanguinitatē eligere: ſed Evangelium docere, homines ad pœnitentiam vocare, ſuperbiam deprimere, crucem ſuis & denunciare, & imponere, à rebus demum terrenis ad cœleſtia bona revocare, quæ contingent iis, qui ab æterno ad regnum Dei ſunt electi, per ſanguinem ipſius in fide juſtificati, & in eadem fide ad finem uſq; perſeverant.

Chriſti regnum non ſeculare.

Non diſplicet eorum opinio, qui verba, οἷς ἡτοίμασται, ita interpretantur; quibus Deus προεδρίας, eminentias, mundanas dignitates, &c. deſtinavit. Deus enim mutat & transfert regna; removet Reges & conſtituit Reges. Daniel. *2, 21*. Atque huc inclinat Dn. Hunnius, in Matth. p. 673. inquiens: *Ut autem alterum ad ſuam dexteram, alterum ad ſiniſtram collocet in terreno aliquo regno, quale ſibi inveterata opinione imaginantur, id verò ſe in mandatis à Patre cœleſti non habere; ſed iis competere hujuſmodi terrenas dignitates & functiones mundanas, quos Pater ipſe cœleſtis in ejuſmodi officia collocavit. Suis verò diſcipulis & Apoſtolis eſſe demandatum munus longè aliud, quod non in dominatu Politico, ſed in Eccleſiaſtico miniſterio conſiſtat.* Atq; hunc ſenſum conſequentia etiam oſtendunt ac confirmant.

Ceterùm priuſquam hinc abeamus, ad duas nobis quæſtiones eſt reſpondendum, quæ ἀμφιλογίας & difficultatem parere aliquam videntur.

1. Quæritur, *Quomodo prædictio Chriſti de calicis ſui [illegible]tione, & baptiſmi ſui baptizatione in duobus hiſce Apoſtolis ſit impleta?*

De Iacobo res eſt manifeſta, nullâque reſpoſione indiget: is enim illum paſſionis calicem bibit, quando ſub Herode Agrippa;

pe primus Apoſtolorum jugulum lictori propter fidei confeſſionem præbuit. De Iohanne verò dubitatur, quia martyrii morte trucidatus non eſt, ſed naturali morte vitam finiit ſuam, uti ſuprà in feſt. Johan. Evang. dictum eſt. Sed ſciendum, bibiſſe Iohannem etiam calicem Domini dupliciter;

1. *Promtè ſeſe ad ferendam crucem offerendo*, quatenus omni tempore paratus fuit pro confeſſione Evangelii vitam profundere: talis enim vita à martyrio parùm aut nihil diſtat.

2. *Patienter ſuſtinendo* ea omnia, quæ κατ' εὐδοκίαν Dei à perſecutoribus ipſi ſunt illata: ita Act. 5, 40. carcerem & verbera tulit animô hilari; ſimili patientiâ pertulit & reliqua, de quibus Eccleſiaſtica ſcribit hiſtoria. Vide feſt. Johan. Evang.

II. Quæritur *de vero verborum intellectu; dare non eſt meum:* an illa ad oppugnandam Chriſti Divinitatem, Ario & reliquis Ariomanitis, quicquam valere poſſint, nec ne? Ita enim illi colligebant: Arianiſmus

Qui dare non poteſt, quod Pater dat, is non eſt æqualis cum Deo potentia: Chriſtus non poteſt dare, quod Pater dat. Ergo cum illi non eſt ἰσοδύναμος & per conſequens nec Patri ὁμοούσιος nec naturâ Deus.

Reſp. Eſt in argumento præter ἀμφιβολίαν multiplex fallacia, puta à dicto ſecundum quid, ignorationis elenchi & conſequentis. Chriſtus enim hac phraſi non negat in ſuâ poteſtate eſſe regna terreſtria, vel omnia alia: ſed tantùm docet, ſibi ratione officii quô in primo hoc ſuo adventu fungatur, non competere, ſe non eô fine miſſum eſſe ut regnum mundanum auſpicaretur; & πρωτοκλισίας honores & præmia hujuſmodi, qualia hi duo Apoſtoli petebant, diſtribueret. Quod itaq; certô ſaltem reſpectu dixit ſuorum nim. Apoſtolorum, quibus non dignitas mundana, ſed prædicatio Evangelii erat deſtinata; illud ſimpliciter accipiendum non eſt. Præterea pertinet hoc dictum ad ſervilem Chriſti formam, ſecundum quam Chriſti non erat, terrenas dignitates & mundana officia diſtribuere, ſed docendo & patiendo Patri obedientiam præſtare. Rectè itaq; (referente D. Chemnitiô p. 268.) reſpondit Auguſtinus *Sunt vera, Domini, in forma ſervi loquentis, non in perſona Filii.* Nam quando in perſona Filii loquitur, dicit: omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, Matth. 11, 27. Ego & Pater unum ſumus, Johan. 10, 30. Omnia quæcunque Pater habet, mea ſunt. Johan. 16, 15. Ego diſpono vobis regnum. Luc. 22, 29.

Digitized by Google

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Invitamur ad calicem paſſionis hauriendum Chriſti ipſius & aliorum piorum exemplô. Matth. 10, 25. Johan. 15, 20. Rom. 8, 29. Hebr. 12, 1.

Calix pro piis & impiis.

II. Calix tribulationis aliter porrigitur piis, aliter impiis. Pſal. 11, 6. & 75, 9. Jerem. 30, 11.

Fabula Papiſt. de Johannis & Jacobi ſepulcro.

III. Riſu potiùs, quàm reſponſione dignum eſt, quòd Papiſtæ dicunt, ſatisfactum eſſe petitioni filiorum Zebedæi in eo, quòd Johannes ſepulchrum ſuum à dextris, nempe in Oriente & Epheſi; Jacobus à ſiniſtris Compoſtellis in Occidente nactus ſit. Si corpus invertas, quod ante dextrum, poſteà fit ſiniſtrum. Sed ſedere à dextris & ſiniſtris Chriſtus planè recuſavit.

Abſolutum decretum.

IV. Nullum hîc patrocinium inveniunt Calviniani, pro abſoluto ſuo decreto confirmando: nihil n. in textu de abſolutâ voluntate, qui agit, non de regno gloriæ æternæ, ſed de regno mundano: Omne autem Dei conſilium, quoad ſalutem, eſt revelatum hominibus. Act. 20, 27.

V. Errant Papiſtæ, vitam æternam non perſonis præordinatam, ſed meritis perſonarum conferri fingentes. Epheſ. 1, 4. Ioh. 6, 40. Rom. 3, 28.

Vita æterna gratuita.

VI. Regnum cœlorum obtingit hominibus, non ex conſanguinitate, neque ex operum meritis, ſed ex merâ gratia atq; miſericordia patris cœleſtis. Rom. 6, 23. Epheſ. 2, 8. Act. 15, 11. Rom. 3, 24. & 4, 16. & 11, 6.

Paſſiones non merentur aliquid.

VII. Neq; paſſiones hominum quicquam faciunt ad promerendam vitæ æternæ gratiam. Roman. 8, 18. Philip. 3, 7. 8. 1. Corinth. 13, 3.

IIX. Si quid boni operamur, id fit ex debito; ſi quid adverſi patimur, illud noſtris peccatis mereri poſſumus. Luc. 17, 10. & 23, 41. Rom. 8, 18. 1. Cor. 9, 16.

IX. Eſt ergò vita æterna donum Dei merè gratuitum. Rom. 6, 23. Matth. 25, 34. Eph. 2, 5. 8.

Chriſtiani cruciati.

X. Ea eſt Chriſtianorum in hac vita conditio, ut calicem paſſionum multarum bibere cogantur. Act. 14, 22. 2. Tim. 3, 12. Pſal. 34, 20.

XI. Hau-

Digitized by Google

XI. Hauſtus verò iſte piis eſt ſalutaris, impiis exitialis. Eſa. 51, 22. Pſal. 75, 9. & 119, 71. 1. Cor. 11, 32. Jer. 25, 15. & 49, 12. Hab. 2, 16. Ezech. 23, 32. Thren. 4 21.

XII. Regnum cœlorum in ſacris ſex hominum generibus paratum eſt, *Regnum cœlorum quibus paratum.*

1. *Parvulis ſive innocentibus*: Marc. 10, 14.
2. *Reſipiſcentibus*; Matth. 3, 2. & 4, 17.
3. *Beneficentiam ac miſericordiam exercentibus*; Matth. 25, 34.
4. *Paupertatem ſuſtinentibus*; Matth. 5, 3.
5. *Seſe humiliantibus & corroborantibus*; Luc. 12, 32.
6. *Pugnantibus & perſecutionem patientibus*. Matth. 5, 10.

XIII. Noſtrum eſt calicem paſſionis τῶν ἀμφῶν amplecti. Pſal. 116, 13. & 119, & 71. Rom. 8, 18.

XIV. Apoſtolorum non eſt regnare in mundo, Luc. 22, 26. Joh. 20, 21.

XV. Papa ergò viderit, quô jure ſibi utrumq; gladium vendicet, quô item jure regna hujus mundi invadat; quô denique prætextu regna terræ diſtribuere præſumat, quod eſt AntiChriſtianum. Daniel. 11, 39. *Papæ ſecularia non competunt.*

XVI. Regnum enim Chriſti non eſt regnum mundanarum dignitatum & voluptatum, ſed multarum afflictionum & paſſionum. Pſal. 110, 7. Hebr. 2, 19. & 11, 38. 2. Tim. 3, 12. Rom. 8, 28. 2. Tim. 2, 11. 12.

XVII. De cauſis calamitatum iſtarum, ut & de eventu crucis bono, videantur loci & libelli methodici.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

Evangelium prælectum duo continet:

I. *Matris & filiorum αἴτησιν ſive petitionem*;

II. *Chriſti ἀπόκρισιν ſive reſponſionem, adjunctam habens correctionem.*

PARS I.

In primæ partis ἐξηγήσει occurrit:

1. *Temporis notatio*, facta per particulam τότε, tunc, quæ

 reſpi-

reſpicit præcedentia. Intellexerant nim. diſcipuli, ex habita à Chriſto de paſſione imminente concione, magnam inſtare rerum ſuarum mutationem; adeoq; brevi exiſtimabant impletum iri, quòd paulò antè dixerat Servator; ſedebitis ſuper duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Iſrael. Matth. 19. 28. Ne igitur duo hi quicquam commodorum ſuorum negligerent, maturè rebus ſuis proſpicientes actionem hanc, quam Matthæus recenſet, adgredi voluerunt.

2. *Perſona agentis vel ſupplicantis deſignatio.* Hinc itaq; Johannes & Jacobus fratres ſubornant matrem ſuam, & unà cum ipſa Chriſtum accedentes, per eam ſibi prærogativam aliquam procurare contendunt. Matrem autem fuiſſe Salomen, Joſephi ſororem, Zebedæi uxorem ex præced. diſpoſ. didicimus. Sanguine itaque cùm eſſent proximi, adſunt quaſi hereditatem priùs à Chriſto morituro impetraturi. Adducuntur autem ad hoc conſilium carnali ratione, tempus eſſe putantes, occupandi dignitates & honores, ne ab aliis præventi detrimenti aliquid capiant.

Προσκυνεῖν. 3. *Petitionis modus, forma & ratio.* Mater accedit προσκυνοῦσα, adorans Chriſtum. Significat autem προσκυνεῖν propriè illum geſtum corporis, Orientalibus uſitatum, quô alii alios honorabant genuflexione, incurvatione, & totali corporis ad pedes alicujus abjectione. Additur ergò geſtus ſubmiſſionem ſignificans, ad perſuadendum itaq; aptus & idoneus.

4. *Ipſa petitio* propoſita

1. *Tectè.* Initiò enim generaliter petit, ut voti, quod poſtea ſit expoſitura, compos fiat; animum ita Chriſti antè occupatura, quàm petitum proferat, idquè ſignum videtur trepidæ & vacillantis conſcientiæ. Maldon. col. 425. ait: aliquid hoc locô non diminutionem, ſed incrementum potiùs videtur ſignificare: q. d. petens magnum quiddam ab eo. Et poſt pauca: Acceſſit ergò ſupplicabunda mulier, dixitquè, volo aut rogo, ut quicquid petiero, mihi concedas. Solent enim qui volunt aliquid petere quod, an impetraturi ſint, dubitant, non ſtatim, quid ſibi dari velint, declarare, ne ſi declaraverint, ſibi negetur; ſed generaliter atque confusè dicere, quiddam habeo, quod te rogem; ſed velim mihi priùs te facturum promittas. Salvator itaq; καρδιογνώστης omnia hæc exactè ſciens, ſpecialiter petitionis expoſitionem requirit, inquiens: quid vis? quòd ſc. ſupplex mihi facta es. Gl. ordin. addit:

Digitized by Google

addit: *Chriſtum interrogare, non de ignorantia, ſed ut illa palàm proferat & ipſa ſit occaſio docendi.* Et in margine: *Audita reſurrectione putavit, eum illicò (immemor ſecundi adventus) regnaturum; & aviditate fœmineâ præſentia cupit, immemor futurorum.* Hinc ergò mater quodammodo animata pergit.

2. *Apertè* petionem ſuam exponere: Dic (h. e. confirma & concede roganti, ratum facito & habeto) ut ſedeant hi duo filii mei unus ad dextram tuam, & unus ad ſiniſtram in regno tuo; h. e. petit, ut in regno Chriſti, ad quod accipiendum eum jam *Hieroſolymam* proficiſci putabant, & non niſi terrenum fore ſomniabant, à Chriſto proximi eſſent, & præ reliquis honore, dignitate & auctoritate eminerent. Id enim vult phraſis, *ſedere à dextris & ſiniſtris*, ſumtâ metaphorâ à Regibus mundanis, qui judicium facientes ab utraq; parte ſuos habent adſeſſores, quorum tamen alius alio Regi eſt proximior. Ita diſcipuli quoq; ebrii adhuc opinione de regno terreno, putant Chriſtum ad morem Monarchiæ alicujus adminiſtratorum illud per Satrapas; ubi æquum eſſe cenſent, ut in diſtributione officiorum ſui præ ceteris, ob conſanguinitatem ratio habeatur. Impudens ſanè poſtulatio, cum inſigni inſcitiæ, ſtoliditatis & ambitionis labe conjuncta; eôdemque morbô reliquos laboraſſe diſcipulos ex ſubſequentibus patet. Gloſſ. ordin, ait: *Bonum deſiderium ſed inconſiderata petitio: & ideò non voluntas, non propoſitum culpatur, ſed ignorantia; etſi impetrare non debet ſimplicitas, non meretur confundi.*

Sedere à dextris & ſiniſtris.

USUS

I. Informatorius.

I. De cordis humani pravitate; cùm deberet cœleſtia quærere; terrena deſiderat; idq; oritur

1. Ex *diaboli ſeductione;*

2. Ex *cordis ambitione* Matth. 6, 33. Col. 3. 2. Gen. 3, 5. reliqua de ambitione, vide in præc. diſ.

II. De lapſibus & infirmitatibus Sanctorum, quas nôſſe, non odiſſe decet. Roman. 7, 18. Prov. 24, 17. Gen. 6, 5. & 8, 21. Eccleſ. 7, 21. Job 4, 17 18 & 14, 5. & 15, 16. 1. Reg. 8, 46. Pſalm. 14, 3. & 143, 2. Eſa 64 6. Luc. 5, 8.

Sanctorum Lapſus.

III. Quòd ad tolerandam crucem maxima hominum pars malè ſit diſpoſita. Pſal. 73, 2. 3. & ſeqq. Heb. 12, 11. Act. 14, 21.

4. De

IV. De regni Chriſti conditione, de quo Judæi nugabantur, tale illud futurum, quô in hoc viſibili mundo, vi armisque ſubactô, & à colluvie infidelium omnium repurgatô, Judæi ſoli, & qui ipſorum religionem amplexi ſunt, in pace & felicitate perpetua, ſub Chriſto dominaturi ſint rerum terrenarum omnium copiâ affluentes. Hujus delirii vanitas ita Judæorum animos occupaverat, ut radices etiam altas in diſcipulorum mentibus egerit. Luc. *24*, *24* Act. 1, 6. Zachar. *9*, *9*. *10*. Luc, *22*, *25*. 29.

Regni Chriſti conditio

Iudæorum de regno Meſſiæ opinio.

II. Monitorius.

1. Quòd facilis ſit lapſus circa doctrinam, ſive articulos fidei, ſi homines præconceptis opinionibus & affectibus vitioſis laborent.

Lapſus Sanctorum quid moneant.

2. Lapſus Sanctorum moneant nos,

1. *De Satanæ inſidiis*, quibus ille nos circumvenire die noctequ; ſtudiô indefeſſô adlaborat. Luc. 22, 31. 1. Petr. 5 *8*.

2. *De precum quotidianarum exercitiis*, ne ſimus ſecuri, ſed ſemper ac indeſinenter oremus, ne in tentationem incidamus. Pſal. 86, 11. & 143. 10.

Ambitioni quomodo reſiſtendű

3. Monemur etiam, ut ambitioni, quodammodò nobis connatæ, totis viribus reſiſtamus;

1. *Infirmitatis noſtræ recordatione*; 1. Cor. 4, 7. & 7, 7. & 15, 10. Jer. 9, 23. 1. *Cor.* *1*, 30. Sap. 8, 21.

2. *Humili ſubjectione.* Roman. *12* 16. 1 Pet, 5, 6. Jacob. 4, 7. Tob. 4, 14. Pſal. 131, 1. Matth. *11*, 29. Philip. *2*, *6*. *7*. Matth. *8*, *8*. Epheſ. 3, 8.

III. Conſolatorius.

Ex eo, quòd Chriſtus diſcipulos, magnâ quantumvis infirmitate, ac pudendis vitiis laborantes, à ſe non repulit, ſed Spiritu manſuetudinis, gravibus, tamen verbis erexit, recepit & rectiùs informavit. Hebr. *4*, *16*. 1. Joh. 2, 1. 2. Ezeh. 34, 11.

IV. Refutatorius.

Error Anabaptiſtarű de Eccleſia.

1. *Anabaptiſtarum*, cum Donatiſtis Eccleſiam in his terris totaliter puram, & ab omnibus hypocritis ac peccatoribus vacuam ſibi imaginantes. 2. Timoth. 2, 20. Matth. 13, 47. & 22, 2. 10. & 25, 1. & ſeqq. Eſa. 48, 1. 2. Matth. *15*, 8. Luc. 8, *5*. Joh. 6, 70. & 13, 10 Rom. *10*, *16*. Matth. 3. 5.

2. Ponti.

2. *Pontificiorum*, qui lapſus Sanctorum ſtudiô, quantô fieri poteſt, maximò contegunt atq; excuſant; nos verò cum Spiritu S. illos retegentes & repetentes graviter accuſant. Unde Maldonatus col. 425. Si peccandum eſt, inquit, præſtat in hanc partem cum tàm bonis auctoribus, quàm cum hæreticis in contrariam peccare, ſemper Apoſtolos accuſantibus. Error Papiſt. lapſus Sanctorum tegentium.

Reſp. 1. *Peccandum non eſt*, nec in hanc, nec in illam partem ſed veritas ubiq; adſerenda, quæ nec vitia, ſi quæ ſanctis adhæſerint; diſſimulanda cenſet. Amicus *Plato*, amicus Socrates, amicus Petrus, amicus Jacobus, &c. magis autem amica Veritas. Sir. 4, 30. 33. 2. Cor. 13, 8. 2. *Sancti errata ſua taceri* noluerunt, ſed ſcriptis ſuis bonâ fide ipſimet inſeruerunt. Matth. 9, 9. 1. Tim. 1, 13.

3. *Conſignati autem lapſus* hodieq; ex Scripturis ſacris pro re natâ prælecguntur, non certè eô fine, ut Sanctos accuſemus, vituperemus, exagitemus; ſed ut nos

1. *Securitatem vitemus*: Luc. 23, 31.

2. *In uno Christo fiduciam noſtram collocemus*;

3. *Lapſi aliorum Sanctorum exemplô reſipiſcamus*. Vide præced.

PARS II.

Sequitur jam *Christi reſponſio*, quam ita attemperat, ut orationem ad ſuos dirigat diſcipulos; hos enim ſanioris conveniebat eſſe judicii. Gl. org. matre petente filiis reſpondet, quorum voluntate illa petierat. Reſpondet autem Salvator,

1. Καὶ ἐπιτίμων, *ruditatem, ignorantiamq; Apoſtolorum redarguendo*, quod, quæ & qualia petant, non rectè nôrint. Nam

1. *Regni ipſius* conditionem non ſatis intelligebant;

2. *Toto cœlo* errabant, propter ſanguinis propinquitatem prærogativæ quicquam, præ reliquis Apoſtolis, ſeſe habituros putantes:

3. *Sibi neſcientia* & cum præſenti negotio, h. e. regno Christi, pugnantia poſtulabant:

4. *Præmia* ante labores, coronationem ante pugnam petebant, non poſſe itaq; illis ſeſe, in petitione tàm iniqua & perverſa morem gerere, Salvator innuit.

2. Καὶ ἐρώτων *ex ipſis quærendo*, an poſſint crucem ferre, atq; in ea ſibi conformari? Quæſtio proponitur ſermone figuratô; ubi

Digitized by Google

Calix quid. per *calicem* notat ſortem, unicuiq; divinitùs adſignatam, cùm in bonis, tùm in malis. Pſalm. 16, 5. Eſa. 51, 17. Thren. 4, 21. Ezech. 23, 32. **Calicem bibere.** Hinc calicem bibere proverbiô dicitur, communioné ſortis & profeſſionis habere. Hoc in loco eſt eam ſortem, quæ pro Chriſti gloriâ ferenda eſt, conſtanter tolerare. Iam quemadmodum in menſa certum poculum exhauriendum proponitur: ita Chriſtiano cuivis certa portio afflictionum & calamitatum eſt deſtinata. **Baptizari Chriſti baptiſmo.** Eòdem collineat altera locutio, ut baptiſmô tingi idem ſit, ac caſu quolibet pro gloria Chriſti exerceri. Veteres autem olim baptizabant immergendo, & rurſus extrahendo. Porrò quemadmodum in petitionis propoſitione conſideratâ *ruditate*: ita jam in reſpondendo *temeritate* inſigni laborare deprehenduntur diſcipuli, quâ quidvis ſibi promittunt, modò honoribus quæſitis potiantur. Dicunt itaq; *poſſumus*: q. d. parati ſumus quævis tecum pericula ſubire modò nos voti noſtri compotes facias.

3. Κατὰ πρόῤῥησιν *crucem omnis q; generis ærumnas illis prædicendo.*

Poculum vel calix quid. Poculum in Scripturis ſacris ſignificat,

1. *Pœnas*, quas *Deus* peccatis irrogat; Græcis dicuntur τιμωρίαι: Ieremiæ 25, 15.

2. *Spiritualem lætitiam*: Pſal. 23, 5.

3. *Ærumnas*, piis etiam probationis causâ immiſſas, unde Græcis dicuntur δοκιμασίαι Pſalm. 116, 3.

Idem per baptiſmum innuitur, quemadmodum per aquas in ſcripturis tribulationes denotantur. Pſal. 69, 1. Aliqui volunt, Chriſtum argumentari *ab impoſſibili*, quòd quæſitam ſeſſionem nullô **Aquæ pro tribulationibus.** calicis potu, nullô baptiſmate, h. e. nullis ſuis paſſionibus promereri valeant; non licere itaq; illis hoc tanquam pro meritis poſtulare: ſolius Chriſti paſſionem ac mortem eſſe λύτρον ſive ἱλαστήριον pro peccatis.

4. Κατ' ἐπανόρθωσιν, *correctionem vel limitationem adhibendo.* Oſtendit enim divinam οἰκονομίαν ſive diſpoſitionem, quòd ſui non **Chriſti non eſt regnum mundi diſtribuere.** non ſit officii, dum in forma ſervi agat, diſtribuere regnum, quòd Patris ſit dare & deſtinare, quibus velit. Quinam v. illi? Qui verâ fide legitimè decertaverint; idq; exemplô ſimili *ab agonotheta* deſumtum declarat, D. Winckelm. in Marc. p. 323. D. Calixtus pag. 348. Concord. dicit, hunc eſſe verborum ſenſum: *Non eſt meum, hoc eſt, non æquum eſt, neq; decet id me dare, niſi quibus ab æterno electio-*

electione Patris paratum eſt: quæ enim potentiæ & providentiæ ſunt, Patri tribui ſolent. Non igitur negat ſui officii aut poteſtatis eſſe id dare, ſed potiùs, quod dare ſuum ſit, indicat, verùm alienô titulô, & aliis, quàm quibus ſecundum æternam electionem debeatur, dare, hoc ſuum eſſe negat. Gl. ord. ita interpretatur: *Regnum cœlorum non eſt dantis, ſed accipientis: non enim perſonarum acceptio eſt apud Deum: ſed quicunq; dignus eſt, accipit, quod non paratum perſonæ eſt, ſed vitæ. Si itaq; tales eſtis, qui conſequamini, quod victoribus Pater paravit, accipietis.* Vel: *non eſt meum dare ſuperbis, quod adhuc eſtis; ſed aliis, quibus paratum eſt. Ergò & vos nolite eſſe, quod eſtis, ſed eſtote alii, h. e. humiliamini, qui jam vultis exaltari, & eſt paratum vobis.* Hæc ibi

USUS

I. Informatorius.

I. *De* precibus inconſideratis, intellectûsq; noſtri in petendo cœcitate: Petimus enim quandoq; quod impetrare non debemus, nec etiam poſſumus. Rom. 8, *26*. Pſal. 66, 18. *1*. Johan. 5, 14. Preces inconſideratæ

II. Cùm itaq; non exaudiamur, ſciamus nos minùs rectè petiiſſe. Eſa. 1, 15. & 29, 13. Jer. *14*, *13*. Jac. 3, 9. 10. Sir. 34, 9.

III. Ut ergò oratio cœlum penetret, danda opera, ut oratio ſit Oratio qualis eſſe debeat.

1 *Debita*, ad ſolum Deum directa:

2, *Neceſſaria*; res enim curioſæ, inutiles & illicitæ peti non debent:

3. *Decora*, h. e. fiat

1. *In nomine Chriſti*; Iohan. *16*, 23. Epheſ 3, 12.

2. *Ex corde puro*; Johan. 9, *31*, *1*. Tim. 2, 8 1. Iohan. *3*, 22. Eſai. 1, 15. Prov. 21, 13. Matth. 5, 24. Iac. 1, *6*.

3. *Animô benè præparatô*

1. *Mentem curis ac cogitationibus carnalibus exonerando:* Pſal. 62. v. 9.

2. *Cor reverentiâ plenum ad Deum elevando:*

3. *Petitum præmeditando* Sir. 5, 1.

4. *Pœnitentiam agendo*, Samuel. 15, 25.

5. *Benè diſtinguendo*, 2. Samuel. *15*, 25. Matth. 8, 2. & *26*, 39. Vide Domin. Rogation.

IV. *Multa* videntur nobis utilia, quæ Deo ſunt ingrata, proximo & nobis ipſis interdũ noxia. *1*. Reg. *18*. 26, & *19*, 4. Iõ. 4, 8. Iac. *4*, 3.

V. Quòd Chriſtus tempore κενώσεως ſuæ, ſecundum carnem

 reale

reale dominium ſuper omnes creaturas inceſſanter nunquam exercuerit, quia regna ſecundum carnem non diſtribuit. Vide Apol. Theol. Sax. p. 586.

Chriſtus in ſtatu Exinanit. reale dominium ſuper omnes creaturas non exercuit.

VI. Teſſera ſive Symbolum omnium Chriſtianorum in hoc mundo, eſt crux, martyrium & multa paſſio. Pſalm. 34, 20. Joh. 16, 20. Eſa. 26, 17. 1. Theſſ. 3, 4. Pſal. 42, 8. & 73, 14.

VII. Antequam miſerias guſtamus admodum nobis ipſis fortes videmur. Pſalm. 30, 8. Job. 4, 15. Matth. 26. 70. Joh. 16, 30. Jerem. 10, 23. & 17, 9.

II. Monitorius.

1. Quòd cuilibet fidelium ſua portio calicis, h. e. crucis ſit deſtinata. Matth. 11, 29. Prov. 3, 11. Heb. 12. 5. Act. 9, 16.

Crux ferenda.

2. Ut patienter feramus crucem, tanquam ſaluberrimum animæ noſtræ pharmacum. Rom. 8, 28. Heb. 12, 10. Jerem. 30, 11. & 31, 18. 19. 1. Cor. 11, 32. Rom. 6, 5. & 12, 12. 1. Pet. 4, 1. Pſal. 119, 71. Sir. 2, 3. 2. Pet. 1, 5. 6 Jac. 5, 7. Matth. 11, 29. Luc. 21, 19.

III. Conſolatorius.

Crucis acerbitati opponamus id;

Crucis acerbitati quid opponendum.

1. *Quòd Chriſtus eandem prægûſtaverit*; Rom. 8, 29. Johan. 15, v. 20.

2. *Quòd Chriſtus viribus ſeſe noſtris attemperet*; 1. Cor. 10, 13. Pſal. 103. 13. & 118, 18. Eſa. 30. 18.

3. *Quòd impii fecès epotent*; Pſal. 75, 9. Jer. 25, 15. 27.

4. *Quod immerſi malis, non ſubmergamur*; Eſa. 54, 7. Sir. 2, 12. Pſalm. 25. 3. & 50, 15. & 91, 15. & 118, 6. 2. Cor. 4. 8.

5. *Quòd ibi verè à dextris Chriſti futuri ſimus*. Pſalm. 16, 8. Matth. 25, 33.

IV. Refutatorius.

1. *Pontificiorum*, Papam Chriſti Vicarium falsò jactantium: ille enim talia ſibi arrogat, qualia Chriſtus nunquam ſibi arrogavit.

Papa non Vicarius Chriſti.

2. *Anabaptiſtarum*, Magiſtratum politicum ex hoc textu impugnantium; eò quòd filiis Zebedæi, politicas dignitates petentibus, ſimpliciter denegaverit. Filii enim Zebedæi vocati erant ad miniſterium Eccleſiaſticum; regimen itaq; politicum adpetere debe-

Anabaptiſtarum error contra Magiſtr. Pol.

debebant minimè. Inde autem non ſequitur, Chriſtum ſimpliciter ac totaliter politicum regimen improbare, aut tollere voluiſſe. Diſtinguit enim Chriſtus ſolùm officium ſuum Mediatorium, gratiâ cujus in mundum venerat, ab iſtis operibus, quæ ipſe cum Patre & Spiritu S. habet communia. Vide D. Gerhard. Tom. 6. p 695.

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

In feſto præſenti multa à Papiſtis, fabularum architectis, fabuloſa narrantur de S. Jacobo, & de peregrinationibus ad ejuſdem ſepulcrum, quod in Hiſpania Compoſtellæ conſpici nobis absque fide hiſtorica narratur. Vnde Diſcip. de Temp. ſerm. 28. de Sanctis inter privilegia S. Jacobi quartô locô commemorat illud, *quòd præ cæteris ſanctis viſitetur ſepulcrum ejus ab hominibus*; quod ipſe juvet homines in vita, in morte, & poſt mortem etiam, propter miraculoſam ejus tràslationem. Cum enim corpus B. Jacobi ducerent indomiti boves, die clarâ, ſtella dicitur adparuiſſe in campo, in conſpectu omnium hominum; hinc civitatem illam, ubi requieſcit corpus Jacobi Compoſtellam fuiſſe nominatam. Et poſt aliqua: Sciendum, inquit, quòd omnes homines debent hodie feſtum S. Jacobi ſolenniter celebrare, & ipſum tanquam ſingularem Adjutorem invocare, in omnibus neceſſitatibus & infirmitatibus; & tàm in vita, quàm in morte debent ſingulare refugium habere ad ipſum; & in ſpecie quidem (1.) *parentes*, heredem non habentes; (2.) *paralytici*; (3.) *in extremis conſtituti*; (4.) *mercatores*; (5.) *captivi*; (6.) *in periculo maris verſantes*; (7) *pauperes*. Nos nihil reſpondemus niſi illud: Ubi hoc ſcriptum eſt? Nam neq; peregrinationes ad ſepulcrum Jacobi ſuſcipere, neq; eundem in noſtris neceſſitatibus invocare ullibi jubemur, ſcientes honorem invocationis ſoli Deo eſſe deferendum. Omnis autem plantatio, quam non plantavit Pater cœleſtis, eradicabitur, Matth. 15, 13. Sanè peregrinatio noſtra eſt Spiritualis, de qua loquitur Apoſtolus, 2. Cor. 5, 6 Phil. 3, 20. 1. Pet. 1, 15. & ſtudemus ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστρέφεσθε. 1. Pet. 1, 17. Διὰ τῆς πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, 2. Cor. 5, 7. Rectiùs itaq; faciemus ſi præſentis Evangelii ductum ſecuti monſtraverimus, *quâ viâ ac ratione tempus peregrinationis Chriſtianæ in hoc mundo ſit transigendum, ut tandem vinculis corporis ſoluti, & ad dextram Chriſti collocati, ævo ſempiterno beati perfrui queamus.*

Fabulæ de Jacobo.

Peregrinatio Chriſtiana.

Ἐξήγησις.

Vitam hominum in hiſce terris peregrinationi adſimilari totâ paſſim Scripturâ eſt decantatiſſimum; Gen. *47*, 9. Pſalm. *39*, 14. 119, 19. 2. Cor. 5, 1. & ſeqq. Philip. 3, 20. 1. Pet. *2*, *11*. Dum igitur in hoc mundo peregrinamur, danda nobis omnibus eſt opera ſedulò, ne à tramite recto aberremus. Illud verò ne nobis contingat, opus vel maximè fuerit, ut

I. *Chriſto adhæreamus*; quemadmodum videmus, matrem Salomen cum Iohanne & Iacobo filiis Chriſtum acceſſiſſe, & ab ipſo ſuam ſuorumque incolumitatem expetiiſſe. *Accedamus autem non paſſibus corporis, ſed mentis ac fidei.* Matth. *11*, 28. Iohan. *3*, 16. & *5*, 24. & *6*, 37. 40. & 14, *23*. & 17, *3*. Hebr. 11, 6.

II. *Diligenter oremus.* Lubrica eſt enim mundi via, & à latronibus, animæ ſalutiq; noſtræ inſidias ſtruentibus, nunquam tuta. Pſal. 60, *15*. Ier. *33*, *3*. Matth. 7, 7. Ioh. 16, 23. 24. Matth. *26*, 41. 1. Pet. *5*, 8.

III. *Terrena præ cœleſtibus negligamus.* Vocati erant diſcipuli ad regnum cœlorum: illi verò hoc poſthabitô, carnalesq; ſecuti *ſpeculationes* de regni mundani honoribus adipiſcendis cogitationem inſtituunt. Etſi enim mater Salome hoc feciſſe dicatur; eandem tamen fuiſſe filiorum & mentem, & ſententiam, ex Marc. 10, 35. & ſeqq. ad oculum patet. Hinc Theophil. *Opinabantur filii Zebedæi, quod ſi abiret ad Hieroſolyma, Dominus regnaturus eſſet regnô quodam temporali. Audierant enim eum ſæpè dicentem: conſcendimus Hieroſolyma. Paſſi autem ſunt humanum quid, & accedentes ad matrem perſuadent ipſi, reveriti in manifeſto accedere: clanculò enim accedebant & ipſi, ut Marcus dicit: acceſſerunt enim (inquit) ad eum Jacobus & Johannes, h. e. privatim & ſeorſim acceſſerunt ad eum.* Matth. 6, 19. 33. Phil. *3*, *19*. Col. 3, 1. 2. 1. Iohan. 2, *15*. & 5, 4. Rom. *12*, 2. Jac. 4, 4. 1. Corinth. *2*, 12. & *7*, *31*. Col. *2*, 8. 20. 2. Petr. 1. v. 4. & 2, 20.

IV. *In precibus non impingamus*; ne audiamus, quod Apoſtoli: neſcitis, quid petitis. Gloſſ. ord. *qui ſedem gloriæ petitis vel quaritis, quam nondum meruiſtis: delectat culmen honoris, quos nondum exercuit via laboris. Quid ante humilitatem paſſionis vultis exaltari?* Oremus autem

Orandi modus.

1. *Pœnitenter.* Sir. 17, 21. & 38. 10. 1. Timoth. *2*, 8. Iac. *4*, 8. Oſe. 14, *2*. Thren. *3*, 41. Ioël *2*, 13. Pſal. *51*, 19. Eſa. 66, *2*.

2. Fidu

2 *Fiducialiter*. Iohan. 16, 23. Roman. 5, 2. Epheſ. 3, 12. Hebr. 4, 16. & 7, 19. Pſalm. 79, 9. Eſa. 64, 8. 9. 1. Iohan. 5, 14. 15. Sir. 7, 11 Iacob. 1, 6. 7.

3. *Ardenter* Eſa. 57. 15. Matth. 26, 39. Rom. 12, 11. Pſal. 145, 18.

4. *Inſtanter & indefinenter*. Luc. 18, 1. Pſal. 119, 62. 1. Theſſ. 5, 10. & 5, 17. Eph. 6, 18. Rom. 12, 12. Luc. 21. Luc. 21, 36. Act. 6, 4.

5. *Decenter & humiliter*, ut externi etiam geſtûs, interno cordis affectui reſpondeant, 1. Sam. 16. 7. Ier. 17, 10. Apocal. 2, 23. Pſ. 12, 6. & 102, 21 Exod. 6, 5. 1. Sam. 1, 10. Pſal. 10, 17. & 38, 10. Sicut autem externi geſtûs cum vera cordis pœnitentia Deo placent: ita abſq; pœnitentia ſimulatè ſaltem adhibiti Deo diſplicent. Exod. 9, 33. & 17. 11. 12. & 34. 8. Ioſ. 7. 6. Pſal. 6, 7. & 42, 4. & 102, 10. 2. Paral. 6, 13. 1. Reg. 18, 42. Eſa. 38, 3. Dan. 6. 10. Luc. 18, 13. Matth. 26, 75. Eſai. 29, 13. 1. Reg. 18. 28. Iudith. 9, 16.

6. *Conditionaliter & differenter*. Cùm enim duplicia ſint bona, *ſpiritualia & corporalia*, diſtinctè utraq; à Deo ſunt petenda: *Illa* quidem abſq; omni conditione, per & propter Chriſtum Mediatorem; *hæc* cum conditione, quatenus ſalutem noſtram non impediunt. Iohan. 16, 24. Rom. 3, 25. Hebr. 4, 16. & 10, 19. 22. 23. Sir. 7, 10. 35. 21. Matth. 6, 7. 10. Marc. 11, 24. Iacob. 1, 6. 1. Pet. 4, 19. Iudith. 8, 16. 17. 1. Sam. 3, 18. 2. Samuel. 15, 25. Pſal. 39, 10. Matth. 26, 39. Act. 21, 14. Homo enim ſibi nonnunquam pernicioſa petit. 1. Sam. 8, 9. Oſe. 13, 10. 11. Ion. 4, 9. Num. 11, 20. 32. 33. Theophylact. *Matre præteritâ filiis loquitur, ut oſtendat, quòd non ignoraverit ab ipſis præmiſſam matrem, & dixit ad illos; neſcitis, quid petitis. Magnum eſt & Angelicas virtutes concutiens; deinde abducens illos ab hujuſcemodi cogitationibus, ad pericula magis hortatur.*

Bona corporalia & ſpiritualia diſtinctè petenda.

V. Calicem Domini non reformidemus. Ita enim Salvator ad ſuos Apoſtolos: poteſtis bibere poculum, quod Ego bibiturus ſum & baptiſmate, quo Ego baptizor, baptizari? *Interrogat autem* (uti Theophylactus habet) *non ignorans, ſed ut cogat manifeſtare ulcus per reſponſum, & ſtudeant implere promiſſionem. Hoc enim dicit: quia non poteſt quis fieri particeps regni mei, niſi & mearum paſſionum particeps fiat, dicite mihi, num poſſitis ſimilia pati? Poculum enim dicit martyrium & ſuam mortem; ſimul oſtendens, quòd leve ſit & quòd oporteat nos tàm facile illud aggredi, quam ſi bibendum eſſet poculum. Baptiſma quoq; mortem ſuam nominat, quòd nos omnes purificet.* Pſal. 34, 20. Ier. 25, 29. & 49, 12. Tob. 12, 13. Prov. 3, 11. 12. Apoc. 3, 19. Sir. 2, 4. Luc. 21, 19. Heb. 12, 5. Eſ. 30, 16, 1. Pet. 4, 12. Mich. 7, 9. 2. Cor. 4, 8. Actor. 14. 22.

VI. præ-

VI. Præſumtuoſam confidentiam vitemus. Lingua in Apoſtolis præcurrere mentem videtur; ideoq; re nondum deliberatâ illicò reſpondent: poſſumus. Theophyl. *Hi verò neſcientes quid promitterent, ſed ſolùm ſpectantes ad id, quod cupiebant, omnia facilè pollicebantur.* Et Gloſſ. ord. *inexpertis levius videtur quòd experti timuiſſent. Et hoc ſciebat (Chriſtus,) quòd ejus paſſionem poterant imitari: ſed hoc dicit, ut eò interrogante, & illis reſpondentibus omnes audiamus, quòd nemo poteſt cum Chriſto regnare, niſi paſſionem ejus ſit imitatus.* Pſalm. 33, 16. & 75, 6. 1. Cor. 10, 12. Iac. 4, 16. Sir. 21, 17. Prov. 29, 11. 1. Pet. 3, 15. Vide præced. diſp.

VII. Ante coronationem fortiter (in hac vita) dimicêmus. Jam enim tempus eſt pugnæ: hoſtium habemus abunde, carnem, mundum, Satanam, &c. Pugnam hanc denunciant nobis verba Chriſti: poculum meum bibetis. 2. Timoth. 2, 5. Matth. 10, 22. & 24. 14. 1. Cor. 16, 17. Coloſſ. 2, 7. Heb. 6, 18. & 10, 23. Luc. 9. 26. 1. Tim. 5, 12. Sir. 2, 14. & 4, 33. Apoc. 2, 10. & 21, 7. Galat. 5, 17. Iacob. 4, 1. 5. 1. Petr. 2, 11, Rom. 7, 22, 23. Eph. 6, 12. Rom. 15, 30. Theophyl. *Illi preparatum eſt, qui laboraverit, ſicut & certantibus corona ſunt preparata: q. d. illis non eſt meum dare ad gratiam coronam, ſed quibus preparatum eſt, h. e. his, qui cucurrerint & vicerint. Sic autem & h. l. dicit Chriſtus, quòd Ego non poſſum ad gratiam dare vobis ſedem à dextris; aliorum enim eſt, qui laboraverint, & illis preparata eſt. Rogabis igitur conſequenter: quinam ſeſſuri ſint? Diſcas autem, quòd nullus ibi ſeſſurus eſt: hoc enim ſolius divinæ Naturæ eſt. Ad quem enim Angelorum dixit: ſede à dextris meis? Verùm hoc dixit Dominus, juxta illorum opinionem: quærebant enim hanc ſedem non intelligentes, quòd ſedere ſuper 12. ſedes, ſit glorificari propter virtutem.*

Cave, quicquam meritis propriis tribuas; ſed ubi hæc legeris, cogita tribulationes eſſe modum quendam quo prædeceſſori noſtro Chriſto in hac peregrinatione conformes reddimur; non vero cauſam juſtificationis

VIII. In Dei voluntate ac diſpoſitione unicè acquieſcamus. Ejus enim beneplacito ac diſpoſitioni ſubjiciamus neceſſe eſt nos totos, agnoſcentes hanc ipſius paternam voluntatem ſemper eſſe optimam. Luc. 2, 14. 1. Theſſ. 5, 17. 1. Sam. 3, 18. 2. Sam. 15, 25. Pſal. 39, 10. & 62. 2. & 116, 13. & 119, 137. Eſa. 39, 8. Ion. 1. 12. Iob. 1, 21. & 2, 10, Pſal. 27, 14 & 31, 26. & 55, 23. Oramus itaq; cum Eccleſia: *Infunde quæſumus, Domine, famulis tuis Spiritum veritatis & pacis, ut quæ tibi placita ſunt totô corde cognoſcamus, & agnita totâ virtute ſectemur, per Jeſum Chriſtum Filium tuum dilectum Dominum noſtrum, Amen.*

IN

Digitized by Google

IN FESTO S. BARTHOLNMÆI,

Evangel. Luc. 22. à v. 24. ad 31.

DISPOSITIO PRIMA.

DE Bartholomæo Apoſtolo nihil habet Evangelica hiſtoria aliud, niſi quòd

1. Inter ſelectos Chriſti Apoſtolos locum obtinuerit; per Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 14.

2. Cum reliquis Apoſtolis in totum terrarum orbem, ad prædicandum Evangelium ablegatus fuerit; Marc. 16, 15.

3. Poſt Chriſti ad cœlos aſcenſionem in cœnaculo cum collegio Apoſtolico manſerit, & in feſto Pentecoſtes immediatè Spiritûs S. donis repletus fuerit. Act. 1, 13. 14. & 2, 3.

De nomine, natalibus, vita, rebus geſtis & mortis genere videatur præ ceteris D. Dreſſerus, in libello de diebus feſtis nobis (ut quorundam deſiderio aliqua ex parte ſatisfaciamus) ſufficiunt, quæ ex hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus collegit *D.* Pappus, epit: hiſt. Eccl. p. 27. & 28. his verbis: Bartholomæus Indis concionatus eſt, iisq; Evangelium Matthæi Hebraicè ſcriptum reliquit, quod Pantænus Scholæ Alexandrinæ Magiſter ibi reperit, & ſecum Alexandriam deportavit. Sunt qui in Lycaonia primum eum docuiſſe ſcribunt, poſteà in India, ac poſtremò in Armenia. Alii ipſi & Philippo Syriam & Aſiam ſuperiorem attribuerunt. Tandem verò in Armeniæ urbe Albana, juſſu Aſtyagis Regis excoriatus eſſe fertur, quod ſupplicii genus Perſis uſitatum fuit. Hæc ille: quibus addimus, quæ D. Lucas Oſiander habet Cent. 1. Eccl. hiſt. p. 47. Fabuloſa hæc ſunt, (meô quidem judiciô) quòd Bartholomæus Apoſtolus fuerit *Syrus*, nobili genere natus, Regis Syrorum nepos. Chriſtus enim Apoſtolos ſuos non ex gentibus, ſed ex Iſraelitis elegit. Quòd (teſte diabolô) Barthlomæi veſtes *26.* annis non fuerint ſordidatæ; quod per fores clauſas ad Regem Polimium intraverit; quòd Hierapoli in crucem actus, miraculosè primùm evaſerit, poſteà autem iterum ſuſpenſus perierit. Hiſtoria Bartholomæi.

Talia commenta in Actis Apoſtolorum nulla leguntur; ſuis itaq; auctoribus ea & nos relinquentes, ad Evangelii prælecti explicationem accingimur, quod verſatur in genere cauſarum *judiciali*,

legitur Matth. 20, 25. ſubſecuta petitionem filiorum *Zebedæi*, de qua in feſto Jocobi jam modò audivimus. *Tertia* h. l. commemoratur, ex eo potiſſimum enata, quod audierant Chriſtum denuò mentionem feciſſe glorificationis proximè futuræ. Evincunt hanc quoq; ſententiam particulæ καὶ & δὲ, facta eſt autem & contentio inter illos, hoc nim. innuentes: quemadmodum anteà quæſtio oriebatur inter diſcipulos, quis ex eis Dominum eſſet proditurus; ita jam quæſtionem ex quæſtione moventes quærunt, quis eorum Domino maximè eſſet fidus, ac proinde in novo regno major futurus; Sed jam ad textum primæ partis; pro cujus meliori intelligentiâ notanda venit

1. *Temporis lociq; obſervatio.* Mota enim fuit hæc contentio poſt *Cœnæ* S. inſtitutionem, cùm jam proditor Judas à venerando Apoſtolorum collegio deſciverat, & ad complices ſuos exierat, ipſi verò omnes ſacroſanctô τῆς εὐχαριστίας καὶ ἀγάπης ſacramentô uſi fuerant: non in ſecreto quodam angulo, ſed in ipſa menſa, cui Salvator θυμηρέστατος, amaram paſſionem corde triſtiſſimô volutans adſidebat.

2. *Jurgii occaſio.* Ea autem eſt primaria, vel ſecundaria. *Primaria* fuit prædictio Chriſti, de ſua paſſione ac morte, cum qua cohærebat concio de glorificatione ſubſecutura. Et quia Apoſtoli, ob præconceptam regni terreni opinionem ſibi perſuaſerant, gloriam iſtam fore terrenam; hinc invicem de πρωτεία in regno Chriſti altercantur. Celebraverat enim nuper regium ſuum in urbem Hieroſolymam ingreſſum, ubi publicô populi adclamantis ſuffragio Rex Iſraëlis declaratus erat, Joh. 12, 13. Luc. 19, 38. inde opinio de regno, ſed terreno, fortior; quam augebat concio de regni gloria multiplex. Johan. 13, 31. Luc. 22, 18. Matth. *26, 29*. *Secundariò* occaſionem præbuiſſe videntur multa, nim. Johannis in ſinu, vel ad pectus Chriſti recumbentis prærogativa, cujus comes erat invidia; proditoris manifeſtatio, ejusdem Johannis precibus impetrata, & his ſimilia plura.

3. *Perſonarum contendentium deſignatio.* Altercantur inter ſe undecim Domini Apoſtoli, totius orbis terrarum Doctores deſtinati: qui ſui immemores officii, de re vana & inutili, cum maximo audientium ſcandalo invicem contendunt. Judas enim ſeceſſione ab ipſorum collegio factâ abierat. Ubi illud vel maximè culpandum, quod in conſpectu Magiſtri ſui hæc fiant, cujus

præſentiam ipſos revereri æquum erat, ne dolorem, qui animum ipſius pridem obſederat, augerent.

4. *Ipſa contentio, ſive materia & quæſtio*, quâ de inter ſeſe rixantur. Non contendunt de re aliqua gravi, quæ ſalutem concernat; non de articulo quodam fidei; ſed de primatu, quod erat inſomnium ſine ſomno, hoc eſt non Ens: ſuave enim illud de Meſſiæ regno mundano ſomnium, reverâ erat nullum.

5. *Contentionis modus ac ratio.* Neque enim amicè inter ſe conferunt ſententias, ſed verbis contentioſis, non ſine ſtrepitu & clamore, rixantur: unde in Græco dicitur φιλονεικία, contentionis vel rixarum ſtudium; quo ipſo grande ipſos commiſiſſe peccatum extra omnem eſt controverſiæ aleam poſitum; concurrentibus ſimul aliis quoq; peccatis, e. g. ignorantiâ, ἀλλοτριοεπισκοπίᾳ, ſuperbiâ invidiâ, oſcitantiâ & ἀχαριστίᾳ. Vide D. Gerhard. d. l. p. 133.

φιλονεικία

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

Naturæ corruptio.

I. De extrema naturæ humanæ per peccatum corruptione & cæcitate. Joh. 1. 5. & 3. 19. Rom. 8, 7. Eph. 2, 5.

II. Sancti quoq; interdum bis aut ter ad eundem. Jac. 3, 2. Pſalm. 19, 15. & 32, 6 & 143, 2. Rom. 3. 23. 1. Joh. 1, 8.

III. Rudioribus eadem ſæpiùs inculcanda meminerimus. Phil. 3, 1.

Renovatio imperfecta.

IV. Renatorum mundities, regeneratio & renovatio in hac vita eſt imperfecta. Joh. 13, 14. Phil. 3, 12. & ſeqq.

V. De peccati originalis in renatis reliquiis. Rom. 7, 14. 2. Cor. 4, 16.

VI. Eccleſia in hac vita eſt in fieri, ut ſit ſancta & immaculata. Eph. 5. 27. 2 Cor. 3. ult. Phil. 3, 12. 13.

VII. Contentio Apoſtolorum peccatum fuit graviſſimum; jurgia enim & rixæ fidelibus ſunt vitandæ Gal. 5, 20. 1. Corinth. 1, 10. 11. & 3. 3. & 11, 16. Jacob. 4, 11. 1. Pet. 4, 15.

Error Anabapt. de Ec-[illegible]

IIX. Errant itaq. cum Schvvencofeldianis Anabaptiſtæ, perfectam ſibi in Eccleſia ſanctimoniam imaginantes.

IX. De lapſibus & infirmitatibus Sanctorum, vide feſt. Jacobi.

X. Nulla Sanctorum ſuis meritis [illegible]

meritô Chriſti per fidem adprehenſi, eſt ſalvatus, Act. 15, 11. Rom. 4, 2. 1. Timoth. 1, 16.

XI. De Satanæ in hominibus ſeducendis induſtria & potentia. Luc. 22, 31. 1. Pet. 5, 8.

XII. Ambitio fons eſt & mater multorum peccatorum aliorum; fugienda igitur cane pejus & angue. Phil. 2, 3. Num. 12, 1. & ſeqq. 1. Cor. 3, 3. *Ambitio fugienda: mater Anti Chriſti.*

XIII. Eadem mater peſſima enixa eſt Antichriſtum Romanum, ambitio nimir. & primatûs adfectatio.

XIV. De ingenii humani in percipiendis divinis myſteriis, & recta Chriſti cognitione adſequenda tarditate Luc. 24, 25.

XV. Homines magis curant ac deſiderant terrena, quàm cœleſtia. Matth. 6, 33. Phil. 3, 19. Luc. 12, 15. & ſeqq.

XVI. Contra carnem ergò propriam in timore Dei pugnemus, & regimen Spiritus S. adſiduè petamus. Gal. 5, 24. Rom. 6, 17. Pſalm. 143, 11. 1. Petr. 1, 5.

XVII. Caveant Eccleſiarum potiſſimùm miniſtri ab ambitione & ſuperbia; hos enim præ ceteris iſtâ tentatione adoritur Satanas. Gal. 5, 26. Philip. 2, 4. Vide feſt. Jacobi.

XIIX. Eccleſia ab omni contentione nunquam futura eſt immunis, 1. Cor. 11, 19.

XIX. Contentiones inter Eccleſiæ Doctores plerumq; perſecutionum graviſſimarum ſunt prodromi. *Contentiones in Eccleſia prodromi perſecutionum.*

XX. Ambitionis vitio peſtilentiſſimo opponamus. *Ambitioni opponenda:*

1. *Serias Spiritus S. ad humilitatem exhortationes.* Rom. 12, 10. 1 Corinth. 11, 16. & 13, 4. Epheſ. 4, 2. Coloſſ. 3, 12. Matth. 11. 28. Johan. 13, 34.

2. *Graviſſimas Spiritûs S. dehortationes.* Prov. 20, 3. & 29, 9. Sir. 8, 2. Eſai. 58. 4 Roman. 13, 13. Phil. 2, 3. 2. Timoth. 2, 14. Tit. 3, 9. Jac. 3. 16.

3. *Exempli Chriſti meditationem*, Phil. 2, 5.

4. *Infirmitatis & miſeriæ noſtræ conſiderationem.* 1. Corinth. 4 v 7. Jac. 1, 17.

5. *Malorum inde reſultantium exaggerationem.*

XXI. Contentio de primatu non eſt nova, ſed admodum inveterata.

XXII. Peccata Apoſtolorum non excuſationis & imitationis, ſed cautionis gratiâ proponuntur.

XXIII. Propter impuritatem & infirmitates ipſum miniſterium, Verbum & Sacramenta non redduntur inefficacia. 2. Corinth. 4, 7.

Eccleſiam ſchiſmata non tollunt

XXIV. Eccleſia non ceſſat eſſe vera Eccleſia, licet aſtu diaboli, per varia ſchiſmata, diſſenſiones & contentiones laceretur. Luc. 22, 24. Act. 15. 39. Galat. 2, 11. 1. Corinth. 1, 11. & 11, 19. Galat. 5, 10. 12.

XXV. Deſinant itaq; Suitæ nobis exprobare ſchiſmata, poſt Lutheri reformationem in Eccleſia oborta.

XXVI. Pugnandum nihilominus eſt adverſus ſchiſmaticos ac hæreticos à fidelibus præſertim Eccleſiarum Doctoribus. 1. Cor. 11, 19. Tit. 1, 9. Matth. 22, 16. 34.

XXVII. Non enim tantùm pacis, ſed & veritatis ſtudium nobis commendatur. Rom. 12, 18. 1. Petr. 3, 11. Jacob. 3, 18. Matt. 5, 9. Galat. 2, 5. Zachar. 8, 16. Eph. 4, 3. 2. Timoth. 2. 22.

Pax abſq; veritate nulla.

XXIIX. Pax enim & concordia veritate vacua, eſt impia. Pſal. 26, 4. 5. & 139, 22. 2. Corinth. 6, 14. & 13. 8. Luc. 11, 23. Tit. 3, 10: quod contra Calvinianos eſt obſervandum.

XXIX. Si Petro primatus ullâ ratione deberetur, Chriſtus ingenuè dixiſſet, ne fluctuarent Apoſtoli & fideles reliqui.

PARS II.

Contentionem inter Apoſtolos obortam, jam porrò Chriſtus amicis ac blandis verbis componere tentat; & quidem

I. *Dominatum politicum illis planè derogando.* Reges gentium dominantur eis, & qui poteſtatem habent ſuper eas, benefici vocantur. Vos autem non ſic,

Reges gentium.

1. *Per Reges gentium* Pontificii intelligunt Magiſtratum paganum vel Ethnicum, verâ veri Dei cognitione deſtitutum, uti videre eſt apud Bellarm. lib. 5. de Pont. Rom. c. 10. Quorſum vero iſtud? Ut obtineant Papaſini ſui primatum: inde enim contendunt; Chriſtum Epiſcopis non prohibuiſſe omnem omninò dominatum, ſed eum tantùm, qui eſt Regum paganorum: illi autem tyranni ſunt potiùs quàm Reges. Sed ſciendum,

1. *Nomen* ἐθνῶν generaliter hîc accipi, pro quibuſvis populis ac gentibus.

2. *Oppoſitionem* non eſſe inter Apoſtolos & paganos, ſed inter Apoſtolos & Reges, politico dominatu eminentes.

3. Eos,

3. Eos, qui Matth. 20, 25. dicuntur ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, poſteà ſimpliciter τὰς μεγάλους vocari.

4. *Nominari* autem βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν: quia nulli tum temporis adhuc erant Imperatores, Reges vel Principes Chriſtiani, ſed pleriq; omnes gentiles, pauci Judæi.

Non itaq; loqui Chriſtum tantùm de abuſu dominatûs politici, vel tyrannico dominatu, ſed ſimpliciter de politico regimine. ὡς ἔπος εἰπεῖν Reges gentium h. l. vocat Chriſtus, quos Paulus 1. Cor. 2, 6. Principes hujus ſeculi; quòd ipſorum munus & imperium occupatum ſit in rerum ſecularum adminiſtratione.

2. *Κυριεύειν & ἐξουσιάζειν non ſignificat tyrannicè imperare, ſed in* κυριεύειν ἐξουσιάζειν
genere dominari alicui; eſſe κύριον, dominum alicujus; habere in aliquem jus ac poteſtatem imperandi. Et quanquam Matth. 20, 25. habeatur compoſitum κατακυριεύειν & κατεξουσιάζειν, nihil tamē inde lucrātur Pontificii, ac ſi præpoſitio κατὰ in malum ſenſum trahat vocabulū; ut κατακυριεύειν dicātur, qui vel in acquirēdo vel adminiſtrādo κατακυριεύειν
dominatu politico, vel utroq; modô peccant; atq; inde tyrannicus diſcipulis Chriſti ſolùm prohibitus ſit dominatus. *P*aulo certè ſubtilitas hæc Eſauitica planè fuit ignota; qui nō tantùm τὸ κατακυριεύειν, ſed & τὸ κυριεύειν ſibi & Apoſtolis reliquis derogat, 2. Cor. 2, 24. Et quando D. Petrus prohibet κατακυριεύειν τῶν κλήρων, 1. Epiſt. 5, 3. illud ſaltem interdicit Eccleſiæ miniſtris, ne in eô modô præſint ſuis auditoribus, quô Magiſtratus politicus, dominium & imperium coactivum exercendo. Quid multis & κυριεύειν, & κατακυριεύειν tribuitur modò Deô ipſi, modò Chriſto; Jer. 3, 14. Pſalm. 72, 8. & 110, 3. ecquis verò omnium ſine manifeſta blaſphemia dicet, tyrannicum dominatum, & poteſtatis abuſum in Deum, Filiumq; Dei cadere? Plura vide apud D. Gerh. p. 141. 142. 143. ubi ex hac phraſi ita concludit: *Ejuſmodi imperiū Apoſtolis ſuis Chriſtus derogat, quale illi adfectabant, aliàs reſponſum non fuiſſet ad quæſtionem accomodatum. Jam verò Apoſtoli h. l. ut & Johannes ac Jacobus Matth. 20, 21. non adfectabant tyrannicum imperium, ſed principatum ac dominatum politicum; quia fovebant carnales de regno Meſſiæ opiniones. Eſt igitur* κυριεύειν *dominari,* ἐξουσιάζειν *poteſtatem exercere;* οἱ ἐξουσιάζοντες, *poteſtatem exercentes.* Nemo autem, niſi habeat ipſe, illam exercere poteſt. Lutherus appoſitè, die Gewaltigen.

3. *Dilutum* admodum eſt, quod in vocabulo δοκοῦν ex Marc. 10, 42. & κατάρχειν morbidæ cauſæ patrocinium quærunt Suitæ, cùm

jàm

tam ſublimiter docti Doctores & Magiſtri noſtri ſcire deberent,

δοκεῖν. τὸ δοκεῖν non ſemper dubiam aut falſam arguere opinionem, ſed conſtantem etiam ac veram ſententiam denotare. Matth. 17, 25. & 18, 12. & 22, 42. & 24, 44. & 26, 66. Luc. 1, 3. & 10. 36. Johan. 5, 39. 45. Ita ergò apud Marcum οἱ δοκοῦντες ἄρχειν dicuntur, qui agnoſcuntur & habentur pro Principibus. Chriſto autem ſic loqui viſum eſt, ut oſtenderet, ſolum Deum abſolutum habere & obtinere in res creatas imperium. Hebræis autem vocari idem eſt, quod eſſe.

εὐεργέται. 4. Εὐεργέται *dicuntur* Reges & Principes, à munificentia, liberalitate & clementia: hæ enim virtutes eos vel maximè decent atq; ornant ſicut in Hebræa lingua נָדִיב (plurale נְדִיבִים) Princeps, nomen habet à munificentia & liberalitate, quod à ſordibus & avaritia Magiſtratus debeat eſſe alieniſſimus. Exod. 18, 21.

5. *Antitheſis*, Vos autem non ſic, continet *& dehortationem* ab ambitioſa illa dominandi cupiditate, & omnimodam ac plenariam poteſtatis politicæ *abrogationem*; quod nō debeāt, prætextu muneris Eccleſiaſtici, dominium aliquod adfectare politicum Apoſtoli; multò minùs in officio Eccleſiaſtico more Regum ac Principum ſecularium dominari. Ita ergò argumentatur Salvator:

Quicquid vobis ratione officii haudquaquam competit, de ejus primatu fruſtrà inter vos contenditis:

Jam verò dominatus politicus vobis ratione officii non competit
Ergò de ejus primatu fruſtrà inter vos contenditis.

Minor probatur ἀντιθέσει dominatûs politici & miniſterii Eccleſiaſtici; ille derogatur Apoſtolis, quòd ad miniſterium Eccleſiaſticum divinitus eſſent vocati.

Humilitas. II. *Humilitatis ſtudium contrarium Apoſtolis commendando.* Qui major eſt in vobis, fiat ſicut junior, & qui princeps eſt, ſicut qui miniſtrat.

ὁ μείζων. 1. Ὁ μείζων *dicitur*, qui vel donis excellentioribus divinitùs eſt præditus; vel gradu dignitatis & auctoritatis in officio aliis eſt ſuperior.

ὁ νεώτερος. 2. Ὁ νεώτερος *non tàm ætatem*, quàm animum reſpicit, ut intelligatur junior, qui ſubmiſſior, abjectior, contentior, quales juniores præ ſenioribus eſſe debent. 1 Timoth. 4, 12. Adoleſcentum enim eſt majores natu vereri. Nonnullis placet h. l. enallage Comparativi pro Superlativo, ut ſit ὁ μείζων idem, qui ὁ μέγιστος, primus & maximus fieri cupit; ὁ νεώτερος infimus, & poſtremus.

3. Ὁ ἡγού-

3. Ὁ ἡγούμενος proprìè ſignificat ducem, præfectum, peculiariter viæ ducem, ἀπὸ τοῦ ἡγεῖσθαι, quod eſt præire, ducem viæ ſeſe præſtare: h. l. generaliter accipitur pro illis, qui alios honore, auctoritate, poteſtate & officio antecellunt. Ita ὁ διάκονος eſt miniſter, famulus, à κονίω feſtino, operor, famulor. Senſus itaq; Servatoris interprete D. Gerhardô. p. 149. eſt: *Qui eſt inter vos honoratior, dignior ac major per veram animi ſubmiſſionem ita ſe gerat, ut contemtior. Qui pollent multâ rerum experientiâ, (quales ſolent eſſe ſeniores) & aliis donis, per experientiam συνεκδοχικῶς ſignificatis, non efferantur propter dona, ſed ſeſe gerant, ut juvenes, h. e. ut rerum imperitos, ac propter imperitiam contemtos*; & quæ ibi ſequuntur. Idem ergò ſuadet Chriſtus, quod Siracides c. 3, 20. ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπείνου σεαυτὸν quantò magnus es, humilia te in omnibus. Vis argumenti eſt talis:

ὁ ἡγούμενος. ἡγεῖσθαι.

διάκονος.

Quicunq; humiliter ſeſe ratione officii gerere debet, ſuisq; donis ad miniſtrandum aliis uti, is fruſtrà de primatu & eminentia præ aliis laborat ac contendit.

Vos Apoſtoli mei humiliter ratione officii gerere vos debetis; donisq; veſtris ad miniſtrandum aliis uti:

E Fruſtrà de primatu & eminentia præ aliis laboratis ac contenditis.

III. Suum exemplum ad imitationem proponendo; vel ad ſui imitationem Apoſtolos provocando. Uter major (dignior aut honoratior) eſt, qui accumbit, (cui adponuntur epulæ & miniſteria exhibentur) an qui miniſtrat? Nonne, qui accumbit? At Ego in medio veſtrûm ſum, ut qui miniſtrat.

Per ἀνακείμενον intelligunt *alii* Eccleſiam; *alii* Chriſtum; *alii*, quod veriſimilius, Apoſtolos. Opponitur n. accumbens miniſtranti. Jam verò Chriſtus ipſe ſignificat διακονῶν, ſe eſſe miniſtrantem. Loquitur parabolicè, de ejuſmodi patrefamiliâs, vel hoſpite activo, qui humilitatis ac civilitatis cauſa convivis; quos invitavit, menſæ accumbentibus miniſtrat; ipſis epulantibus circumcurſitat, ſedulò proſpiciens, ne quid convivali hilaritati & tractationi deſit. Non errant, qui Chriſtum hac γνώμῃ ad pedum lotionem digitum intendere cenſent, quâ omnium ſeſe ſervum fecerat. Sed rectiùs ſentire videntur, qui συνεκδοχικῶς accipiunt, de omni alio miniſterio, & quicquid ex humilitate totô tempore exinanitionis ſuæ Chriſtus fecerat: q. d. Ego cum veſter eſſem Dominus, quaſi omni-

ἀνακείμενος.

Digitized by Google

um ſervus factus ſum; quantò magis vos eôdem invicem modô animati eſſe debebatis, ut alter alterum inſerviendi ſtudiô prævenire, immò ſuperare adniteretur. Argumentum concludit ita:

Quicunq, vident Magiſtrum ſuum humiliter ſeſe gerere illi ab omni ſuperbia & primatûs affectatione alieniſſimi eſſe debent:
Vos Apoſtoli videtis Magiſtrum veſtrum humiliter ſeſe gerere:
E. Ab omni ſuperbia & primatûs adſectatione alieniſſimi eſſe debetis.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Dominatus politicus cum miniſterio Eccleſiaſtico nullô modô eſt confundendus. 1. Cor. 7, 17. 20. 24. & 14, 40.

Miniſtri verbi non ſunt politici. II. Miniſtri Eccleſiæ ſub prætextu miniſterii ſui non adfectent civilem regnorum adminiſtrationem. 2. Cor. 4, 5. Ezech. 34, 4. Matth. 23, 8. 1. Petr. 5, 3.

III. Interim uterq; Magiſtratus, Eccleſiaſticus & Politicus mutuas tradant operas. Eſa. 49, 23.

Gradûs miniſterii. IV. Gradûs quidem in miniſterio non tolluntur; ſed primatum poteſtatis monarchicæ in alios ſibi arrogare non licet. Act. 20, 28. Eph. 4, 11. 1. Corinth. 3, 5. 1. Petr. 5, 4. Hebr. 7, 21. 1. Corint. 12, 6. 1. Tim. 5, 17. Coloſſ. 2, 18. 19.

Papa falsò ſibi dominium ſumit. V. Peccat ergò graviter Papa Romanus, ſupremam ſibi poteſtatem in Reges & Principes politicos, contra expreſſam Chriſti prohibitionem ſibi arrogans. Matth. 8, 28. & 20, 28. Luc. 17, 20, Johan. 6, 15. & 13, 15.

VI. Miniſtri Eccleſiæ vocantur, non ad regimen politicum, ſed ad miniſterium Eccleſiaſticum; non ad otium, ſed negotium. 1. Cor. 3, 5. 22. & 4, 1. 2. Cor. 5, 20. 1. Petr. 5, 3. Joh. 13, 14. 15. 1. Tim. 3, 5. 15. 2. Timoth. 2, 15. & 4, 5. Sir. 3, 22.

Anabapt. error de Magiſtr. politico. VII. Errant Anabaptiſtæ, hoc Chriſti præceptô omnem Magiſtratum è medio ſublatum eſſe contendentes. Matth. 22, 21. Rom. 13, 1. Tit. 3, 1. 1. Pet. 2, 13.

De Magiſt. politico. IIX. Magiſtratûs politici officium hoc locô fundatur ac ſtabilitur. Sir. 17, 14. Proverb. 8, 15. Sap. 6, 3. 4. 2. Sam. 6, 21. Rom. 13, 1. & ſeqq. Zachar. 14, 20. Pſalm. 24. 7. & 82, 6. Dan. 2, 21. & 4, 14. & 5, 18. Matth. 21, 21. Johan. 19, 11.

IX. Ma-

IX. Magiſtratûs politici debent *ὑπηρετεῖν*, non abutentes poteſtate ſuâ ad ſubditorum oppreſſionem. Dan. *4*, *7*. *Sap. 6*, *7*. *9*. Pſ. 2, 10. Jer. *22*, *15*. 2. *Par. 19*, *7*. Pſalm. 85, *11*. Proverb *28*, *15*. & *29*. *4*. Eccleſ. 10, 16. Sir. *10*, *3*.

X. De ſingulari Chriſti in ferendis infirmis manſuetudine. Eſa. 42, *3*. Matth. 11, 28. Vide feſt. Jacob.

XI. Noſtrum quoq; eſt & amicorum errores ac vitia corrigere, & infirmos tolerare. Rom. *14*. 1. Galat. *6*, 1. Roman. 15, 1. *Pſalm. 141*, 5.

Infirmi ferendi.

XII. Corrigi nos patiamur, & cum Apoſtolis ab erroribus reſipiſcamus. Proverb. 13, *18*. Sir. 20, *2*. & 33, *22*. Gen. 6, *3*. Proverb. *1*, 7. & *12*. *1*, Eſai. *65*, 5. 2. Timoth. *4*, *3*. Prov. 28, *13*.

XIII. Eccleſiaſticis omnis primatus & dominatus politicus adimitur, & contra humilitatis omnibusque inſerviendi ſtudium commendatur. *1*. Tim. *4*, *12*. Phil. *2*, *4*. *1*. Petr. *5*, *3*.

Clerici non dominentur.

XIV. De ſumma Chriſti humilitate, quâ ipſis etiam diſcipulis in ſtatu exinanitionis inferior factus eſt. Phil. *2*, *8*. Eſai. 43, *24*. Apoc *1*, *6*. Matth. *11*, *29*.

XV. Etſi poteſtas politica Eccleſiaſticis ademta; miniſterium tamen non omni poteſtate deſtituitur: manet enim poteſtas *ὑπηρετικὴ ἢ νομοθετικὴ, κριτική*. Matth. 18, 17. Joh. 20, 23. *2*. Corinth. *10*, 8. *Deut.* 17. *8*. Matth. *16*, 19. 1. Cor. *3*, *5*.

Miniſterii juriſdictio & poteſtas

XVI. Illuſio eſt, igne infernali luenda, quando Didacus Stella verba Chriſti ita torquet: vos autem non ſic, ſed multò magis, Regibus ſcilicet & Principibus dominabimini.

Didacus Stella.

XVII. Non ſuperioritatis modus, ſed ipſe primatus, non abuſus dominii, ſed ipſum dominium Apoſtolis exſertis verbis derogatur.

Dominium ademtum Eccleſiaſticis.

XIIX. Chriſtus Vicarium viſibilem deſignare noluit; ipſe enim Eccleſiæ ſuæ ſemper præſtò eſt. Matth. 18, 20. & *28*, *20*. Joh. *14*, 3. Eph. *3*, 17. Apoc. *1*, *12*. 13.

Chriſtus Vicarium nullum habet.

XIX. Papa primatum affectans & uſurpans AntiChriſtum ſe declarat. Johan. *6*, *15*. 2. Theſſ. 2, *4*.

XX. Verbi miniſtri Politicis negotiis ſeſe non immiſceant. *2*. Timoth. 2. 4.

XXI Regnum interim Chriſti & civile non ſunt incompatibilia; quemadmodum etiam externa œconomicè adminiſtrare licet ſi fiat citra officii impedimentum.

Digitized by Google

XXII. Primatus juriſdictionis nõ excludit diverſitatem ordinis. 1. Cor. 14, 40. Eph. 4, 11. 1. Cor. 1, 14. 17. Gal. 2, 9. 1. Timoth. 5, 19. 2. Tim. 2. 1. Tit. 1, 5.

PARS III.

Ne recidivam, uti aliquoties hactenus factum, paterentur Apoſtoli, jam tertiò & ultimò locò, ad reprimendam eò fortiùs in animis eorum omnem dominandi cupiditatem, Chriſtus alia longè ſublimiora illis præmia promittit. Vos permanſiſtis mecum in tentationibus meis: & ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater, &c. Conſideretur in his verbis,

I. Conſtantiæ Apoſtolicæ præconium. Commendat enim Apoſtolos ſuos à ſingulari conſtantia, & in cruce patientia: q. d. Judas quidem à me defecit, Satanæ ſemet mancipandum tradens: at vos hac in parte commendatione digni eſtis, tum ob apertam proditionis diſplicentiam; tùm ob firmam propoſiti in me ſectando, perſeverantiam. Lapſus ſanè gravis, & peccatum grande eſt, hæc veſtra de primatu contentio; ſed nolite animum abjicere penitùs: nondum enim (quæ verba ſunt D. Gerh. p. 156.) animô meô excidit, quàm facilè primæ meæ vocationi adſenſi fueritis, & quàm conſtanter, aliis à me deficientibus (Joh. 6.) mihi adhæſeritis: non certè pœnitebit facti, quòd mecum permanſeritis in tentationibus meis.

πειρασμοὶ. Ceterùm per πειρασμοὺς non intelligit Chriſtus principaliter *activè* eas tentationes, quibus fidem Apoſtolorum exploravit aliquoties: ſed *paſſivè* illas, quibus in diebus carnis ſuæ Chriſtus tentatus fuit,

1. *A ſatana* in deſerto; Matth. 4, 1.

2. *Ab organis* ſatanæ, Pontificibus, Scribis, Phariſæis, Sadducæis, Herode & Judæis, per varias perſecutiones, tribulationes & oppugnationes, quas in diebus carnis perpeſſus fuerat; e. g. paupertatem, 2. Cor. 8, 9. exilium, Matth. 8, 20. Luc. 13. 31, ignominiam, Hebr. 13, 13. perſecutiones & omnia adverſa, quæ in Chriſto Apoſtoli viderant, nullatenus verò iiſdem ita ſcandalizati, ut de ipſo deſerendo, more aliorum, cogitârint. Johan. 6, 67. & 12, 42: ejuſmodi enim adverſitates dicuntur etiam πειρασμοί. Luc. 8, 13. Act. 20, 19. 1. Cor. 10, 13. Gal. 4, 14. Jac. 1. 2. 12.

3. APA-

Digitized by Google

3. *A Patre cœleſti*; ſed de ſecundo modò tentationum genere h. l. principaliter agitur. Dicuntur autem tentationes, quòd hac ratione diſcipulorum fides & patientia fuerit tentata. διαμένειν eſt perdurare, perſeverare, conſtanter manere. Argumentum concludit hoc modô: διαμένειν

Quicunq; firmiter & nexu indivulsô Chriſto adhærent, ut nullis perſecutionum ventis, nullis tentationum fluctibus impulſi, ab ipſo deficiant; illi meritò conſtantiæ laudem ac commendationem ab ipſo reportant:

Vos Apoſtoli firmiter hactenus nexuq; indivulsô mihi (CHRISTO) adhæſiſtis, ut nullis perſecutionum ventis, nullis tentationum fluctibus impulſi à me defeceritis:

E. Meritò conſtantiæ laudem à me reportatis.

II. Apoſtolorum ſolatium, continens ampliſſimam de regni diſpoſitione promiſſionem: *Et Ego diſpono vobis regnum: non quòd* conſtantia Apoſtolorum *promeruerit* regni cœleſtis diſpoſitionem, ſicut Maldonatus cum reliquis *Pontificiis* pleriſq; hunc textum pervertit, inquiens: *ſignificatur præmium* MERITO *reſpondens*: Analogia enim fidei iſtam de meritis opinionem planè nō admittit; immò ipſa Chriſti verba omne Apoſtolorum meritum excludunt: Ego diſpono vobis; q. d. non veſtris laboribus, paſſionibus aut meritis regnum cœleſte obtinebitis; ſed Ego diſpono vobis *gratis tanquam bonum hereditarium*, quod omnem meriti reſpectum tollit. Græcum διατίθεμαι habet ſignificationem, *tùm* pactionis & conventionis, *tùm* teſtamentariæ diſpoſitionis; utrumq; textui convenit. Erat enim tum temporis Chriſtus morti vicinus, & modò τῆς καινῆς διαθήκης Sacramentum inſtituerat: quia Chriſtus ita pactus eſt, conſtatuit, ordinavit, diſpoſuit regnum, qui eſt αὐτοαλήθεια, ideoq; nulla ipſis dubitandi cauſa eſt reliqua.

Apoſtolorum conſtantia non eſt meritoria.

διατίθεμαι.

Regnum *alii* exponunt de regno gratiæ; *alii* de regno gloriæ, & quidem convenientiùs. Collectio eſt talis:

Quicunq; ſpem habent, fore eos Principes cœli, ut in regno cœleſti felicitatis perpetuæ participes reddantur, illi non debent de primatu in hoc ſeculo, contra ſuam vocationem invicem contendere, ſi vel maximè non conſtituantur Principes hujus mundi.

Vos Apoſtoli ſpem iſtam habetis. Ergò.

Digitized by Google

Illuſtratur *προσδιορισμῷ ἢ ἐκθέσει τοῦ τρόπου, limitatione vel expoſitione modi:* ſicut diſpoſuit mihi Pater. Quibus verbis ſignificat,

Capitis cum membris conjunctio. καθὼς.

1. *Arctiſſimam capitis cum membris conjunctionem,* quæ in eo conſiſtit, quòd idem regnum, quod *P*ater cœleſtis Chriſto Homini, Eccleſiæ capiti conſtituit, Chriſtus θεάνθρωπος ſuis membris, h. e. fidelibus conſtituerit. Sed adverbium καθὼς notat non abſolutam æqualitatem, ſed ſimilitudinem; quia Chriſtus in hac cœleſtis Patris diſpoſitione, Princeps & caput regni conſtitutus eſt, ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων, Col. *1*, 18. Apoſtoli verò & reliqui fideles tantùm ejus locii conſtituti ſunt.

2. *Promiſſionis confirmationem.* Quemadmodum participes fuerunt tribulationum: ita etiam cœleſtis gloriæ Chriſti. Apoc. *1*, 9. 2. Tim. 2, 12.

3. *Regno præviam tribulationem*; per eandem enim crucis & tribulationis viam cum Chriſto regnum cœleſte ingredientur. Luc. *24, 26.*

4. *Regni promiſſi conditionem*, quòd non ſit futurum terrenum, ſed cœleſte, quod arguit.

III. Promiſſum Apoſtolis præmium: ut edatis & bibatis ſuper menſam meam, in regno meo & ſedeatis ſuper thronos, judicantes 12. tribus Iſrael. Quæ verba continent allegoricam ex metaphoris deſcriptionem, *tùm* ineffabilis lætitiæ, *tùm* incomparabilis gloriæ, quam in hoc regno Apoſtoli ſint conſecuturi; & conſiſtit

Edere & bibere in regno Chriſti.

1. *In convivando, ſive edendo & bibendo*; quâ phraſeologia omnis generis deliciæ & voluptates intelliguntur, quibus non ſecundùm modum hujus ſeculi, (regnum enim Dei non eſt eſca & potus) ſed ſecundùm modum alterius ſeculi, beati in vita æterna perfruentur. Et quia hæc promiſſio Apoſtolos peculiariter ſpectat, ideoq; peculiarem etiam quandam in regno illo beatitudinis prærogativam gloriæ eis promittit, quòd ineffabilibus vitæ æternæ deliciis, in ſummo honoris gradu, cum ipſo ſint ſatiandi, & quidem in menſa Chriſti quemadmodum videmus Reges & Principes non promiſcuè quoſvis, ſed præcipuos regni proceres, menſæ ſuæ adhibere: ita ſingularis aliquis honor & gloriæ præeminentia Apoſtolis promittitur; ſed quæ & qualis illa prærogativa ſit futura, in ſpecie non exprimitur.

Apoſtolorum prærogativa in regno cœlorum.

2. *In ſedendo*, quo ipſo quietem & tranquillitatem pollicetur.

3. *In judicando*: ſedebunt enim Apoſtoli ſuper thronos judiciarios

diciarios, & ſuô modô judicabunt. Myſtica hæc ſunt, uberiore itaq; opus habent declaratione, cui inſerviet

Apoſtoli judicabunt cum Chriſto.

1. *Objecti conſideratio*, Apoſtoli. Etſi enim omnes omninò beati, omnesq; fideles Eccleſiæ Doctores, in die extremo, cum Chriſto judicaturi ſint: tamen h. l. Chriſtus de Apoſtolis in ſpecie loquitur, illisq; in judicio quoque ſuo peculiarem quendam honorem & auctoritatem judiciariam adſignat.

2. *Tempus promiſſionis explendæ, gloriæq; promiſſæ conferendæ. Alii* referunt ad hanc, *alii* ad ſecuturã vitam, *alii* ad utramque: Sed Chriſtus dicit, in regno meo, quod non eſt hujus ſeculi: loquitur itaq; præcipuè de executione & manifeſtatione, in die noviſſimo futura.

3. *Materia promiſſionis*; ſedebunt ſuper 12. thronos, & judicabunt 12. tribus Iſraël. Myſtica hæc ſunt omnia, nihil itaq; attinet, ut de materialibus ſive thronis, ſive ſellis quicquam cogites. Pleriq; interpretes ita concludũt: quia Chriſtus venturus eſt in nube; E. & adſeſſores judicii in nubibus, peculiariter ad id deſtinatis. Sed oculus non vidit, 1. Cor. 2, 9.

Error Papiſt. & Calvin. de throno & ſeſſione Apoſtolorum.

Errare deprehenditur h. l. Maldonatus, eundem Chriſto & Apoſtolis thronum, eandem nubem adjudicans: errant non minùs Calviniani ſeſſionem Chriſti in throno Patris ſui, ipſi cum omnibus Sanctis communem fore perperam ſtatuentes. Diſtinguendum enim eſt accuratè cum ſcriptura.

1. *Inter modum judicii*. Chriſtus judicabit αὐτοκρατορικῶς ut cauſa principalis, Apoſtoli ὑπηρετικῶς, ut cauſa miniſterialis.

Diſtr. inter thronos Chriſti & Sanctorum.

2. *Inter thronum Chriſti & thronos Sanctorum: Ille eſt* unicus, thronus dexteræ ac majeſtatis divinæ, ſoli Chriſto proprius, Pſal. 110, 1. Heb. 1, 13. *hi* verò plures, Apocal. 4, 3 4. *Ille eſt*, infinita majeſtas; potentia & gloria; *hi* peculiaris quidam honor, in judicio Apoſtolis conferendus; non tantùm ut Doctoribus, teſtibus, accuſatoribus, &c. Johan. 5, 45. Rom. 2. 16. ſed etiam adſeſſoribus primariis.

Quæritur hoc loco cur tantùm 12. tribuum Iſraelis mentio fiat, cùm omnes homines, & in genere mundus univerſus in judicium ſit venturus? 1. Cor. 6, 2.

Reſp. 1. *Quia Apoſtoli 12.* juxta numerum 12. tribuum Iſraël electi erant.

2. *Quia judicium* veniet grave ſuper omnes illos, quotquot ex Ju-

ex Judæis prædicatam Evangelii doctrinam recipere noluerunt. Increduli enim Iſraëlitæ ſecundum prædicationem Apoſtolorum damnabuntur., ubi planè erunt ἀναπολόγητοι.

3. *Quia Judæi* maximas Apoſtolis in prima miſſione moleſtias creârunt, Matth. 10, *14*. 16. *17*. *18*. reliquas cauſas vide apud D. Gerh. p. 171.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. De Chriſti cum Patre ὁμουσίᾳ, ὁμοδυναμίᾳ καὶ ὁμοδοξίᾳ: Ego diſpono ſicut Pater. Joh. *5*, *17*. Matth. 9. 38. & *23*, *34*.

Turcica fides de vita æterna.

II. Chriſtus ſuâ de epulo cœleſti concione, Turcico poſt hanc vitam epulo voluptuario nihil quicquam patrocinatur. Rom. 14, 17. 1. Corinth. *2*, *9*.

Calv. error de Cœna.

III. Pueriliter ineptiunt Calviniani nonnulli, Cœnam S. impiis non ordinatam eſſe inde arguentes, quòd Chriſtus dicat, vobis (Apoſtolis) diſpono, atq; ita impii non participent corpori & ſanguini Dominico. Ita nec verbum audire deberent, nec converſionis medium haberent. Rom. *10*, *14* *15* Matth. *28*, 19.

IV. Paſſiones hujus ſeculi, in futuro compenſabuntur. 1. *Petr.* 4, 13. Jecob. *1*, *3*. 4. Rom. 8, 18. *2*. *Cor.* 4, *17*. *1*. Pet. *1*, *6*. *7*.

V. Gaudia, & beneficia regni cœleſtis per ſimilitudines convivales ſæpè deſcribuntur. Pſalm. 17, 5 & 36, *9*. Eſa. 65, 14. Matt. *8*, *11*. & 26, *19*. Luc. 14, 15. Apoc. *7*, *17*. & *19*, *7*. Sunt autem dicta hæc accipienda non propriè & literaliter, ſed myſticè & ſpiritualiter.

VI. Errant Jebuſitæ ex voce τοῦ ἡγουμένου dominatum p. liticum Papæ Rom. ſtabilire præſumentes.

Miniſtri verbi ἡγούμενοι.

VII. Dicuntur & miniſtri Eccleſiæ ἡγούμενοι, tùm quia duces eſſe debent auditorum; tùm quia Deus ipſos πιστοὺς καὶ ἀξίους ἡγήσατο; tum quia πάσης τιμῆς ἄξιοι 1. Tim. *1*, 12. & 4, *12*. & 5, *17*. Hebr. 13, *7*.

IIX. Humilitas eſt via ad gloriam & dignitatem perveniendi expeditiſſima. Prov. 15. *33*.

IX. Humilitatis ſtudium in Paſtore non exſtinguat juſtum zelum.

X. Chriſtus nobis in terris miniſtravit, ut nos in cœlo cœleſtibus deliciis perfrui queamus. Matth. 20, 28. Marc. 10, 45.

XI. Ob

XI. Ob nævos adhærentes duriùs tractandi non ſunt, qui veræ fidei ac pietatis argumenta præbuerunt Roman. 14, *1*. Galat. 6, 1. *2*.

XII. Chriſtus etiam inchoatâ & imperfectâ fidelium ac peccatorum obedientiâ delectatur,

XIII. Chriſtus in diebus carnis ſuæ varias expertus eſt adverſitates.

XIV. Eadem ſors manet verè-pios in hac vita. Roman. 8. v. *19*.

XV. In tentationibus exemplô Apoſtolorum perduremus. Matth, 14, *15*. Apocal. 2, 10.

XVI. De vitæ æternæ certitudine. Roman. *8*, *18*. 2. Cor. *4*, 17. 2. Timoth. *2*, *12*. Apoc. *1*, *9*.

XVII. Chriſtus eſt ſalutis noſtræ ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς. Hebr. *12*, 2. *1*. Johan. 5, 10.

XIIX. Vita æterna eſt donum Dei gratuitum, non operum noſtrorum meritum; eſt enim legatum Chriſti teſtamentarium. Vita æterna donum.

XIX. Sicut gaudia vitæ æternæ per cibum & potum: ita pœnæ infernales per famem & ſitim præfigurantur. Luc. *16*. *24*. Apoc 7, *16*. Eſa. *65*. 14.

XX. Laborum ſociis, quietis etiam ſocietas, per ſeſſionem ſuper thronos ſignificatur. 2. Cor. *1*, *7*. Apoc. 14, *13*.

XXI. Ambitionis affectum cœleſtis gloriæ meditatio deprimat.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

Semen ſuperbiæ, ambitionis ac contentionis ſpargit diabolus in ipſo etiam fratrũ Apoſtolicorum collegio; cujus eradicandæ ergò negotium Salvatori, ad παθήματα ſeſe ſua jam præparanti, faceſſunt, tempore admodum intempeſtivô. Nos per διχοτομίαν Evangelium enarraturi videbimus,

I. Chriſtum Apoſtolorum ſuorum ambitioſam contentionem, & contentioſam ambitionem refrænantem ac cohibentem.

II. Chriſtum Apoſtolorum conſtantiam commendantem, & ob id compenſationem ipſis gratuitam promittentem.

Eeee PARS

PARS I.

Prioris partis enodatio in duobus potiſſimum verſatur capitibus;

1. Apoſtolorum contentione; &

2. Contentionis diremtione vel compoſitione.

Ad contentionem ſpectat.

I. Ἀφορμὴ *occaſio.* Mirum enim alicui videri poteſt, quomodo inter ipſos Apoſtolos excitari potuerit tempore hoc tàm importunò, rixa & contentio. Videtur autem exorta.

Apoſtoli carnaliter ſapiunt de Chriſto.

1. *Ex Chriſti de regno ſuo concione*, quæ extat Marc. 14, 25. Luc. 22, 15. 16. Johan. 13, 31. 32. 33. Habuiſſe autem etiam Apoſtolos, ante viſibilem Spiritûs S. effuſionem carnales de regno Chriſti cogitationes, aliquoties diximus, quibus illi dementati, mundanum ſibi cum Judæis Meſſiæ imaginabantur imperium, in quo præ aliis eminere & primas tenere, pulcrum ipſis ac honorificum, quin & proficuum videbatur.

2. *Ex ſingulari Chriſti erga Johannem affectione.* Vide præc. diſp.

3. *Ex proditoris ſignificatione & inquiſitione*, quæ & ipſa ad hoc argumentum ipſos pertraxiſſe videtur, dum ſuam quiſque non innocentiam ſaltem demonſtrare, ſed & præeminentiam adſerere voluit.

φιλονεικία

II. Μορφὴ *forma contentionis*; dicitur enim φιλονεικία, quæ fit importunè & cum clamoribus, verbisq; aſperioribus; quæ niſi maturè & prudenter avertantur, tandem in verbera degenerare ſolent. Et talis fuit Apſtolorum h. l. contentio, multis utiq; modis & vitioſa, & culpabilis:

1. *Reſpectu perſonarum, contendentium*, Apoſtolorum, qui aliis bonô exemplô ad virtutem ac pietatem prælucere debebant, Matth. 5, 13 14.

2. *Reſpectu Chriſti*, jam propemodum agonizantis, & de inſtanti paſſione ac morte ignominioſiſſima ſupra modum perturbati. Erat enim anima ejus περίλυπος ἕως θανάτου, Matth. 26, 38. Afflicto autem afflictio addenda non eſt.

3. *Ratione quæſtionis*, quæ eſt de lana caprina, vel umbra aſini.

4. *Ratione modi*; de quo jam modò dictum.

5. *Ratione originis*: orta enim eſt hæc contentio, partim ex craſſa ignorantia; partim ex invidia partim ex πολυπραγμοσύνῃ; partim ex ambitione & ſuperbia.

6. Rati-

6. Ratione temporis, poſt ſumtam Cœnam S. quæ ipſis charitatis ſymbolum eſſe debebat.

7. Reſpectu iterationis: jam enim tertiâ vice de eadem re contendunt Apoſtoli, è cineribus quaſi denuò ſuſcitantes, quod perpetuâ ſepelire oblivione conveniebat.

III. Ὕλη *materia contentionis* eſt, de majoriſmo, ut ita loquar, h.e. de primatu, quiſnám inter ipſos Magiſtrô abſente, vel per mortem, quam prænunciaverat, remotô, principatum teneret, ita ut ipſius mandatô reliqui ſtare cogerentur. Hoc enim. erat μῆλον illud ἔριδος, ab ipſo turbarum omnium architecto, Davo infernali, in proſcenium Apoſtolorum projectum. Sed audiamus etiam contentionis compoſitionem, â Principe pacis Jeſu Chriſto feliciter inſtitutam.

I. Κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν, quâ Apoſtolis præſcribit *tùm* fugienda, *tùm* facienda. Duo itaq; Apoſtolis ſuis inculcat:

1. Regnorum mundanorum proprietatem. Ea enim ita ſunt comparata, ut in externis primatum & quærant, & teneant. Reges gentium dominantur eis, &c. Per Reges gentium intelligit, non profanum aut tyrannicum aliquod imperium, quatenus gentile & idololatricum; ſed in genere Magiſtratum politicum; vel quia gentium potiſſimùm gentibus Magiſtratus imperabat; vel quia vocabulum ἐθνῶν populos indefinitè, more Hebræis conſuetô, notat: q. d. Magiſtratus politicus cum imperio præeſt ſuis ſubditis, quibus præcipit & domninatum in eos habet. Ne verò poteſtate & illi ſuâ abutantur, ſed humanitatis quotidie admoneantur, ideoq; dicuntur benefici; tales enim decet eſſe ergà ſubditos.

Regnorum mundanorum proprietas.

Reges gentium.

2. Regni Chriſti diverſitatem: Vos autem non ſic: q. d. mei regni longè alia eſt conditio ac proprietas, quæ cum politica gubernatione confundi non debet. Reges κυριεύουσι; vos non ſic. Quâ oppoſitione miniſtris Eccleſiæ, ipſis etiam Apoſtolis, omnem ſimpliciter domninatum derogat, jus gladii adimit, & ſuperioritate eâ, quæ eſt cum imperio, interdicit. Agit enim ex profeſſo de ejuſmodi regno, quod cum monarchico regimine convertitur, illudque ab Eccleſia ſua removet.

Regni Chriſti conditio

II. Κατ' ἔνδειξιν, quâ ex adverſo docet & urget humilitatem: Qui major eſt in vobis, fiat ut minor; (junior) & qui poteſtatem habet, fiat ut miniſter: q. d. qui donis præ aliis majoribus & excellentioribus eſt ornatus, ita ut inter alios Evangelii miniſtros

emineat, is non debet aliis ſeſe præferre, aut cum poteſtate pro imperio præcipere, ſed donis potiùs ſuis aliis inſervire, omnia in communem uſum conferens & ſubmiſsè ſe gerens. Ponit itaque Chriſtus præeminentiam Apoſtolorum & omnium verbi miniſtrorum, in majori labore & adminiſtrationis Eccleſiaſticæ cura, docetque in hoc vocatos eſſe Apoſtolos eorundemque ſucceſſores, ut Eccleſiæ CHRISTI multum inſerviant.

Error Papiſt. de primatu Papæ.

Laterem lavant Eſavvitæ, in vocabulo ἡγούμενος primatûs Papalis patrocinium, hoc eſt, nodum in ſcirpo quærentes. Cùm enim Reges ac Principes dicantur ἡγούμενοι, idemq; nomen tribuatur Apoſtolis, inde non omnem miniſtris Eccleſiæ, h. e. prælatis Papiſticis, dominatum politicum derogari poſſe cenſent. Verùm quid opus hac ceruſſâ, cum in præcedentibus evicerimus, Chriſtum omnem planè Apoſtolis, adeoque Eccleſiaſticis univerſis, derogâſſe dominatum. Et ſi vel maximè vim vocabuli premamus, nihil tamen inde exprimere poſſumus aliud, quàm concedere quidem Chriſtum miniſtris Eccleſiæ poteſtatem ordinis & juriſdictionis, eminentiam etiam dignitatis & auctoritatis, at non πολιτικὴν, non αὐτοκρατορικὴν de qua inter nos & Pontificios propriè controvertitur. Errant igitur illi, περὶ τὸ χῆμα τῆς λέξεως. Phraſis enim ἡγούμενοι εἶναι non notat τὸν ἄρχοντα h. e. Principem mundanum, ſicut apud Marcum hoc nomine Principes ſeculares, appellat Servator; ſed notat quemlibet Ducem & Præſidem, idque miniſtris verbi egregiè convenit; horum enim eſt præire & viam monſtrare aliis, tùm doctrinâ, tum exemplô; non verò gladiô dominium exercere in alios. Patet inde, Chriſtum nullum prorſus regimen monarchicum vel Petro, vel Apoſtolis reliquis primatum aliquem adſignare, quin potiùs ficticium illum Papæ & Epiſcoporum primatum funditùs ſubruere & evertere voluiſſe.

III. Κατὰ μίμησιν, quâ exempli ſui ſublimitatem commendat, ſpeculum quaſi quoddam imitationis proponens; illud enim ſi intueantur, non habebunt, cur ad mundanas prærogativas tantoperè adſpirent Apoſtoli.

USUS

I. Informatorius.

1. De Sanctorum infirmitatibus, & renovationis in hac vita imperfectione, quæ tantas in illis radices agit, ut Apoſtoli etiam ſtatim

ſtatim poſt S. Cœnæ uſurpationem tàm enormiter impingant. Pſalm. 62, 10. 1. Cor. 10, 12. Vide præc. diſp. in feſt. Jacobi.

2. De ſuperbiæ & ambitionis veneno, quod omnibus hominibus innatum quodammodò eſt & congenitum. Pſal 75. 4. Prov. 16, 5. Marc. 7, 22. Gal. , 26. Phil 2, . Sir 3, 30. Vide præced.

3. De vi falſæ doctrinæ. 2. Tim. 2, 17. & 3, 6 Matth. 7, 15. Act. 10, 29.

4. De Magiſtratu pol tico: manifeſtè enim civilem gubernationem Chriſtus ipſe h. l. confirmat, tanquam utilem & neceſſariam. Vide locos, cumprimis D. Gerh. Tom. 6, L. C. pag. 660. & ſeqq.

5. Officium verò Magiſtratûs politici conſiſtit, (Officium Mag. pol.)

1. Ἐν τῷ κυριεύειν in dominando vel imperando;

2. Ἐν τῷ εὐεργετεῖν, ut benè mereantur de ſubditis, & totâ adeò Republ. Ex. 18, 21. Deuter. 1, 17. 2. Paral. 19, 5. Pſalm. 82, 1. & ſeqq. Prov. 8, 15. 16. Sap 1. 1. & 6, 1. & ſeqq. Sir. 4, . 8. 9. Roman. 13, 1. & ſeqq. Vide de officio Magiſtratûs erga Deum, ſeipſum, familiares, domeſticos & ſubditos D. Gerh. Tom 6, p. 783. & ſeqq.

6. Vocabulum τῶν εὐεργετῶν multa continet, & requirit in ſpecie, ut Magiſtratus præſtet ſubditis amorem & benevolentiam, comitatem & affabilitatem, clementiam & liberalitatem, de quibus omnibus vide iterum D. Gerh. d. l. p. 806. & ſeqq. item de requiſitis Magiſtratus politici. p. 736. & ſeqq. (εὐεργέται.)

7. De diſcrimine regni politici & miniſterii Eccleſiaſtici: *illud* habet poteſtatem ἀρχικὴν καὶ δεσποτικὴν, *hoc* διακονικήν; *illud* armatum eſt gladiò corporali, *hoc* ſpirituali; *illud* occupatur in rebus corporalibus & externis, ſalutem hominis indirectè & mediatè concernentibus, *hoc* in rebus ſpiritualibus ad ſalutem conſequendam directè & immediatè ſpectantibus. Vide d. l. pag. 628. (Diſcrimen regni politici, & miniſterii Eccleſiaſtici.)

8. De confuſione utriuſq; regni, Politici & Eccleſiaſtici regiminis, ſtudioſè cavenda. Johan. 18, 37. Matth. 20, 28. Luc. 17, 21. Johan. 6, 15. Rom. 4, 17. Apoc. 1, 16. Matth. 17, 34. & 22, 21.

9. Nemo poteſt ſimul Eccleſiaſticam & politicam exercere poteſtatem: Deus enim ipſe, tanquam ordinis auctor, & omnium hierarchiarum fundator, tàm clericis, quàm laicis ſuos præſcripſit terminos, intra quos ſeſe continere debent 1. Corinth. 7, 17. 24. 1. Theſſal. 4, 11. 2. Paral. 19, 11. 1. Petr. 4, 15. Luc. 12, 13. Vide A. C. art. 7. de abuſibus: D. Bald. in Caſ. Conſc. p. 967. & ſeqq. D. Gerhard. Tom. 6. L. C. p. 474. D. Hütter L. C. p. 1001. quibus in (Eccleſiaſtica & politica poteſtas uni ſubjecto non competit.)

 locis.

locis omnibus evincitur, poteſtatem Eccleſiaſticam & politicam non poſſe uni & eidem ſubiecto competere, præſertim N. T. temporibus.

Primatus Papæ. 10. De primatu, quem Gnathones Pontificii ſtatuunt, Papam Rom. non à Conciliis, ſed à Deo ipſo habere: proculcat hunc errorem Dn. D. Höpffn. in Saxon. Evangel. p. 528. Et primatum ipſum Petri ſuppoſitium in Eccleſia conſtituere planè abſonum atq; abſurdum eſſe, ſex argumentis probatum it Aretius in problem. Theol. loco 60. pag. 179. & 180 *Si quis eſt Papa primatus, ordinis eſt, non poteſtatis.*

II. Conſolatorius.

Reliquiæ peccatorum. 1 Ne propter peccati reliquias, poſt regenerationem nobis adhærentes, deſperemus; ſed per pœnitentiam veram earundem remiſſionem à Deo & petamus, & certò exſpectemus. Rom. 7, 18. 22. 23. & 8, 1. 13. 14. Galat. 5, 16. 24. *Pſal.* 32, 1. 6. Matth. 6, 12. Eſa. 1, 18. & 27, 9. & 40, 2. Jerem. 31, 34. Mich. 7, 19.

Magiſtratus pol. ſolatium. 2. Solatium ſingulare habetur h. l. pro iis, qui Magiſtratu politico funguntur; quòd ſciant, divinitùs hunc ordinem eſſe conſtitutum, ſeq; illæsâ conſcientiâ officio hoc defungi poſſe. Roman. 13, 1. & ſeqq. Prov. 8, 15. & 20, 12. Dan. 2, 20. Sap. 6, 3. Sir. 10, 4. & 17, 14. Joh. 19, 11. Deut. 16, 18. *Pſal.* 111. 3. Tim. 6, 2.

III. Monitorius.

Monemur 1. ut cum timore & tremore ſalutem noſtram operemur. Phil. 2, 12. Eph. 5, 15. 1. Corinth. 10, 12. Pſalm. 62. 10. *Lapſus majorum ſit timor minorum.*

2. Ut φιλονεικίας, jurgia & rixas, ex quibus animorum diſſenſiones & ſimultates, ſtudiô, quô fieri poteſt, maximô caveamus. Gen. 13, 8. Eph. 4, 2. Col. 3, 13. Prov. 3, 30. & 13, 10. & 28, 25. Phil. 2, 3. Rom. 13, 13. Jacob. 3, 16. & 4, 2. Prov. 17, 19. Sir. 28, 10, 12. 1. Cor. 3, 3. Gal. 5. 20.

3. Ut ſubditi, ſui erga Magiſtratum memores officii faciant, quod æquum eſt. Debent autem Magiſtratui ſuo,

1. Honorem & reverentiam;

2. Subjectionem & obedientiam;

3. Cenſus & tributa;

4. Preces & vota. Rom. 13, 1. & ſeqq. 1. Pet. 2, 13. 17. Gen. 41, 40. Deut.

Deut.17,12.Joſ.1, 17. 18.Tit.3,1.Matth.17,25.& 22,21.1. Samuel.8,9.1. Tim.2,1.Gen.47,8.Jer.29,7.Daniel. 6,21.D.Gerhard.Tom,6.p.1294 & ſeqq.

4. Ut exemplô Chriſti humilitati ſtudeamus. Matth. 11, 29. Phil 2,9. Sir.10,9.

5. De perpetuis Satanæ inſidiis, quibus Sanctos & pios homines te[illegible]e & evertere cupit; ut adverſus tantum hoſtem ſecuritati apud Chriſtianos locus nullus ſit reliquus, 1.Petr.5,8. Epheſ. 6.12.Phil, 2,12.

IV. Refutatorius.

I. Anabaptiſtarum ex eo, quòd Chriſtus ait: vos autem non ſic: perperam concludentium: Ergò Chriſtus non vult fideles ſuos eſſe Principes, Reges ac Magiſtratûs politicos, &, quia illi dicuntur Reges gentium, gentiliſmum introduci in Eccleſiam putant ab iis, qui dominium in alios ſibi arrogant. Anabaptiſt. error de Mag. pol.

Verùm falluntur illi. 1. σοφίσμαλι παρὰ τὸ πῆ καὶ ἀπλῶς. Loquitur enim Chriſtus h. l. non indefinitè ad omnes Chriſtianos, quaſi ſimpliciter omne dominium ab ipſis debeat eſſe alienum: ſed tantùm ad Apoſtolos, quorum officium in docendo & miniſtrando, neutiquam verò in externo aliquo dominatu ſive præeminentia papali occupatum eſſe debere oſtendit. Jam verò *ab officio Apoſtolorum ad officium Magiſtratûs politici excluſivè non valet conſequẽtia.*

2. Παρὰ τὸ χῆμα τῆς λέξεως. Phraſis enim iſta; Reges gentium dominantur; non iſtum habet ſenſum, ac ſi dominatus politicus tantùm inter gentes, non item inter Chriſtianos locum habere poſſit & debeat; ſed temporis ſaltem conditionem & reſpectum involvit. Illô enim tempore Magiſtratus politicus non niſi inter gentes florebat, donec conſtitutâ N. T. Eccleſiâ Chriſtiani quoq; excuſsô gentilium jugô officia politica obirent. Vide præc. diſp. & D. Gerh. p, 695.

II. Judæorum, Meſſia ſuo politicam monarchiam ac dominationem adſigentium, cujus delirii vanitas ipſos etiam Apoſtolorum animos ita occuparit, ut in eô exſtirpandô, Chriſtus totô miniſterii ſui tempore deſudare quodammodò neceſſum habuerit. Matth. 20, 21. Luc. 24, 24. Actor. 1, 6. Zachar. 9, 9. 10. Eſa. 53, 10. Dan. 9, 26. Judæorum error de Meſſia.

III. Pon-

III. *Pontificiorum*, ex hoc Evangelio primatum ac poteſtatem Papæ Prælatorumq; ſuorum politicam adſerere non dubitantium, cùm inde utrumq; everti vel talpâ cœcior videat. *Sic enim* ex Bellarmin. lib. 5 de Pont. cap. 10. contra manifeſtum veritatis Solem & ipſe cœcutiens, Eſavvita Schererus deblaterat: Weder das Weltliche/noch das Geiſtliche Regiment wird durch dieſen Spruch auffgehebt/ſondern beyden Obrigke[illegible]/ſonderlich den Prælaten (NB.) wird fürgeſchrieben/ das ſie nicht auff Heydniſch/ das iſt/ Tyranniſch vnd allzuſtreng vnd hochmüthig jhre Vnterthanen regieren vnd beherrſchen ſollen/ſondern mit aller Demuth/Glimpff/Mitleiden/ Liebe/ Sanfftmuth/ Beſcheidenheit vnd Gelindigkeit. Solches bringt mit ſich bey den Evangeliſten/ Matthæo vnd Marco das Griechiſche Wort κατακυριεύειν, welches nicht ſchlechtlich herrſchen heiſt/ ſondern mit Pomp vnd Pracht / mit Gewalt/ Verbitterung vnd Trewungen herrſchen. So redet nun der Herr nicht wieder den Obrigkeitlichen Gewalt/ ſondern allein wieder den Mißbrauch. Eben aus dieſen Worten des Herrn iſt herkommen / daß die Römiſchen Biſchoffen/ welche die gröſten vnd fürnehmſten Häupter der Chriſtenheit ſeyn/ ſich ſervos ſervorum Dei, Knecht oder Diener (forſan Dehner) der Diener GOttes nennen vnd ſchreiben. Hæc ille.

Poſt part, 2 p. 287.

NB.

Papa verò cum Prælatis ſuis gentilibus & Turcicis Magiſtratibus omnibus longè truculentior.

Confer Papam, quis Regum illô pompoſior?

Ubi manet Chriſtus.

At quid eſt, quæſo, Deo hominibusq; illudere, ſi hoc non eſt? Committit Eſavvita, Sophiſta peſſimus & Calumniatorum coryphæus, i. σόφισμα τῷ παρὰ τὴν ἄγνοιαν ἐλέγχου. Diſcipuli enim non affectabant κατακυριεύειν, ſive violentum aliquod dominium, (quanquam κατακυριεύειν tyrannicum gubernandi modum involvere Eſavvitis nulli planè conceſſerimus;) ſed contendebant ſolùm, quis eorum videretur eſſe maximus. Chriſtus appoſitè reſpondens jubet, ut omnem planè dominatum, qualis quidem eſt Regum ac *Principum* politicorum, quocunq; nomine veniat, à ſe ſtatuant debere alieniſſimum eſſe, petitô argumentô à ſubjecti diverſitate: quæ autem ſubjectis differunt, reipsâ differunt. Jam ſi violenta Eſavvitæ interpretatio, de violento & tyrannico dominio

ſubſi-

ret, ἀείμνηστον planè & inconveniens fuiſſet Chriſti oratio, quippe qui ad aliud reſponderet, quàm quod eſſet in controverſia, quod vel cogitare impium eſt.

2 *Optandum foret*, ut Prælati, h. e. Papa cum clero ſuo, præſcribi ſibi paterentur, ne limites gubernationis moderatæ tàm effrenatè transſcenderent. Examinet Eſavvita inquiſitionē Hiſpanicam; examinet modernum hæreticos (quos illi immeritò vocant omnium hæreticiſſimi) convertendi & reformandi proceſſum, habebit utiq; ſuis quod occinat & paterculis, & fraterculis. Et videtur hic Caiphas vaticinari. Noſtras ſanè Eccleſias convitiatoris maligni convitia non feriunt. Omnem Pontificii jam non Chriſtianum, ſed humanum affectum exuiſſe deprehenduntur. Ubi enim à Scherero deprædicata Papæ Prælatorumq́ Papalium humilitas? ubi ἐπιείκεια? ubi συμπάθεια? ubi caritas? ubi manſuetudo? ubi lenitas?

3. Σόφισμα τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖσθαι. Chriſtum enim Apoſtolis ſuis non abuſum, ſed ipſum etiam uſum & affectationem politicæ dominationis derogâſſe ex prædictis patet. Sed jam ad ſecundam etiam propoſiti partem nobis eſt deveniendum.

PARS II.

Correctioni Apoſtolorum ſubjungitur eorundem *conſolatio*, quâ præteritæ converſationis memoriam recolens ait Servator: Vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis &c. Quibus verbis continetur:

I Σύστασις *commendatio*, Laudat enim Apoſtolorum ſuorum in omni fortuna conſtantiam: q. d.

Vos hactenus conſtantes manſiſtis mecum in ærumnis meis, neq; unquam me deſeruiſtis, tametſi haud ignoraretis, quàm exoſus eſſem Pontificibus, Scribis, Phariſæis & Judæis:

E. Meritò vel hoc nomine laude dignos vos judico ſimulq́; moneo, ut ad eaſdem tentationes, quas in me vidiſtis, perferendas, ipſi deinceps vos præparetis potiùs, quàm dominationem aliquam externam vel adpetatis, vel à me exſpectetis.

II. Ὑπόσχεσις *promiſſio, vel gratuita quædam conſtantiæ compenſatio*; ubi quinq; notantur circumſtantiæ:

1 Quis promittens? Ego; Filius Dei & Hominis, θεάνθρωπος,

Ffff qui

qui habeo poteſtatem ſuper omnem carnem; in cujus manu omnia ſunt poſita; qui ſum via, veritas & vita, & mentiri vel fallere neſcio.

2. *Quibus promiſſum*? Vobis, Apoſtolis meis, & reliquis, pari mihi fide & conſtantiâ adhærentibus. Quæ enim locutus eſt Chriſtus diſcipulis ſuis, ea in triplici fuêre differentia. *Quædam fuerunt perſonalia*, ad ipſos ſolos pertinentia; *quædam ſub Apoſtolorum perſona* omnibus Eccleſiæ miniſtris; *quædam demum omnibus* Chriſti fidelibus dicta ſunt. Ad tertiam claſſem hoc Chriſti pronunciatum referimus.

3. *Quid promiſſum?* Diſpono vobis regnum, non terrenum: tale enim non habeo: jam quod quis non habet, in alium transferre non poteſt: Loquitur CHRISTUS ſecundum ſtatum ſervilis ſuæ Exinanitionis: ſed regnum cœleſte & æternum: q. d. Etſi non con-

διατίθεσθαι ſtituam vos Principes hujus mundi: tamen faciam vos Principes cœleſtes, idq; vobis διατίθημι, h. e. loco διαθήκης ſive teſtamenti adſigno.

4. *Quomodo*? Sicut Pater mihi diſpoſuit: At diſpoſuit mihi per humilitatem & crucem: E. eandem vos viam decet ingredi: non enim eſt diſcipulus ſupra *Mag*iſtrum: q. d. ad regnum meum non datur ingreſſus niſi per paſſiones ac tentationes; *priores quidem paſſiones, poſteriores autem gloriæ*. 1. Pet. 1, 11.

5. *Cur & quô fine?* Ut edatis & bibatis, &c. Non ſentiendum eſt autem in altero ſeculô fore tàm craſſa ſpectacula, ut edatur, bibatur & in thronis ſedeatur: ſed edere & bibere cœleſtia gaudia deſignat: throni verò gloriam illam ineffabilem adumbrant, uti D. Lucas Oſiander exponit. Promittit ergò Chriſtus his verbis ampliſſima futuræ vitæ bona, & talia quidem, quæ ipſis Apoſtolis præ reliquis hominibus futura ſunt peculiaria. *M*aldonatus Tom. 2, col. 339. ita: laborum ſociis honoris quoq; & quietis ſocietatem promittit. 2. Cor. 1, 7. 2. Tim. 2, 11. Solet ſcriptura accommodatè ad humanum ſenſum inexplicabilem illam vitæ æternæ voluptatem cibô & potu, ſatietate ebrietateq; declarare. Pſalm. 17, 15. & 36, 9. Luc. 14, 15. Matth. 8, 11. & 26, 19. Seſſionem & judicium Apoſtolicum, quod attinet, ea ex præc. diſp. ſunt manifeſta Judicabunt enim Apoſtoli in extremo die.

Edere & bibere in regno cœlorum.

1. Per verbum;
2. Per exemplum;
3. Per aſſenſum.

Ita

Ita teſtatur Chriſtus his verbis, quòd ſit paſſurus, à morte reſurrecturus, & regnum cœleſte occupaturus; invitatq; diſcipulos ſuos, ut ſequantur veſtigia ſua, ſint fideles & conſtantes in officio, perferant adflictiones, & cœleſtis gloriæ remunerationem expectent.

USUS
I. Informatorius.

1. Quòd regni Chriſti alia in hac, alia in futura vita ſit conditio: hîc per Verbum & Sacramenta colligitur Eccleſia, ibi hæc omnia ceſſabunt; unde rectè diſtinguitur regnum gratiæ, à regno gloriæ. 1. Cor. 13, 12. & 15. 24. Eſa. 25. 6, 7. 8. Apocal. 7, 14. & ſeqq. & 21, 4.

Regni Chriſti alia conditio in hac, alia in altera vita

2. *Chriſtus phraſibus hujus ſeculi deſcribit æternæ vitæ beatitudinis gloriam.* Quicquid enim in hac vita occurrit boni ac læti, quicquid amabile ac deſiderabile, illud omne ad vitæ æternæ felicitatem ac lætitiam utcunq; adumbrandam transfertur: hoc locô confertur convivio inſtructiſſimo, & regno ampliſſimo, Matth. 8, 11. Apocal. 4, 4. Eſa. 28. 5. Sapient. 5, 17. cui adfinis eſt parabolica de nuptiis concio. Matth. 9, 15. & 22, 2. & ſeqq. 19, 7: non quòd Bacchanalia & Saturnalia in cœlo ſint futura; ſed ad ſatietatem & lætitiam beatorum ſignificandam.

Vitæ æternæ gloria deſcribitur per phraſes ſeculi hujus

3. Gradûs in vita æterna futuros præmiorum ac gloriæ ex hac Chriſti promiſſione ultrò patet. Accubitus enim in menſis ſunt diſtincti: eadem eſt ratio ſeſſionis ſuper thronos judiciarios. Jam ſi per hanc promiſſionem Apoſtolis eximia & peculiaris quædam gloria competit; utiq; non erit omnimodo æqualitas:

Gradus in vita æterna

Omnibus una ſalus Sanctis, ſed gloria diſpar.

Dan. 12, 3. 1. Cor. 15, 42. Joh. 14, 3. Matth. 19, 28, & 15, 21. Vide feſt. Converſ. Pauli & Philippi Jacobi

II. Conſolatorius.

1. Quòd miniſtri Verbi mercedem ſuam in altera vita ſint habituri. Matth. 5, 10. 11. 12. Eſai. 15, 8. 2. Tim. 14, 8. Joh. 16, 20.

2. Quòd ærumnarum compenſatio in venturo gloriæ regno ſit ſubſecutura. Dan. 12, 2. Johan. 5, 12. & 10. 28. & 11, 25. 26. Matth. 25, 46. Hebr. 13. 14.

Digitized by Google

3 Quòd ſuaviſſimâ in vita æterna cum Deo & Chriſto converſatione beati perfruentur, eaq; per accubitum eſt præfigurata. Luc. 13, 49. Johan. 12, 26. & 14, 3. 16. 21, 22. & 17, 24. 2. Cor. 5, 8. Phil. 1, 23. 1. Theſſ. 4, 17. 2. Tim. 2, 11. Heb. 12, 23. 24. 1. Johan. 1, 6. Apoc. 7, 9. 15. 17. & 14, 4. & 21, 3. 1. Cor. 15, 28.

4. Per anguſta ad auguſta; per tribulationes ad jubilationes 2. Timot. 2, 11. 12, 2. Cor. 4, 10. 11. Rom. 8, 18.

5. Judicium extremum piis non eſt metuendum; futuri enim illi ſunt judices 12. tribuum Iſraël. 1. Cor. 6, 2. Matth. 25. v. 31. Johan. 3, 18. Apoc. 4, 4. Dan. 7, 9. 10.

III. Monitorius.

1. Ut miniſtri Eccleſiæ moleſtias omnes ſpe felicitatis ac gloriæ futuræ libenter tolerent, & patienter devorent. 2. Cor. 4. Roman. 8, 18. 1. Petr. 2, 21.

2. Ne perſecutionibus & adflictionibus hujus ſeculi à curſu pietatis deterreri nos patiamur. Matth. 11, 6. Act. 14, 21. 2. Timoth. 2, 3. & 3, 12. Apoc. 2, 26.

3. Quod beatitudinem æternam conſecuturi in fide ad finem uſq; perſeverare debeant. Matth. 10, 22. 1. Timoth. 1, 19. Apocal. 2, 10.

4. Quòd iiſdem cum Chriſto conditionibus vitam æternam ingrediamur. Luc. 24, 25. Act. 14, 21. Matth. 10, 24.

IV. Refutatorius.

Empæctarum, quibus conciones de vitæ æternæ felicitate ſunt fabulæ aniles. 2. Petr. 3, 3. 4. Job. 19, 26. Pſalm. 17, 15. Eſa. 35, 10. & 65, 14. & ſeqq. Matth. 25, 46.

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

FEſtum Bartholomæi Apoſtoli celebramus, nullam Papiſticis idololatris anſam ſanctos invocandi relinquentes, ſed officii Apoſtolici rationem accuratè obſervantes; nævos quoq; ac lapſus eorum non diſſimulantes, de quibus cogitandi præſens pericope ad animum nobis quædam revocat.

Nihil

Nihil itaq; opus, S. Bartholomæi privilegiis pertexendis diu immorari, Papiſtica Bartholomæi privilegia.

1. Quòd Chriſtus ipſum ex omnibus mundi hominibus *elegerit* in ſuum Apoſtolum;

2. Quòd *nobilis fuerit* inter ceteros Apoſtolos, & in ſignum nobilitatis veſtitus fuerit collobiô albô, & palliô albô, quod per ſingulos angulos gemmas habuerit purpureas:

3. Quòd magnæ fuerit *devotionis* & ſanctitatis, centies in die & centies in nocte coram Deo genua ſua incurvans;

4. Quòd fuerit *martyr:* Regem enim Aſtyagem juſſiſſe eum 1. *fuſtibus* cædi; 2. *ſic caſum* vivum excoriari; 3. demum *decollari.*

5. Quòd ſeptimum *articulum* in Symbolo compoſuerit;

6. Quòd feſtum ejus hodie in toto mundo ſolenniter *celebretur*, & vigilia ejus ſub præcepto jejunetur;

7. Quòd quotidie in *ſingulis miſſis* in toto mundo nominetur: quemadmodum his privilegiis Bartholomæi recenſendis occupatum fuiſſe legimus Diſcipulum de Temp. ſerm. 33. de Sanctis.

Nihil etiam attinet ad idololatricam invocationem Bartholomæum proſtituere, quod nominatum Diſcipulum de Tempore itidem feciſſe videmus, d. l. ſcribentem: Sciendum, quòd omnes homines debent hodie S. Bartholomæum, tanquam ſingularem patronum invocare, in omnibus infirmitatibus & neceſſitatibus ſuis; &

1. qui patiuntur *febres;*

2. qui patiuntur *dolorem oculorum;*

3. *paralytici;*

4. habere etiam Bartholomæum *poteſtatem ſuper dæmones.* Abſint anilia iſthæc & futilia Papatûs deliramenta & nugamenta! Salvator noſter Jeſus Chriſtus in eo totus eſt, ut Apoſtolorum ſuorum animos tranquillet, & ad futuram in cœlis gloriam præparet; eò & nos collineantes ex præſenti Evangelio audiemus, *quâ ratione Chriſtiani tranquillè & pacificè invicem degere, vitamq; in hoc ævo inſtituere debeant, ut in futuro ſeculo menſa quoq; Chriſti adhibiti æternùm gaudere & epulari queant.*

Ἐξήγησις.

Præfixum itaq; & jam dictum ſcopum adſequetur facillimè homo Chriſtianus;

I. Ha-

Humanæ fragilitatis cogitatio.

I. Humanam fragilitatem & infirmitatem ſubinde cogitando: ita enim & æquiori animô proximi ſui nævos feret, & ſuæ infirmitatis memoriam nunquam deponet, quæ omnia vitam hominis tranquilliorem & pacatiorem efficiunt. Actor. 20, 35. Rom, *14. 1.* 2. & *15*, *1. 1.* Cor. 9, 22 *1.* Theſſ. *5*, *14.* Hebr. 4, *15. 1.* Cor. *4, 7.* & 15, 10. Matth. 11, 19. Epheſ. 4, 1. 2. Tit. 3, 2. 1. Tim. 6. 11. 1. Cor. 13, 4. *7.* Galat. 6, 1. 2.

Contentiones vitandæ

II. Contentionum ac ſimultatum ſemina non ſpargendo, ſed pro virili tollendo. Apoſtoli enim conditionẽ regni Chriſti ignorantes, honoresq; mundanos affectantes, de lana invicem caprina altercantur; unde meritò à Salvatore vituperantur. Theoph. *Inciderunt autem in hanc litem, quia veriſimile eſt, quòd inter ſe dixerint unus alteri, tu proditurus es: & alius alteri; tu proditurus es. Et inde eò pervenerunt, ut dicerent: Ego ſum melior, & ego ſum major & ſimilia.* Fuit ergò contentio de primatu. At nos (inquit Ambroſius) *caveamus impendiò ne qua inter nos de prælatione poſſit eſſe contentio. Si enim contendebant Apoſtoli, non excuſationi obtenditur, ſed cautioni proponitur.* Prov. *15*, 18. & 17, 19. & 18, 6. & 22, 10. & 28. 25. Phil. 2, *3.* 14 Jac. *3*, 14. Gen. 45. *24. 1.* Cor. *11*, 16. Rom. *1*, 29. & *13*, 13. 1. Cor. *1*, 10. Gal. 5, 20. Phil, 1, 2. 3. 2. Tim. *2*, *24.*

πολυπραγμοσύνη.

III. Πολυπραγμοσύνη *vitando, nec falcem in meſſem alienam immittendo,* quô morbô ipſos etiam Apoſtolos laboráſſe præſens evincit altercatio, Sir. 3, *24* & *7*, 4. 6. & 11. 10. & 13. 2. Johan. *3*, 27. Num. 16, *31. 2.* Sam. 18. 9, 2. Par. *26*, *19.*

Ordines non confundendi.

IV. Ordines à Deo Conſtitutos non confundendo; quibus inter ſe confuſis neque tranquillè, neque pacatè, neq; quietâ conſcientiâ vivitur. Vide præc. diſp. Etſi enim perſonæ Eccleſiaſticæ abſolutè quandoq; dicuntur Reges, ut Pſalm. 45, 17. & 68, 33. tamen hoc non fit propter dominatum quendam in Eccleſiam politicum; ſed eâ ſignificatione, quâ propter ſpirituale regnum, reliqui etiam pii dicuntur Reges. *1.* Pet. 2, 9. Apoc. 1. 6. Johan. 18, 36. Matth. *20*, 28. Joh, *6*, *15*, Luc. *12. 14.* Matth. *22*, 21. Rectè itaq; concluditur ab exemplo Chriſti: *Si Chriſti regnum non eſt de hoc mundo, neq; Papæ & Epiſcoporum regnum debet eſſe de hoc mundo:* Vel, *Si Papæ regnum eſt de hoc mundo, non erit Chriſti in illo regno Vicarius.* Diſcipulis ergò ſuis Salvator ait: Vos autem non ſic: quia non eorum, quæ diſtribuitis, auctores, ſed diſpenſatores eſtis, uti Gloſſa ordinar. adnotat.

Humilitas.

V. Modeſtè ſeſe humiliando aliisq; ſubmittendo. Dignitas enim miniſterii non conſiſtit in externa prærogativa & dominio multoq;

multoq́; ſervitio, quæ nullam animi elationem admittunt, ſed humilitatem eximiam requirunt. Apoſtoli ex ſuperbia tumultuantur; ſed comprimit tumultum Salvator ſuô exemplô, *ducitq́; eos* (quæ verba ſunt Theophylacti) *ad humilitatem, oſtendens, quòd ipſe miniſtret eis. Etenim tunc panem ſuum & potum diſtribuit: Cùm igitur Ego, quem omnis naturalis & angelica creatura adorat, in medio veſtri miniſtro: quomodo vos digni eſtis, qui magna de vobis ſentiatis & primas partes capiatas?* 1. *Petr.* 5, 6. Jacob. 4, 7. Rom. 12. 16. Tob. 4, 14. Pſalm. 113, 6. & 131. 1. Vide præced.

VI. Sortem Chriſtianorum in hac vita conſiderando, & ob id crucem non recuſando. Loquitur Chriſtus de ſuis tentationibus: h. e. afflictionibus: addit autem ſe eâdem lege diſponere nobis regnum cœleſte, ad quod non niſi per multas tribulationes ingreſſus pateat. Act. 14, 22. Sap. 3, 4. Eſa. 28, 20. Job. 5, 17. 1. *Cor.* 11, 32. Tob. 12, 13. Prov. 3, 12. *Pſal.* 34, 20. Joh. 16, 20. Job. 10, 17. Pſalm. 42, 8. & 73. 14. Matth. 10, 38.

Crux ferenda.

VII. In fidei ſimplicitate, vitæ integritate, & confeſſionis veritate firmiter ad finem usq́; perſeverando. Finis, non pugna, coronat. Matth. 10, 22, 32. Hebr. 10, 29. Luc. 9, 26. 1. Tim. 5. 12. Apoc 21, 7. 1. Corinth. 16. 17. 2. Theſſ. 2, 2 Hebr. 10, 23. Matth. 24, 13. Philip. 1, 6. Apoc. 3, 11.

IIX. Futuræ in cœlis gloriæ nos præſervando: Ego diſpono vobis regnum, Salvator noſter inquit, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam. Applicent ſibi hoc ſolatium omnes illi, qui vel in officio laboribus ac moleſtiis plurimis emacerantur; vel tentationum, afflictionum ac perſecutionum procellis agitantur. Theophylactus: *Vos eſtis, qui manſiſtis mecum in tentationibus, ideò & mercedem vobis diſpono, hoc eſt, paciſcor vobiſcum, ut cum Pater meus diſpoſuerit mihi h. e. ſegregaverit mihi regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam. Comedere autem & bibere dixit, non quaſi edulia illic ſint poſita, neq́; quaſi ſenſibile quoddam regnum ſit. Ne quis igitur erret, cogitet, quòd hîc dictum ſit ex metaphora eorum, qui à Regibus honorantur. Nam qui cum Regibus cœnant, videntur primos honores ſortiri. Hoc igitur & de Apoſtolis dicit, quòd apud ſe omnibus aliis præferantur. At ubi thronos & ſedes audieris, non thronos intellige, ſed gloriam & honorem.* Gloſſ. ordin. ait: *Menſa, quæ omnibus ſanctis eſt ad fruendum propoſita, eſt cœleſtis vitæ gloria.* Hæc mutatio dexteræ Excelſi, ut qui humiles nunc gaudent miniſtrare conſervis, tunc ſublimes ſuper menſam Domini perpetuis dapibus alantur: & qui in tentationibus in-

juſtè:

juſtè judicati cum Domino permanent, illic cum eo ſuper tentatores ſuos juſti judices veniant. Quantò enim hic deſpectiores; tantò illic majori culmine poteſtatis excreſcent. Concedat nobis omnibus iſtam beatitudinem Salvator noſter Dominus Jesus Christus, qui eſt ſalutis noſtræ ἀρχηγὸς καὶ τελειωτής, benedictus in ſeculorum ſecula, Amen.

IN FESTO S. MATTHÆI,

Evangel. Matth. 9. à v. 9. ad 14.

DISPOSITIO PRIMA.

Hiſtoria Matthæi.

De Matthæo, Domini noſtri Jesu Christi Apoſtolo & Evangeliſta, pauca commemorant Evangelicæ hiſtoriæ ſcriptores, quos inter locum primum Matthæus ipſe ſortitus eſt. Collegio Apoſtolorum ipſum fuiſſe adſcitum teſtis eſt præter Matthæum cap. 10, 3. *Marcus* c. 3. 16. & Luc. 6, 15. Act. 1, 13. Perſonalia ejus reliqua monſtrabit prælecti Evangelii ἱστορία. Ubi verò Matthæus iſte Evangelium, poſt acceptum in die *Pentecoſtes* Spiritum S. docuerit, ex ſacris litteris certò haberi nequit. D. Pappus epit. hiſt. Eccleſ. p. 28. de eo ita ſcribit: Matthæus Hebræis primò concionatus eſt, & octavô poſt adſcenſionem Chriſti annô Evangelium ſuum in Judæa edidit, ut Euſebii habet chronicon. Poſtea peragratâ Aſiâ & Pontô in Æthiopiam venit, ibiq; poſt 20. annorum docendi labores ab Hirtaco quodam, ad aram obtruncatus eſt, quòd Iphigeniæ filiæ Regis Æglippi conjugium illius diſſuaderet. Sunt autem hodieq; in Æthopia Chriſtianorum Eccleſiæ, ſub imperio ejus, quem presbyterum ſive pretioſum Johannem nominant, cui plurima regna ſubeſſe dicuntur. Confer, quæ de ipſo annotavit D. Chemnitz harm. Evangel. Col. 672.

Fabulæ de Matthæo.

Nolumus attingere fabuloſa & dubia, qualia ſunt e.g.

1. Quòd ideò Matthæus ab Hirtaco capite truncatus ſit, quia affirmârit, ideò non poſſe Regis filiam matrimonio jungi, quòd Chriſto eſſet dicata; quaſi non omnes Chriſtiani per baptiſmum Chriſto ſint dicati? Ita verò omnes Chriſtiani à matrimonio eſſent arcendi.

2 Quod

2. Quòd docuerit, diebus quadrageſimæ & jejuniorum ab edacitate carnium, mixtione corporum eſſe abſtinendum, ſecus qui fecerit, eum non pollutionem ſolùm, ſed & crimen incurrere, quod pœnitentiæ lacrymis ſit eluendum; quorum illud redolet doctrinam dæmoniorum, 1. Timot. 4, 3. hoc pugnat cùm præcepto Pauli, 1. Cor. 7. 5. Omitto alia non magni admodum momenti; illa verò quæſtio ponderis aliquid habere videtur.

Utrum Matthæus Evangelium ſuum Hebraicè ſcripſerit, nec ne?

Negant nonnulli, adfirmant allii. Inter negantes eſt etiam *D.* Lucas Oſiander: Si Matthæus, inquiens, Habraicè & non Græcè ſcripſiſſet, haud dubiè teſtimonia Scripturæ, quæ ille ex V. T. adfert nequaquam ex Græca Bibliorum translatione, (quæ in multis locis ab Hebræo textu aliquantum diſcrepat) ſed ex Hebr. fontibus allegâſſet. Deinde ſi Hebræorum causâ Evangelium ſcribere voluiſſet, potiùs Syriacè, quàm Hebr. ſcripſiſſet: quia in Judæa tùm temporis *S*yriaca lingua populo Judaico vernacula erat, non autem Hebræa. Græca autem lingua tunc in orbe terrarum adeò nota atq; uſitata erat, ut Apoſtolus, qui Epiſt. ad Hebr. ſcripſit, Græcâ potiùs, quàm Hebræâ uti voluerit. Deniq; ſi Hebræum Evang. *M*atthæi ab ipſo *A*poſtolo conſcriptum fuit, cur Eccleſia *C*hriſti potiùs translationem Græcam, & quidem incerti interpretis, quàm authenticum Apoſtoli Hebraicum exemplar recepit? Vide d. l. in hanc ſententiam plura; quibus conjunge, quæ habet Dn. *D*reſſerus de feſtis diebus p. *201*.

Evangeliũ Matthæi an Hebraicè ſcriptum. Cent. 1. hiſt. Eccl. p. 49.

Affirmantem partem ſequuntur multi magni viri, quorum rationes (ex *P*atrum pleraſq; ſcriptis deſumtas) recenſet D. Pelargus quæſt. in Matth. f. *15*.

Nos liberum cuiq; judicium relinquere malumus, quàm cum *M*aldonato Tom. 1. col, *7*, temeritatis notam inurere illis, qui ab Eſavvita opinionum ſeceſſionem juſtis moti cauſis fecerunt. Eſt res quæſtionis, non fidei. Et Evangelium hoc, quod habemus, eſſe Matthæi, credimus: Hebraicè an Græcè ſcripſerit ſalvâ fidei analogiâ ac integritate inſuſpecto liberè relinquimus

Nos his præmiſſis ad Evangelii declarationem nos convertimus, quod eſt generis tùm *demonſtrativi*, propter hiſtoriam; tùm *judiciatis*, in ſtatu jurediciali, propter controverſiam; rectène fecerit Chriſtus cum peccatoribus cibum capiendo, an ſecus?

Partes in πραγματείᾳ ita ordinabimus: contemplabimur

I. Matthæi vocationem;

II. Phariſæorum murmurantium accuſationem;

III. Apologeticam Chriſti reſponſionem;

PARS I.

In vocatione itaque Matthæi conſideratione vel maximè digna eſt,

I. Perſona vocans; Dominus ac Salvator noſter θυμηρέστατος JESUS CHRISTUS, de quo legitur, quòd præterierit, vel egreſſus fuerit. Marc.2,13. Luc.5,27. In Græco eſt verbum ἐξελθεῖν & παράγειν.

ἐξελθεῖν. παράγειν. poſterius & tranſire & præterire ſignificat. Notatur hac voce ſummum Chriſti, in colligenda N. T. Eccleſia, docendo item & propagando Evangelio, ſtudium. Patet etiam inde, immediatè Matthæum à Chriſto vocatum, illuminatum & in collegium Apoſtolorum eſſe cooptatum. Porrò unde Chriſtus egreſſus fuerit, adverbiò loci ἐκεῖθεν, illinc denotatur; nim. ex domo, & ex urbe Capernaum, ubi paralyticus ſanatus fuerat. Marcus addit, Chriſtum ad mare egreſſum eſſe, atq; ibi turbas ad ſe congregatas, docuiſſe; poſt concionem verò ad ripam latiùs progreſſum incidiſſe in telonium vel domum vectigalium, ubi Matthæus ſedebat. Eſt au-

τελώνιον, tem τελώνιον locus, in quo publicanus ſedens vectigalia colligit; ita ut intelligi poſſit vel domus ipſa, vel menſa, rationibus vectigalium ſubducendis deſtinata.

II. Perſona vocata: ea verò deſcribitur:

1. *In genere*, quòd fuerit homo;

2. *In ſpecie.*

τελώνης, 1. *Rationes conditionis* vel ſtatûs, quòd in genere verſatus fuerit inviſo & infami. Fuit enim τελώνης (ἀπὸ τοῦ τέλος ὠνεῖσθαι, ab emtione ſeu redemtione vectigalium) publicanus. Conatur quidem Dreſſerus de feſt. dieb. p. 199. Matthæum ex cenſu & nu-

Matthæus fuit publicanus. mero publicanorum eximere, ita ſcribens: talis (publicanus) Matthæus non fuit, ſed bonâ fide abſq; ulla dubitatione alicui publicano ſervivit: ſed (quod tanti viri pace dixerim) ſententia iſthæc conſiſtere nequit. Etſi enim Matthæus & Marcus hominem iſtum ad telonium ſaltem ſediſſe ſcribant: Lucas tamen cap. 5, 27. ipſum expreſsè vocat τελώνην publicanum; quin Matthæus ipſe

Publicani. cap. 10, 3. Evangelii ſui, publicanum ſeſe nominat.

Publicani autem in jure dicuntur omnes, qui à fiſco aliquid

quid conducunt: Singulariter autem illi, qui publica populi Rom. Vectigalia pro certa pecuniæ ſumma conduxerant: bona enim populi Rom. dicebantur publica. Erat autem vitæ genus per ſe non inhoneſtum, unde Ciceroni dicitur flos equitum Romanorum; quæ etiã cauſa fuit, quòd Johannes Baptiſta ipſum vitæ genus per ſe damnare noluerit, ſed monuerit ſaltem, ne exactiones extenderentur ultra id, quod conſtitutum erat. Luc. 3, 12. Quia verò publicani ſorte ſuâ non contenti, fraudibus, rapinis, uſuris & injuſtis exactionibus erant dediti, ſanioribus etiam Ethnicis damnati fuerunt, usq; adeò, ut apud Athenienſes & genus vitæ, & nomen ipſum publicanorum infame eſſet atq; inviſum. Apud Judæos autem habebatur quaſi ſceleratum & impium; quod putabant, populo DEI electo jugum dominationis externæ non poſſe ſine inſigni impietate imponi: & quia vectigalia (verba D. Chemnitii refero) ſeu tributa ſunt quaſi recognitio & profeſſio dominii, ideò publicanos, tanquam adminiſtros externæ dominationis abominabantur, maximè quando ex Judæis aliquis publicanatum gerebat. Is enim putabatur eſſe apoſtata & abnegator totius religionis Judaicæ. Vide, quæ in hanc ſententiam diximus *Domin*. XI. Trinit.

Harm. Evangel. col. 556.

2. *Ratione nominis*: dicitur Matthæus quod nomen origine ſuâ eſt Hebraicum, terminatione Græcum, à radice נָתַן dedit, donavit: Significat igitur datum, donatum ſcil. à DEO: Græcis θεόσδοτος καὶ θεόδωρος, DEI donum. Marco & Lucæ vocatur Levi; unde nonulli conjecturam faciunt, fuiſſe hunc Matthæum ex tribu Levi. Sed conjectura iſta non eſt ſatis firma; quia Luc. 3, 24. 29. duo ex familia Juda hoc nomine inſigniti leguntur. Marco dicitur etiam filius Alphæi, ſed familia, ex qua fuerit oriundus, non additur. Hoc certum eſt, fuiſſe alium ab illo Alphæo, qui pater Jacobi fratris Domini vocatur. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Illud verò ex utroq; nomine magis probabiliter colligitur.

Matthæus, Levi dictus.

1. *Fuiſſe Matthæum* non Romanum vel gentilem hominem, ſed Judæum.

2. *Fuiſſe ipſum διώνυμον*, binominem.

3. *Accepiſſe eum* hoc nomen poſt vocationem, ut is, qui antehac Levi diceretur, poſtea Matthæi quoq; nomen ſortitus fuerit.

Digitized by Google

Peculiare enim hoc donum gratiæ *Dei* fuit, ex publica
poſtolum, ex officina fraudum ac rapinarum adſciſci i
dam *Apoſtolorum* ſocietatem.

III. *Vocationis forma*. Vocatio enim ipſa effici

1. *Videndo*. Quamprimum ſuos in ipſum Chriſt
tiæ Mal. 4. 2. oculos conjeciſſet, benignitatisq; ſuæ vu
tiſſimô intueri dignatus eſſet, continuò totus immutat
priùs homini, poſteà Deo tributa exigat; fidem, chari
gionem, gratiarum actionem, & quæ alia ἔργα.

Apoſtoli nō fuerunt ſtupidi, vocantem Chriſtum ſequentes.

2. *Compellando*; Sequere me, inquit Dominus.
hæc adeò eſt efficax, ut intrinſecus animò perculſus, n
nò reluctaretur, non tergiverſaretur, non procraſtin
cum Prophyrio & Juliano apoſtata ſomniare ſtupidos
enthuſiaſticos raptûs, vocationes violentas, quòd ad
minis prætereuntis vocem Matthæus ſurgens Jeſum ſ
cœperit.

1. *Doctrina enim Chriſti*, tot ſtupendis miraculi
ta, Matthæo non planè erat incognita: habebat e
ſuam Capernaumi habitationem.

2. *Vocationem hanc* Chriſtus Matthæo haud du
verbis explicavit. Vide D. Chem. *Harm.* col. 559. & 5
autem non ad vulgare auditorium, ſed ut Apoſtolum
ſtam faceret.

IV. *Effectus vocationis*. Matthæus continuò ſurg
omnibus, ſecutus eſt vocantem Jeſum Chriſtum. Ba
rente D. Pelargô in quæſt. ſuper Matth. f. 115, *tantâ celer
um poſt Chriſtum abiiſſe ſcribit, ut vectigalium rationes
ctas reliquerit.*

Nulla hæc fuit ſive levitas, ſive ſtupiditas, uti Porp
niatur, ſed inſignis, immò divina verbi Chriſti effi
operata eſt in Matthæo talem fidem, ut ſtatueret, hun
verum Meſſiam.

Apoſtoli omnia ut reliquerint.

Quomodo verò Matthæus & reliqui Apoſtoli om
rint, dictum eſt in feſt. Johann. Evangel. & videat
nit. harm. Evang. col. 507: abſtinuerunt nimirùm ab
niſtratione facultatum ſuarum, quando aliis vocatio
licæ laborib. erant occupati, aliàs liberè ad ſua redier
poſt miſſionem Spiritus S. ad prædicandum Evange
verſum terrarum orbem ipſis eſſet exeundum.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ parti.

I. De vi & efficacia verbi Chriſti in vocandis, illuminandis & convertendis humanis mentibus. Johan 6, 44. Eſa. 55. 10. 1. Cor. 15, 2. 10. 58. 1. Theſſal. 1, 2. 5. 1. Cor. 1, 21. 1. Petr. 1, 23. 25.

II. De φιλανθρωπίᾳ Dei, vocantis etiam publicos & enormes peccatores ad pœnitentiam regniq; ſui communionem. Rom. 11, 29. Gal. 1, 19. Eph. 1, 18. 1. Theſſ. 2, 12. Phil. 3, 14. Sap 1, 13. Ezech. 18, 23. Sap. 11, 27. Luc. 15, 2. 4. Matth. 11, 28.

III. Vocatio ad ſalutem non pendet ex dignitate operum, ſed ex gratuita Dei in Chriſto bonitate. 1. Timoth. 1, 13. Epheſ. 2, 8. Tit 3, 5. 6. 7.

IV. Deus elegit ea, quæ contemta ſunt. 1. Corinth. 1, 27. 2. Corinth 4, 7.

V. In Matthæo oſtenditur peccatoribus certa ſpes veniæ ac gratiæ, ſi feriò convertantur. Epheſ. 2, 4. Mich. 7, 18. Jon. 4, 2. Pſalm. 103, 13. Jerem. 18, 7. Ezechiel. 18, 33. & 33, 11. Oſeæ 11, 9. Sapient. 11, 24. & 12, 18.

VI. Cur nævos, lapſus atq; infirmitates ſanctorum literis conſignari Spiritus ſanctus voluerit, alibi feſtô etiam Bartholomæi modò diximus. Num. 11. 21.

VII. Inde hiſtoriæ biblicæ certitudo conſtat, quòd Scriptores ſacri ſuas ipſorum infirmitates & lapſus non diſſimularint, ſed candidè & bonâ fide in ſcripta retulerint. Num. 20, 2. & ſeqq. 1. Timoth. 1, 13. 1. Corinth. 15, 8. Jer. 20. 7. *Certitudo ſacræ ſcripturæ.*

IIX. De converſione hominis peccatoris ad Deum, quam ille operatur mediatè per verbū. Ezech 11, 19. 20. & 36, 26. Jer. 31 18. 1. Cor. 1, 21. Johan. 3, 6. & 6, 44. Eſa. 52. 8. & 55. 7. Jerem. 23, 22. & 25. 3. & 35. 1. & 36. 3. Sir. 5, 8. 9. & 18, 21. Act. 14, 15.

IX. Vocantem Chriſtum illicò ſequamur, 1. *feſtinè*; 2. *bonè fidè*; 3. *conſtanter*. Joſ. 14, 8. Prov. 23, 17. Tob. 4, 20. Sir. 24, 31. Vide feſt. Andr. *Chriſtus ſequendus.*

X. Officium converſorum eſt, in convertendis aliis laborare. Pſalm. 51, 15. Jac. 5, 19. Luc. 22, 32. Gal. 6, 1. 1. Joh. 5, 16.

XI. De hominum ad avaritiam proclivitate. Sir. 27, 28 Pſ. 39. 6. 7. & 49. 9. Ezech. 7, 18. Soph. 1, 18. 1. Tim. 6, 9. 1. Corinth. 6, 9, 10. Matth. 16, 26.

XII. De vocatione miniſtrorum verbi, quam Photiniani

cum Anabaptiſtis non putant neceſſariam eſſe. Jer. 23, 21. & 27, 9. Joh. 1, 6. Luc. 3, 2. Act. 14, 23. 1. Timoth. 4, 14. & 5, 22. 2. Tim. 2, 2. 1 Theſſ. 3, 2. Tit. 1, 5. Joh. 3, 27. Heb. 7, 4. 5. Rom. 10, 15.

XII. *Ad* declarandum verò officia charitatis, quam tantopere urgere videntur Photiniani, non exſpectare debemus ſpecialem vocationem, ad quam generali DEI mandatò adſtricti ſumus. Levit. 19, 18. 34. Matt. 5, 43. & 19, 19. Joh. 13. 34. 35. & 15, 9, 10. 11. Rom. 13, 8, 10.

XIV. Vocatis ad miniſterium omnia quidem ſunt relinquenda, quatenus officio expediundo ſunt impedimentò; totali autem facultatum poſſesſione ſeſe abdicare non jubentur; nam & Matthæus in Scholam Chriſti vocatus retinuit domum & facultates. Matt. 4, 22. & 19, 27. 2. Tim. 2, 4.

PARS II.

Proponitur ſecundâ parte ſupercilii Phariſaici τεκμήριον, in accuſando & culpando facto Chriſti, quod ut partem officii Meſſiæ gratâ mente agnoſcere & prædicare, quin ipſi quoq; ſibi adplicare debebant.

Notatu vero hic digna eſt,

I. Accuſationis frivolæ occaſio, quam ipſis ſubminiſtravit

1. Matthæi convivium. Lucæ dicitur δοχὴ μεγάλη, capacitate; magnum enim fuit propter numerum potiùs convivarum ſatis amplum, quàm propter apparatum ſplendidum. Convivii iſtius conſideretur.

1. *Tempus;*
2. *Locus;*
3. *Finis;*

Tempus quod ſpectat, ſecutum eſt convivium hoc, non immediatè ſtatim ipſam Matthæi vocationem, ſed poſt aliquod demum tempus. Etſi enim Matthæus ipſe utramq; hiſtoriam conjungat, diligens tamen circumſtantiarum conſideratio evincit, diverſas eſſe hiſtorias, vocatio quidem facta eſt illô tempore & ordine hiſtoriarum, ſicut Marcus & Lucas rem deſcribunt; convivium verò contigit eô tempore, ſicut Matthæi deſcriptio oſtendit. Et rem ita ſeſe habere, h. e. convivium Matthæi aliquo temporis

poris intervallô ſubſecutum eſſe vocationem, facilè deprehendet is, qui narrationem Lucæ probè attendit, cap. 5, 27. & 6, 12. 13. ubi Matthæi vocatio præmittitur concioni Domini in monte habitæ, & à Matthæo capp. 5. 6. 7. deſcriptæ: poſt illam demum concionem inſtitutum eſt hoc convivium. Vide de hac materia copiosè & nervosè diſſerentem Dn. D. Chemnitium Harm. col. 539. 540. 1217. & 1218.

Locum quod attinet, peractum eſt hoc convivium, *ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ*, in domo illius ſc. Matthæi. Confirmatur hac loci circumſtantiâ id, quod primâ modò parte dicebamus, Matthæum poſt vocationem ita reliquiſſe omnia, ut tamen bona ſua non abjecerit, nec poſſeſſione eorum ſeſe abdicârit. Habet enim adhuc poſt vocationem domum propriam, habuit certos reditûs, ut convivii ſatis magni ſumtûs ſuſtinere queat. Eadem fuit ratio reliquorum Apoſtolorum ante adſcenſionem Domini; Vide D. Chemn. Harm. Evangel. col 1226.

Finis deniq; convivii inſtituti eſt geminus:

1. *Grati erga Chriſtum animi indicium.*

Pro invitatione enim ad cœleſtem cœnam, cujus guſtum aliquem jam intra animum ſuum perceperat Matthæus, prioris vitæ pertæſus ad cœleſtia totus adſpirat, & Chriſtum honorariô hoc conviviô excipere voluit: aliud enim tùm non habebat, quô animi grati adfectum ergà benefactorem ſuum declaret.

2. *Proximi juvandi ſtudium*: in hunc enim finem publicanos & alios minùs honeſtæ vitæ homines ſimul invitat, ut quos hactenus avaritiæ, turpis lucri, aliorumq; peccatorum ſocios habuerat, illos ſalutis quoq; ſocios habeat. Hinc emergit alterum, accuſandi anſam non minorem gratiæ hoſtibus præbens, nimirùm

2. *Chriſti cum peccatoribus & publicanis conſortium.*

Publicani, qui fuerint, ex prædictis notum eſt. Cenſet autem D. Chemn. col. 1227. fuiſſe hos non ex gentilibus, ſed ex Judæis publicanos; aliàs enim Chriſtus ipſis non fuiſſet converſatus, qui fuit miniſter circumciſionis. Rom. 15, 8. *ἁμαρτωλοὶ* vocantur quodamomdò *ἐξοχικῶς*, qui præ ceteris inſigniter malitioſi erant, ac ſeptuaginta ſeu *σπαρτωλοί*.

1. *Quidem ii*, qui non ex ignorantia ſeu infirmitate lapſi, ſed ex propoſito & deſtinata malitia, ſine ullo metu ullavè Numinis reverentiâ mali.

2. Qui

2. *Qui non exiguô* aliquô erratô delinquebant, ſed in flagitiis enormibus vivebant.

3. *Qui non ſemel*, ſed acquiſitô ex ſæpiùs iteratis flagitioſis actionibus habitu, manifeſta ſcelera exercebant.

4. *Quorum flagitia* erant manifeſta & notoria, ita ut quiſq; honeſtus ab illis abhorreret. Talem ſe fuiſſe ante converſionem D. Paulus profitetur, 1. Tim. 1, 15. Hos igitur *Matthæus* invitavit, ut & mutationis rationem redderet ſuæ; & ad conſimilem emendationem ſuô exemplô provocaret alios; deniq; (qui principalis erat ſcopus) Chriſto illos adduceret; qui & ipſe cum invitatis publicanis ac peccatoribus, nullô examine præmiſsô, nullô eorum exclusô, lubens adcubuit, non ignorans, quô pactô Scribæ & Phariſæi factum iſthoc eſſent excepturi.

II. Ipſa accuſatio. Hîc attende

1. *Quinam fuerint Chriſti cùm obſervatores, tùm accuſatores?* Scribæ & Phariſæi; opinione ſingularis eruditionis, pietatis & ſanctimoniæ præ reliquis clari & elati, Chriſti interim perpetui adverſarii, acerbum & hoſtilem erga ipſum animum paſſim declarantes.

2. *Quid culpârint?* Illud nimir. quòd Chriſtus peccatoribus manifeſtis in ſuam familiaritatem admiſſis, communem cum ipſis menſam habeat, unde ipſius perſonam & officium, innocentiam & probitatem, ſi non in dubium vocare, certè vellicare præſumunt. Putant enim illi,

1. *Non decere Chriſtum* tâm inhoneſtis & illaudatis hominibus, vel converſari, vel adſociari:

2. *Non licere* tâm facile peccatores in gratiam recipere.

3. *Apud quos accuſationem inſtituerint?* Nolunt videlicet capita accuſationis ipſi Chriſto in faciem objicere, veriti ne publicè confundantur. Diſcipulos itaq; Chriſti adgrediuntur, ſi forſan ipſos, tanquam infirmos à Magiſtro ſuo abalienare, & ad defectionem producere poſſint. Non autem exiſtimandum eſt, accuſatores domo Matthæi ſeſe ingeſſiſſe, menſamq;, cui Chriſtus adſidebat, acceſſiſſe, atq; ibi diſputationem ea de re moviſſe: illi enim ædes publicanorum non ingrediebantur, metuentes, ne converſatione eorum polluerentur: ſed contigit hæc expoſtulatio poſt convivium, antequam Dominus in urbem rediret, extra domum Matthæi, in via haud dubiè publicâ.

4. *Quibus verbis factum ſit?* Matthæus & Marcus referunt accu-

accuſâſſe ipſos ſolum Chriſtum: Lucas verò ſimul omnes incuſâſſe diſcipulos prodidit, idq; feciſſe murmurando. Græcum γογγύζειν γογγύζειν.
ſignificat, murmurando ſe alicui opponere, reſiſtere alicui. Quid eſt, inquiunt apud Matthæum, quod *Præceptor veſter* cum peccatoribus & publicanis edit ac bibit? Quæſtio videtur habere ſpeciem candoris & ſimplicitatis; ſed reverâ ad ſuggillandum Chriſtum eſt directa, ut qui committat ſua perſonâ & officio indignum. Apud Lucam ita loquuntur: Quare vos cum publicanis & peccatoribus comeditis & bibitis? Unde patet.

1. *Phariſæos* initiò diſcipulos aggreſſos eſſe:

2. *Diſcipulos* verò Magiſtrum ſuum excuſâſſe, & pro virili defendiſſe:

3. *Quæſtionem* demum propoſitam ad Magiſtrum ſuum eos retuliſſe:

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Exemplum gratitudinis erga Chriſtum & miniſterium ejus declarandæ Matthæus ſuppeditat Luc. 10, 38. & 19, 6. Johan. 12, 2. Act. 16, 34. Deuter. 12, 19. Gal. 6, 6. Phil. 2, 30. 1. Theſſ. 5, 15. 1. Tim. 5, 17. Sir. 7, 31. Ezech. 44. 30. Gratitudo erga miniſterium.

II. Exemplum ſimul idem præbet dilectionis erga proximum, quæ in ſalute ejus promovenda eſt occupata. Gal. 5, 6. 1. Cor. 13, 4. Dilectio proximi.

III. Videmus itidem, quid deceat converſos, & ad regni cœleſtis conſortium vocatos; nim. Vocatorum ad Chriſtum officium.

1. *Gratâ mente beneficium iſtud agnoſcere:* Col. ', 12.

2. *Hoſpitium Chriſto in corde præbere:* Johan. 13, 23. Epheſ. 3. v. 17.

3. *Proximum juvare:* Hebræor. 13, 16, Matth. 25, 45.

4. *Alios ad Chriſtum adducere.* Luc. 15, 10. Jac. 5, 20.

IV. Ad meliorem frugem ſeſe recipientes non deridendi, ſed imitandi.

V. Deus converſis & in gratiam receptis omnem peccatorum memoriam tollit. Mich. 7, 19. Eſa. 43, 25. & 44, 22.

VI. CHRISTUS, in teſtimonium omnimodæ reconciliationis peccatores etiam graviſſimos ad menſæ ſuæ communionē admittit; ad ſacræ itaque Cœnæ uſum omnes admittendi, in qui- Ad Cœnam admittendi

 bus

Digitized by Google

bus feriæ pœnitentiæ ſigna animadvertuntur. Ezech.18, 28, 1.Cor.11, 28. Apocal.3,19.20. Ezech.36, 21. Joël.2,13.2.Cor. 13,5.

VII. Nullus hic locus Papiſticis expiationum & ſatisfactionum remoris. Eſa.29,13.Matt.15,9. Eſa.53,5.1.Joh.2,2.

Hoſtes veritatis.

IIX Hoſtes veritatis ſolent,

1. *Infirmiores aggredi & expugnare;*
2. *Calumniari ea, quæ mala non ſunt;*
3. *Atrocia flagitia aſpernari.*

Converſatio cum malis.

IX. De converſatione cum hominibus flagitioſis, impiis & à noſtra religione alienis; licet enim quoad externam ſocietatem cum ipſis converſari, negotiari contrahere pacẽ & concordiã tueri. 1.Corint.5,10.& 7,17. Phil 2,15. Confer D. Chemn.col.1230.

X. Danda opera, ut noſtrâ converſatione & pietate alii Chriſto lucrifiant. Matt.5,16.1.Petr 2.12.& 3,1.2.Jac.5,20.

XI. Flectendi potiùs ſunt homines quàm vi cogendi.

Calumniatorum morſus.

XII. Nihil tàm benè dici gerivè poteſt, quod Sycophantarum & calumniatorum morſibus non ſit expoſitum. Matth..1,18. Luc.7,39.& 11,15.Matth.10,24.Joh.7,27.& 15,20.Prov 4,24.& 20,19. Sir. 6, 2.3. 4 1.Pet.2,1.

XIII. Eccleſia ex ſpecie externa non eſt æſtimanda. 1. Cor. 1,26.27. Eſa. 49,7. & 54,11. Soph. 3,12.

XIV. Ob vitam anteactã nemo judicandus, nedũ abjiciendus. Matth. 21.31. Luc.18,13. Joh.4.7. &.ſeqq.& 8,7.Rom 4,1 Syr. 8,6.

XV. Vani ſunt Eſavvitæ, ex hoc Matthæi in religioſum diſcipulatûs ordinem ingreſſi, facto eremiticam ſuam ſolitudinem ſtabilire præſumentes.

De mercatura.

XVI De negotiationibus, mercatura & aliis contractibus non damnandis, aut prætextu religionis deſerendis; ſunt enim per ſe ſtatûs non illiciti, neq; improbandi, modò intra terminos ſeſe ſuos contineant. Eſa.23,18.& 33,15.Pſal.15,2. Sir.27,4.& 42,3. Lev. 19,11.15.Sir.31,5. Prov.10,2.& 11,1.& 20,10.Mich.6,11.Theſſ.4, 6.Act. 16,14.& 21,3.4. 1.Cor.7,31. Gen.23, 16.& 47, 16.

Uſuræ illicitæ.

XVII. Uſura autem à populo Dei planè exulare debet. Exod. 22,5. Pſalm.15,5. Ezech.18,7.& 22,12.

Licitæ.

XIIX. Acceſſio moderati lucri pro uſura vitioſa haberi non debet: diſtinguendum enim eſt inter uſuram propriè ſic dictam & penſionem annuam. Vide de hac materia D. Bald. Caſ. conſc.p.936.& ſeqq. Item Dn. Meelführer. in vindic. theſ. 33.h.l.

PARS

PARS III.

Acriùs eum Phariſæis diſcipulos contendiſſe ex eo liquet, quod uterq; Evangeliſta, & Matthæus & *Marcus*, Chriſtum σῤῥαξει iſtam audiviſſe commemorat. Is ergò apologeticam facti ſui reſponſionem ſubjuncturus, contra Phariſæorum ac Scribarum γογγυσμοῖς ſeſe defendit, triplici uſus argumentorum genere.

I. *Ac offici ſui ratione* argumentatur, per ſimilitudinem à Medico & ægro deſumtam, quæ, utpote relata, ſe mutuò non averſari & fugere, ſed amicè invicem converſari debent. Non opus habent hi, qui validi ſunt, Medicô, ſed qui malè habent. Peccatores confert ægris, malè habentibus, ſe verò Medico. Argumentum Chriſti eſt tale; Chriſtus Medicus.

> *Quicunq; accuſat Medicum, ægrotis familiarem ſeſe præbentem, cum ipſis converſantem, eorumq; curam diligentiſſimam habentem, is iniquus & injuſtus eſt accuſator:* accuſat enim officium, quod prædicare debuerat,
>
> *Vos Phariſæi & Scribæ hoc facitis:*
>
> *Ergò iniqui & injuſti eſtis accuſatores.*

Contrà

> *Quicunq; Medicus abhorret ab ægrorum conſpectu, metuens ne ab illis inficiatur, is officio ſuo ſatisfacit minùs, ſi pereant ægri, perditionis culpam à ſe amoliri nequit.*
>
> *Prius cadit non in me, ſed in vos Scribas & Phariſæos: E. & poſterius.*

II. *A teſtimonii Prophetici allegatione:* Quin potiùs ite, & diſcite, quid ſit illud: miſericordiam volo & non ſacrificium. Extat Oſe. 6, 6. His verbis.

1. *Adverſarios ſuos* ad ſacra Biblia remittit, inde diſcant modum peccatores tractandi:

2. *Oſtendit* ſe nihil feciſſe, quod revelatæ Dei voluntati repugnet.

3. *Errorem* eorum perſtringit, quò ſtatuebant ſacrificiis ex opere operato expiari peccata per ſe, ſive homo peccator reſipuerit, ſive non; cum tamen omnia ſacrificia Vet. Teſtam. fuerint ſolummodò typica, fidelem præſupponentia reſpectum ad futurum Chriſti ſacrificium ἱλαστικόν. Sacrificia. V.T. typcia

4. *Significat*, non illud tantùm eſſe opus miſericordiæ, quando quis in externis malis proximo ſuccurrit, ſed vel omnium maximè, ſi quis peccatorem, malis ſpiritualibus oppreſſum erigat, inſtruat, convertat, & ad veram Dei agnitionem deducat. Et hoc opus miſericordiæ, quod reducendis & convertendis peccatoribus impenditur, omnibus Deum ſacrificiis anteferre. Argumentatur ita:

Opera miſericordiæ.

Quicunq; majorem miſericordiæ in peccatoribus convertendis rationem habet, quam ſacrificiorum externorum, is præter meritum reprehenditur: Ratio; quia Deus ipſe hoc opus majoris æſtimare à Propheta dicitur:

Jam verò ego majorem miſericordiæ in peccatoribus convertendis habeo rationem, quam ſacrificiorum externorum:

E. præter meritum à vobis reprehendor.

II. Ab exegetica officii ſui explicatione. Quod enim paulò antè tropicè ſive figuratè, ſub ſimilitudine Medici dixerat, id jam verbis propriis, planis ac perſpicuis edifferit. *Non veni ad vocandum juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Multa continentur aureâ hàc Salvatoris ſententiâ.

1. *Finem miſſionis* ſive Incarnationis ſuæ involvit:

2. Καὶ ἄρσιν καὶ θέσιν falſum & verum finem opponit, negans ſe veniſſe propter juſtos, ſed peccatores.

Iuſti legaliter non dantur.

3. *Juſtos* non dicit legaliter, qui plenè & perfectè, cogitationibus, dictis & factis Dei voluntatem faciunt; tales enim poſt lapſum non dantur; propter hos igitur non venit. Ita ſunt etiam juſti κατὰ δόξαν, qui, cum reverâ grandes coram Deo ſint peccatores, juſti ſibi videntur, quales erant Scribæ & Phariſæi. Rom. 10, 3. Sed neq; propter putativos hoſce juſtos veniſſe ſe profitetur; non quòd abſolutò quodam decretò à ſalute ipſos velit excluſos; ſed quia opinione propriæ juſtitiæ turgidi Chriſtum non ſuſcipiunt, quin Mediatore nullò opus ſeſe habere falsò opinantur. Venit itaq; propter homines propriè & quidem peccatores.

Iuſti δοξαστῶς

4. *Phariſæos* appellationem peccatoris corrupiſſe indicat; quibus peccatores erant ii ſaltem, qui in manifeſtis & notoriis peccatis deprehenſi à Synagogis erant excluſi; cùm potiùs ſenſu ſcripturæ peccatores dicendi ſunt omnes homines, quatenus extra Chriſtum conſiderantur.

Peccatores Phariſaici.

5. *Reprehendit* adverſarios, quòd diſcrimen inter peccatores pœnitentes & impœnitentes planè tollant; hi enim, non illi, ſunt fugiendi.

6. Modum

Digitized by Google

6 *Modum* convertendi & ſalvandi peccatores oſtendit, nim. per pœnitentiam, quâ peccati diſplicentiam ac deteſtationem, pavorem ex metu iræ divinæ, mutationem mali propoſiti in bonum, & fiduciam miſericordiæ propter Meſſiam promiſſæ, ſtudium deniq; benè ex fide operandi complectitur.

pœnitentia

7. *Tandem veniſſe* ſe Chriſtus adſeverat, ut vocet peccatores, non ad licentiam, non ad expiationem & ſatisfactionem peccatorum, non ad pœnam peccatis dignam ac meritam, non ut in malo eos confirmet; ſed ut vocet eos εἰς μετάνοιαν, ad pœnitentiam ac vitæ emendationem. Argumentum ita concludit.

Qui venit vocare peccatores (non juſtos) ad pœnitentiam, is nihil ab officio alienum facit, ſi cum iiſdem amicè converſetur, comedat ac bibat:

At Ego veni vocare vel ad vocandum peccatores, (non juſtos) ad pœnitentiam:

Ergò nihil ab officio meo alienum facio, ſi amicè cum peccatoribus converſor, comedo ac bibo.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Chriſtus & Apoſtoli adverſarios ſuos refutârunt, nullâ uſi formâ ſyllogiſticâ, quod & Jeſubitæ & Calviniani ſibi dictum meminerint.

II. Omnes homines ſunt peccatores, quia omnium causâ in mundum venit Chriſtus. Rom. 5, 14. Epheſ. 2, 3. Pſalm. 51, 7. Roman. 6, 23. Eſa. 1, 6. Jerem. 30, 12.

Omnes peccatores.

III. Infantes etiam reverâ ſunt peccatores; nam & horum gratiâ venit Chriſtus. Johan. 1, 29. 1. Tim. 4., 10. Marc. 10, 14. Matth, 11, 28. & 18, 10. 11.

Infantes ſunt peccatores.

IV. Peccatum confertur morbo; falſum itaque pronunciatum Papiſticum, quòd omne peccatum ſit ἑκούσιον, Rom. 7, 15, 19. Gal. 5, 17. Pſalm. 19. 25.

Non omne peccatum voluntarium.

V. Si genus humanum in morbum (peccatum) non incidiſſet, Chriſtus in mundum non veniſſet.

VI. Deus vult miſericordiam: Ergò causa damnationis non eſt. Pſalm. 33, 5. Rom. 1. 32, & 9. 15. 1. Tim. 2, 4. Ezech. 18, 32. 2. Petr. 3, 9. Matth. 11, 28. & 23, 37.

VII. Juſtitiarii Deo minimè probantur. Pſalm. 32, 6. Luc. 81, 9.

IIX. Teſtimonium habemus juſtificationis ex DEI miſericordia gratuitæ: Rom. 3, 24. 25 & 5, 19. Act. 15, 11. Eph. 2, 4. 5. 6. 7. 8 Tit. 3, 4. 5. Vide locos.

Pœnitentiæ neceſſitas.

IX. De pœnitentiæ ad ſalutem neceſſitate quæ cum fide ſeriam cordis contritionem, ex agnitione peccati ortam, requirit. Ezech. 43, 10. 11. Joël. 2, 13. Luc. 18, 13. Matth 26, 75. Act. 3, 19. 26. & 20, 21. & 26, 17. 18. Thren. 3, 41. 42. Oſe. 6, 1. Sir. 18, 22. & 5, 8. Eccl. 12, 1. Pſal. 95, 8. Matt. 25. 3. 11. Luc. 13, 25.

Novati error.

X. Damnandus eſt error Novati, adſerentis, ſemel lapſos in Eccleſiam ſi vel maximè reſipuerint, non eſſe recipiendos. Rom. 14, 1. Gal. 6, 1 2. Tim. 4, 16. 2. Corinth. 6, 2. Hebr. 3, 13. 15. Luc. 6, 36.

Sacrificiorum abrogatio.

XI. Sacrificia, quatenus miſericordiæ DEI opponuntur, meritò à Chriſto rejiciuntur. Pſalm. 50, 9. 10. 13. & 40, 7. & 51. 18. Prov. 21, 3. Jer. 7, 21, 22. Mich. 6. 6. 7 8. Sir. 25. 2, & ſeqq.

XII. Sacrificiorum Moſaicorum abrogatione, ſacrificia ſpiritualia non ſunt abrogata. Rom. 12, 2. Oſe. 14, 3. Hebr. 13, 15. 1. Petr. 2, 5. Matth. 23. 24. Rom. 15, 16. Phil. 2, 17. 2. Tim. 4. 6.

XIII. Peccatum omnes animæ vires (morbi inſtar) debilitavit. Eſa. 1, 6. Ezech. 18, 4. Pſ. 38, 3. & ſeqq. Job. 14, 4. & 15, 14. Pſ. 51, 7. Rom. 3, 23.

Peccatum requirit Medicum.

XIV. Peccatum homo ex ſe depellere, nullò interveniente Medicò, nequit. Exod. 15, 26. Hebr. 9, 14. Prov. 14. 34. Eſa. 30, 11. & 59. 12. & 64. 7. Jer. 30, 14. 15.

XV. Extra Chriſtum nullus alius Medicus, nulla medela alia quærenda. Actor. 4, 12. & 10, 43. 1. Joh. 1, 7. Hebr. 4, 15. Num. 21, 8. Johan. 3, 14.

XVI. Applicatio medicinæ, h. e. meriti Chriſti eſt neceſſaria. Sap. 16 12. Rom. 3. 25. 2. Cor. 13, 5.

XVII. Errant, qui animas ægras aliò remittunt, ad miſſas, ſanctorum peregrinationes, & ſatisfactiones, purgatorium, monaſteria, &c. Eſa. 55. 1. & ſeqq. Luc. 10, 33. Apocal. 3, 17. Cor. 11, 14, 15. Heb. 10, 14. Matth. 15. 9. Mich. 6. 8 Joh. 4, 21. Luc. 17, 21. Matth. 24, 23. Sapient. 3, 1, Prov. 11, 7. Pſ. 49, 15.

XIIX. Sacrificia & ceremoniæ omnes, veræ fidei opoſita, & ſi pœnitentiâ verâ deſtituantur, rejiciuntur. Pſal. 50, 8. Eſa. 1, 11. & 66, 3. Jer. 7, 21.

XIX. Juſti

Digitized by Google

XIX. Juſti legaliter, h. e. perfectè juſti in hac vita non dantur. Rom.3,10.& 5.19. Pſal.14. 2.Gal.3, 22. Joh.3, 16.

XX. Sine peccati agnitione ad ſalutem Chriſtus non prodeſt. 1. Tim. 1, 15. Pſalm. 148, 2.

XXI. Peccatis remiſſis juſti ſumus coram Deo, non propriâ, ſed imputatâ per Chriſtum juſtitiâ. Pſalm, 32, 1. Rom. 4, 5. 2. Cor.5,21. Phil. 3, 9.

XXII. De peccatoribus reſipiſcentibus cum gaudio recipiendis. 1.Cor.5, 4. 2. Corinth.2,7. Galat. 6, 1. Vide Domin 3. poſt Trinit, Peccatores reſipiſcentes, recipiendi.

XXIII. Chriſtus enim ipſe peccatores reſipiſcentes, propter admiſſa ſcelera non averſatur. Johan. 3, 17. & 6, 37. Eſai. 61, 1. & ſeqq. vide ibidem.

XXIV. De officio Chriſti, conſule locos. Matth. 18, 11. Luc. 9.57. & 19.10. Matth. 20, 29. 1. Tim. 1, 15.

XXV. De hominum ægritudine ſpirituali. Luc. 10, 39. Rom. 5. 6. Eſa. 1, 6. Pſalm. 38, 6. Eſa. 1, 6.

XXVI. De Chriſto Medico noſtro. Eſa. 53, 5. 1. Tim. 1, 15.. Exod. 15, 26. Pſalm. 103, 3. Jerem. 17, 14. Eſai. 63, 1. Pſalm. 6, 3. Oſe. 6, 1.

XXVII. De pœnitentia maturanda. Pſalm. 95. 8. Sir. 5, 8. & 18, 22. Hebr. 3, 7.

XXIIX. Cultus ſecundæ tabulæ cedat cultui primæ tabulæ. Pſalm. 2, 10. & 24, 7. Matth. 6, 33. Luc. 14, 18. & ſeqq.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

Cum duplici hominum genere, publicanis & Phariſæis, in hoc Evangelio Chriſto res eſt; de duobus itaq; dicendum nobis veniet capitibus:

I. De Matthæo ad diſcipulatum & Apoſtolatum Chriſti legitimè vocato:

II. De Chriſto juſtâ ſeſe ἀπολογίᾳ adverſus hoſtium ſuorum calumnias & ſuggillationes defendente. Prior pars *acta cum publicanis*; poſterior *acta cum Scribis & Phariſæis* continebit: de ſingulis ſeorſim.

PARS I.

In prioris partis deſcriptione tria in conſiderationem veniunt.

I. Προηγούμενα, *vocationis antecedentia*; huc ſpectat,

1. *Hiſtoriarum cohærentia*: præcedit in *M*atthæo hiſtoria de paralytico ſanato: quod ergò ibi demonſtraverat Chriſtus, ſe habere poteſtatē remittēdi peccata in terra, id jam novô exemplô ulteriùs probat, recipiendo peccatis remiſſis Matthæum in gratiam, & ad munus inſuper Apoſtolicum eum vocando.

2. *Loci circumſtantia.* Locus eſt vel *communis* ac generalis, ad mare extra civitatem: *E*ò enim Chriſtus ſeſe contulerat, turbamque ad ſe congregatam docuerat: Finitâ concione ulteriùs

Telonium progreditur: Vel *proprius* & ſpecialis, qui eſt telonium *M*atthæi. Eſt autem telonium locus, ubi colligūtur vectigalia, quod fiebat olim ad portas urbium, in pontibus & trajectu fluminum, in lacuum ripis, ubi frequens negotiantium erat trajectus & tranſitus.

3. *Vocati* ἐγκωμιογραφία. Deſcribitur autem ille

1. *Ratione appellationis:* qui ante converſionem dicebatur Levi, hoc eſt, adſociatus, is poſt vocationem nominatus fuit Matthæus. Vide præc. diſpoſ. Ingenuitatis eſt ac candoris, fateri ſimpliciter, quod res erat. Hiſtoriam enim ſuam, tanquam de alio ſcribens, fideliter & candite enarrat.

2. *Ratione functionis*, fuit publicanus. Etſi autem publicani tales eſſent, à quorum converſatione boni ac honeſti viri abhorrebant; vel eô nomine infames, quòd rapinis, fraudibus, impoſturis & exactionibus immenſis res ſuas augebant: dignus tamen & hic noſter fuit judicatus, qui à Chriſto Apoſtolis reliquis adſociaretur; ut & doctrinâ & exemplô propriô peccatoribus gratiam vocantis commendaret.

II. Ἅμα ὄντα ἢ συνεζευγμένα, *conjuncta*, hoc eſt, ipſa *Matthæi* vocatio, quæ exprimitur mandatô *Chriſti*. Matthæus enim ad telonium ſedens, & in menſa ſubducendis rationibus vectigalium occupatus, jubetur Chriſtum ſequi; hoc eſt, prius vitæ genus deſerere,

Sequi omnibus mundanis renunciare, vitam conſuetam deteſtari, prio-

Chriſtum. res mores emendare, Chriſto ſoli poſthac adhærere, non tantùm ut auditor & diſcipulus vulgaris, ſed ut Apoſtolus & Evangeliſta; qui verbum Evangelii per totum terrarum orbem prædicare, hiſtoriam de Chriſto in literas referre, ad præſcriptum ejus vivere, moleſtias ac difficultates plurimas ſubire, vitam quoq; ipſam, ſi res ita ferat, pro Chriſti nomine profundere paratus ſit. Hoc enim eſt ſequi Chriſtum, ad mandatum ipſius, ex animo, diligenter

ter & piè invigilare ſuo officio, ita ut vocatione ſuâ, in humana ſocietate, golriam *Dei* & utilitatem proximi καδδύναμιν curare ac promovere adnitatur,

III. *Ἐπόμενα. conſequentia*, vel effectus quaſi quidam vocationis iſtius, cujuſmodi ſunt:

1. *Matthai obedientia:* is enim ſurgens, ſecutus eſt eum, tradens ſe in Chriſti diſciplinam & contubernium. Mirabilis ſanè obedientia, quòd continuò, absq; omni tergiverſatione, ſurrexerit, & relictis omnibus, ſc. honoribus, opibus, felicitate externâ, Chriſti adſecla factus fuerit: Unde ἐνέργεια, vis ac poteſtas verbi divini elucet, Obedientia Matthæi.

2. *Ejusdem erga Chriſtum reverentia*, quam in eo declarat, quòd in honorem Chriſti, domi ſuæ, in civitate *Capernaum*‿, non quidem illô ipsô ſtatim die, ſed menſibus aliquot intervenientibus, cum eò rediiſſet Dominus, inſtituat convivium, uti Lucas c. 5, *29.* vocat, magnum; *tùm* propter invitatorum multitudinem; *tùm* propter adparatum ſplendidum, à quo tamen luxus abeſt, ideoq; Chriſto non improbatur. Finis convivii inſtituti fuit, non cum ſociis, pro valedictione, helluari & debacchari; ſed

1. *Amorem erga Chriſtum vocantem & benefactorem ſuum conteſtari:* agnoſcit enim quantum acceperit beneficium, quô locô habeat regenerationem, novamq; vocationem. Finis convivii Matthæi

2. *Gratitudinem erga Magiſtrum declarare.*

3. *Obedientiæ promtitudinem ſignificare;*

Ut pateat, quantâ voluntate novam ſuſceperit vocationem, quòd nim. ſeriò velit Chriſtum novus diſcipulus ſequi.

4. *Prius vitæ genus ex animo deteſtari.*

5. *Alios Chriſto diſcipulos lucrari.*

Hoc enim factô voluit anſam præbere, *tùm* Chriſto, ut aliis etiam ſalutis adipiſcendæ viam monſtraret; *tùm* publicanis & peccatoribus ſui ſimilibus, ut & ipſi diſcerent Chriſtum amare, deq; φιλανθρωπίᾳ illius gaudere; & hoc mediô ad fidem, & meliorem vivendi rationem invitarentur.

2. *Commenſalium frequentia.* Convivæ enim præter CHRISTUM ac diſcipulos ejus ſcribuntur fuiſſe publicanorum & peccatorum turba multa, qui ſimul accubuerint, & cibum cum Chriſto ceperint. Peccatores autem dicuntur hoc locô, homines ſcelerati & enormibus infames flagitiis. Peccatores

Digitized by Google

cum Anabaptiſtis non putant neceſſariam eſſe. Jer.23,21.& 27,9. Joh.1,6.Luc.3,2. Act.14,23. 1.Timoth.4,14.& 5,22. 2.Tim.2,2. 1 Theſſ.3,2.Tit.1,5.Joh.3,27.Heb.7,4.5.Rom.10,15.

XII. *Ad* declarandum verò officia charitatis, quam tantopere urgere videntur Photiniani, non exſpectare debemus ſpecialem vocationem, ad quam generali DEI mandatò adſtricti ſumus. Levit.19,18.34.Matt.5,43.& 19,19.Joh.13.34,35.& 15,9,10.11.Rom.13,8,10.

XIV. Vocatis ad miniſterium omnia quidem ſunt relinquenda, quatenus officio expediundo ſunt impedimentô; totali autem facultatum poſſesſione ſeſe abdicare non jubentur; nam & Matthæus in Scholam Chriſti vocatus retinuit domum & facultates. Matt.4,22.& 19,27. 2.Tim.2,4.

PARS II.

Proponitur ſecundâ parte ſupercilii Phariſaici *πεκμήριον*, in accuſando & culpando facto Chriſti, quod ut partem officii Meſſiæ gratâ mente agnoſcere & prædicare, quin ipſi quoq; ſibi adplicare debebant.

Notatu vero hic digna eſt,

I. Accuſationis frivolæ occaſio, quam ipſis ſubminiſtravit,

1. Matthæi convivium. Lucæ dicitur δοχὴ μεγάλη, capacitate; magnum enim fuit propter numerum potiùs convivarum ſatis amplum, quàm propter apparatum ſplendidum. Convivii iſtius conſideretur.

1. *Tempus;*
2. *Locus;*
3. *Finis;*

Tempus quod ſpectat, ſecutum eſt convivium hoc, non immediatè ſtatim ipſam Matthæi vocationem, ſed poſt aliquod demum tempus. Etſi enim Matthæus ipſe utramq; hiſtoriam conjungat, diligens tamen circumſtantiarum conſideratio evincit, diverſas eſſe hiſtorias, vocatio quidem facta eſt illô tempore & ordine hiſtoriarum, ſicut Marcus & Lucas rem deſcribunt; convivium verò contigit eô tempore, ſicut Matthæi deſcriptio oſtendit. Et rem ita ſeſe habere, h.e. convivium Matthæi aliquo temporis

poris intervallô ſubſecutum eſſe vocationem, facilè deprehendet is, qui narrationem Lucæ probè attendit, cap. 5, 27. & 6, 12. 13. ubi Matthæi vocatio præmittitur concioni Domini in monte habitæ, & à Matthæo capp. 5. 6. 7. deſcriptæ: poſt illam demum concionem inſtitutum eſt hoc convivium. Vide de hac materia copioſè & nervosè diſſerentem Dn. D. Chemnitium Harm. col. 539. 540. 1217. & 1218.

Locum quod attinet, peractum eſt hoc convivium, ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, in domo illius ſc. Matthæi. Confirmatur hac loci circumſtantiâ id, quod primâ modò parte dicebamus, Matthæum poſt vocationem ita reliquiſſe omnia, ut tamen bona ſua non abjecerit, nec poſſeſſione eorum ſeſe abdicârit. Habet enim adhuc poſt vocationem domum propriam, habuit certos reditûs, ut convivii ſatis magni ſumtûs ſuſtinere queat. Eadem fuit ratio reliquorum Apoſtolorum ante adſcenſionem Domini; Vide D. Chemn. Harm. Evangel. col 1226.

Finis deniq; convivii inſtituti eſt geminus:

1. *Grati erga Chriſtum animi indicium.*

Pro invitatione enim ad cœleſtem cœnam, cujus guſtum aliquem jam intra animum ſuum perceperat Matthæus, prioris vitæ pertæſus ad cœleſtia totus adſpirat, & Chriſtum honorariô hôc conviviô excipere voluit: aliud enim tùm non habebat, quô animi grati adfectum ergà benefactorem ſuum declaret.

2. *Proximi juvandi ſtudium*: in hunc enim finem publicanos & alios minùs honeſtæ vitæ homines ſimul invitat, ut quos haſtenus avaritiæ, turpis lucri, aliorumq; peccatorum ſocios habuerat, illos ſalutis quoq; ſocios habeat. Hinc emergit alterum, accuſandi anſam non minorem gratiæ hoſtibus præbens, nimirùm

2. *Chriſti cum peccatoribus & publicanis conſortium.*

Publicani, qui fuerint, ex prædictis notum eſt. Cenſet autem D. Chemn. col. 1227. fuiſſe hos non ex gentilibus, ſed ex Judæis publicanos; aliâs enim Chriſtus ipſis non fuiſſet converſatus, qui fuit miniſter circumciſionis. Rom. 15, 8. ἁμαρτωλοὶ vocantur quodamomdò ἐξοχικῶς, qui præ ceteris inſigniter malitioſi erant, ac ἁμαρ- τωλοί.

1. *Quidem ii*, qui non ex ignorantia ſeu infirmitate lapſi, ſed ex propoſito & deſtinata malitia, ſine ullo metu ullavè Numinis reverentiâ mali.

2. Qui

2. *Qui non exiguô* aliquô erratô delinquebant, ſed in flagitiis enormibus vivebant.

3. *Qui non ſemel*, ſed acquiſitô ex ſæpiùs iteratis flagitioſis actionibus habitu, manifeſta ſcelera exercebant.

4. *Quorum flagitia* erant manifeſta & notoria, ita ut quiſq; honeſtus ab illis abhorreret. Talem ſe fuiſſe ante converſionem D. Paulus profitetur, 1. Tim. 1, 15. Hos igitur *Matthæus* invitavit, ut & mutationis rationem redderet ſuæ; & ad conſimilem emendationem ſuô exemplô provocaret alios; deniq; (qui principalis erat ſcopus) Chriſto illos adduceret; qui & ipſe cum invitatis publicanis ac peccatoribus, nullô examine præmiſsô, nullô eorum excluſô, lubens adcubuit, non ignorans, quô pactô Scribæ & *P*hariſæi factum iſthoc eſſent excepturi.

II. Ipſa accuſatio. Hîc attende

1. *Quinam fuerint Chriſti cùm obſervatores, tùm accuſatores?* Scribæ & Phariſæi; opinione ſingularis eruditionis, pietatis & ſanctimoniæ præ reliquis clari & elati, Chriſti interim perpetui adverſarii, acerbum & hoſtilem erga ipſum animum paſſim declarantes.

2. *Quid cuplârint?* Illud nimir. quòd Chriſtus peccatoribus manifeſtis in ſuam familiaritatem admiſſis, communem cum ipſis menſam habeat, unde ipſius perſonam & officium, innocentiam & probitatem, ſi non in dubium vocare, certè vellicare præſumunt. Putant enim illi,

1. *Non decere Chriſtum* tàm inhoneſtis & illaudatis hominibus, vel converſari, vel adſociari:

2. *Non licere* tàm facile peccatores in gratiam recipere.

3. *Apud quos accuſationem inſtituerint?* Nolunt videlicet capita accuſationis ipſi Chriſto in faciem objicere, veriti ne publicè confundantur. Diſcipulos itaq; Chriſti adgrediuntur, ſi forſan ipſos, tanquam infirmos à Magiſtro ſuo abalienare, & ad defectionem producere poſſint. Non autem exiſtimandum eſt, accuſatores domo Matthæi ſeſe ingeſſiſſe, menſamq;, cui Chriſtus adſidebat, acceſſiſſe, atq; ibi diſputationem eadere moviſſe: illi enim ædes publicanorum non ingrediebantur, metuentes, ne converſatione eorum polluerentur: ſed contigit hæc expoſtulatio poſt convivium, antequam Dominus in urbem rediret, extra domum Matthæi, in via haud dubiè publicâ.

4. *Quibus verbis factum ſit?* Matthæus & Marcus referunt accu-

accuſâſſe ipſos ſolum Chriſtum: Lucas verò ſimul omnes incuſâſſe diſcipulos prodidit, idq; feciſſe murmurando. Græcum γογγύζειν γογγύζειν ſignificat, murmurando ſe alicui opponere, reſiſtere alicui. Quid eſt, inquiunt apud Matthæum, quod *Præceptor veſter* cum peccatoribus & publicanis edit ac bibit? Quæſtio videtur habere ſpeciem candoris & ſimplicitatis; ſed reverâ ad ſuggillandum Chriſtum eſt directa, ut qui committat ſua perſonâ & officio indignum. Apud Lucam ita loquuntur: Quare vos cum publicanis & peccatoribus comeditis & bibitis? Unde patet.

1. *Phariſæos* initiò diſcipulos aggreſſos eſſe:

2. *Diſcipulos* verò Magiſtrum ſuum excusâſſe, & pro virili defendiſſe:

3. *Quæſtionem* demum propoſitam ad Magiſtrum ſuum eos retuliſſe.

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Exemplum gratitudinis erga Chriſtum & miniſterium ejus declarandæ Matthæus ſuppeditat Luc. 10, 38. & 19, 6. Johan. 12, 2. Act. 16, 34. Deuter. 12, 19. Gal. 6, 6. Phil. 2, 30. 1. Theſſ. 5, 15. 1. Tim. 5, 17. Sir. 7, 31. Ezech. 44. 30. Gratitudo erga miniſterium.

II. Exemplum ſimul idem præbet dilectionis erga proximum, quæ in ſalute ejus promovenda eſt occupata. Gal. 5, 6. 1. Cor. 13, 4. Dilectio proximi.

III. Videmus itidem, quid deceat converſos, & ad regni cœleſtis conſortium vocatos; nim. Vocatorum ad Chriſtum officium.

1. *Gratâ mente beneficium iſtud agnoſcere:* Col. ', 12.

2. *Hoſpitium Chriſto in corde præbere:* Johan. 13, 23. Epheſ. 3. v. 17.

3. *Proximum juvare:* Hebræor. 13, 16. Matth. 25, 45.

4. *Alios ad Chriſtum adducere.* Luc. 15, 10. Jac. 5, 20.

IV. Ad meliorem frugem ſeſe recipientes non deridendi, ſed imitandi.

V. Deus converſis & in gratiam receptis omnem peccatorum memoriam tollit. Mich. 7, 19. Eſa. 43, 25. & 44, 22.

VI. CHRISTUS, in teſtimonium omnimodæ reconciliationis, peccatores etiam graviſſimos ad menſæ ſuæ communionẽ admittit; ad ſacræ itaque Cœnæ uſum omnes admittendi, in qui- Ad Cœnam admittendi.

Digitized by Google

bus feriæ pœnitentiæ ſigna animadvertuntur. Ezech. 18, 28, 1. Cor. 11, 28. Apocal. 3, 19. 20. Ezech. 36, 21. Joël. 2, 13. 2. Cor. 13, 5.

VII. Nullus hic locus Papiſticis expiationum & ſatisfactionum remoris. Eſa. 29, 13. Matt. 15, 9. Eſa. 53, 5. 1. Joh. 2, 2.

Hoſtes veritatis.

IIX Hoſtes veritatis ſolent,

1. *Infirmiores aggredi & expugnare;*
2. *Calumniari ea, quæ mala non ſunt;*
3. *Atrocia flagitia aſpernari.*

Converſatio cum malis.

IX. De converſatione cum hominibus flagitioſis, impiis & à noſtra religione alienis; licet enim quoad externam ſocietatem cum ipſis converſari, negotiari contrahere pacē & concordiā tueri. 1. Corint. 5, 10. & 7, 17. Phil 2, 15. Confer D. Chemm. col. 1230.

X. Danda opera, ut noſtrâ converſatione & pietate alii Chriſto lucrifiant. Matt. 5, 16. 1. Petr 2. 12. & 3, 1. 2. Jac. 5, 20.

XI. Flectendi potiùs ſunt homines quàm vi cogendi.

Calumniatorum morſus.

XII. Nihil tàm benè dici gerivè poteſt, quod Sycophantarum & calumniatorum morſibus non ſit expoſitum. Matth. 1, 18. Luc. 7, 39. & 11, 15. Matth. 10, 24. Joh. 7, 27. & 15, 20. Prov 4, 24. & 20, 19. Sir. 6, 2. 3. 4 1. Pet. 2, 1.

XIII. Eccleſia ex ſpecie externa non eſt æſtimanda. 1. Cor. 1, 26. 27. Eſa. 49, 7. & 54, 11. Soph. 3, 12.

XIV. Ob vitam anteactā nemo judicandus, nedū abjiciendus. Matth. 21. 31. Luc. 18, 13. Joh. 4, 7. &, ſeqq. & 8, 7. Rom 4, 1 Syr. 8, 6.

XV. Vani ſunt Eſavvitæ, ex hoc Matthæi in religioſum diſcipulatûs ordinem ingreſſi, facto eremiticam ſuam ſolitudinem ſtabilire præſumentes.

De mercatura.

XVI De negotiationibus, mercatura & aliis contractibus non damnandis, aut prætextu religionis deſerendis; ſunt enim per ſe ſtatûs non illiciti, neq; improbandi, modò intra terminos ſeſe ſuos contineant. Eſa. 23, 18. & 33, 15. Pſal. 15, 2. Sir. 27, 4. & 42, 3. Lev. 19, 11. 15. Sir. 31, 5. Prov. 10, 2. & 11, 1. & 20, 10. Mich. 6, 11. Theſſ. 4, 6. Act. 16, 14. & 21, 3. 4. 1. Cor. 7, 31. Gen. 23, 16. & 47, 16.

Uſura illicita.

XVII. Uſura autem à populo Dei planè exulare debet. Exod. 22, 25. Pſalm. 15, 5. Ezech. 18, 7. & 22, 12.

Licita.

XIIX. Acceſſio moderati lucri pro uſura vitioſa haberi non debet: diſtinguendum enim eſt inter uſuram propriè ſic dictam & penſionem annuam. Vide de hac materia D. Bald. Caſ. conſc. p. 936. & ſeqq. Item Dn. Meelführer. in vindic. theſ. 33. h. l.

PARS

PARS III.

Acriùs cum Phariſæis diſcipulos contendiſſe ex eo liquet, quod uterq; Evangeliſta, & Matthæus & *Marcus*. Chriſtum σύῤῥαξιν illam audiviſſe commemorat. Is ergò apologeticam facti ſui reſponſionem ſubjuncturus, contra Phariſæorum ac Scribarum γογγυσμοὺς ſeſe defendit, triplici uſus argumentorum genere.

I. Ac officii ſui ratione argumentatur, per ſimilitudinem à Medico & ægro deſumtam, quæ, utpote relata, ſe mutuò non averſari & fugere, ſed amicè invicem converſari debent. Non opus habent hi, qui validi ſunt, Medicò, ſed qui malè habent. *Peccatores* confert ægris, malè habentibus, ſe verò Medico. Argumentum Chriſti eſt tale; Chriſtus Medicus.

Quicunq; accuſat Medicum, ægrotis familiarem ſeſe præbentem, cum ipſis converſantem, eorumq; curam diligentiſſimam habentem, is iniquus & injuſtus eſt accuſator: accuſat enim officium, quod prædicare debuerat,

Vos Phariſæi & Scribæ hoc facitis:

Ergò iniqui & injuſti eſtis accuſatores.

Contrà

Quicunq; Medicus abhorret ab ægrorum conſpectu, metuens ne ab illis inficiatur, is officio ſuo ſatisfacit minùs, ſi pereant ægri, perditionis culpam à ſe amoliri nequit.

Prius cadit non in me, ſed in vos Scribas & Phariſæos: E. & *poſterius.*

II. A teſtimonii Prophetici allegatione: Quin potiùs ite, & diſcite, quid ſit illud: miſericordiam volo & non ſacrificium. Extat Oſe. 6, 6. His verbis.

1. *Adverſarios ſuos* ad ſacra Biblia remittit, inde diſcant modum peccatores tractandi:

2. *Oſtendit* ſe nihil feciſſe, quod revelatæ Dei voluntati repugnet.

2. *Errorem* eorum perſtringit, quò ſtatuebant ſacrificiis ex opere operato expiari peccata per ſe, ſive homo peccator reſipuerit, ſive non; cum tamen omnia ſacrificia Vet. Teſtam. fuerint ſolummodò typica, fidelem præſupponentia reſpectum ad futurum Chriſti ſacrificium ἱλαστικόν. Sacrificia V.T. typcia

6 *Modum* convertendi & ſalvandi peccatores oſtendit, nim. per pœnitentiam, quâ peccati diſplicentiam ac deteſtationem, pavorem ex metu iræ divinæ, mutationem mali propoſiti in bonum, & fiduciam miſericordiæ propter Meſſiam promiſſæ, ſtudium deniq; benè ex fide operandi complectitur. pœnitentia

7. *Tandem veniſſe* ſe Chriſtus adſeverat, ut vocet peccatores, non ad licentiam, non ad expiationem & ſatisfactionem peccatorum, non ad pœnam peccatis dignam ac meritam, non ut in malo eos confirmet; ſed ut vocet eos εἰς μετάνοιαν, ad pœnitentiam ac vitæ emendationem. Argumentum ita concludit.

Qui venit vocare peccatores (non juſtos) ad pœnitentiam, is nihil ab officio alienum facit, ſi cum iiſdem amicè converſetur, comedat ac bibat:

At Ego veni vocare vel ad vocandum peccatores, (non juſtos) ad pœnitentiam:

Ergò nihil ab officio meo alienum facio, ſi amicè cum peccatoribus converſor, comedo ac bibo.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Chriſtus & Apoſtoli adverſarios ſuos refutârunt, nullâ uſi formâ ſyllogiſticâ, quod & Jeſuitæ & Calviniani ſibi dictum meminerint.

II. Omnes homines ſunt peccatores, quia omnium cauſâ in mundum venit Chriſtus. Rom. 5, 14. Epheſ. 2, 3. Pſalm. 51, 7. Roman. 6, 23. Eſa. 1, 6. Jerem. 30, 12. Omnes peccatores.

III. Infantes etiam reverâ ſunt peccatores; nam & horum gratiâ venit Chriſtus. Johan. 1, 29. 1. Tim. 4., 10. Marc. 10, 14. Matth, 11, 28. & 18, 10. 11. Infantes ſunt peccatores.

IV. Peccatum confertur morbo; falſum itaque pronunciatum Papiſticum, quòd omne peccatum ſit ἑκούσιον. Rom. 7, 15, 19. Gal. 5, 17. Pſalm. 19. 25. Non omne peccatum voluntarium.

V. Si genus humanum in morbum (peccatum) non incidiſſet, Chriſtus in mundum non veniſſet.

VI. Deus vult miſericordiam: Ergò cauſa damnationis non eſt. Pſalm. 33, 5. Rom. 1. 32, & 9. 15. 1. Tim. 2, 4. Ezech. 18, 32. 2. Petr. 3, 9. Matth. 11, 28. & 23, 37.

VII. Juſtitiarii Deo minimè probantur. Pſalm. 32, 6. Luc. 81, 9.

IIX. Teſtimonium habemus juſtificationis ex DEI miſericordia gratuitæ: Rom. 3, 24. 25 & 5, 19. Act. 15, 11. Eph. 2, 4. 5. 6. 7. 8. Tit. 3, 4. 5. Vide locos.

Pœnitentiæ neceſsitas.

IX. De pœnitentiæ ad ſalutem neceſsitate quæ cum fide ſeriam cordis contritionem, ex agnitione peccati ortam, requirit. Ezech. 43, 10. 11. Joël. 2, 13. Luc. 18, 13. Matth 26, 75. Act. 3, 19. 26. & 20, 21. & 26, 17. 18. Thren. 3, 41. 42. Oſe. 6, 1. Sir. 18, 22. & 5, 8. Eccl. 12, 1. Pſal. 95, 8. Matt. 25, 3. 11. Luc. 13, 25.

Novati error.

X. Damnandus eſt error Novati, adſerentis, ſemel lapſos in Eccleſiam ſi vel maximè reſipuerint, non eſſe recipiendos. Rom. 14, 1. Gal. 6, 1 2. Tim. 4, 16. 2. Corinth. 6, 2. Hebr. 3, 13. 15. Luc. 6, 36.

Sacrificiorum abrogatio.

XI. Sacrificia, quatenus miſericordiæ DEI opponuntur, meritò à Chriſto rejiciuntur. Pſalm. 50, 9. 10. 13. & 40, 7. & 51. 18. Prov. 21. 3. Jer. 7, 21, 22. Mich. 6. 6. 7 8. Sir. 35. 2, & ſeqq.

XII. Sacrificiorum Moſaicorum abrogatione, ſacrificia ſpiritualia non ſunt abrogata. Rom. 12, 2. Oſe. 14, 3. Hebr. 13, 15. 1. Petr. 2, 5. Matth. 23. 24. Rom. 15, 16. Phil. 2, 17. 2. Tim. 4. 6.

XIII. Peccatum omnes animæ vires (morbi inſtar) debilitavit. Eſa. 1, 6. Ezech. 18, 4. Pſ. 38, 3. & ſeqq. Job. 14, 4. & 15, 14. Pſ. 51, 7. Rom. 3, 23.

Peccatum requirit Medicum.

XIV. Peccatum homo ex ſe depellere, nullô interveniente Medicô, nequit. Exod. 15, 26. Hebr. 9, 14. Prov. 14. 34. Eſa. 30, 11. & 59. 12. & 64. 7. Jer. 30, 14. 15.

XV. Extra Chriſtum nullus alius Medicus, nulla medela alia quærenda. Actor. 4, 12. & 10, 4 . 1. Joh. 1, 7. Hebr. 4, 15. Num. 21, 8. Johan. 3, 4.

XVI. Applicatio medicinæ, h. e. meriti Chriſti eſt neceſſaria. Sap. 16 12. Rom. 3. 25. 2. Cor. 13, 5.

XVII. Errant, qui animas ægras aliò remittunt, ad miſſas, ſanctorum peregrinationes, & ſatisfactiones, purgatorium, monaſteria, &c. Eſa. 55. 1. & ſeqq. Luc. 19, 33. Apocal. 3, 17. Cor. 11, 14, 15. Heb. 10, 14. Matth. 15. 9. Mich. 6. 8 Joh. 4, 21. Luc. 17, 21. Matth. 24, 23. Sapient. 3, 1, Prov. 11, 7. Pſ. 49, 15.

XIIX. Sacrificia & ceremoniæ omnes, veræ fidei opoſita, & ſi pœnitentiâ verâ deſtituantur, rejiciuntur. Pſal. 50, 8. Eſa. 1, 11. & 66, 3. Jer. 7, 21.

XIX. Juſti

Digitized by Google

XIX. Juſti legaliter, h. e. perfectè juſti in hac vita non dantur. Rom.3,10. & 5.19. Pſal.14. 2.Gal.3, 22. Joh.3, 16.

XX. Sine peccati agnitione ad ſalutem Chriſtus non prodeſt. 1. Tim. 1, 13. Pſalm. 148, 2.

XXI. Peccatis remiſſis juſti ſumus coram Deo, non propriâ, ſed imputatâ per Chriſtum juſtitiâ. Pſalm, 32, 1. Rom. 4, 5. 2. Cor.5.21. Phil. 3, 9.

Peccatores reſipiſcentes recipiendi.

XXII. De peccatoribus reſipiſcentibus cum gaudio recipiendis. 1.Cor.5, 4. 2. Corinth.2,7. Galat. 6, 1. Vide Domin 3. poſt Trinit,

XXIII. Chriſtus enim ipſe peccatores reſipiſcentes, propter admiſſa ſcelera non averſatur. Johan. 3, 17. & 6, 37. Eſai. 61, 1. & ſeqq. vide ibidem.

XXIV. De officio Chriſti, conſule locos. Matth. 18, 11. Luc. 9.57. & 19.10. Matth. 20, 29. 1. Tim. 1, 15.

XXV. De hominum ægritudine ſpirituali. Luc. 10, 39. Rom. 5, 6. Eſa. 1, 6. Pſalm. 38, 6. Eſa. 1, 6.

XXVI. De Chriſto Medico noſtro. Eſa. 53, 5. 1. Tim. 1, 15.. Exod. 15, 26. Pſalm. 103, 3. Jerem. 17, 14. Eſai. 63, 1. Pſalm. 6, 3. Oſe. 6, 1.

XXVII. De pœnitentia maturanda. Pſalm. 95. 8. Sir. 5, 8. & 18, 22. Hebr. 3, 7.

XXIIX. Cultus ſecundæ tabulæ cedat cultui primæ tabulæ. Pſalm. 2, 10. & 24, 7. Matth. 6, 33. Luc. 14, 18. & ſeqq.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

Cum duplici hominum genere, publicanis & Phariſæis, in hoc Evangelio Chriſto res eſt; de duobus itaq; dicendum nobis veniet capitibus:

I. De Matthæo ad diſcipulatum & Apoſtolatum Chriſti legitimè vocato:

II, De Chriſto juſtâ ſeſe ἀπολογίᾳ adverſus hoſtium ſuorum calumnias & ſuggillationes defendente. Prior pars *acta cum publicanis*; poſterior *acta cum Scribis & Phariſæis* continebit: de ſingulis ſeorſim.

PARS I.

In prioris partis deſcriptione tria in conſiderationem veniunt.

I. Pri-

I. Προηγούμενα, *vocationis antecedentia*; huc ſpectat,

1. *Hiſtoriarum cohærentia*: præcedit in *M*atthæo hiſtoria de paralytico ſanato: quod ergò ibi demonſtraverat Chriſtus, ſe habere poteſtatẽ remittẽdi peccata in terra, id jam novô exemplô ulteriùs probat, recipiendo peccatis remiſſis Matthæum in gratiam, & ad munus inſuper Apoſtolicum eum vocando.

2. *Loci circumſtantia*. Locus eſt vel *communis* ac generalis, ad mare extra civitatem: Eò enim Chriſtus ſeſe contulerat, turbamque ad ſe congregatam docuerat: Finitâ concione ulteriùs

Telonium

progreditur: Vel *proprius* & ſpecialis, qui eſt telonium *M*atthæi. Eſt autem telonium locus, ubi colligũtur vectigalia, quod fiebat olim ad portas urbium, in pontibus & trajectu fluminum, in lacuum ripis, ubi frequens negotiantium erat trajectus & tranſitus.

3. *Vocati* ἐγκωμιογραφία. Deſcribitur autem ille

1. *Ratione appellationis*: qui ante converſionem dicebatur Levi, hoc eſt, adſociatus, is poſt vocationem nominatus fuit Matthæus. Vide præc. diſpoſ. Ingenuitatis eſt ac candoris, fateri ſimpliciter, quod res erat. Hiſtoriam enim ſuam, tanquam de alio ſcribens, fideliter & candite enarrat.

2. *Ratione functionis*, fuit publicanus. Etſi autem publicani tales eſſent, à quorum converſatione boni ac honeſti viri abhorrebant; vel eô nomine infames, quòd rapinis, fraudibus, impoſturis & exactionibus immenſis res ſuas augebant: dignus tamen & hic noſter fuit judicatus, qui à Chriſto Apoſtolis reliquis adſociaretur; ut & doctrinâ & exemplô propriô peccatoribus gratiam vocantis commendaret.

II. Ἅμα δὲ ἡ συνεζευγμένα, *conjuncta*, hoc eſt, ipſa *Matthæi* vocatio, quæ exprimitur mandatô Chriſti. Matthæus enim ad telonium ſedens, & in menſa ſubducendis rationibus vectigalium occupatus, jubetur Chriſtum ſequi; hoc eſt, prius vitæ genus deſerere,

Sequi Chriſtum.

omnibus mundanis renunciare, vitam conſuetam deteſtari, priores mores emendare, Chriſto ſoli poſthac adhærere, non tantùm ut auditor & diſcipulus vulgaris, ſed ut Apoſtolus & Evangeliſta; qui verbum Evangelii per totum terrarum orbem prædicare, hiſtoriam de Chriſto in literas referre, ad præſcriptum ejus vivere, moleſtias ac difficultates plurimas ſubire, vitam quoq; ipſam, ſi res ita ferat, pro Chriſti nomine profundere paratus ſit. Hoc enim eſt ſequi Chriſtum, ad mandatum ipſius, ex animo, diligenter

ter & piè invigilare ſuo officio, ita ut vocatione ſuâ, in humana ſocietate, golriam *Dei* & utilitatem proximi καλλίνειν curare ac promovere adnitatur,

III. Επίμετα. *conſequentia*, vel effectus quaſi quidam vocationis iſtius, cujuſmodi ſunt:

1. *Matthæi obedientia:* is enim ſurgens, ſecutus eſt eum, tradens ſe in Chriſti diſciplinam & contubernium. Mirabilis ſanè obedientia, quòd continuò, absq; omni tergiverſatione, ſurrexerit, & relictis omnibus, ſc. honoribus, opibus, felicitate externâ, Chriſti adſecla factus fuerit: Unde ἐνέργεια, vis ac poteſtas verbi divini elucet. Obedientia Matthæi.

2. *Ejusdem erga Chriſtum reverentia*, quam in eo declarat, quòd in honorem Chriſti, domi ſuæ, in civitate Capernaum, non quidem illô ipsô ſtatim die, ſed menſibus aliquot intervenientibus, cum eò rediiſſet Dominus, inſtituat convivium, uti Lucas c. 5, 29. vocat, magnum; *tùm* propter invitatorum multitudinem; *tùm* propter adparatum ſplendidum, à quo tamen luxus abeſt, ideoq; Chriſto non improbatur. Finis convivii inſtituti fuit, non cum ſociis, pro valedictione, helluari & debacchari; ſed

1. *Amorem erga Chriſtum vocantem & benefactorem ſuum conteſtari:* agnoſcit enim quantum acceperit beneficium, quô locô habeat regenerationem, novamq; vocationem. Finis convivii Matthæi

2. *Gratitudinem erga Magiſtrum declarare.*

3. *Obedientiæ promtitudinem ſignificare;*

Ut pateat, quantâ voluntate novam ſuſceperit vocationem, quòd nim. feriò velit Chriſtum novus diſcipulus ſequi.

4. *Prius vitæ genus ex animo deteſtari.*

5. *Alios Chriſto diſcipulos lucrari.*

Hoc enim factô voluit anſam præbere, *tùm* Chriſto, ut aliis etiam ſalutis adipiſcendæ viam monſtraret; *tùm* publicanis & peccatoribus ſui ſimilibus, ut & ipſi diſcerent Chriſtum amare, deq; φιλανθρωπίᾳ illius gaudere; & hoc mediô ad fidem, & meliorem vivendi rationem invitarentur.

2. *Commenſalium frequentia.* Convivæ enim præter CHRISTUM ac diſcipulos ejus ſcribuntur fuiſſe publicanorum & peccatorum turba multa, qui ſimul accubuerint, & cibum cum Chriſto ceperint. Peccatores autem dicuntur hoc locô, homines ſcelerati & enormibus infames flagitiis. Peccatores

4. *Scribarum ac Phariſæorum invidentia*, cum malitioſâ conjuncta calumnia. Ubi duo in quæſtionem ſimul & conſiderationem veniunt:

I. Cur Phariſæi non ipſi Chriſto, ſed diſcipulis ejus litem moverint?

Reſp. 1. *Quia recens* à Domino confuſi fuerant; ubi cauſam ſuam adeò turpiter egerant, ut ne hiſcere quidem contrà auſi fuerint. Verentur itaq;, ne denuò confundantur.

2. *Quia diſcipulos* ſimpliciores, adeoq; ad decipiendum faciliores judicabant.

II. Qua de cauſa controverſiam Chriſto & diſcipulis ejus moverint?

Reſp. Quærunt de cauſis conſilii Chriſti, quô fine, & quô conſiliô tàm familiariter cum nauci iſtiuſmodi hominibus converſetur, cibumq; menſæ eorum adſidendo capiat, quorum conſortia fugere potiùs æquum eſſe putabant. Quæſtio proponitur δι' ἀγανάκτησιν, per quandam indignationem; perſonâ Chriſti indignum hoc exiſtimantes, immò ejuſdem illum tacitè malitiæ & impietatis inde arguentes: graculus enim graculo adſidet: &

Noſcitur ex ſocio, qui non eſt cognitus ex ſe.

Senſus eſt: Cum tàm deploratæ malitiæ ac vitæ hominibus converſari, aut cibum capere, Magiſter veſter non debebat: Ratio,

1. *Quia propriæ* hac ratione exiſtimationi nocet;
2. *Familiari hac* ſuâ converſatione ſcelera adprobare videtur;
3. *In impietate* illos ſua confirmat;
4. *Præſumtuoſus* eſt & temerarius, in gratiam recipiendo, (inſalutatis maximè Eccleſiaſticis, clerô quoq; Hieroſolymitanô) eos, qui excommunicati jampridem & excluſi à communione Eccleſiæ erant.

Argumentum concludit ita:

Quiſquis cum deplorata malitia hominibus & manifeſtis peccatoribus commercium habet, is viri probi, juſti & honeſti nomen haud meretur:

Chriſtus hoc facit. Ergò, &c.

USUS

I. Informatorius.

Peccata fateri.

1 De ingenua peccatorum confeſſione, omnibus Chriſtianis dignâ. Pſalm. 32, 3, 5. 1. Johan. 1, 8. *Prov.* 28, 13. Daniel. 9, 4. Sir. 4, 24. Matth. 3, 6. Jacob. 5, 16. Geneſ. 42, 21. 2. De

2. De miniſterio Eccleſiaſtico, cui vocatione mirâ deſtinatur hoc locô Matthæus, factus ex publicano Apoſtolus & Evangeliſta primarius: ſic revera hodieq; Chriſtus eſt Eccleſiæ ſuæ caput, ejusque donum peculiare ſunt idonei Doctores, quos ipſe ſæpiſſimè præter mentem, intentionem, & opinionem attrahit, ut Eccleſiæ docendæ ac regendæ eos præficiat. 1. Samuel. 10, 6. & 16, 13. 1. Reg. 19, 19. Amos 7, 14. 1. Cor. 1, 25. 26. 27. 2. Cor. 4, 7. Epheſ. 1, 22. Hoſ. 2, 2. Col, 1, 18. Jer. 3, 15. Eph. 4. 11. Pſ. 68, 12. Act 20. 28. De miniſtris verbi.

3. De vocatione ad miniſterium legitima exſpectanda: quâ quam operam ſuam Eccleſiæ deferre liceat. Sirac. 7, 8. Jacob. 3, 1. Hebr. 5, 4. 5. Matth 20, 6. 7. Roman. 10, 15. Act. 13, 15. 1. Timoth. 3, 1. Johan. 3, 27. Vocatio ad miniſteriū exſpectanda

4. De cauſis, cur Dominus JESUS publicanum, adeoque hominem civiliter infamen, ad ſacrum hoc munus vocarit; Cauſæ potiſſimum tres ſunt: Cauſæ publicani vocati.

1. *Ut adpareat*, neminem eſſe ad hoc tàm arduum munus vel dignum, vel idoneum, niſi quem Filius Dei hac gratiâ dignatur & idoneum reddit. 2. Corint. 2, 16. & 3. 5. 6.

2. *Ut eluceat* vis & potentia verbi Chriſti, quod poteſt unô momentô corda immutare & convertere, ut ex nolentibus homines fiant volentes, & ex mammonæ ſervis, aut etiam ex Chriſti adverſariis, ſervi & diſcipuli ejus. Eſa. 55, 10. 11. Rom. 1, 16. & 10, 7. Actor. 11, 14. 1. Corint. 1, 18. 21. Hebr. 4, 12. Verbi efficacia.

3. *Ut ex magnis* peccatoribus facti Apoſtoli ſciant peccatores convenienter tractare. Luc. 22, 32 1. Tim. 1, 15. 16.

5. De conviviis, quæ, ſi in timore Domini inſtituantur & celebrentur, Deo non diſplicent, modò abſit luxus, impietas & alia vitia. Eccl. 7, 15. Sir. 9, 22. 23. & 31, 19. & 32, 1. & ſeqq. & 41, 24. Phil. 4, 4. Tob. 9, 12. Rom. 12, 25. 1. Tim. 4, 3 Deut. 12, 12. 18. Luc. 16, 19. Convivia.

6. De hypocritis, quod omnia fere in partem deteriorem rapere ſoleant. Vide præc. diſp.

7. De converſatione cum manifeſtis peccaribus, an ea ſit licita? Reprehenditur hoc nomine Chriſtus aliquoties. Luc. 7, 3. 9. & 15, 2. Sciendum autem, quod converſatio ſit duplex, una *civilis*, altera *familiaris*: ibi poteſt homo Chriſtianus verſari etiam inter gentes, commercia habere cum quovis hominum genere, ſalvâ conſcientiâ modò cum ipſis; non colludat in religionis negotio, nec violet leges juſtitiæ. 1. Cor. 5, 10. & 10, 27. hîc aliter ſeſe res habet; non enim eſt in eunda ſocietas præterquam Converſatio cum malis. Converſatio duplex.

Digitized by Google

cum bonis, probatis & piis *Pſalm.* 1, *1.* & *15*, *4.* & *18*, *27.* & *26. 5.* 1. Cor 5,11. & niſi cogat vocatio ac lex charitatis, ut ſc. errantes in viam revocentur, conſultiùs longè eſt à malorum converſatione abſtinere, ne illorum peccatis communicemus, aut contagione eorum contaminemur. *2.* Tim. *3*,2. *1.* Timoth. 6,5. Tit. *3*,10. Tob. *4*,19. & 24,1. & 29,25. *2.* Theſſ. 3,6. *2.* Cor. 6,*14*. Sir. *13*,1. Jer. 51, 6. 2. *Par.* 19,2. Eſa. 5,*18*.

II. Conſolatorius.

1. Ex φιλανθρωπίᾳ Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam in vocando *M*atthæo abundè declaravit. Vide præc. diſp.

Antiquitas doctrinæ noſtræ.

2. Ex doctrinæ noſtræ antiquitate, quòd ſalus ex mera Dei gratia & miſericordia nobis obtingat. Roman. *3*,*24*. Tit. *3*, 5.7. Eph. 2,8. Tim. 1,15.16.

III. Monitorius.

1. Ut Chriſtiani in omni vita & vocatione Chriſtum ſequantur, licet carni non ſemper acceptum, nec cum evidenti noſtro emolumento ſit conjunctum. Vide feſt. Andr.

2. Ut à malitia maturè deſiſtamus. Pſ. 95,8 Sir. 5,8.

3. Ut gratitudini & liberalitati erga pios Eccleſiæ miniſtos ſtudeamus. Deut. 16,16. 1 Corint. 9,13. Galat. 6,6. Prov. 3,9.10. Deut. 14,22,29.

IV. Refutatorius.

Error Papiſt. de voto obedientiæ. p. 2. poſt. p. 306.

Pontificiorum, à Matthæi, per Chriſtum legitimè & immediatè vocati, promta obedientia, ineptè concludentium ad ſpontaneam (quam illi vocant) clauſtralium, monachorum & monialium ob edientiam. *Ita* enim G. *S*chererus: So jemands in ein Cloſter gehet/ ſol ungenöthiget und mit einẽ frölichen Geiſt und Hertzen ſich dahin begeben/ und jhm nicht leyd ſeyn laſſen, daß er von der Welt muß Urlaub nehmen und ſich ſcheiden: hilarem datorem diligit *Deus*, Gott liebet einen frölichen Geber/ der ſich nemblich ſeiner Majeſtät dar gibt unnd auffopffert/ mit willfährigem und frolockenden Hertzen und luſtigen Gemüthe Ita nim.

Juſta-

Digitized by Google

Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps!

Rem ipſam quod ſpectat, ab ea, quam Chriſto debemus, obedientia, ad obedientiam votorum monaſticorum concludi tur per quatuor terminos. Illa nititur expreſsô Dei verbô ac mandatô; hæc verò minimè; immò è diametro cum Scriptura S. pugnat, uti oſtendit D. Chem. part 3. Exam. p. 54. Confer. Lutherum in libro de votis monaſticis ubi eruditè & venuſtè vota illa per integrum Decalogum examinando, quomodo cum ſingulis præceptis pugnent, oſtendit. Quantum igitur diſtant à DEO homines, tantum diſtat obedientia DEO debita ab ea, quæ hominibus ſine verbo, immò contra verbum DEI, promittitur.

Vota monaſtica nuſpiam mandata

Tom 1. lat. Jen. f. 480. & 495.

Vani ſunt Papiſtæ huc referentes vota V. T. ceremonialia, illa enim

VotaV. T. ceremonialia.

1. *Erant libera*;
2. *Verbo DEI regebantur*; neutrum horum in votis monaſticis obſervatur:
3. *Etiam vota* cum verbo DEI pugnantia ſunt reprehenſa: D. Chemn. p. 49.
4. *In N. T. nullum* extat de votis monaſticis mandatum: Ib. p. 50.
5. *Meritò igitur* relegantur vota iſtiuſmodi Papiſtica ad ἐντάλματα ἀνθρώπων, quibus fruſtrà colitur Deus, Matth. 15, 9. quin inter ipſas dæmoniorum doctrinas, 1. Tim. 4, 1. à quibus meritò pius quisq; abhorret. Opponimus autem Eſavvitæ aliud argumentum:

Quicquid non divinitùs, ſed humanitùs eſt inſtitutum, ortum ſuum habet ex mera κακοζηλίᾳ, pugnat cum lege Dei, natura & charitatis, adverſatur libertati conſcientiarum, conjunctum eſt cum ſuperſtitione & blaſphemia; ad id nemo hominum eſt alligandus.

Vota monaſtica evertuntur.

Talis eſt vita monaſtica Ergò.

Minoris probationem habet D. Echardus in Pandectis cap. 10. qu. 1. de monachis. In ſpecie de obedientia regulari ita argumentamur:

Quæcunq; obedientia regulis & traditionibus humanis nititur, ſub ſpecie cultûs divini commendatur, ſervos hominum vovent es efficit, 1. Cor. 7, 23. *præter Chriſtum alium religionis Magiſtrum eligit,* Matth. 23, 8, 10 *obedientiam DEO, parentibus & Magiſtratui debitam labefactat, illa ut impia DEO non placet.*

Obedientia regularis.

Talis eſt obedientia regularis ſive monaſtica, probante D. Echartô cap. 10, q. 5. p. 504. & ſeqq. *Ergò, ut impia Deo non placet.* Vide D. Lutherum Tom lat. Jen. 2. de votis monaſt. Tom. Germ. Jen. f. 231. & ſeqq. Jn Vrſachen vnd Antwort/ daß Jungfrawen Clöſter billich verlaſſen mögen. Item f. 381. & ſeqq. Geſchicht/ wie Gott einer erbarn Cloſter-Jungfrawen außgeholffen hat Tom. 4 Germ. Jen. f. 356. & ſeqq Fr. Vrſulen/ Hertzogin von Münſterberg Chriſtliche Vrſachen des verlaſſenen Cloſters zu Freyberg.

PARS II

Vidimus acta Chriſti cum publicanis & peccatoribus; reſtant acta cum Scribis & Phariſæis, quæ apologiam facti continet, quâ probat Chriſtus, ſe nihil quicquam delinquere, cum publicanis & peccatoribus familiariùs converſando, eosq; in gratiam denuò recipiendo. Apologia argumentô conſtat triplici:

1. *A ſimilitudine*, quâ Medico ſeſe confert non tantùm corporis, ſed animarum maximè, oſtendens, neminem magis opus habere Medicô quàm ægros. Cum itaq; publicani & peccatores ſint κακῶς ἔχοντες, hoc eſt, morbis internis, & ſpiritualibus conſcientiæ vulneribus laborantes, vitio ipſi verti non poſſe, ſi cum ægris ſuis familiariter converſetur, cibum etiam quandoque cum ipſis pro re nata capiat, ut à morbis liberati meliores & valentiores reddantur. Senſus argumenti eſt:

Medicus debet cum ægrotis, Medico opus habentibus, converſari & in eo tantum abeſt, ut reprehenſionem incurrat, ut ob diligentiam iſtam commendatione potiùs dignus cenſeatur:
Ego ſum Medicus, publicani & peccatores ſunt ægroti:
E. Me cum illis verſari æquum eſt, &c.

Perſtringit autem ſimul Salvator adverſarios ſuos, inquiens, illos non opus habere Medicô, qui rectè valeant: Phariſæi rectè valent, non quòd reverâ tales eſſent, ſed quòd benè ſibi valere viderentur, h. e. ſeipſos deciperent.

2. *Ab operis ſui pulcritudine*, hoc ſenſu:

Malè à vobis reprehenditur, quod à Scriptura S. mirificè commẽdatur:
Jam verò commendat Scriptura miſericordiam, φιλανθρωπίαν, humanitatem & benignitatem, quin in ἀληθείᾳ opera miſericordiæ operib. ceremoniarum & ſacrificiorum longiſſimè præfert.

E. Malè

E. Malè à vobis reprehenditur.

Minor probatur ex Oſe 6,6. quâ allegatione ſignificat Chriſtus, proprium ſuum officium eſſe, miſericordiâ affici erga miſeros peccatores, pungitq; ſimul adverſarios, quòd externis ceremoniis ac ſacrificiis ſine fide inhærentes negligerent charitatem erga proximum, & reliqua miſericordiæ opera, inter quæ vel maximè emineat opus errantes oviculas in viam revocandi & peccatores convertendi.

Officium Christi proprium.

Egregiè D. Calixtus diſcite (ait iis, qui ſe Doctores legis eſſe gloriabantur) quid ſit: miſericordiam (h. e. benignitatem & commiſerationem animi) volo, & non ſacrificium. *Maxima erat miſericordia, ad pœnitentiam vocare miſeros peccatores*, eam præfert Deus externo ſacrificio. Interim nõ negat ſe ſacrificiũ velle, quod inſtituerat ipſe; ſed oſtendit, *ſe malle miſericordiam, h.e. ſacrificium animi, internũ quàm externum.* Et ſi alterutrũ defuturũ, potiùs deſit, quod in carnalibns hoſtiis, quàm quod in cordis inclinatione cõſiſtit. Hunc n. eſſe ſenſum, patet ex iis, quæ Propheta ſubjungit: & cognitionem Dei magis, quàm holocauſta. Comparatè itaq; Chriſtus loquitur; quæ etiam cauſa fuit, quòd Chaldaicus paraphraſtes ita reddiderit: in iis qui exercent miſericordiam, voluntas coram me eſt magis, quàm in ſacrificio.

Concord. Evangel. p.181.

3. *Ab officii ſui amplitudine*: Non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores. Committitur à Scribis fallacia cauſæ: non enim ideò venit Chriſtus, ut cum peccatoribus converſando deteriores efficeret, aut in malitia confirmaret; ſed ut meliores redderet, quod fit per pœnitentiam. Argumentum concludit ita:

Qui facit, quod ſui eſt officii, ille reprehenſionem non meretur:
Ego facio, quod mei eſt officii:
E. Nullam meritus ſum reprehenſionem.

Minor probatur, quia veni in mundum, ut peccatores (juſtos enim reperio nullos) ad pœnitentiam agendam excitem, quò & ipſi ſalutem æternam conſequantur. Huic officio ut ſatisfaciam, neceſſum omninò eſt, me cum peccatoribus converſari. Benè autem notandum, quòd Chriſtus dicat ſe non vocare homines ut peccatores maneant, ſed εἰς μετάνοιαν, ut agnitis ex lege peccatis, vere de iiſdem doleant, dehinc *Meſſiam* ex Evangelio agnoſcant, verâ fiduciâ miſericordiæ Dei in Chriſto promiſſæ ſe erigant, vitamq; in poſterum ſanctam & inculpatam agant.

Finis Adventus Christi.

Digitized by Google

USUS

I. Informatorius.

Chriſtus Medicus & cur.

I. De Chriſto præſtantiſſimo animarum noſtrarum Medico. Medicus vocatur propter
1. *V.T.promiſſionem*: Exod. 15, 26.
2. *Typorum completionem*. Num.21,9. Joh.3,14.
3. *Adſimilationem*; ubi notetur

Peccati cum morbo comparatio

1. *Peccati cum infirmitate comparatio*, conſiſtens
1. *In hereditaria acquiſitione*; Pſal. 51.7. Rom.5,12.& ſeqq.
2. *In malitioſa depravatione*; Sir.38.15.
3. *In mortis prædictione*; Gen.2,17.
4. *In Medici imploratione.*

Chriſtus, quomodo Medicus noſter factus.

2. *Chriſti cum Medico collatio*: Medicus enim noſter factus eſt
1. *A DEO veniendo*;
2. *Ægrotos accedendo*;
3. *Infirmos ſanando*;
4. *Fidelitatem adhibendo*;
5. *Contrariis curando*;
6. *Ingredientia conterendo*;
7. *Medicamenta adplicando*;
8. *Diætam præſcribendo*. Joh. 5,14.

Tria hominum malorum genera.

II. De tribus hominum generibus, qui Medici beneficiis & pharmacis non fruuntur:

1. *Sunt hypocritæ*, opinione propriæ juſtitiæ turgidi, ideoquè Medicô ſe opus habere non putantes:
2. *Impœnitentes*, Medicum adſpernantes;
3. *Deſperantes*, Medicum fugientes, eumq; non Medicum, ſed carnificem eſſe fingentes,

III. De cultu DEI externo abſq; fide & charitate fruſtraneo.

IV. De officio Chriſti, & fine adventus Chriſti in hunc mundum. 1.Tim.1,15.

V. De Spirituali noſtra ægritudine, Eſa. 1,6. Pſal.38. 4.6. Rom.5,6 Pſ.103,3. Eſa.53,5. 1 Johan.1,7.

VI. Quòd periculoſiſſimè laborent, qui morbum non ſentientes, ſanos ſeſe putant, cùm omnium ſint ægerrimi & morti vicini Joh.9,41.Luc.16,15. & 18,9. Rom. 10,3.

II. Con-

Digitized by Google

II. Conſolatorius.

1. Ex Chriſti adventu, qui eò fine factus, ut peccatores ſalvos faceret: nemo ergò in peccatis ſuis deſperet. 1. Tim. *1, 15*. Pertinet autem hæc conſolatio tantùm ad pœnitentes, ceteros manet ſententia. *Matth. 7, 23. & 25, 41.*

2. Ex miſericordiæ divinæ abundantia, quâ magis Deus delectatur, quàm ſacrificiis. Jer. *32*, 41.

3. Ex ſalutari Chriſti medicina, Ezechel. *34, 16*.

III. Monitorius.

1. Ut in omnibus tentationibus & adflictionibus ad Chriſtum confugiamus. *Matth. 11, 28*,

2. Ut peccata tantò majori ſtudiò caveamus: non enim vocat Chriſtus peccatores ad licentiam carnis, ut in ſceleribus pergant; ſed vult, ut ſeriò reſipiſcant, & peccata devitent.

3. Ut clementiam Dei in Chriſto per fidem ita adprehendamus, quò veram pœnitentiam vitæ emendatione demonſtremus.

IV. Refutatorius.

Pontificiorum *1. calumniantium*, immò audacter mentientium, nos in hoc dicto Oſe. 6, 6. explicando omnia tollere ſacrificia, tàm Ceremonialia, quam Spiritualia. Scherer. part. 1. poſtill. p. 307. Die Sectiſchen Clamanten vnd Scribenten verſtehen dieſen Spruch dahin/als ob dadurch alles Opffer verworffen werde. Multa malus Eſavvita dicit, pauca probat. De Sacrificiis Leviticis ac Ceremonialibus V. T. res per ſe eſt plana, deſiiſſe illa N. T. temporibus, niſi velint Eſavvitæ Judaiſmum antiquatum denuò introducere, hoc eſt poſt, lucem exortam tenebris omnia involvere. Spiritualia nos tollere ſacrificia, puta preces, Dei laudes, eleemoſynas, prædicationem Evangelii, &c. ſpiſſum ac craſſum, immò ſex jugera longum, hoc eſt, tripode Eſavvitic ô perquam dignum, e ſt mendaciū, & contrarium publica noſtratium monumenta dudum evicerunt.

Papiſtarum calumnia, nos omnia tollere ſacrificia.

Sacrificia ſpiritualia.

Committit autem σόφισμα παρὰ τὸ πῇ, quòd nos ſecundum quid, certoq; quodam reſpectu adſerimus, illud uti ſimpliciter dictum pro ſpiritu ſuo arripit. Sacrificia deſtituta fide ac charitate, ceremonialia, ex opere operato oblata, improbat Chriſtus, & his præfert opera miſericordiæ. Sed Sophiſticari, fallere, decipere, mentiri & calumniari, proprium eſt Eſavvitarum in quarto modo; ulteriori itaque reſponſione, veritate in aprico poſitâ, opus non eſt. Totum verò hoc negotium ideò tantopere urget, ut probet miſſæ ſacrificium incruentum eſſe N. T. proprium, idq; non diſſimulat Jeſucida, producendo locum Mal. 1, 11. ubi phraſi. V. T. cultus N. T. indicatur & deſcribitur: Schererus verò cum univerſo Eſavvitarum ſuorum manipulo cenſet, Miſſæ ſacrificium eſſe prædictum. At à genere ad ſpeciem affirmatè non valet conſequentia. Vide D. Chemnit. part. 2. Exam. Stramineum hoc fundamentum multoties quoque aliàs à noſtratibus eſt dirutum. Nolo attingere, quæ fabulis ſuis hoc loco ſuperſtructa Eſavvita pro flagellandis Lutheranis profert, de eſu carnis, de virginitate, de traditionum præ Scripturis ſacris antiquitate, meris enim petitionibus principii ludit. Illud autem intactum relinqui non debet, quòd

Verſionis vulgatæ, quàm Græcæ in N. T. auctoritatem eſſe majorem Jeſuitæ tradunt.

2. *Dictus Eſavvita tradit*, maiorem eſſe vulgatæ verſionis, quàm Græcæ auctoritatem: omiſit enim interpres verba, ad pœnitentiam. Sic autem ille: Ewer Lieb vnnd Andacht haben ſchon offtermals von mir gehört / das der Lateiniſche Text weit gerechter ſey / als der jetzige Griechiſche. Hæc ideò ſcribit, ut canonem conciliabuli Tridentini ſtabiliat, qui ſublatis fontibus Hebraicis & Græcis, vulgatam Latinam verſionem, multis corruptelis ſcatentem, auctoritate plus quàm prætoriâ, nobis pro norma ac regula obtrudere præſumit. Quid verò de verſione iſthac ſit ſtatuendum, præter alios edocuit D. Hunnius, controverſiâ generali primâ contra Bellarmin. lib. 2. cap. 10. & ſeqq. nos hîc receptui canimus, & ad tertiam diſpoſitionem properamus.

DISPO-

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

De S. Matthæo ſeptem Diſcipulus de Temp. commemorat privilegia: Papiſtica Matthæi privilegia.

1. Quòd Chriſtus eum ad Apoſtolatum vocaverit;
2. Quòd inter quatuor Evangeliſtas primus ſit in ordine;
3. Quòd Evangelium ejus frequentius in Eccleſia legatur;
4. Quòd ſit *Martyr*, Apoſtolus & Evangeliſta, in quo omnes Sanctos in cœlo præcellat;
5. Quòd octavum Symboli articulum compoſuerit;
6. Quòd feſtum illius hodiè ſolemniter celebretur, vigilia autem feſti ſub præcepto jejunetur.
7. Quòd quotidie per totum annum in omnibus miſſis nominetur: Unde prætoriâ poſtmodum auctoritate jubet S. Matthæum invocare, tanquam ſingularem patronum & adjutorem in omnibus infirmitatibus. Ita toti ſunt Papiſtæ in Sanctorum virtutibus & (quæ vocant illi) meritis efferendis, nec non in ἀγιολατρείᾳ, nuſpiam Scripturaiū præcepta, paſſim verò prohibita, inculcanda. Sed cœci ſunt, cœcorumq; ductores Matth. 15, 14. omittendi igitur, & Sancti ita honorandi, ne Deus inhoneretur aut blaſphemetur. Ipſe Matthæus ab hac ſui adulatione videtur alienus, nullas enim de ſe virtutes prædicat, ſed ſuam infirmitatem commemorat, & de pœnitentia omnibus, etiam ſanctiſſimis hominibus perneceſſaria, Pſalm. 32, 6. Chriſtum differentem inducit. Huc cogitationes nos quoque noſtras jam dirigentes *pœnitentiarium Chriſtianum contemplabimur, & quid eundem deceat dedeceatvé, filum ſecuti textûs prælecti edocebimus.* Pœnitentiarius Chriſtianus.

Ἐξήγησις.

Pœnitentiam Chriſtianam, qui omnium calamitatum, immò omnium tormentorum infernalium remedium dixerunt, verè dixiſſe æſtimandi ſunt. Et profectò ea eſt Dei noſtri clementia ac bonitas, ut in verè reſipiſcentibus injuriarū quodammodo

ſuarum obliviſcatur, quaſi nulla in re violatus eſſet. Ne igitur hoc tàm ſalutari pœnitentiæ fructu deſtituatur, diſcat *pœnitentiarius Chriſtianus* maturè

Miſeria hominis poſt lapſum.

I. Miſeriam & corruptionem ſuam conſiderare. Hic ſtatus eſt peccati poſt lapſum, cujus imaginem nobis exhibet Matthæus ante converſionem ſuam, cœno adhuc peccatorum immerſus. Putant nonnulli fuiſſe ipſum è tribu Levi oriundum, defeciſſe autem à ſtudio ſacro ad profanum, ab ἱερατικῆς ad χρηματιστικὴν, à Deo ad diabolum. Ita incidit miſer in conſortium hominum iniquiſſimorum, factus ex confeſſore Dei publicanus. Sedet enim hîc ad telonium & exercet publicanorum officium, qui vectigalia ab hominibus extorquebant magis, quàm exigebant. Unde Gloſſ. ord. eum vocat *hominem pertinaciter lucris inhiantem.* In memoriam tantæ miſeriæ ſuum ipſius peccatum Matthæus in literas referre voluit, propriò ſemet nomine appellans. Theophylactus: *Admirare Evangeliſtam, quomodo vitam ſuam invulgat, quam occultârunt alij eum appellantes Levi.* Gen. 6, 5. & 8. 21. Job. 15, 14. *Rom.* 3, 4. 22. & 8, 7. & 11, 31. Epheſ. 2, 5. Pſalm. 14, 3. & 143, 2. Prov. 20, 9. Eccl. 7. 21. Eſa. 53, 6. Joh. 3, 6. Gal. 3, 22.

Deus peccatores miſericordia ſua prævenit.

II. Miſericordiam Dei ponderare, quâ peccatores, ſine ullis ſuis meritis præcedentibus, immò nihil tale ſæpius cogitantes prævenire ſolet. Niſi n. Chriſtus præteriẽs in Matthæũ gratiæ ſuæ oculos cõjeciſſet, haud dubiè peccatis ſuis planè immerſus, in tartarũ imũ demerſꝰ ille fuiſſet. Gloſſ. ord. *Vidit nõ tàm corporeò, quàm miſericordi intuitu.* Theophyl. *Dei opus fuit, ſolò verbô eũ cõverti.* Baſilius: *Sine Deo incohoante, adjuvante & cooperante nihil boni facimus.*

Converſio eſt opus Dei. Mediatum.

Eſt ergò converſio hominis vera ſolius Dei opus: homo enim propriis ſuis vitiis nec ad gratiam ſeſe applicare, nec ad Deum convertere poteſt. Ezech 11, 19. 20. & 36, 26. Jerem. 31, 18. Joh. 6, 44. 1. *Corint.* 3, 5. 17. 1. *Corint.* 3, 6. Non tamen immediatè converſionem Deus operatur, ſed per publicum verbi & Sacramentorum miniſterium. Johan. 15, 26. 27. Matth. 10, 20. Luc. 16, 27. 29. Rom. 10, 6. 8. 9. 14. 17. 1. Corint. 1, 21. Johan. 3, 5. Tit 3, 5. 1. Petr. 1, 23. 25. 2. Cor. 2, 14. & 5, 18. 20.

Vocationi Dei obtemperandum & quomodo.

III. Vocationi divinæ obtemperare. Facem nobis præfert Matthæus, qui continuò perceptâ vocatione ſurrexit, & ſecutus eſt vocantem Chriſtum.

Secutus autem eſt

Celeri-

Digitized by Google

1. *Celeriter*: *Sir. 5, 8.*

2. *Convienter*: addit enim Lucas, eum relictis omnibus ſecutum fuiſſe Dominum, hoc eſt, reliquiſſe propria, qui rapere ſolitus fuerat aliena:

3 *Lætanter*, cujus rei documentum eſt convivium, quô Chriſtum excepit, honorarium:

4. *Perſeveranter*, ad ipſam uſq; mortem. Tanto nim. ille ſequendi Chriſtum ardore flagrabat, ut non eum pecuniarum amor, quas habebat, non lucra, quæ ſperabat, non hominum judicia, non obtrectationes ullæ à propoſito deterrere potuerint. 1. Corinth. *7, 17.* 20. Gal. 1, 16, Epheſ. *1, 18.* & *4, 1.* 1. Theſſ. 2, 12. Deut. 27, 10. 1. Samuel. *15, 22.* Pſalm. 81, 14. Beda: *Secutus eſt eum tàm corpore, quàm mente: non levitate ductus. ſed veritate operum & divinâ potentiâ intùs operante tractus.* Gl. ord. *Perfecta obedientia & perfecta abrenunciatio: & lucra reliquit, nec periculum à principibus timuit, quòd rationes vectigalium imperfectas reliquit cupidus ſequendi Chriſtum.*

IV. Vitam priori depoſitâ malitiâ emendare. Matthæus enim ſemel relictô teloniô nunquam eò reverſus eſt: ita quicunque ſemel peccati jugum excuſſit, & ad veræ pietatis ſtudium translatus, veteris vitæ ſceleribus nuncium remiſit, is omnia priùs perpeti, quàm ad vomitum redire debet. Matth. *3,* 8. Actor. 26, 20. Philip. *1, 11.* Amos *5, 14.* Pſalm. *34,* 15. & *37, 27.* Eſai. 1, 16. Eph. 4, 28. 1. Per. 4, *2.*

V. Gratitudinem declarare, cujus argumentum non mediocre edidit *Matthæus*, ſplendidum in ædibus ſuis convivium Domino inſtituens. Cumprimis autem gratos nos eſſe decet, pro illa DEI benigniſſimi bonitate, quam noſtrâ poſt lapſum reſtauratione abundè in Chriſto Filio ſuo demonſtravit. Epheſ. *1, 3.* Tit. *3,* 5. 1. Petr. 1, *3.* Sap. 1, *13.* *Deut.* 33, *3.* Ezechiel. *33, 11,* Pſalm. 103. v. 8. 13. Gratitudo.

VI. Salutem proximi procurare. Facit enim ex nova vocatione oborta hilaritas, ut Matthæus omnes alios ad Chriſtum adducere, & felicitatis ſuæ participes efficere laboraverit. Hinc Theophylactus: *Gaudens*, inquit, *Matthæus, quòd ad ſe diverti ſſet Jeſus, publicanos alios vocavit. Chriſtus autem ſimul veſcebatur cum eis, ut eis prodeſſet, tametſi propter hoc malè audiret.* Vocavit autem Matthæus ſuæ quondam farinæ homines, publicanos & peccatores; gloſſa addit pœnitentes, exemplô Matthæi veniam ſperantes. Proximi ſalus curanda

rantes. Bonum præſagium, jam ejus exemplò multi convertuntur: jam poſt ſe multos trahit. Apoſtolus & Doctor gentium futurus. Vid. pr. diſp.

Hoſtes gratiæ non curandi.

VII. Gratia ac converſionis hoſtes non curare. Calumniis enim & obtrectationibus Phariſæorum, factum Chriſti vellicantium, Matthæus nihil movetur. *Phariſæi*(inquit Theophyl.) *volentes diſcipulos ab eo avellere accuſabant publicanorũ convivium: at beatus, qui non offenſus fuerit in me*, ait Salvator. Matth. 11, 6. Levit. 19, 16. Prov. 4, 24. Sir. 8, 13. Matth. 7, 1. 2. 1. Corinth. 5, 11. Eph. 4, 27. 31.

Medicus Chriſtus ſequendus

IIX. Medicum cœleſtem ſectari. Medicus (uti gl. ord. habet) eſt Chriſtus. Valentes ſunt, qui ignorantes Dei juſtitiam, ſuam volunt adſtruere. *M*ale habentes, qui conſcientiâ victi, non ex lege, ſed ex gratia quærunt juſtificari. *Hic ergò Medicus* (pergit. gl.) *& ſuſceptos pœnitentes ampliùs in fide confortat, & ſuperbos ad humilitatis & pietatis gratiam provocat.* Theophylactus: non veni nunc tanquam judex, ſed *M*edicus, unde & fœtorem fero. Vide præc. diſp.

Hypocriſis

IX. Hypocriſin devitare: *P*hariſæi enim hypocritæ (ait Theoph.) taxant, per hoc ſe mundos facere ſtudentes. Tit. 1, 16. 2. Corinth. 5, 12. 2. Tim. 3, 5.

Opera miſericordiæ.

X. Miſericordia opera præſtare; hæc enim ſacrificiis, ex opere operato ſine fide oblatis, longè præferuntur. Ite & diſcite, (inquit Salvator) h. e. quia hactenus non didiciſtis, vel ſaltem nunc ite & diſcite, quòd Deus majoris facit miſericordiâ in peccatores, quam ſacrificium, uti Theoph. exponit Gl. ord. diligentiùs ſcripturas inquirite. Vide præced.

Juſtitia propria nulla. Theophyl.

XI. De propria juſtitia deſperare: non enim veniſſe ſe dicit Chriſtus ad vocandum juſtos, (gl. ord.) falsò ſe juſtificantes. Quòd autem dicit, non veni vocare juſtos, per ironiam dicit, h. e. vos qui juſtificatis vosmetipſos; quia nullus hominum erat juſtus. Exod. 34, 7. 1. Reg. 8, 46. Job. 4, 18. & 9, 2. 3. & 15, 15. & 25, 4. Pſ. 19, 4. & 143, 2. Proverb. 24, 17. Luc. 17, 10. Rom. 3, 10. & 9, 30. 31. 23. Matth. 5, 20. Luc. 16, 15. & 18, 14.

XII. Officium Chriſti magni æſtimare. Conſolatione enim pleniſſimus eſt epilogus: veni vocare peccatores (non ut maneant peccatores, ſed) ad pœnitentiam. *M*atth. 1, 21. Actor. 10, 43. *P*ſalm. 130, 8. Eſa. 33, 24 Jerem. 31, 34. & 33, 8. Ezechiel. 37, 23. Oſe. 14, 5. Daniel. 9, 24. Johan. 1, 29. Coloſſ. 2, 13. 14. 2. Corinth. 5, 18, 1. Johan. 1, 7. Apocal. 1, 5. Epheſ. 1, 7. Heb. 13, 14. *Matt.* 11, 28.

IN

IN FESTO MICHAELIS

Archangeli, Evangel. Matth. 18. à v. 1 ad 11.

DISPOSITIO PRIMA

PRæſentis feſtivitatis Evangelium pertinet ad genus cauſarum tùm demonſtrativum, ob factum, quod Evangeliſta recenſet; tùm deliberativum, ob varia τὰ πιθανὰ, quibus Salvator in humiliandis ac in officio retinendis diſcipulis utitur.

Partes continet tres:

I. *Diſcipulorum interrogationem, cum adnexa Chriſti reſponſione;*

II *Parvulorum commendationem;*

III. *Brevem de Angelis concionem.*

PARS I.

Ad primæ partis explicationem ſpectat,

1. *Temporis obſervatio:* Contingit hoc factum ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, in illa hora nim. poſt factam didrachmorum ſolutionem. Quandoquidem enim Chriſtus nō pro omnibus, ſed pro ſolo Petro ſtaterem locô tributi ſolviſſet, hinc ſiniſtra Apoſtolorum reliquorum animos invaſit opinio, quaſi Petrus ſingulares haberet præ reliquis Apoſtolis prærogativas. Atq; ea opinio anſam ſtatim præbuit quæſtioni de primatu.

2. *Interrogantium notatio.* Hi ſunt ſelecti Chriſti Apoſtoli, præcipua Eccleſiæ membra, futuri totius terrarum orbis Doctores, pauperes quidem & ſimplici tunicâ amicti, ſed ambitionis œſtro perniciosiſſimô perciti. Ter enim Satanas eos hoc peccatô tentavit. *Matth.* 18, 1. & ſeqq. Matth. 20, 24. & Luc. 22, 24. Vide feſtum Jacobi & Bartholomæi. In diſcipulis autem illud laudem meretur aliquā, quòd poſt varias cōtētiones tandē *Magiſtrū* ſuū accedētes, animi ſui morbū ipſi apperuerint, atq; ita totius negotij dijudi-

pondere. Jurat; ergò rem ſeriam agit: dicit vel edicit diſcipulis; hanc enim obedientiam ipſi Magiſtro ſuo jure debebant.

2. *Converſionem*, additâ ratione à periculoſo: Niſi enim converſi fueritis, non ingrediemini regnum cœlorum: q. d. Jam altos ſpiritùs geritis, & ferimini juxta communes mundi mores; quin Evangelium tantùm meum, uti adparet, propterea ſectamini, ut in regno quodam picto & ficto, quale à me conſtituetur nunquam, magni & potentes efficiamini; quiſque enim veſtrum major cupit haberi ceteris: At ego dico & edico vobis, ſi vultis in regnum cœlorum ingredi, curſus retrô flectendus, & abjectâ malitiâ, ſuperbiâ & nocivâ illâ dominandi libidine, feriâ peccatorum deteſtatione & converſione opus eſt. Converſionem.

3. *Puerorum adſimilationem.* Gravis eſt oratio Chriſti: niſi efficiamini ſicut pueili, non ingrediemini regnum cœlorum. Non loquitur de vitiis parvulorum, quibus illi ſunt obnoxii; hæc enim imitari non jubet. 1. Chrinth. *14, 20.* Epheſ. *4. 14*: ſed oſtendere voluit in pueris priſcæ innocentiæ quoddam quaſi veſtigium. Puerorum adſimilationem. Puerorum mores.

Pueri enim

1. *Nihil ſibi arrogant*;
2. *Nemini imperant*;
3. *Seſe non exaltant*;
4. *Alios præ ſe non contemnunt*;
5. *Diſciplinam ferunt*;
6. *Correctionem non recuſant*;
7. *In adverſis ad parentes ſuos confugiunt*;
8. *Reconciliationem facilè admittunt*, ſeipſos non vindicantes.

Applicatio ad Chriſti diſcipulos, omneſque adeò Chriſtianos eſt facilis.

4. *Humiliationem*, quam ſuadet argumentô ab exemplo & utili deſumtô. Quiſquis demiſerit ſeipſum, ſicut eſt puellus iſte, hic eſt ille maximus in regno cœlorum: Ita quod priùs *negativè* dixerat, ſuperbos & ambitioſos non fore heredes regni cœleſtis, idem *affirmativè* quoque proponit; humilitatem ſectantes, qualis e. g. eſt in puellis, eſſe ingreſſuros, immò maximos futuros in regno cœlorum: non quòd humilitas cauſa ſit ingreſſûs iſtius, vel efficiens, vel meritoria; ſed quòd virtus iſthæc veræ fidei ſit quidam quaſi fructus ac τεκμήριον. In foro enim Juſtificationis non quæ ſimul ſunt, ſimul etiam ad unum eundemque effectum producendum operantur & concurrunt. Humilitatem. Humilitas non cauſa ſalutis, ſed ſignum fidei veræ.

Poriſmata & Theoremata Theologica primæ partis.

De ambitione cavenda.

I. Diabolus omnibus omnium ordinum hominibus ambitionis vitiô inſidias ſtruit, à quo renati etiam non planè immunes deprehenduntur. Sir. 10, 29. Matth. 6, 2, Galat. 5, 26. & 6, 3. Philip. 2, 3. Luc. 14. 8. Numer. 12. 1. & ſeqq. Matth. 20, 20. Luc. 22. 24.

II. Omnes autem homines, maximè Theologi ab hoc vitio ſibi caveant; per hoc enim vitium multæ hæreſes & contentiones in Eccleſiam ſunt invectæ. Matthæi 23, 8. 1. Cor. 2, 1. 2. Cor. 3, 1. 1. Tim. 3. 6. 2. Theſſ. 2, 4.

Politici quidam Theologis inviſi.

III. Politicorum quoque non pauci Theologos, in eminentia & gratia aliqua conſtitutos, præ ambitione & invidia ferre non poſſunt.

IV. Diabolus primatus affectione Eccleſiam N. T. ſollicitare nunquam deſiit. Vide feſt. Jacob. & Barthol. D. Hunn. in Matth. p. 610.

V. In rebus dubiis & difficilibus os Domini eſt interrogandum. Eſa. 30, 2. Sir. 10, 29. Prov. 19, 20. Exod. 18, 19. 1. Sam. 3, 9.

Primatus Papæ evertitur.

VI. Primatus Papæ de ponte, quod ajunt, hoc locô planè dejicitur. Si enim talem, qualem Papicolæ fingunt, Petri primatum conſtituere Chriſtus voluiſſet, reſpondere ſimpliciter potuiſſet, Petrus erit maximus & primus omnium in regno cœlorum. Vide feſt. Petri & Paul. Jacob. & Barthol.

VII. Quicunque ὑπεροχὴν ſive eminentiam inter fratres in Eccleſia appetunt, non ambitione, ſed humilitate opus eſſe ſciant. 1. Sam. 2. 8. Eſa. 66, 2. Matth. 20, 26. Rom. 12, 16.

IIX. In Eccleſia unus & ſolus Chriſtus eſt ὁ πρωτεύων. Col. 1, 18. Eph. 1, 22.

Primatus arguit Anti-Chriſtū.

IX. Quicunque primatum iſtum ſibi arrogat, eôque Eccleſiam potiùs opprimit, quàm erigit, is Anti Chriſti titulum meretur. 2. Theſſ. 2. 3. & ſeqq. 2. Timoth. 3, 1. 2. & ſeqq. Pſalm. 10, 2. & ſeqq. Daniel. 11, 21. & ſeqq.

Gradus.

X. Dignitatum tamen gradûs hac Chriſti ſententiâ nullatenus tolluntur: qui enim illuſtribus præ aliis donis ſunt inſtructi, ratione *ordinis* meritò inter alios eminent. 1. Corinth. 12, 5. 6. Epheſ. 4, 11. Act. 20, 28. 1. Corinth. 7, 7. Matth. 25, 14. 15. Rom. 12, 6.

XI. Donis autem à Deo acceptis ſuperbiendum non eſt, ſed iiſdem

Digitized by Google

iiſdem pro virili omnibus eſt inſerviendum. Sapient. 8, 21. 1. Cor. 10, 31. & 14, 1. Rom. 15, 2. Matt. 23 8. Rom. 12, 16. 1. cor. 4, 7. & 12, 7.

XII. Humilitati piis omnibus eſt ſtudendum. *Prov.* 25, 7. Soph. 2, 3. Job. 22, 29. Eſai. 57, 15. Sirac. 3, 21. 1. Petr. 5. 6. Jac. 4, 10.

XIII. Humilitas iſta non potiſſimùm conſiſtit in veſtium vilitate, nec in externis ad fallendum accommodatis geſtibus, quibus plerunque Monachi & Eſavvitæ in Papatu hómines imponunt, ſupra Deum interim & omne, quod dicitur Deus, ſeſe efferentes. Col. 2, 18. 23. 2. Theſſ 2, 4. Humilitas Monaſtica.

XIV. Verè humilis coram Deo eſt is, qui Humilis coram Deo.

1. Nihil ſibi arrogat;

2 De ſe magnifice non ſentit;

3 Fratres non deſpicit;

4. Superioritatem non adfectat;

5. Donis non ſuperbit;

6. Omnibus inſervire paratus eſt;

7. Offenſas facilè remittit.

XV. Summi etiam viri inter infantes ſedere, nec donis ſuis ſeſe efferre diſcant. Sir, 3, 21.

XVI. De hominibus idoneis in conſilium adhibendis Eſai. 30, 2. Jerem. 1, 9. Matth. 10, 20. Luc. 10, 16. 2. Cor. 5, 20. Sir. 34, 9. & 337. 20. 21. 26.

XVII. Chriſtus æqualiter habuit omnes Apoſtolos, ut quem reliquis vellet præſtare, conſtare inter ipſos non potuerit. Æqualitas inter Apoſtolos.

XIIX. Privata confeſſio & abſolutio vel eam ob cauſam eſt retinenda, ut ſcrupuli omnes conſcientiis anxiis eximi queant.

XIX. Religioni non eſt imputandum, quando contentiones de quæſtionibus religionis, ſchiſmata & hæreſes oriuntur. 1. Cor. 11, 19. Luc. 2, 34. 2. Tim. 2, 9.

XX. Reprehenſio Chriſti falſitatis arguit Papiſtas, ambitionis vitium ab Apoſtolis removentes, atque ita lapſûs eorum excuſantes, quos tamen ipſi in literas retulerunt. Luc. 22, 26. Matth. 20, 23. 1. Johan, 3, 4. Rom. 12. 16. Sir. 3, 20. 21.

XXI. Particula niſi evincit, regni cœleſtis hereditatem non pendere ab abſoluto Dei decreto, ſed ad certum ordinem, divinitùs præſcriptum eſſe alligatam Eph. 1, 4. 1. Cor. 2, 7. Eph. 3, 11. 1. Theſſ. 5, 9. Joh. 3, 16. Marc. 16, 16. Eſ. 45, 22. 1. Tim. 2, 4. Abſolutum decretum

XXII. Puerilis ac humilis ſimplicitas in rebus fidei plùs

valet, quàm ingenii humani ἀγχίνοιαν, aut ſubtilitates philoſophicæ, Sapient. 9 16. Job. 5, 9. Sir. 42, 23 & 43, 29. Eph. 4, 18. 1. Cor. 2, 14. & 3, 19. Eſ 55. 8. Joh. 3. 31. Roman. 11, 33. Matth. 11, 15. Coloſ. 2, 4. 1. Tim. 6, 20.

Parvuli in limbum puerorum non remittendi.

XXIII. Parvuli à participatione ſalutis nullô modô excludendi, multò minùs poſt mortem in limbum aliquem habitationum infernalium fictum ablegandi Marc. 10, 14. Actor. 10, 34. Gal 3. 28.

Imitatio parvulorũ.

XXIV. Parvuli nobis ſunt imitandi non in malitia, 1. Cor. 14, 20: ſed.

1. *In lactis appetitione: 1. Petr 2, 1. 2. 3.*

2. *In prompta fidei adhibitione, 1. Joh. 5. 10.*

Parvulorũ commenta.

3. *In Humilitate & ſimplicitate.* Vidi plura apud D. Winckelm. Comm. in Marc. p. 281. & 282.

PARS II.

Subjicit jam Salvator egregiam parvulorum, de quibus loqui cœperat, σύστασιν à verſ. 5. ad 11. quæ verba continent.

I. *Συστάσεως ſive commendationis occaſionem*, quam diſcipulorum ſuppeditavit arrogantia, de qua primâ enarrationis parte jam modò audivimus.

II. Ipſam commendationem, quæ quatuor membris abſolvitur.

1. *Propoſitione*; ea habetur verſ. 5. hoc ſenſu: volo & jubeo, ut parvulos & infantulos ſuſcipiatis. Ut enim Apoſtolos alta ſapientes, ad puerilis humilitatis imitationem tantò magis permoveret, pueros ſibi quaſi ſubſtituit. Bis ſtulti ſunt Pontificii, puerum, quem in medium produxerat, fuiſſe Martialem, Petri poſtmodum diſcipulum, ſine ſomnio ſomniantes. Non enim tàm ad individuum, quàm ad qualitatem puerilem oculum intendere voluit Salvator.

2. *Confirmatione*, quæ duas profert rationes; quarum,

1. *Ab honeſto vel utili* eſt deſumpta. Apertè enim pronunciat Dominus, ſe receptionem iſtam puerorum, quâ omnis generis officia & beneficia complectitur, eôdem locô habiturum, ac ſi in ſeipſum eſſet collata. Addit, *in nomine meo*, hoc eſt meô man-

Digitized by Google

mandatô, vel intuitu mei, qui pueros paternô planè amore proſequor; idq; vel inde liquet, quòd adjicit ampliſſimam retributionis promiſſionem, fore nim. ut qui parvulis Chriſti juſſu receptis, benefaciant, in Chriſto habituri ſint bonorum omnium plenitudinem h.e. largiſſimam benedictionem. Argumentum Salvatoris ita concludit: *In nomine Chriſti ſuſcipere.*

Quicunq; honeſtum ſibi & proficuum fore putat, ſi Magiſtrum & Dominum ſuum recipiat, is parvulos recipere, illis benefacere, eosdemq; quocunq; poteſt modô juvare haud pragravabitur.

Vos diſcipuli mei boneſtum vobis & proficuum fore putatis, ſi me Magiſtrum & Dominum veſtrum recipiatis:

Ergò parvulos recipere, &c. haud pragravabimini.

2. *A periculoſo ſive inutili*, καὶ ἀλυσιτελεῖ; beneficentiæ enim opponit offenſionẽ. Jam quemadmodum illius *pramium* vel remunerationem promiſit: ita hujus *pœnam* minatur omnibus iis, qui pueros ſcandalizaverint. Quisquis offenderit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collum ejus, ac demergatur in profundum maris.

In his verbis notando venit;

1. *Subjecti limitatio*; loquitur de puſillis in Chriſtum credentibus: manifeſtè ſignificans, eſſe illos veræ in promiſſũ mundi Meſſiam fidei participes, quantumvis nulla hominis ratio capiat, quomodo credere valeant. Neq; tamen hoc ita accipiendum eſt, ac ſi liceret ſcandalizare adultos, aut incredulos, (obſtant dicta 1. Cor. 10, 32. & 2. Cor. 6, 3.) ſed ita loquitur Chriſtus, ut medeatur ſuperbiæ noſtræ, quæ plerumq; ad perpetrandum ſcandalum nos impellit, ut annotavit D. Chemnitius, Harm. Evangel. pag. 1734. *Fides infantium.*

2. *Prædicati determinatio.* Offendere h.l. ſignificat, non tantùm afflictionem vel læſionem, indignè parvulis illatam, ſed omne etiam id, quo impedimentum alicui objicitur, ut impingat, in curſu pietatis retardetur, & peccandi occaſionem ſumat; ſive id fiat improbitate morum, ſive perverſitate doctrinæ. In Græco eſt verbum σκανδαλίζειν, quod Grammaticis derivatur, ἀπὸ τ̃ σκάζειν, à claudicando, quod objectum offendiculum cogat claudicare, & ad ruinam tendere. Vide D. Chemn. p. 1731. *Scandalizare. σκανδάλου.*

3. *Pœna denunciatio*, propoſita τῷ λόγῳ συγκρίσεως, factâ collatione cum eo, qui ſuſpenſa de collo mola aſinaria in mare

ſuffocandus projicitur. Erat hoc ſupplicii genus apud Judæos inter omnia atrociſſimum; indigni enim judicabantur ejuſmodi homines, qui nunquam vel Solis adſpectu, vel aëris beneficiò iterum fruerentur. Ex pœnæ itaq; atrocitate culpæ magnitudinem Chri-

Mola aſinaria. ſtus vult æſtimari. Mola autem aſinaria dicitur, ad differentiam molæ truſatilis. Porrò exemplum pœnæ inter temporales maximæ pœnam notat inferni longè atrociſſimam. Argumentum eſt tale:

Quicquid cum maximo periculo eſt conjunctum, & graviſſimas, imò æternas accerſit pœnas, illud ad parvulorum receptionem calcar addere vel maximè debet.

Atqui offenſio, neglectio, læſio & ſcandalizatio parvulorum ita ſe habet Ergò &

3. *Amplificatione vel dilatatione*, quâ ὑπόϑεσιν transferendo ad ϑέσιν, digreditur in locum communem ſive doctrinam, generalem de ſcandalo: ubi obſervatione digna eſt,

Væ dolentis. 1. *Chriſti exclamatio*: Væ mundo à ſcandalis! Væ h.l. dolentis eſt, ob ſcandala nim. in mundo futura admodum vulgaria. Vocula autem væ in ſacris aliàs temporalem ſimul & æternam maledictionem quaſi cœlitùs denunciat.

Neceſſitas ſcandalorum qualis 2. *Neceſſitatis ſignificatio*: neceſſe eſt, ut veniant ſcandala. Loquitur de neceſſitate non *abſoluta*, quæ impediri nequit; ſed ἐξ ὑποϑέσεως *conditionata*, quâ ex præſuppoſitione cauſarum aliquid ſequitur. Veniunt itaq; ſcandala, non vi decreti divini, ac ſi Deus neceſſitatem hominibus ſcandalizandi imponat; ſed reſpicit Chriſtus diabolum & organa ejus. Is enim varias hominibus objicit ſcandalorum occaſiones; hi autem oblatas arripiunt; atq; ita adminiſtros ſatanæ ſeſe præbentes, opera quandoq; tenebrarum majori ſtudiô, quam opera lucis tractant. Huc referr egregiam D. Hunnii hoc de aphoriſmo diſſertationem, quam ille habet comm. in *Matth*. p. 606.

Scandali pœna 3. *Graviſſima in ſcandalorum auctores invectio, pœnarumq; atrociſſimarum comminatio.* Etſi enim ex cauſis jam dictis neceſſe eſt venire ſcandala; non tamen inde excuſati ſunt ſcandalorum iſtorum auctores; quin potiùs Chriſtus exclamatione iteratâ temporales & æternas eis pœnas denunciat. Væ homini per quem venit ſcandalum, h.e. qui vel doctrinâ falsâ, vel flagitioſâ vitâ, &

Væ indignantis. vel dictis vel factis lapidem offendiculi ponit, ſive parvulis, ſive aliis, quibuscunq; hominibus. Væ, ut ait D. Chemnit. p. 1733. h.e. indignantis & pœnam denunciantis.

S. an-

4. *Scandali præcavendi modus & ratio*, non obſcuram ſimul prohibitionem continens. Tota autem oratio eſt allegorico metaphorica; ſimilitudinem à chirurgis habens. Illi enim, ſi quando vident, unum membrum corporis humani ita eſſe coruptum ac putridum, ut niſi reſecetur, totus homo pereat, ſectionem adhibent:

— — — *namq; immedicabile vulnus*
Enſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Non præcipit Chriſtus aliquam corporis lanienam; ſed quærenda διάνοια. Senſus ergò verborum eſt iſte: nihil adeò carum ac gratum nobis eſſe debere, quin abjiciamus & reſcindamus, ſi per ſcandalum occaſionem præbere nobis velit, à lege Dei recedendi, eumq; peccatis offendendi. Intelliguntur enim notatione pedis, manus, oculi, &c. perverſa ille membrorum deſideria, quæ Chriſtus vult refrænari, ne per inhærentem concupiſcentiam ad ejuſmodi peccata proſiliant, quibus & homo ipſe deterior evadat, & aliis offenſioni ſit ac ſcandalo. Vide D. Chemn. pag. 1735. & D. Hunn d. l. Membrorũ amputatio quid.

Maldonatus: Docet (inquit) quantô ſtudiô ſcandala vitare debeamus usq; adeò, ut manus abſcindenda, oculus, ſi ſcandalizaverit, eruendus ſit; ſcil. eô, quô jam dictum eſt modô,

1. *Quoad nos*, *mortificando* membra terreſtria. Col. 3, 5.
2. *Quoad proximum*, etiam conjunctiſſimum, ſi ſcandalum præbeat, *repudiando*.

Additur comminationi *ratio ab utili*: ſatiùs eſt ad vitam ingredi claudum, aut mutilum, aut luſcum, quàm in gehennam vel ignem æternum projici h. e. ſatiùs eſt, in hac vita omnibus oblectationibus & adminiculis deſtitui, quàm æternâ beatitudine privari, & ex adverſo gehennæ ſupplicium nullis ſeculis deſtitutum ſuſtinere.

Ignem & pœnam infernalem, uſitatô Judeis more, nominat gehennam. Fuit autem gehenna vallis (ut D. Chemnitius p. 1737. habet) in ſuburbio Hieroſolymitano verſus orientem & meridiem, admodum fertilis & amœna, quæ antiquitùs dicebatur vallis filiorum Hinnom ſive Ennon (גי הנם בני ſubintelligitur בן filius) Joſ. 18, 16. Ibi verò poſterioribus temporibus Reges Judæorum erexerunt Moloch, idolum Ammonitarum, Judæiq; idololatræ liberos ſuos parvulos Cacodæmoni exurendos vivos tradebant, 2. Paral. 28, 3. Poſteà locus iſte hoſtiis humanis contaminatus, Gehenna.

adeò

adeò execrabilis factus eſt, ut ipſum infernum hoc nomine diceretur, quia in eo etiam animæ damnatorum uſtulabuntur igne inexſtinguibili.

4. *Concluſione*, quæ propoſitionis principalis repetitionem continet: Videte, ne contemnatis unum ex his puſillis. *1. Comminantis eſt imperativus*, videte; innuens multâ curâ ac ſollicitudine opus eſſe: q. d. Ego præcipio vobis, detis operam, ne ullô modô

Puſilli. à vobis offendantur aut contemnantur puſilli. *2. Per Puſillos* iterum intelligit, non tantùm ætate parvulos, ſed etiam eos, qui inſtar parvulorum ab uno Chriſto dependent, ac propterea mundo contemtui ſunt, qui parùm referre putat, quid cum ipſis fiat.

Poriſmata & Theoremata Theologica, ſecundæ partis.

I. De dignitate parvulorum, quos concione tàm prolixâ commendare nobis Chriſtus voluit. Pſal. 127, 4. 5. 6. Sir. 41, 19. Luc. 18, 27. Marc. 10, 14. 1. Petr. 2, 2. Matth. 21, 16. Pſal. 8, 3.

Fides parvulorum. II. Parvuli non deſtituuntur fide, quâ in Baptiſmo donantur. Joh. 3, 5. Tit. 3, 5. Eph. 5, 26. Marc. 10, 14. & 16, 16. Heb. 11, 6. Luc. 1, 41.

Scandalum. III. De ſcandalo, quod definitur, quodcunq; dictum vel factum, quo alter redditur deterior. 1. Cor. 15, 33. Eph. 5, 4. Gal. 2, 11. Rom. 2, 24.

Duplex. IV. Scandalum eſt duplex, datum ſive activum, & acceptum ſive paſſivum, quod etiam Phariſaicum dicitur; illud cavendum, hoc contemnendum. Eſa. 8, 14. Rom. 9, 32. 1. Petr. 2, 6. 1. Cor. 1, 23. Matth. 14, 15.

V. Ob ſcandalum acceptum nihil, quod pium, honeſtum ac neceſſarium eſt, omitti debet aut poteſt. Matth. 15, 14. Rom. 12, 2.

VI. In omnibus ordinibus plauſtra ſcandalorum deprehenduntur.

Scandalum cavendum. VII. Chriſtiani verò caveant ne cuiquam ſint ſcandalo; neq; ullô pactô permittant, ut infirmis offenſionis occaſio aliqua detur: *tùm* ob ſeveriſſimas DEI comminationes & prohibitiones, Matth. 18, 6. 7. Luc. 17, 1. 2. Rom. 14, 1. 13. *tùm* ob charitatem Chriſtianam, quæ enormiter hoc pacto læditur; 1. Cor. 8, 11. Rom. 15, 1. 2. *tùm* ob libertatem Chriſtianam, ne eâ abutamur ad infirmorum offenſionem. 1. Cor. 8, 9. & 10, 25. & ſeqq. Gal. 5, 15. 19. 21. 1. Cor. 6, 9.

IIX. Deus

IIX. Deus permittit fieri ſcandala, partim ut electi probentur, partim ut quisquiliæ à tritico ſeparentur.

IX. Ex Dei prævisione nulla rebus neceſſitas imponitur; quemadmodum Eclipſis non fit propter Aſtrologi prædictionem, ſed propter alias cauſas.

X. Craſſus fuit olim Origenis error, verba Chriſti de membrorum amputatione ſecundum literam intelligentis. Exod. 20, 13. Rom. 13, 14. Col. 2, 23. *Origenis error.*

XI. Noſtrum verò eſt membra mortificare, h. e. concupiſcentiam peccandi Spiritûs S. gratiâ reprimere. Col. 3, 5. Pſ. 119, 37. 1. Petr. 2, 11. Gal. 5, 17. 24.

XII. Teſtimonium habemus de impiorum in igne infernali ſuppliciis graviſſimis. Eſa. 66, 24. Matth. 3, 10. 12. & 25, 41. 2. Teſſ. 1, 9. 2. Petr. 3, 11. 14. Apoc. 9, 6. & 14, 10. 11.

XIII. De beneficentia erga parvulos & omnes eos, qui à Chriſto nobis commendantur. Matth. 25, 40. Galat. 6, 9, 10. Matth. 10, 41. 42.

XIV. Errant Anabaptiſtæ, pædobaptiſmum ideò negantes, quia infantes non credant; contrarium Chriſtus adſtruit. Luc. 18, 15. Matth. 19, 13. Matth. 28, 19. Gal. 3, 27. *Pædobaptiſmus.*

XV. Aſſertio Chriſti, de ſcandalorum neceſſitate ὑποθετικῇ, refellit alterum illum Anabaptiſtarum errorem, de Eccleſiæ ab omnibus ſcandalis immunitate. 2. Tim. 2, 20. matth. 13, 47. & 22, 2. 10. & 25, 1. Eſ. 48, 1. 2. Luc. 8, 5. Joh. 6, 70. & 13, 10. Rom. 10, 16. *Anabapt. error de Eccleſia.*

XVI. Sed nec ipſi Anabaptiſtæ adeò ſancti ſunt, uti ſibi videntur, ſed multis enormibus ſcatent vitiis. Col. 2, 23. Jer. 23, 25. 2. Tim. 3, 2. 6. 1. Cor. 7, 5. Matth. 7, 5, Oſe. 7, 14. 2. Petr. 2, 13. 14. 1. Tim. 4, 3.

XVII. In fumum etiam abit ſpes illorum evanida, qui univerſalem ſibi hominum in una religione conſenſum in his terris ſomniant.

XIIX. Scandalum acceptum neq; illud ab omni reatu peccati damnabili eſt liberum. Matth. 11, 6.

XIX. Fundatur hoc locô articulus de vita & damnatione æterna. Matth. 7, 21. Johan. 3, 16. & 6, 40. Marc. 16, 16. Pſal. 11, 6. Matth. 25, 41. 2. Petr. 2, 4. Apoc. 20, 10. & 21, 8. 2. Cor. 5, 10. Confer locos & libellos methodicos.

XX. Purgatorium, in fraudem hominum excogitatum, ſcriptura agnoſcit nullum. Sapient. 3, 1. Prov. 11, 7. Pſal. 49, 15. Marc. 16, 16. *Purgatorij vanitas.*

Digitized by Google

Flacij error. XXI. Perſtringi hoc locô poteſt error Flacianorum, quod peccatum originis ſit ipſa hominis ſubſtantia, quia dicatur caro, Gen. 6, 3. vetus homo, Eph. 4, 22. Col. 3, 10. corpus peccati, Rom. 6, 6: ita enim deſideria quoq; carnis, quin omnia peccata actualia forent ſubſtantiæ, quia per partes corporis, manus, pedem, oculum, &c. notantur.

XXII. Stolida fuit ratio, ſcandalo prævertendo adhibita, à Democrito oculos ſibi effodiente, quod mulieres ſine concupiſcentia adſpicere nequiret; Leontio, Epiſcopo Antiocheno, ſeipſum caſtrante; Origene, ferrô genitalia truncante: melius eſt nubere, quàm uri. 1. Corinth 7, 9.

PARS III.

Reſtat brevis Chriſti, ſed nervoſa admodum de Angelis concio: Dico vobis, quod Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt. Continetur his verbis:

1. *Mandati gravitas*; dico vobis, non fabulas, ſed verbum ex ſinu Patris cœleſtis prolatum; quin edico vobis, ut fidem dictis meis adhibeatis.

2. *Angelorum officioſitas.* Sunt Angeli, h. e. nuncij & legati Dei, dicta & mandata ipſius fideliter capeſſentes & exequentes, Sunt Angeli eorum, ſc. parvulorum, hominum quippe miniſterio deſtinati.

3. *Angelorum dignitas*, quæ in eo conſiſtit, quòd ſemper, ſine omni intermiſſione videant faciem Patris cæleſtis. Deſcribitur ita aliàs beatitudo vitæ æternæ, in intuitu παναγιωτάτης τριάδος, Dei Patris, Filij & Spiritus ſancti vel maximè poſita. Facies autem Dei ſignificat divinam ejus eſſentiam, gloriam & majeſtatem. Nulla verò militat conſequentiæ ratio: Angeli ſemper vident faciem Dei: E. in illo vident omnia, quia videntem omnia vident, & per conſequens non ignorant hominum ſtatum & calamitates in ſpecie. Vident enim tantùm pro modo gratioſæ communicationis. Vide Dn. Meelführ. Vindic. th. 54.

Vita æterna conſiſtet in DEI viſione. Facies Dei.

Poriſmata & Theoremata Theologica tertiæ partis.

I. Brevi hoc aphoriſmô continetur integra fermè doctrina de Angelis. Colligitur enim inde,

1. Eſſe

1. *Eſſe Angelos*, quod à Sadducæis olim negabatur. Act. 23, 8. Angeli ſunt

2. *Multos eſſe Angelos*; loquitur enim Chriſtus in numero plurali, Dan. 7, 11. Gen. 32, 2. Matth. 26, 53. Hebr. 12, 22. Job. 25, 3. Apoc. 5, 11. Pſal. 68, 18. Luc. 2, 13. Multi.

3. *Eſſe Spiritûs*, & quidem cœleſtes Spiritûs; bis enim dicit in cœlo; creatos tamen. Hebr. 1, 14. Luc. 24, 39. Pſal. 104, 4. Col. 1, 16. Angeli Spiritus.

4. *Spiritûs eſſe adminiſtratorios*. Creati enim ſunt, ut inſerviant, Adminiſtratorij.

I. *DEO Creatori*;

1. *Legationes commiſſas obeundo*. Dan. 9, 21. & ſeqq. Matth. 1, 20. & ſeqq. Luc. 1, 11. & 26. Officiũ Angelorum reſpectu DEI & hominum.

2. *Mandata Dei exequendo*; Pſal. 103, 20.

3. *Laudes Dei enarrando*; Eſ. 6, 3. Luc. 2, 14. Apoc. 19, 1.

4. *Faciem ejus intuendo*: Deum enim vident lætanter; laudant amanter; cognoſcunt ſapienter; amant perſeveranter; ipſi ſerviunt libenter.

II. *Hominibus*.

1. *Eos obſervando*; in omnibus enim hierarchiis Deus ſuos habet Angelos. Pſal. 91, 11. 12.

2. *Defendendo & cuſtodiendo*:

3. *Pro ipſis intercedendo*; Tob. 12, 12. Zach. 1, 12.

4. *Contra ſatanam pugnando*; Dan. 10, 20. Tob. 8, 3. Ap. 12, 7. 8.

5. *A malis culpæ prohibendo*; Gen. 16, 9. & 19, 16. Num. 22, 22.

6. *A malis pœnæ cuſtodiendo*. Pſal. 34, 8. & 91, 11. 12.

7. *Animas piorum deducendo*. Luc. 16, 22.

5. *Angelos non eſſe invocandos*; ſunt enim 1. *creaturæ*; 2. *noſtri conſervi*; ſolus autem, 3. *DEUS* eſt adorandus. Col. 2, 18. Apoc. 19, 10. & 22, 9. Angeli non adorandi.

II. Magni beneficii locô habendum, quòd non tantùm regionibus & populis integris, ſed ſingulis piis Angeli cuſtodes ſint conſtituti. Exod. 23, 20. Dan. 10, 13. Pſal. 34, 8. & 91, 11.

III. Caveamus, ne vel ſermonibus obſcœnis, vel vitæ impuritate Angelos à nobis abigamus. 1. Cor. 11, 10.

IV. Cœlum, in quo Deus cum majeſtate ſua reſidet, non per tot myriadas milliarium ultra ſupremum cœlum abeſt, uti Calviniani nugantur, alioquin Angeli non poſſent ſimul in terris infantibus ancillari, & in cœlo Deo ſervitia ſua præſtare. Cœlum Calviniſticum.

V. Cœlum itaq; terra & infernus, non locorum intervallis, ſed beatitudinis & infelicitatis reſpectu diſtinguuntur. Vide de Angelis plura in locis, D. Gerh. Tom. 2. p. 17. & ſeqq.

Noſtrũ erga Angelos debitum.

VI. Noſtrum eſt. 1. Angelorum cuſtodiam à Deo petere; 2. In vocatione manere; 3. à peccatis abſtinere; 4. pœnitere; Luc. 15, 10. 5. Deo pro miniſterio Angelorum gratias agere.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

ITerum contendunt Chriſti diſcipuli de primatu: Contentionem verò iſtam Salvator, ad ſe delatam, ita dirimit, ut palàm oſtendat, ipſorum non eſſe, quærere, quis ſit futurus maximus in regno cælorum, ſed illud potiùs agere & diſpicere, quô pactô in illud poſſint ingredi. Modum itaq; ingrediendi ipſis monſtrat, qui conſiſtit in vera animi demiſſione, & cauta ſcandalorum deviatione. Partes conſtituimus duas:

I. *Graviſſimam Chriſti παραίνεσιν ſive exhortationem;*

II. *Suaviſſimam parvulorum σύστασιν ſive commendationem;* de ſingulis ſeorſim, ſed breviter.

PARS I.

Primæ partis ἐξηγήσει inſervit quintuplicis circumſtantiæ obſervatio:

I. *Quando?* Contigit nimir. præſentis Evangelij hiſtoria poſt

1. *Glorioſam Chriſti transfigurationem;*

2. *Paſſionis ac mortis futuræ prænunciationem;*

3. *Tributi pro Chriſto & Petro perſolutionem;* quæ omnia in itinere Capernaumum verſus, & in ipſa urbe facta ſunt. Veriſimile enim eſt, idq; textûs συνέπεια arguit, Chriſtum cum Petro ambulantem reliquos prævertiſſe diſcipulos, & priusquam illi advenirent didrachma exſolviſſe; in via verò (Marcô atteſtante c. 3, 34.) de primatu eos diſceptâſſe.

II. *A quibus?* Mota & propoſita fuit quæſtio à diſcipulis Chriſti, qui homines myſteriorum divinorum ignaros ſeſe produnt, quærentes non quærenda. Non enim inter eos ſolùm, quibus nulla unquam lucis Evangelicæ notitia adfulſit, contentiones fuerunt liteſq; de præeminentia, quales inter Julium Cæſarem

rem & Pompejum, Antonium & Auguſtum obortas fuiſſe Romanorum hiſtoriæ referunt; ſed in collegio etiam Apoſtolico controverſia extitit de προεδρείας καὶ προτιμίας, ipſô præſente & adſpectante Chriſtô excitata.

III. *Quid quæſitum fuerit?* Liquet illud ex ipſamet diſcipulorum propoſitione. Lucas enim cap. 9, 47. auctor eſt, Servatorem, ubi in domum deveniſſet, viſis Apoſtolorum διαλογισμοῖς, quid in via diſputâſſent, interrogâſſe. Illi ergò cùm rem latere non poſſe animadverterent, totum negotium hac quæſtione proponunt: quisnam ex illis maximus eſſet futurus in regno cœlorum; hoc eſt, in regno illo, quod à Salvatore erectum iri putabant. Latè accipitur; quia diſcipuli nondum didicerant inter regnum gratiæ & gloriæ diſcernere. Per regnum itaq; cœlorum intelligunt, non futuri ſeculi beatitudinem, ſed terrenum quoddam regnum, in quo primas quisq; ſibi deputabat. Juſtinus Martyr quæſt. *112.* ad orthodox. hoc Apoſtolorum ſomnium vocat δόξαν, τρυφὴν καὶ ἄνεσιν ἐπίγειον, gloriam, delitias & laxamentum vel requiem terrenam. Regnum cœlorum.

IV. *Unde quæſtio vel diſceptatio iſta oborta fuerit?* Diſcrepantes hîc occurrunt interpretum ſententiæ, quas vide apud D. Pelarg. & Aretium, f. 193. Veriſſima autem cauſa eſt In quæſt. ſuper Matth. f. 103.

1. Rabies ſatanæ, volentis ventilare Apoſtolos, Luc. 22, 31;

2. Humana infirmitas, cui Apoſtoli etiam fuère obnoxij;

3. Somnium de nova regni Iſraëlitici conſtitutione, quod produnt Act. 1, 6.

V. *Quale reſponſum tulerint Apoſtoli? Obſervandum* (inquit D. Calixt. Concord. Evang. p. 283.) *quòd ſi ſuprà primatus Petro vel collatus, vel promiſſus fuiſſet, non auſi eſſent Apoſtoli conſtitutionem Domini in dubium vocare aut novâ contentione de re deciſa diſceptare; neq; diſceptãtes Dominus alio, quàm ad promiſſiones pridem Petro factas remiſiſſet, & ei, quod ſemel decretum eſſet, ſtare juſſiſſet. At ipſe longè ſecus; omnem enim occaſionem ambiendi principatum ſive dominatum iis ereptum cupit.* Hæc ille. Solvit autem Chriſtus quæſtionem propoſitam.

1. *Cor perſcrutando*, quod ex Luc. 9, 47. jam modò audivimus:

2. *Parvulum exempli locô producendo*; quem in ulnas acceptum, uti Marcus c. 9, 36. habet, in medio eorum ſiſtit, vivâq; ipſos imagine ab omni inſolentia, honorumq; mundanorum adpetentia ad ſinceram animi humilitatem traducere conatur.

3. *Graviter ipſos monendo & hortando.* De tribus autem potiſſimùm eos monet:

1. *De converſione;* ubi

1. *Juramentum* habet vim argumenti, ſecundum illud, *Chriſti juramentum, noſtrum firmamentum;*

2. *Verbis*, niſi converſi fueritis, oſtendit, eos nondum eſſe in illorum numero, qui regnum cœlorum ingredientur: opus igitur, eos στρέφεσθαι converti, præſentes mores damnare, & aliis adſueſcere, q. d. ô mei, vos altos ſpiritûs geritis; tentationes hæ ſunt ſatanæ, ſaluti veſtræ admodum pernicioſæ: cavete; reſiſtite quæſo iſtiusmodi ſatanæ ſuggeſtionibus, & convertimini ab hac via mala, ad orcum ὁδηγῷ.

2. *De puerorum imitatione.* Niſi enim efficiamini ut pueri, ita ut quod illi ſunt per ætatem, id vos ſitis per voluntatem, imitando innocentiam & ſinceritatem puerorum, ab odio, dolo, irâ, invidiâ & ſuperbiâ alienorum, non ingrediemini regnum cœlorum.

3. *De animi ſubmiſſione.* Generalem autem Chriſtus promulgat methodum, æternam adipiſcendi beatitudinem, hoc aphoriſmô: Quisquis demiſerit ſeſe, ut parvulus iſte, is eſt maximus in regno cœlorum; puta non abſolutè maximus, *ſed qui partem ibi habet, ubi omnes magni ſunt*, uti loquitur D. Calixtus, p. 284. q. d. Salvator: Maximus, de quo quæritis, ſumatur de humilium numero: danda igitur vobis omnibus eſt opera, ut humiles ſitis. Hac itaq; Chriſti commonitione

1. *Tollitur præeminentia*, quam ſibi tribuere volebant Apoſtoli;

2. *Spes proponitur* omnibus humilibus, magnos eos coram Deo futuros;

3. *Forma exprimitur humilitatis*, quam non vult fictam, pictam ſimulatam & hypocriticam, (eine hoffärtige Demuth/ oder demüthige Hoffart) ſed puerilem, hoc eſt, omni dolô ac fucô carentem.

3. *Fructus conſtituitur* humilitatis, magnum in oculis Dei reputari.

USUS

Digitized by Google

USUS

I. Informatorius.

1. De Sanctorum infirmitatibus: Vides enim in præclaris jam Eccleſiæ miniſtris eſſe aliquos nævos. Vide feſt. Jacob. & Barthol.

2. De connata fermè homini φιλαρχίᾳ. Omnes enim homines ita ſunt adfecti, ut ex corruptione naturæ ſuæ ad altiora ſubinde conſcendere cupiant, & dominari malint, quàm ſervire. φιλαρχία.

3. De ſuperbiæ vitio & humilitatis officio aliquoties diximus. Vide præc. diſp. Humiles ſimus

Humilitatis cauſæ moventes.

1. propter Dei mandatum, cui reſiſtendum non eſt;
2. propter Chriſti exemplum;
3. propter noſtrum commodum;
4. propter ſuperbiæ incommodum;
5. propter ſupplicium.

II. Conſolatorius.

1. Ex humilitatis fructu. Quisquis enim fidelium αὐτοπ-κείτως ſe humiliaverit, is maximus eſt futurus in regno cœlorum. Quanta hæc ſit futura gloria, verbis exprimi nequit. *1*, Cor. 2, 9. Phil. 2, 5. & ſeqq.

2. Ex Chriſti φιλανθρωπίᾳ, qui tàm ineptos diſcipulos magna lenitate tulit, & carnales cogitationes tàm placidè & modeſtè evulſit. Prov. 8, 31. Joël. *2, 14*. Exod. 34, 6. Pſ. *103*, 8. Tit. *3*, 4. Jon. 4, 2. Jer. 32, 41. Sap. 12, *18*. Eſa. 42, 2. 3.

III. Monitorius.

1. Ut pro liberis divinitùs nobis conceſſis Deo gratos nos exhibeamus. Pſal. *127*, 4. Vide feſt. Joh. Bapt.

2. Ut virtutes & exempla parvulorum imitemur, iisdem ceu domeſticis concionatoribus uſi. Erudiunt enim nos, quales gerere nos debeamus

I. *Erga DEUM*,

1. Lac Evangelij avidè adpetendo; 1. Pet. 2, 2. Pſ. *119*, 103.

2. Peccata actualia cavendo; Sir. 18, 27. & 21, 2. Eph. 4, 29. Rom. 8, 13. Gen. 4, 8. Sir. 15, 12. Tob. 4, 6. Rom. 6, 7.

3. Sub

3. *Sub diſciplina creſcendo*; Prov. 3, 11. & 4, 1. 13. & 19, 20. Sir. 30, 1. Eph. 6, 4. 2. Timoth. 1, 7. Eſa. 28, 26. 1. Cor. 11, 32.

4. *Ardenter diligendo*; liberi parentes amant etiam vapulantes; Deut. 6, 5. Sir. 7, 32. Pſal. 31. 24. Joh. 21, 15. Eph. 3, 19.

5. *Humiliando*; Matth. 11, 28. 1. Pet. 5, 5.

6. *Morem gerendo*; 1. Samuel. 15, 22. Pſalm. 81, 14.

7. *Facilimè credendo*; Joh. 3, 16. 1. Johan. 5, 18.

8. *Ob delicta dolendo*, nec tamen aufugiendo; Jer. 17, 9. Pſal. 119, 110. & 147, 3. Johan. 14, 1.

9. *Fucum & fraudem vitando*, ſimplicitati contrà ſtudendo;

10. *Veritatem loquendo*; Pſalm. 15, 2. Matth. 5, 37.

11. *Fiduciam in ſolo Patre habendo*; Pſal. 55, 23. Sir. 2. 14.

12. *Neceſſitatem ei aperiendo*; Pſal. 50, 15. Matth. 7, 7.

13. *Abſentes parentes deſiderando*. Luc. 2, 20. Phil. 1, 23.

II. *Erga proximum*.

1. *Injurias facilè condonando* & obliveſcendo; Eph. 4, 32.

2. *Super alios nos non efferendo*;

3. *Libenter communicando & dando*; 2. Cor. 9, 7. Gal. 6. 9.

III. *Erga mundum*.

1. *Malum connatum deplorando*; Sapient. 7, 4.

2. *Societatem & αὐτάρκειαν colendo*; Prov. 30, 7. 1. Tim. 6, 9.

3. *Rerum delectabilium memoriam ſtatim deponendo*. 1. Joh. 2, 16. Pſalm. 49, 18. Phil. 3, 13. 20.

IV. Refutatorius.

Papiſtarum error Apoſtolorum peccata excuſans

Pontificiorum, Apoſtolos peccatum ſuperbiæ mortale commiſiſſe negantium. Graviſſimè enim illos & mortaliter peccâſſe conſtat ex eo, quod abominabilis Deo dicitur omnis ſuperbiâ. Sirac. 10. 7. 1. Petr. 5, 5: *qui tanquam contumelia ſua propulſator ſpeciale quoddam ſuſcepit adverſus ſuperbiam certamen.* Ambroſ.

PARS II.

Ceterùm ne quis exiſtimet, ſe dignitatis ſuæ aliquam facturum jacturam, ſi humilitatem puerorum imitetur, ideoq; jam ſecundâ parte oſtendit Chriſtus, quantæ dignitatis ſint in conſpectu DEI pueri. Commendat igitur eos, tribus in medium productis rationibus. Recipiendos enim eſſe puſillos, vel uti paulò

lò pôſt affirmativâ in negativam mutatâ ait, non contemnendos eſſe ſuadet Salvator,

I. Ob promiſſionis ſingularitatem. Quiſquis enim ſuſceperit (in ſuam curam, tutelam & clientelam) unum parvulum (ſeu puerulum) talem, in nomine Chriſti, (h. e. propter Chriſtum ei benefecerit) is Chriſtum ipſum ſuſcep t. Chriſtum autem ſuſcipere ſummus eſt theſaurus, qui homini in hac vitâ contingere poteſt, cui par eſt receptio parvulorum. Omnia enim beneficia, quæ in talem puerulum conferentur, in ſe collata Chriſtus judicabit. Recipiuntur autem curando, juvando, ſublevando, imitando, &c. Chriſtum ſuſcipere.

II. Ob ſcandali atrocitatem, per ἀντίθεσιν è contrario oſtendens, quàm malè agant ii, qui parvulos contemnunt, maximè autum illos offendunt. Ita digreditur Chriſtus in locum communem de vitando ſcandalo. Scandalum autem uti præc. etiam d. ſp. dicebamus, ἀπὸ τοῦ σκάζειν à claudicando derivatum, dicitur *quodcunq; impedimentum ſive obſtaculum, ad quod inter ambulandum impingentes pedem lædunt, aut prorſus concidunt.* Metaphoricè transfertur ad omne id quod alteri præbere poteſt occaſionem vel errandi, vel peccandi, vel ſiniſtrè de bonis ſuſpicandi, vel à veritate retrocendendi. Scandali atrocitas. Pelarg. in quæſt. ſuper Matth. f. 204.

Notetur autem

1. *Scandali noxa.* Qui enim ſcandalizaverit (dictô vel factô) unum de puſillis iſtis, (hoc eſt, minimum piorum) expedit (ſatiùs eſſet) ei, ut molâ aſinariâ de collo ipſius ſuſpensâ ſubmergeretur in profundo maris. Sic enim animæ illius meliùs conſuletreur, quàm ſi ſcandalum præbendo iram Dei in ſe æternã cõcitaret. Mola aſinaria eſt lapis alter molaris, quem circumagunt quibuſdam in locis aſini vel equi. Innuitur autem graviſſimum ſupplici genus. Mola aſinaria.

2. *Scandali pœna.* quam exaggerat

1. Ἐκφωνήσει ἀπειλητικῇ, *exclamatione comminatoriâ.* Væ mundò à ſcandalis; q. d. ô quàm horibiles dabit mundus pœnas, tot ac tantorum ſcandalorum auctor.

2. Προκαταλήψει ἐνδεικτικῇ, *occupatione expoſitoriâ;* cujus πρότασις continetur iis verbis: neceſſe eſt, ut veniant ſcandala, non abſolutè, ſed, ex hypotheſi pravitatis & perverſitatis hominum quâ priùs conſideratâ, tùm demum tale quid enunciamus, inquit D. Calixtus pag. 289. & addit ſimile: *quemadmodum ſi Remp. videamus* Scandalorum neceſſitas.

 in

Digitized by Google

in quâ à Magiſtratu cives libertatis adſueti acerbè & iniquè tractentur, dicimus: neceſſe eſt in iſta Reipubl. ſeditiones excitari. Hoc non niſi ex hypotheſi neceſſarium pronunciamus; atq; interim nulli imponitur neceſſitas ut ſeditionem excitet: Ita etiam præſuppoſitâ mundi malitiâ, etſi neceſſarium ſit venire ſcandala, minimè tamen neceſſe eſt, per hunc aut illum venire, & quilibet, ne ex ſe illa veniant, cavere poteſt.

Scandalum duplex. Duplex verò cùm ſit ſcandalum, datum & acceptum; hoc imbecillium, qui vel dictis, vel factis offenduntur, illud contumacium, quibus ipſe etiam Chriſtus eſt petra offenſionis, Eſa. 8, *14*. Roman. *9, 32*. 1. Petr. 2, *6*. ſciendum, de priori hoc locô ſcandali genere agi, non poſteriori, quod contemnere Salvator ipſe jubet. Matth. 15, 14.

Ἀπόδοσις ibi habetur: Veruntamen væ homini illi, per quem venit ſcandalum. Quibus verbis à malè agendo ſuos fideles avocat, metu pœnæ infernalis incuſsô, quem exprimit particula in-

Væ comminantis. terminantis & dolentis væ, væ, bis poſita: q.d. ſi quis malè-dictis vel factis offendiculum præbuerit proximo, is graves Deo dabit pœnas. Hon cavendum autem tantùm eſt, ne alios offendamus; ſed videndum etiam eſt ne nos ipſi offendamur, aut ad peccãdum incitemur. Peccandi itaque occaſiones, quibus alius ſcandaliſzari queat, jam porrò fugiendas eſſe monet: hinc

3. Scandali devitandi forma, per concionem metaphoricam de membrorum, quantumvis nobiliſſimorum & utiliſſimorum (oculi, manus, pedis;) amputatione, inſtituta. Nihil autem hac locutione innuitur aliud, quàm offenſionum & ſcadalorum auctores, cujuſcunq; loci vel gradus, cujuſcunq; favoris aut amicitiæ, removeri debere. Vide præced. diſp. plura.

III. *Ob imitationis divinæ dignitatem.* Ne enim quis putet, vilem eſſe hanc de puerulis concionem; aut, non magnopere referre, ſi parvuli ob perſonæ vilitatem offedantur; ideoq; Colophonis loco ſubjicit, ipſum Deum magnifacere puerulos, idq; confirmat argumentô duplici:

1. *Angelorum miniſterio:* Angeli enim eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt; h. e. Angeli parvulis cuſtodes ſunt conſtituti, qui ſemper intuentur faciem Patris cœleſtis[4], ipſius juſſa in dirigendis & conſervandis puerulis capeſſentes, teſtes factorum omnium, & vindices ſcandalorum omnium.

2. *Suô ipſius officiô;* quòd venerit in hunc mundum, ne quid

peri-

petieret, ſed ut ſalutem perditis adferret, oſtendens, univerſi generis humani ſe eſſe Redemtorem; redimendis itaq; pueris etiam in mundum ſe veniſſe, qui nihilô viliores ſint corâm Deo, quàm adulti.

USUS
I. Informatorius.

I. De cura parvulorum ſuſcipienda, tùm ab aliis omnibus, tum vel maximè à parentibus, quibus danda eſt opera, ut illi *Parvulorum cura.*

1. per Baptiſmum Chriſto implantentur Gal 3, 27.

2. per preces pias Deo offerantur;

3. per ſalutarem educationem ad pietatem deducantur. Epheſ. 6. v. 4.

II. De non præbendo ſcandalo, ne doctrinam Evangelii vitæ noſtræ turpitudine dehoneſtemus, pœnasq; divinas noſtrâ culpâ incurramus. Rom. 2, 24. & 14, 16. Eſa. 52, 5. 1. Corinth. 10, 32. 2. Corinth. 6, 3. Philip. 1, 27. & 2, 15. 1. Theſſ. 5, 11. Tit, 2, 7, 8. 10. 1. Pet. 2, 12. Hebr. 1[illegible], 24.

III. De veteri Adamo refrenando, omnibusq; peccatorum anſis & inſtigationibus reſcindendis. Vide præc. diſp.

IV. De Angelis. Eſſe enim Angelos probatur *Angelos eſſe.*

*1. Expreſſis ſcripturarum teſtimoniis: P*ſalm, 34, 8. & 91, 11. & 103, 20. 21. Dan. 7, 10. & ſeqq.

2. Hiſtoriarum ſacrarũ ſuffragiis; quia boni Angeli piis apparuerunt hominibus: Geneſ. 16, 7. & 18, 2. & 19, 1. & 22, 11. & 28, 12. & 31, 11. Oſe, 12, 4. Jud. 2, 1. & 6, 12. & 13, 3. 2. Samuelis 24, 17. 1. Reg. 19, 5.

3. Quotidianæ experientiæ judicio.

V. *De officio Angelorum tũ erga Deũ, tũ erga homines.* Quoad Deum duplici funguntur quodammodò labore, quia uti Theodoretus loquitur, ὑμνῶσι καὶ διακονῶσι. *Officium Angelorum erga Deum & homines.*

Serviunt igitur ipſi

1. Voluntatem ejus exponendo: Pſal. 103, 20, 21. Matth. 1, 20. & 2. v. 12.

2. Futura prænunciando: Dan. 8, 19. & 9, 23 Zach. 1, 9.

3. Chriſto miniſtrando: Matth. 4, 11. & 26. 53. & 28, 2. Luc. 22. v. 43.

4. Malos puniendo: 2. Sam, 24, 16. Eſa. 37, 36. Act. 12. 23.

Nnnn 2 *5. Piis*

Digitized by Google

5. *Piis benefaciendo*, quibus miniſtráſſe leguntur; Gen. 19, 15. & 22, 11 12. 1. Reg. 19, 5. 2. Reg. 19 35. Tob. 5, 5. 22. & quotidie grata ipſis officia præſtant in ſuis: Pſalm. 91, 11 h. e. in tribus hierarchiis, Dei juſſu obſervantes & cuſtodientes Eccleſiam, Politiam & Oeconomiam.

Quoad homines itaq;, inſerviunt illis,

1. *Docendo*; Act. 7, 53. Gal. 3, 19.
2. *Comitando*;
3. *Pericula avertendo*; Matth. 2, 12. 13.
4. *Pios contra poteſtates adverſarias defendendo*; Gen. 19, 10. 2. Reg. 6. 15.
5. *Converſionem promovendo*, Luc. 15, 10.
6. *Ad æterna gaudia deportando*. 2. Reg. 2, 11. Luc. 16, 22.
7. *Bonos à malis in die extremo ſegregando*. 1. Sam. 10, 2. Matt. 13. v. 49.

VI. De univerſali generis humani ſalvatione & perditione. Pſalm. 14, 2. Eſai. 53, 6. Rom. 3, 13. & 5, 12. Eph. 2, 3. Johan. 3, 16. 17. Luc. 19, 10. 1. Timoth. 1, 15. & 2, 4. Matth. 11, 28.

II. Conſolatorius.

1. Ex immenſa Dei φιλανθρωπία, quam in eo declaravit, quòd piis S. Angelos veluti miniſtros adjunxit. Hebr. 1, 14. Dan. 4, 10. 20. Pſal. 91, 11. Exod. 23. 20. Eſ. 63, 9. Dan. 10, 13. 21. & 12, 1.

2. Ex indefeſſa Angelorum pro nobis contra malignos ſpiritûs eorumq; organa, hæreticos, tyrannos & Epicuræos militia. Pſal. 34, 8. Gen. 32, 1. 2. Reg. 6, 16. 17. Dan. 10, 20. Tob. 8, 3. Apoc. 12, 7. 8. & 20, 1. 2.

3. Ex certiſſima Angelorum apud Eccleſiam & omnia ejusdem vera membra præſentia. Adſunt enim nobis peregrinantibus. Gen. 24, 7. & 32, 1. Tob. 5, 21: conſternatis, timentibus & malè habentibus. Dan. 10, 19. Tob. 5, 12. 13. Luc. 1, 13. 30. & 2, 10. Matth 28, 5. Tob. 6, 5. & 11, 14. Joh. 5, 4: morientibus. Luc, 16, 22. *Angelorũ præſent.*

III. Monitorius.

1. Ut peccatum ſummo ſtudio devitemus; eſt enim ſcandaloſum. Sir. 13, 1. 1. Cor. 5, 6. 2. Tim. 2, 17. Exod. 32, 25. 2. Samuel. 12, 14.

2. Ut

2. Ut ſpirituali circumciſione omnia peccandi incitamenta præcidamus. Jer. 4, 4. Pſal. 119, 37. Job 31, 1. Actor. 7, 51. 1. Corinth. 9, 27. Gal. 5, 24. & 6, 14. Pſal. 26, 12.

3. Ne vel dictis vel factis ſanctos Angelos contriſtemus & à nobis abigamus. Exod. 23, 20. Sir. 5, 5. 1. Cor. 11, 10. *ſed in quovis angulo reverentiam exhibe Angelo tuo, nec audeas illô præſente, quod me vidente non auderes.* Bernh.

Ne pecces, Deus ipſe videt, ſacer Angelus adſtat,
Accuſat ſatanas, mors, lex, mala cuncta minantur.

4. Ut Angelos ad noſtri amorem ac converſationem alliciamus;

1. Morum ſimilitudine; Eſ. 6, 3.

2. Eorum, quibus Angeli delectantur adſuetudine; & quibus offenduntur deſuetudine. 1. Petr. 1, 12. Luc. 15, 10. Hebr. 13. 2.

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

Celebramus hac die feſtum Angelorum; (uſitatè dicitur fe-
ſtum Michaelis Archangeli) non principaliter in Spirituum
iſtorum cœleſtium, ſed Chriſti potiſſimùm honorem, qui Ange-
lus eſt magni conſilij, & dicitur Michael, quis ſicut Deus? Eſt e-
nim Patri ὁμοούσιος, quod de creaturarum nulla dici poteſt. Relictis
igitur & longùm valere-juſſis Papiſtarum nugis, quibus feſtum il-
li præſens profanant, de Michaele fingentes, quòd habeat offi-
cium ponderandi merita & demerita animarum; (nam ſecundum 1.
picturas, inquit Diſcip. de temp. ſerm. 38. de ſanctis, quæ ſunt libri
laicorum, Michael in ſtatera animas ponderat, ut quæ ſint plenæ,
& quæ ſint vacuæ, recognoſcat) deportanti item animas ſancto-
rum in cœlum; reliquos etiam Angelos ſibi habeat ſubjectos, ſic- 2.
ut Cardinales Summo Pontifici ſunt ſubditi, ut habet d. l. Diſcip.
de temp. ipſe inſuper Michael inter S. Angelorum acies vexillifer 3.
Chriſti habeatur; princeps Eccleſiæ à Domino conſtitutus; San- 4.
ctorum animas recipiat, & in Paradiſum exultationis producat; 5.
Antichriſtum aliquando in monte Oliveti occiſurus; & in die ex- 6.
tremo crucem, clavos, ſcuticam, lanceam & coronam ſpineam 7.
repreſentaturus, &c. Sed piget & tædet nugas nugaciſſimas refer-
re: nos honori Jesu Christi, Angelorum omnium Conditoris,

Fabulæ Papiſticæ de Michaele & Angelis.

Angeli quibus hominibus gaudeant. unicè velificantes, de materialibus feſti, ex prælecti Evangelij meditullio cogitabimus, contemplaturi περιχλιδὸν illud thema: *Quosnam potiſſimùm S. Angeli homines ament, diligant, foveant, ſectentur, tueantur, &c.*

Ἐξήγησις.

Sunt quidem B. Angeli λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα τῶν ἀνθρώπων; ſed non promiſcuè omnibus hominibut adſunt, gaudent ac converſantur; verùm amant Spiritus illi cœleſtes, diligunt, fovent, tuentur, ſectantur, homines

I. *Omni ambitione & invidiâ carentes,* à qua ipſi etiam Apoſtoli non planè fuêre immunes. Gal. 5, *26.* & 6, 4. Phil. 2, 3. Jac. *3,* 1.5. Vide præced. diſp. Theophylactus putat, ideò propoſitam à diſcipulis hanc de primatu quæſtionem, quia viderant Chriſtum à Petro honoratum. Honoratus enim erat hic dando ſtaterem pro Chriſto & pro ſe, & propterea humanum quiddam paſſi, invidiâq; inceſſiti, obliquè accedunt interrogantes Dominum, quis maximus eſſet.

II. *Alios conſulentes:* optimum autem ex verbo & ore Domini conſilium. Pſal. 4, 7. Eſ. 30, 1. 2. Jerem. *1,* 10. Matth. 10, 20. Luc. *10,* 16. 2. Cor. 5, 20. Ita B. Lutherus conſulebat Staupitium, de prædeſtatione anxius: tale autem ferebat reſponſum: *Intuere vulnera Chriſti, & effulgebit prædeſtinatio.*

III. *Verè reſipiſcentes:* Angelus enim Domini in circuitu timentium ſe. Pſal. 34, 8. At timor Domini expellit omne peccatum: Sir. *1,* *26.* & reducit hominem ad veram pœnitentiam. Angelus Domini cuſtodiet te in viis tuis. Pſal. *91,* 11. Chriſtianorum via eſt pœnitentia. Bernhard. *Gaudent Angeli in peccatorum converſione, ſalutem hominum ſitientes: lacryma enim peccatorum, vinum ſunt Angelorum.* Huc referatur doctrina de pœnitentia, ſecundum omnes ſui partes, contritionem, fidem & novam obedientiam, quæ omnia fiant αὐτοπροαιρέτως. Eſ. *1,* 18. Jer. 3, 22. & *18,* *7.* Ezech. 33, 12. Marc. 1, *15.* Luc. 3, 8. & 15, *10.* Act. 3, *19.* & 17, 30.

IV. *Parvulos imitatione adſequentes;*

Parvuli imitandi. *1.* *In humilitate.* Iſidorus: qui ſibi vilis eſt, ante Deum magnus eſt. Hinc Lutherus dicere ſolitus fuit: *à Doctore glorioſo, à Paſtore contentioſo, & inutilibus quæſtionibus liberet ſuam Eccleſiam Chriſtus Dominus.* Prov. 3, 5. 1. Cor. 4, 7. Sophon. 2, 3. Phil. 2, 4. 5. Sir. 3, 19. 1. Petr. 5, 5. Eſ. 66, 2. Theophyl. *Cùm vidiſſet Jeſus diſci-*

pulos

pulos inanis gloriæ vitió teneri, compreſſit eos, oſtendens illis per puerum faſtûs expertem humilitatis viam. Oportet enim nos humilitate mentis pueros eſſe, non ſenſu pueriles, & innocentiâ, non inſipientiâ. Dicens autem niſi converſi fueritis, indicat, quòd ab humilitate in ſuperbiam veneritis, opus igitur iterum illuc converti, h. e. in humilitatem, à qua egreſſi eſtis. Gl. ordin. Contra ambitionem gloriæ humilitatem proponit. Secundum Marcum, puerum JEsus complectitur, ſignificans humiles dignos ſuô complexu & dilectione.

2. *In puritate vel caſtitate.* Ad impudicitiam enim & carnales voluptates parvuli per ætatem ſunt inepti. Sir. 23, 4. 5. 6. Sapient. 3, 13. Gal. 5, 25. 1. Tim. 4, 12. & 5, 22. Tit. 2, 5. 1. Theſſal. 4, 4. 2. Corinth. 7, 1.

3. *In ſimplicitate;* nam & hæc nomine puritatis venit. Pſ. 24, 4. 1. Paral. 30, 16. Prov. 28, 6. Matth. 10, 16. Rom. 12, 8. & 16, 29. 2. Corinth. 1, 12. & 11, 3. Pſal 116, 6. Simplicitas autem puerilis conſpicitur potiſſimùm, Simplicitas puerilis.

1. *In terrenorum deſpicientia;* 1. Cor. 7, 31. 1. Joh. 2, 16. Matth. 6, 19.

2. *In filiali obedientia;*

3. *In firma animi confidentia;* parvuli confidunt parentibus, de rerum neceſſarium cura planè ἀμέριμνοι;

4. *In Scandali carentia*, de quo paulo pòſt.

4. *In ſatietate*, ſive αὐταρκείᾳ: (Kinder Hände ſind leicht zu erfüllen) avaritiam, uſuras & alias artes pleonecticas neſciunt parvuli, 1. Timoth. 6, 10. Pſal. 119, 36. Eſa. 5, 8. Hab. 3, 7. Luc. 12, 15. Sir. 14, 9.

5. *In credendi facilitate.* Qui autem ſimpliciter credit, optimè credit. Jerem. 5, 3. Sir. 1, 34. Hebr. 11, 6. Gen. 15, 6.

6. *In hilaritate.* Prov. 17, 22. 1. Sam. 2, 1. Eſa. 9, 3. & 12, 3. & 25, 10. & 35, 10. Pſal. 32, 11. & 71, 8. & 149, 2. Rom. 14, 17. Gal. 5, 22. Phil. 4, 4.

7. *In liberalitate.* Prov. 5, 16. 17. Tob. 4, 8. 9. 10. Sir. 35, 10. 11. Rom. 12, 8. 2. Cor. 8, 1. & ſeqq. & 9, 5. 6. 7. 1. Tim. 6, 17. 18. 19.

8. *In placabilitate.* Sir. 28, 2. Matth. 5, 23. & 6, 13. 14. Luc. 17, 3. 4. Eph. 4, 32. Col. 3, 13. Hinc noti de parvulorum proprietatibus verſus:

Sunt humiles pueri, puri, pueri pauciſq́; cibantur,
Credunt, lætantur, citò dant, citò pacificantur.

Alij paulò aliter referentes volunt, ut Chriſtianus quivis inſtar puerul ſit,

Credulus

Credulus, incultus, ſimplex, placabilis, inſons,

Caſtus, amatus, ovans, humilis, memorans nova, vel flens.

Proverb. 14, 6. Pſal. 25, 21. Rom. 16, 19. Matth. 10, 16. Sir. 28, 6. Phil. 3, 6. Pſal. 26, 1. 2. 1. Tim. 5, 23. Pſal. 133, 1. Phil. 4, 4. Matth. 11, 28. 2. Tim. 1, 6. Pſal. 126. 5.

V. Juventutem diligentes, ſuſcipientes, foventes & promoventes. Theophylactus: Non ſolùm, inquit, oportet, vos humiles eſſe, ſed & ſi alios humiles propter me in honore habueritis, mercedem accipietis. Me enim accipitis, quando pueros, h. e. humiles ſuſcipitis. Eccl. 12, 1. Thren. 3, 26. Sir. 7, 25.

VI. Scandalum fugientes: quiſquis enim ſcandalum præbuerit aliis, pœnam divinam incurret, & Angelos fugabit. Vide præc. diſp.

VII. In alterius gratiam nihil mali facientes. Si enim manus tua, vel pes tuus tibi obſtaculo fuerit, abſcinde & projice eum abs te. Theophyl. *Per manum, pedem & oculos intellige amicos, quos membrorum loco habemus. Et jam ſi bi tales fuerint, qui nobis nocent, hoc eſt ſi familiares amici fuerint, oportet contemnere eos, ut membra putrida, & exſecare, ne & aliis noceant.* Licet autem neceſſe ſit evenire ſcandala, non tamen neceſſe eſt, ut nobis noceant: etiamſi amici ſint nihil inde nobis damni.

IIX. Neminem contemnentes, vel paci ac concordiæ ſtudentes. Proverb. 11, 12, Matth. 5, 22. & 20, 26. Luc. 18, 11. Rom. 11, 18. & 14. 10. 1. Cor. 4, 7. & 12, 21. Gal. 6, 1.

IX. Angelos reverentes. Non enim procul à nobis abſunt, ſemper videntes faciem Patris cœleſtis. Gl. ord. Viſione Dei manifeſtâ perfruuntur, ideò non eſt ſpernendum ab homine, quod apud Deum tantæ curæ eſt. Datur h. l. campus latiſſimus digrediendi in doctrinam de officioſa Angelorum ſedulitate, quæ apparet ex

1. *Diligenti mandatorum Dei exſecutione:* Pſal. 103, 20. 21.
2. *Servitiis Chriſto debita exhibitione.*
3. *Solicita piorum, liberorum maximè noſtrorum, protectione.* Pſalm. 34, 8. & 91, 11. Hebr. 1, 14. de quibus omnibus in præced. diſp. plura.

Aliud thema hujus feſti.

Qua ratione feſtum Angelorum rectè poſſit ac debeat celebrari, ita ut ſuus DEO conſtet honos, Angelis gaudium, nobiſcum manendi ac converſandi deſiderium? *1. Ange-*

Digitized by Google

1. *Angelorum adorationem cavendo* vel omittendo, ob | Angelolatria cavẽda.
1. Mandati carentiam;
2. Exempli inopiam;
3. Dei proprium;
4. Angelorum interdictum.

2. *Angelorum naturam addiſcendo.*

3. *Angelos bonos attrahendo* & retinere ſtudendo. Media attrahendi, impetrandi & retinendi lectio Evangelica monſtrat, nim. | Angelos attrahendi media.
1. Seriam converſionem;
2. Parvulorum adſimilitationem;
3. Veram humiliationem;
4. Scandali devitationem;
5. Vitiorum & affectuum pravorum amputationem, &c.

Aliud Thema.

Quid faciendum ſit his, qui regnum cœlorum ingredi, & ἰσάγγελοι fie.i cupiunt?

1. Chriſtus eſt accedendus;
2. Non ſuperbiendum;
3. Verè reſipiſcendum;
4. Parvulis adſimilandum;
5 Parvuli non contemnendi, ſed recipiendi;
6. Scandalum declinandum;
7. Malum eſt amputandum;
8. Ad Angelos eſt reſpiciendum; qui ſunt
1. Ad Dei obſequia promti;
2. Ad cuſtodiam nobis dati;
3. De ſalute ac converſione noſtra læti, quam operetur in nobis ter benedicta ac ſacro-ſancta Trinitas, Amen.

IN FESTO SIMONIS ET JUDÆ,

Evang Joh. 15. à verſ. 17, ad 26.

DISPOSITIO PRIMA.

Duorum hac die Apoſtolorum memoria recolitur, Simonis nim. & Judæ.

Primus dicitur Matth. 10, 4. Marc. 3, 13. Simon Cananæus; ſecundum pleroſq; à patria Cana, oppido Galilææ, ita nuncupatus. Vocatus etiam aliàs fuit Zelotes, Luc. 16, 15. Actor. 1, 13: & cenſent nonnulli, Græcis dici ζηλωτὴς, qui Hebræis Cananites, cùm קנא ſignificet æmulari, zelotem eſſe, vel ex invidia, vel ex favore: Unde קַנָּא, zelotes, æmulator, in bonum & malum. Sed hac ratione nō Cananæus, ſed Cannanæus ſcribendum foret. Suū cuiq; judiciū eſto liberum; ſacra pagina rationem nominis nobis non revelavit; quin & aliàs planè nihil de hoc Simone commemorat, niſi quòd fuerit in turba diſcipulorum Chriſti, & in Collegiū Apoſtolorum inde cooptatus; nec non cum aliis ad prædicandum Evangelium in Judæam miſſus, & quæ præterea in hiſtoria Evangelica, Actisq; Apoſtolicis communia ſunt omnibus Apoſtolis. Reliqua, quæ de ipſo referuntur, quia incerta ſunt, prætereo: in eorum tamen gratiam, qui aliquid de Apoſtolis ſcire cupiunt, adſcribo, quæ exactiſſimi judicij Theologus D. Lucas Oſiander
Epit. hiſtor. adnotavit. Sic autem ille: Simon Cananæus, Zelotes dictus, ab
Eccl. cent. 1. aliis putatur filius Joſephi, ex prima conjuge; alij ſentiunt eum
p. 54. fuiſſe fratrem Apoſtoli Jacobi minoris. Quod adſeritur, eum poſt Jacobum præfuiſſe Epiſcopatui Jeroſolymitano annos 47. aut circiter, manifeſtus error eſt; quia Apoſtolicæ functioni & præcepto Chriſti (ite in orbem univerſum) repugnat. Alij adfirmant illum Evangelium prædicâſſe in Ægypto, Cyrene, Aphrica, Libya & in regionibus ad occidentalem Oceanum ſitis, & in Inſulis Britannicis. Dorotheus in Synopſi ſcribit, eum in Mauritania etiam docuiſſe. De ejus martyrio refert Egeſippus (per errorem, quia confundit Simonem Apoſtolum & Simeonem Epiſcopum Jeroſolymitanum) eum ſub Trajano Cæſare & Attico Conſulari accuſatum, quòd & ex Davidis ſtirpe originem duceret, & Chriſtianus eſſet, ideoq; multis diebus flagris cæſum tandem in crucem actum eſſe. Dorotheus eum in Britannia crucifixum & ſepultum eſſe dicit, nullam flagrorum mentionem faciens. Hæc ille, & hæc nos de Simone. Confer D. Papp. epit. p. 31.

Hiſtoria Judæ Thaddæi. Judam quod ſpectat, non fuit is ille Iſcariotes, proditor Domini; ſed alius hoc nomine, vocatus aliàs Lebbæus, h. e. cordatus, vel ſapiens; (quia לֵב Hebræis eſt cor, à לָבַב cordatus fuit:) & Thaddæus. Putatur fuiſſe frater Simonis, quæ etiam cauſa fuit,

ut

ut eorum memoria unâ die recoleretur. Mentio illius fit Joh. 14, 22.: ubi quæſtionem Chriſto propoſuit, & concioni optimæ anſam præbuit. Scribitur Evangelium prædicâſſe in Judæa, Galilæa, Samaria, Idumæa, Arabia, Syria & Meſopotamia. Edeſſam quoq; ad Regem Abgarum ipſum delatum: alij violentâ morte occiſum tradunt. Vide D. Oſand. cent. 1. p. 54.

Memorabile eſt, quod de nepotibus vel poſteris hujus Apoſtoli ex Egeſippo refertur, delatos ipſos ad Domitianum, propterea quòd ex genere Davidis eſſent, cùm oſtendiſſent, ſe pauca jugera agri colere, ex quibus & tributum pendant, & ſeipſos labore ſuô ſuſtentent; & de regno Chriſti interrogati reſpondiſſent, illud non mundanum & terrenum, ſed cœleſte & angelicum eſſe futurum in conſummatione ſeculi, quando adveniens in gloria judicaturus ſit vivos & mortuos: à Domitiano non condemnatos, ſed tanquam viles homines contemtos ac liberos dimiſſos, ipſamq; perſecutionem, quæ tunc vigebat, hac occaſione ſedatam fuiſſe. Recenſet totidem verbis D. Pappus Epit. hiſtor. Eccl. p. 32. Euſeb. lib. 3. c. 20.

Epiſtola, quæ ſub Judæ nomine circumfertur, Apoſtolicam inſcriptionem non habet; & ex poſteriori Petri epiſtola nonnulla transſcripſit; eas denique hiſtorias, quæ in ſcripturis non leguntur, in probationem producit; extra canonem itaque meritò collocata eſt. Sed his præmiſſis ad ipſius Evangelij enarrationem acceſſum facimus, quod verſatur in genere Deliberativo: continet enim tùm προτροπὴν, ad dilectionem mutuam hortamentum; tum παρηγορίαν, ſolatium adverſus odia mundi magnô animô exſuperanda, vel animô etiam forti contemnenda. Judæ Epiſtola.

Τεχνολογία eſto talis: proponitur.

I. Mutuæ dilectionis ſuaſio;
II. Fidelis adverſus ſcandalum crucis, odium potiſſimùm mundi præmonitio;
III. Odio iſti & cruci oppoſita conſolatio.

PARS I.

Partis primæ verba pauca admodum ſunt; pondere verò non carent: Hæc mando vobis, ut diligatis vos mutuò. Præceptum audis, non conſilium, quale eſt illud Apoſtoli, 1. Corinth. 7, 25. Alia enim eſt ratio ſectandæ virginitatis, de qua Apoſtolus in forma conſilii loquitur; alia exercendæ charitatis, de qua Salvator in forma præcepti hoc locô agit. Obſerva

I. *Quis ſuadeat, vel potiùs præcipiat?* Non hominum, non Angelorum aliquis; ſed Dominus noſter Jeſus Chriſtus: ταῦτα ἐντέλλομαι, ſc. Ego, qui ſum veſter Magiſter ac Dominus; Johan. 13. 13. veſter καθηγητὴς, Matth. 23. 8. 10. qui voce Patris cœlitùs delatâ vobis, & omnibus hominibus, audiendus ſum commendatus. Matthæi. 17, 5.

II: *Quibus præcipiat?* Mando, præcipio vobis meis Apoſtolis. Sub Apoſtolorum autem nomine hîc intelliguntur omnes Chriſtiani, immò omnes homines; quia

1. *Lex naturæ* omnibus omniũ hominũ cordib⁹ eſt inſculpta; dilectio itaque quæ eſt ſumma legis, ab omnibus jure requiritur:

2. *Pro omnibus* Chriſtus mortuus eſt; omnes itaq; ad obedientiam jure redemtionis ſibi obſtrictos habet ab devinctos.

III. *Quid præcipiat?* Ut diligant. Conjunctio ἵνα non ſumitur h. l. τελικῶς, nec ἐκβατικῶς, cùm nec finis, nec conſequens præcepti exprimatur; ſed εἰδικῶς, ad declarandum pronomen ταῦτα; hæc ſunt illa mea mandata, hæc eſt ſumma omnium meorum ad vos præceptorum. Ταῦτα autem per Enallagen numeri pluralis pro ſingulari ponitur, pro τοῦτο. Veram ergò & ſolam charitatem requirit Chriſtus à diſcipulis, quæ complectitur, non interiorem tantùm animi adfectum, ſed exteriorem etiam effectum, ut, quibuſcunque poſſumus modis ac officiis, proximum juvemus, infirmitates ejus feramus, nævos condonemus, neceſſitates ſublevemus, &c.

ἵνα εἰδικόν.

Dilectio vera.

IV. *Quando præceptum hoc propoſuerit?* immediatè poſt Cœnæ S. inſtitutionem quam tùm efficientis, tùm finialis cauſæ reſpectu, non incongruè Sacramentum dilectionis aliqui nominare ſolent. Jam jam ergò ex mera dilectione mortem oppetiturus, & ſanguinem ſuum pro peccatis hominum expiandis effuſurus, diſcipulis ſuis denuò præceptum hoc inculcat. Tribus enim diſtinctis vicibus in ultima ſua Cœna exhortationem hanc plùs quàm paternam

Dilectionis præceptum

paternam repetiit. Joh. 13, 34. Johan. 15, 12. & 17: ob cauſas quinque: ad

ter in ultima Cœna repetitum & cur.

1. naturæ noſtræ corruptionem indicandam;

2. noviſſimorum temporum conditionem inſinuandam; Matth. 24, 12.

3. falſam Apoſtolorum, aliorumq́; de regno terreno perſuaſionem evertendam;

4. dilectionis curam majorem excitandam;

5. Veræ fidei fructificationem exaggerandam.

V. Quomodo diligere debeant? ἀλλήλους mutuò, ſe invicem, unus alium. Mutuam ergò requirit dilectionem, taciteq́ue involvit eam, quæ in lege divina extat, conditionem: diliges proximum, ſicut teipſum. Levit. 19, 18. Sumus enim membra invicem unius corporis myſtici, 1. Cor. 12, 12: qui certè reſpectus omnem προσωποληψίαν excludit, & inimicos æquè ac amicos, extraneos ut domeſticos, ignotos ut notos vult diligi.

VI. Cur? Præcepto ipſi triplex incluſa eſt ratio:

1. A relatione: Ego ſum Dominus & Magiſter, vos ſervi & diſcipuli: hanc igitur obedientiam vos mihi debetis, ſi modò veri, ſinceri ac γνήσιοι audire cupitis miniſtri ac diſcipuli.

2 A diſcipulorum conditione ne functione; quia ad muneris Eccleſiaſtici & Apoſtolici ſalutarem adminiſtrationem vel maximè repuiritur, ſeria in tolerandis laboribus, in ſuſtinendis perſecutionibus & adverſitatibus, in corrigendis item peccatoribus dilectio; quâ remotâ parùm in hoc officio proficiiur. Johan. 21, 15. 16. 17. Vide feſt. Joh. Evang.

Dilectio ad miniſteriũ neceſſaria.

3. A paterna ſui affectione. Sicut enim parens gaudet de liberorum ſuorum concordia ac dilectione: ita Chriſtus de diſcipulorum ſuorum charitate. Quos enim diligimus, eos nolumus vivere inter ſe diſcordes, ſed mutuâ charitate eſſe conjunctos ac devinctos.

Poriſmata & Theoremata Theologica partis.

I. Vera proximi dilectio Dei prærequirit dilectionem; proximus enim, non niſi in Deo & propter Deum rectè diligitur. 1. Joh 3, 10 & 4, 8. 15. 20, 21.

Dilectio proximi Dei dilectionem præſupponit.

 II. Vera

Digitized by Google

II. Vera Dei & proximi dilectio fidem etiam præſupponit Hebr. 11, 6. Gal. 5, 6. 1. Joh. 3, 23.

Diligere non eſt arbitrarium.

III. Chriſtus præcipit dilectionem: in noſtro igitur arbitrio relictum non eſt, utrum velimus nos mutuò diligere, nec ne; ſed expreſſô Chriſti mandatô ad eam ſumus obſtricti. Levit. 19, 18. 34. Matth. 5, 43. & 19, 19. Eſa. 1, 17. Joh. 13, 34. & 15, 9. 10. 11. 13. Rom. 12, 9. & 13, 8. 10 1. Cor. 13, 1. & ſeqq. 2. Cor. 6, 6. Gal. 5, 2. 13. 14. 1. Tim. 1, 5. 1. Petr. 2, 17. 1. Joh. 3, 11. 18. 23.

ἐχθροφιλία non conſilium.

IV. Errant Pontificij, ἐχθροφιλίαν inter conſilia Evangelica referentes, cùm expreſſô nitatur Dei mandatô. Exod. 23, 4. Matth. 5, 43. Luc. 6, 27. 35. Rom. 12, 20. Proverb. 25, 21. 1. Samuel. 26, 9. 2. Reg. 6, 22. Luc. 23, 3. Actor. 7, 59.

V. Dilectionem requirens Salvator, vult internum cordis affectum, non verba duntaxat & opera; nam & hypocritæ verba & opera æmulari poſſunt. 1. Cor. 13, 3. 1. Joh. 3, 18.

VI. Hoc intereſt inter Moſis & Chriſti mandatum, quòd ille præcipiat tantùm, non det vires præſtandi; hic verò cum præcepto largiatur etiam Spiritum S. cor renovantem, & ad dilectionem inflammantem. Rom. 8, 15. Gal. 4, 6. Rom. 5, 5. Joh. 16, 13. 15.

VII. Charitatis præceptum ſuô ambitu complectitur plures virtutes, humilitatem, patientiam, manſuetudinem, &c. Eph. 5, 2. Rom. 13, 9.

Regnum Chriſti non de hoc mũdo.

IIX. Chriſtus charitatis præceptô toties repetitô oſtendit, regnum ſuum non eſſe terrenum, ſed cœleſte & ſpirituale, in quo ex charitate & humilitate homines inſervire ſibi mutuò debeant. Matth. 20, 28. Luc. 22, 25. Rom. 12, 10. 1. Petr. 4, 10.

Fides non res levicula.

IX. Errant illi, qui fidem putant rem eſſe adeò leviculam, nudam notitiam & inanem mentis perſuaſionem, teſtimoniô & effectu bonorum operum deſtitutam. Gal. 5, 6. Matth. 3, 8. & 7, 17. Joh. 15, 16. 1. Joh. 3, 23. Jac. 2, 17. Joh. 6, 29. 65. Rom. 12, 3. Phil. 1, 29. Col. 2, 12. Luc. 17, 5. Marc. 9, 24. 2. Theſſ. 3, 3. Hebr. 11, 2.

Gradus dilectionis.

X. Non negamus, certos eſſe dilectionis gradûs, ac domeſticos fidei magis quàm alios diligendos. Rom. 12, 9. Gal. 6, 10. 1. Theſ. 5, 13. 1. Tim. 5, 8. 2. Petr. 1, 7.

XI. Charitas Chriſtiana licèt non juſtificet, à fide tamen juſtificante nunquam ſeparatur. Gal. 5, 6. Jac. 2, 17. 18.

XII. Miniſtros Eccleſiæ vel maximè decet, ut præ ceteris mutuò ſe diligant. 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 7. 8. 2. Tim. 2, 24. 25.

Antinomi.

XIII. Errant Antinomi, à prædicatione doctrinæ Chriſtianæ

anæ legem excludentes, cùm Chriſtus mandatorum ſuorum obſervationum tantô ſtudiô urgeat. Matth. 28, 20. Rom. 8, 1. Matth. 5, 17. Gal. 4, 4. 5. Rom. 4, 5. 16.

XIV. Interim errant etiam Photiniani, cum Pontificiis ex Chriſto novum facientes Legislatorem, qui legem in N. T. perfectiorem & auctiorem tradat. Chriſtus non eſt legislator.

XV. Præceptum verò dilectionis urgens Salvator, non hoc docere voluit, ac ſi fideles legem implere debeant, aut ſalutem æternam promereri, ad minimum quoad juſtificationem, quam Eſawitæ fingunt, ſecundam. Neceſſitas enim dilectionis & bonorum operum alias habet cauſas, de quibus vide locos. Luc. 17, 10. Rom. 3, 28. & 4, 16. & 8, 12. Gal. 2, 16. Eph. 2, 9. Tit. 3, 5.

XVI. Errant itaq; iterum Pontificij ſtatuentes, hominem poſſe implere legem Dei in hac vita. Pſal. 19, 13. & 32, 6. Prov. 20, 6. 9. & 24, 16. Rom. 7, 24. Jac. 2, 2. 1. Joh. 4, 20. Luc. 10, 27.

XVII. Præceptum ergò charitatis nobis debet eſſe commendatiſſimum, propter: Dilectio colenda, & cur.

1. Dei mandatū: Joh. 13, 35. Col. 1, 13. Matt. 5, 43. & 22, 39. Mich. 6, 8.

2. Charitatis proprium & encomium: Galat. 5, 22. Col. 3, 14. Rom. 13, 11. Jac. 2, 8. 1. Cor. 13, 2. 8. Gal. 5, 6. 1. Joh. 4, 8.

3. Dei beneplacitum: 2. Corinth. 13, 11. 1. Joh. 4, 8. Oſe. 6, 6. Matth. 9, 13. & 12, 7. Sir. 25, 1. 2. 1. Joh. 3, 22. 23.

4. Exemplum: ipſe enim Deus eſt charitas, & nos verè dilexit in dilecto: Sap. 11, 24. Joh. 3, 16. Eph. 2, 4. 1. Joh. 3, 1. Matth. 5, 43. Eph. 5, 1. 2. 1. Joh. 4, 11.

5. Chriſti factum: Matth. 11, 29. Gal. 2, 20. Rom. 8, 9. Phil. 2, 5. 1. Petr. 2, 21. Joh. 13, 34. & 15, 12.

6. Noſtrum debitum: Rom. 13, 8. Levit. 19, 18.

7. Neceſſarium. Galat. 5, 6. 22. Epheſ. 1, 15. & 3, 17. & 6, 23. 1. Theſſ. 1, 4. 1. Joh. 3, 17. & 4, 20. Vide Schol. piet. D. Gerhard. Lib. 4. part. 2. cap. 11.

XIIX. De qualitate noſtræ erga proximum dilectionis. Sit enim illa:

1. Spontanea; Pſal. 110, 3.

2. Gratuita, non reſpiciens privatum commodum; 1. Cor. 10, 24. 33. 2. Cor. 12, 14. Phil. 2, 4.

3. Sincera, ἀνυπόκριτος: Rom. 12, 9. 10. Eph. 4, 15. Phil. 2, 1. Tit. 2, 2.

4. Actuoſa & benefica. 1. Joh. 3, 18. Rom. 13, 11. 13. 15. 2. Cor. 8, 8. Prov. 10, 12. 1. Theſſ. 1, 3. Heb. 6, 10. Jac. 2, 15. 2. Cor. 13, 11. Eph. 4, 2. Col. 3, 12. 1. Cor. 12, 26.

5. Ore-

5. *Ordinata* ad Dei gloriam & proximi ſalutem directa. 1. Joh 5, 2. Matth. 10, 37. 1. Cor. 10, 31.

6. *Firma*, conſtans & perſeverans: Epheſ. 3, 17. Hebr. 13, 1. 1. Theſſ. 3, 1. 2. Theſſ. 1, 7.

7. *Catholica*. Exod. 23, 4. Levit. 19, 18. Prov. 25, 20. Matth. 5, 43. Luc. 10. & 14, 13.

PARS II.

Mandato de dilectione mutua ſubjungit Chriſtus præmonitionem adverſus mundi odia & perſecutiones; vel dehortationem à perturbatione & ægritudine, ex odio & perſecutione mundi oborta.

Propoſitio eſt: nolite propterea animum abjicere aut conſternari, ſi mundus odiô vos proſequatur.

Confirmatio recenſet octo potiſſimum argumenta, quibus diſcipulos ſuos à perturbatione, ex odio & perſecutione mundi oritura, retrahit.

Mundus quid ſignificet.

I. Ab *exempli Chriſti conformitate*. Si mundus vos odit, ſcitote (ſcitis) quòd me priùs, quàm vos, odio habuerit.

1. Ambiguitas in vocabulo mundus eſt evolvenda. Significat enim mundus

1. *Syſtema rerum creatarum*, cœlum & terram, & omnia iis contenta:

2. *Univerſum genus humanum*: Johan. 1, 29. & 3. 16.

3. *Homines mundanos vel carnales*, ſecundum carnis corruptæ concupiſcentias agentes: 1. Joh. 2, 15.

4. *Scelerate impios* Rom. 12, 2. Nunquam ſolos Electos ſignificat tertia & quarta ſignificatio h. l. obtinere poteſt. Alii: ita diſtinguunt. Mundus capitur

Odiũ quid ſignificet.

1. *Generaliter* pro toto genere humano; ita ambitu ſuô continet bonos & malos, credulos & incredulos:

2. *Specialiter* pro certo hominum genere. Etſi ver Chriſtus de Judæis præcipuè loquatur: tamen de Judæis ſimul & gentibus verba hæc ſunt accipienda; quandoquidem non ab illis ſaltem, ſed & ab his odia & perſecutiones Apoſtoli paſſi fuerunt. porrò quia non perſecutionis tantùm, ſed odii etiam fit mentio; ideoque mundi nomine veniunt poſt Eccleſiæ perſecutores & ty-

rannos

rannos, omnes ſimul Epicuræi, verbi contemtores & mundi amatores.

2. *Odii vocabulum explicandum;* quod hoc locô & adfectum animi interiorem, & actiones adfectum illum conſequentes denotat; quemadmodum τὸ odiſſe interdum ſignificat actum negativum, & tùm idem eſt, quod non curare, negligere; interdum actum poſitivum; ſic idem eſt, quod hoſtiliter erga aliquem adfectum eſſe. Utrumque huic loco convenit.

3. *Particula reliqua ponderanda.* Particula enim εἰ quibuſdam eſt adverſativa, hoc ſenſu: quanquam mundus odio vos habeat, non tamen propterea animis cadere debetis. Sed nihil obſtare videtur, quò minùs maneat conditionalis, ita ut certò aliquid futurum prænuncietur. Verbum γινώσκετε ab aliis imperativè, ab aliis indicativè exponitur; illud vulgata habet verſio; hoc Maldonato placet, & eò inclinat Clar. Dn. D. Gerhard. harm. Chemnitio Lyſer. part. 3. p. 884. Superlativum πρῶτον Pontificiorum quidam, præter neceſſitatem, exponunt nominaliter; ſed præſtat explicari adverbialiter: Superlativus enim ponitur pro comparativo πρότερον, per Enallagen Hebræis uſitatam. γινώσκετε verbũ quomodo exponendum.

Argumentum eſt tale:

Quicquid Chriſtus, caput noſtrum, expertus eſt, illud Apoſtolos, ut membra ejus, forti, animô atq; æquâ mente ferre decet:

Atqui Chriſtus odia & perſecutiones mundi expertus eſt:

Ergò *idem Apoſtolos forti animô & æquâ mente ferre decet;* & per conſequens, potiorem ac meliorem ſortem illi expetere non debent.

II. A *mundi proprietate.* Si de mundo fuiſſetis, (mundi ingenium haberetis, & ſimilibus ſtudiis teneremini;) mundus quod ſuum erat, diligeret: (mundo eſſetis grati & accepti) Quia verò de mundo non eſtis, (longè aliter, quàm mundus, adfecti) propterea mundus vos odit, deteſtatur & execratur.

1. *Mundus ſignificat homines* mundanos ac carnales, per Synecdochen continentis & totius, pro contento & parte maxima, peſſima. Mundus quid.

2. *De mundo eſſe*, non eſt agere civilem vitam & negotia politica tractare; ſed vel in tenebris religionis verſari; vel impiam vitam agere, atque ita de numero infidelium & malorum eſſe; mundo adhuc eſſe immerſum, religionem mundi ingenio accommodatam amplectendo; doctrinam, ſtudia & mores homi- De mundo eſſe quid ſignificet.

num mundanorum adprobando; ad ſcelera & impietatem mundi connivendo.

De mundo non eſſe quid ſignificet.

3. *De mundo nõ eſſe*, ſignificat (à contrario ſenſu) religione, vitâ, ſtudiis ac moribus à mundo plurimùm diſcrepare, ſe ſeparare.

4. Τὸ ἴδιον *dicitur*, quod mundo conforme, & veſtigiis ejusdem inſiſtit. Reſpondere videtur Græco, ὁμοφυὲς, quod ſimile eſt qualitatibus, tanquam pars nativa totius.

5. Διὰ τοῦτο *eſt* αἰτιολογικὸν, exponens cauſam, propter quam mundus Apoſtolos odiô proſequatur. Hinc itaq; talis emergit collectio:

Quicunq; propterea à mundo odio habentur & perſecutiones patiuntur, quòd non ſint de mundo, (h. e. religione, vitâ, ſtudiis & moribus mundo ſimiles;) *illi non debẽt propter odia & perſecutiones tantoperè commoveri & contriſtari, ſed potiùs lætari:*

At vos Apoſtoli (& reliqui fideles) *propterea à mundo odio habemini, perſecutionesq; patimini, quòd non eſtis de mundo:*

Ergo *propterea tantoperè commoveri & contriſtari non debetis, &c.*

Vel ita:

Mundus mundum amat: quia τὸ ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον:

Vos non eſtis de mundo:

Ergò *non amat vos, ſed odiô proſequitur.*

Electionis nomine quid intelligendum.

III. A *rei contrarietate.* Opponuntur enim mundus (h. e. carnales, mundani, impij homines) & fideles, quos Chriſtus dicitur de mundo elegiſſe, h. e. ſegregâſſe, in Eccleſiæ & regni ſui conſortium eos vocando. Inter hos autem ἄσπονδον eſt odium. Cæterùm per electionem *aliqui* intelligunt æternam, *alij* temporalem: *illa* eſt ad vitam ac ſalutem, facta πρὸ καταβολῆς κόσμου: *hæc* ad certum aliquod munus, vel uſum ſingularem reſpectum habet. Utraq; ſignificatio huic loco poteſt accommodari, uti oſtendit D. Gerh. d. l. pag. 890. Syllogismus eſt talis:

Quicunq; propterea odio eſt expoſitus, quòd de mundo ſit electus, tùm ad certum aliquod munus, tùm ad vitam ac ſalutem ſempiternam, is facilè poteſt odia iſta negligere, & æquô animô adverſa perferre:

Vos propterea odio eſtis expoſiti, uti jam modò dictum:

Ergò *facilè poteſtis odia iſta negligere, & adverſa æquô animô perferre.*

IV. A *Chriſti & diſcipulorum imparitate*, οὐκ ἔστι μείζων, &c. Mementote, μνημονεύετε, poteſt eſſe vel imperativi, vel indicativi modi, ſed

ſed ſcopo & contextui Imperativus magis convenit, oſtendens, quid Dominus ab Apoſtolis requirat:) ſermonis mei, quem Ego dixi vobis, (Matth. 10, 24. Luc. 6, 40. Joh. 13, 16.) non eſt ſervus major Dominô ſuô. Vis illationis eſt iſthæc:

Servus tenetur patienti animô eandem cum Domino ſuo ſortem tolerare, quin magni beneficij locô æſtimare, ſi eandem cum Domino conditionem experiatur:

Vos eſtis ſervi:

Ergò *tenemini eandum cũ Domino veſtro ſortem patienter ferre, &c.*

Vel ita: *Servus nec hero ſuo præferri, nec lautiùs ac delicatiùs ſolet tractari, quàm ſuus Dominus.*

Vos eſtis ſervi:

Ergò *mihi Domino præferri non debetis, &c. & per conſequens, quas contumelias & adverſitates Dominus pertulit, eas ſervus ferre non recuſabit.*

Illuſtratur hoc argumentum [illegible]: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur; ſi meum ſermonem ſervaverunt, etiam veſtrum ſervabunt. Atqui me ſunt perſecuti: Ergò etiam vos. Sermonem meum (h.e. doctrinam meam fide cordis, confeſſione oris, & executione operis) non ſervaverunt. E. veſtrum etiam ſermonẽ (doctrinam, quam in nomine meo prædicabitis) non ſervabunt, ſed repudiabunt: non enim eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum.

V. Ab *boneſtate*, hoc ſenſu:

Propter nomen Chriſti in mundo & à mundo aliquid pati, boneſtum eſt & glorioſum:

At *vos* (propter nullam veſtram culpam, ſed) *propter nomen Chriſti in mundo & à mundo hæc omnia* (odium, perſecutiones & verbi contemtum) *patiemini.*

Ergò *boneſtum illud vobis & glorioſum eſt futurum.*

Per nomen Christi intelligitur doctrina Evangelij de Christo, ejusq; perſona, officio & beneficiis, quam mundus ferre non poteſt. Alij per nomen Christi intelligunt Christum ipſum, ſicut nomen Dei eſt ipſe Deus. Nomen Chriſti quid ſignificet.

VI. A *cauſa proxima* (vel procreantis) *veritate*. Quærentibus enim de tanti furoris cauſa, reſpondet Salvator: quia non noverunt eum, qui miſit me, h. e. Patrem meum cœleſtem, à quo in mundum propter ſalutem generis humani miſſus ſum. Loquitur de adfectata impiorum ignorantia: Jam verò

Quicquid ex affectata tali ignorantia proficiſcitur, illud tantopere hominem perturbare non debet:

 Odia

Odia mundi, perſecutiones, contemtus verbi, proficiſcuntur ex affectata tali ignorantia. Ergò

Non noverunt Deum, qui me miſit: qui enim ignorat Filium, ignorat etiam, propter eſſentiæ identitatem, Patrem.

Emphaſis eſt in circumlocutione: pro Patre enim ſuo dicens, eum qui miſit me, inſinuat myſterium Incarnationis; haud obſcurè inſimulans Judæos & alios, qui pro Meſſia nec agnoſcere, nec recipere JESUM Nazarenum cupiebant.

Amplificatur πρόληψει, quâ tacitæ occurritur objectioni. Videri enim poterant ob ignorantiam iſtam quodammodo excuſati hoſtes Chriſti & Apoſtolorum: *aliud* enim eſt, & longè gravius, ex malitia, *aliud* & quidem levius, ex ignorantia aliquid committere.

Reſpondetur per diſtinctionem, inter ignorantiam ſimplicem, & affectatam ſive voluntariam. *Hoſtium ac perſecutorum ignorantiam eſſe affectatam, & cum voluntaria cœcitate conjunctam, adeoque planè inexcuſabilem oſtenditur dupliciter.*

1. Ex *διδασκαλίᾳ, ſive doctrina prædicatione.* Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, (Evangelium ipſis meum evidentiſſimè proponendo peccatum non haberent: (poſſent aliquid in peccati & cœcitatis incredulitatis ſuæ excuſationē prætexere, atq; ita excuſati eſſent, ſi non à toto, tameū tanto:) Jā verò veni in hunc mundū Salvator, & locutus ſū eis, h. e. volui tenebris ignorantiæ depulſis, lucem agnitionis divinæ ipſis impertiri; quin & illud palàm profeſſus ſum, me eſſe promiſſum *Meſſiam*, ſalvando generi humano miſſum. Ergò excuſationem de hoc peccato ſuo non habent: me enim docentem, concionantem, Patris cœleſtis voluntatem revelantem, & conciones è V. T. confirmantem audiverunt.

Πρόφασις eſt prolatio cujuſcunque cauſæ falſæ, cum diſſimulatione veræ cauſæ. Latini vocant colorem, velamen, prætextum. Significat itaque Chriſtus, Judæos (de his enim principaliter loquitur, primariis quippe ſuis & auditoribus & perſecutoribus; ſecundariò autem & minùs principaliter refertur etiam ad gentiles:) non grandi ſolum incredulitatis & contemtûs verbi peccatō ſeſe contaminâſſe; ſed nihil planè habere, quod excuſationis qualiſcunque locō peccato ſuo prætexere poſſint.

Peccatum non habere quid ſit.

Quæſtio h. l. movetur de eo, quòd Chriſtus dicit, peccatum non haberent, cùm omnes ſint peccatores. Ventilatur & reſpondetur variè. Vide quæ de hac quæſtione ſcripſit D. Tarnovius, comment. in Johan. p. 256. D. Gerhardus d. l. p. 915. *initiò* in genere reſpondet; Chriſtum non loqui abſolutè & ſimpliciter de peccato,

cato, vel de certa peccati ſpecie ac gradu. *Deinde* varias interpretũ ſententias recenſet: *Tertiò* addit. idem ſſe, non habere peccatum, & non habere prætextũ peccati. *Tandẽ* diſtinguit inter finẽ adventus & prædicationis Chriſti propriũ, qui eſt hominũ converſio & ſalus, Matth. 1, 21. Luc. 9. 56. Joh. 10, 10: & accidentarium ejuſdem eventum, qui eſt omnis excuſationis ademtio, & damnationis aggravatio. D. Pelargus quæſt. in Matth. fol. 180. ita reſpondet: non excuſat Judæos Dominus, quaſi nullo ſint peccato obnoxii, propter adventum & ſermones ſuos; ſed accuſat potiùs, quòd cùm venerit, & coràm adnunciârit verbum veritatis, clauſis tamen auribus & mentibus ſpreverint & abjecerint, ideoque fore ἀναπολογήτους, ut quibus nihil reliquum ſit, quod obtendant ad levandam culpam. Confer *D.* Hunn. Comm. in Matth. p. 648.

2. *Ex* θαυματουργίᾳ *ſive miraculorum operatione.* Excipere enim poterant Judæi: Chriſti doctrinam fuiſſe novam, Moſaicæ contrariam; fortiùs itaq; illos premit, demonſtrans ignorantiam eorum fuiſſe inexcuſabilem, propter miraculorum ſtupendorum evidentiam, quibus doctrinam ſuam Chriſtus confirmavit.

Creſcit ſubinde per αὔξησιν Rhetoricam oratio. *Magnum* eſt beneficium Chriſti adventus; *majus* prædicatio Evangelii; *maximum* doctrinæ per miracula confirmatio, & quidem talia ac tanta, qualia & quanta nemo alius fecerat. Matth. 9, 33. Luc. 5, 26. Johan. 9, 32. Reſpicit autem Chriſtus ad Prophetarum de Meſſia edita vaticinia, de quo prædictum fuerat, ipſum doctrinam ſuam miraculis confirmaturum, Eſai. 35, 5. 6: hinc adeò neceſſarium fuit, ad doctrinam accedere miracula. Ea autem miracula. Chriſtus

1. Fecit ἐν αὐτοῖς, h. e. ἐν μέσῳ αὐτῶν, vel in ipſorum præſentia, quomodo coram oculis eorum, videntibus illis. miracula ſua feceris.

2. Fecit ejuſmodi miracula, qualia nemo alius fecit: quo ἀντιδιορισμῷ miracula ſua non ſolùm à Pſeudo Chriſtorum falſis, ſed & Môſis ac Prophetarum veris miraculis diſtinguit. Chriſtus enim fecit miracula τῇ φύσει καὶ παντοκρατορικῶς, Moſes & Prophetæ τῇ χάριτι καὶ διακονικῶς. Vide Gerh. p. 927. & ſeqq.

Sẹnſus itaque verborum genuinus eſt: Si *tantùm veniſſem & prædicâſſem; non autem miraculis prædicationem Evangelii mei confirmâſſem, peccatum non haberent*; h. e. non haberent ſingulare & magnum illud adfectatæ & voluntariæ ignorantiæ, nec non pertinacis contemtûs verbi peccatum. *Sed & veni, & prædicavi, & miraculis*

Digitized by Google

miraculis confirmavi doctrinam. Ergò habent peccatum; idq; longè graviùs punietur, quàm peccata eorum, qui doctrinam Evangelij non audiverunt, nec tantis miraculis eam confirmari viderunt.

VII. Ab *objecti paritate*. Putabant Judæi, ſe odio habentes Chriſtum, verbumq; illius contemnentes, nec non opera ipſius blaſphemantes, eſſe nihilominus excuſatiſſimos; cùm Patrem cœleſtem honorent, nullâ verò injuriâ eum adficiant. His reſpondet Salvator, probando contrarium ex natura relatorum, quæ Patri cum Filio intercedit, præſuppoſitâ naturæ vel eſſentiæ identitate: Qui me odit, Patrem meum odit; ſumus enim unum, Joh. 10,30. Et paulò pòſt: Viderunt & (καὶ eſt hoc loco adverſativa) oderunt Patrem meum. Oſtendit autem quàm grave peccatum committat mundus, idq; probat ex ſubjecti ſublimitate, quòd hæc omnia redundent in Deum ipſum: hinc igitur graviſſima & atrociſſima ipſis manere ſupplicia; quòd non tantum Deum non noverint, quod eſt peccatum omiſſionis; ſed & oderint inſuper, quod eſt peccatum commiſſionis. Argumentatur ita:

Quicunq; novit, Deum oſores & perſecutores ſuos graviter ulturum, ille odia, perſecutiones & contemtum ſuſtinere facilè poteſt:
Vos nôſtis hoc: Ergò.

IIX. *A prædictionis infallibilitate.* Ubi notetur.

1. *Oratio elliptica*, hoc vel aliô modô ſupplenda: ſed hoc faciunt; hoc accidit; hac ratione fit; hoc ideò fit.

2. *Adverſativa* ἀλλὰ, quæ oſtendit novũ hîc produci argumentum.

3. *Conjunctio* ἵνα; ea ponitur h. l. non αἰτιολογικῶς cauſaliter, ſed ἐκβατικῶς eventualiter.

4. *Nomine legis generaliter ſignificari* totam compagem librorum V. T. quia.

1. *Hiſtorici*, doctrinales & prophetici libri eôdem Spiritu, quô legales ſeu Moſaici ſunt inſpirati & ſcripti: 2. Petr. 1, 21.

2. *Omnes libri* V. T. explicationem legis continent.

5. *Eorum*, h. e. Judæorum *dici legem*, non ratione cauſæ efficientis, ſed objecti, quòd ipſis ſit à Deo concredita. Pſal. 147, 19. 20. Rom. 3, 2. & 9, 4.

6. *Locum allegatum*, ad probandum innocentiam Chriſti, paſſuri immeritò, ex mero mundi odio, peti ex libro Pſalmorum. *Alij* autem producunt Pſal. 35, 7. & 19; *alij* Pſal. 69, 5; *alij* Pſal. 109, 3. Sed cùm hi pſalmi omnes vaticinia de Chriſto contineant, ideò citra abſurditatem affirmare poſſumus, Chriſtum hac allegatione omnes ſimul complecti voluiſſe.

D. Gerh. pag 937.

7. Par-

7. Particulam δωρεὰν (Hebr. חִנָּם) aliàs excludere precium & mercedem, & tunc idem eſt quod gratis; *aliàs* cauſam & meritum, ſic exponitur temerè, immeritò; *aliàs* effectum ſive eventum, & redditur fruſtrà: omnia huc poſſunt accommodari. Significat ergò Salvator, quicquid hujus fiat, illud non temerè, non caſu, non de improviſo ſibi ſuisque obtingere, ſed jam pridem ita per Dei Spiritum prædictum eſſe. Jam *δωρεὰν particula quid ſignificet.*

Quod contingit Deô ſciente, ſanctô conſiliô permittente & prædicente, illud patienti ac forti animô ferre decet:

Odium, quô mundus & me & vos proſequitur, contingit Deô ſciente, permittente & prædicente.

Ergò *patienti ac forti animô eſt ferendum.*

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Errant Clauſtrales, Cœnobitæ & Eremitæ, ſomniantes, de mundo ipſos non fore, ſi clauſtris & cellis incluſi ab hominum conſuetudine ſegregentur; committunt enim elenchi ignorationem: quia de mundo non eſſe: eſt Chriſtum agnoſcere, confiteri & vitæ inculpatæ operam dare, quod fieri poteſt, immò debet, in media hominum turba. Col. *3*, *18*. *20*. 23. Phil. *2*, *15*. Matth. 24, *25*. *De mundo non eſſe quid ſit.*

II. In adverſitatibus noſtris recordemur afflictionum Domini noſtri Iesu Christi. *1*. Pet. *2*, 21. Ioh. 14, 5. *Rom*. *8*, *29*. 1. Pet. 4. 1. *2*. Joh. *13*, 14. 15.

III. Miniſtri Eccleſiæ præ ceteris ad ferendas ærumnas ſeſe parent. Sirac. 10, 31. 2. Cor. *4*, *9*. Matth. 10, 16. 2. Cor. *4*, *9*.

IV. Fruſtrà de Patris cœleſtis honore & cultu gloriantur, qui Chriſtum, verbum atq; miniſtros ejus perſequuntur. Joh. *5*, *23*. & 8, *50*. *55*.

V. Minùs graviter coràm Deo peccant, qui ignorantes peccant. Act. *3*, 17. & 17, 30. 1. Tim. 1, 13.

VI. Qui verbum audiunt, nec convertuntur, omni excuſatione deſtituuntur. Luc 12, *47*. Rom. 2, *4*. *5*.

VII. Patrem non honorat, qui Filium contumeliâ adficit: in Patrem itaque ſunt contumelioſi, qui æternam Filii divinitatem negant.

IIX. Non impatienter feramus, ſi pro benefactis malâ nobis mundus repẽdat gratiâ. Matt. 5, 45. Eccl. 9, 15. Gen. 40, 23. Luc. 17, 17.

IX. Mundus non ſolùm negligit & parùm curat Eccleſiæ Doctores, ſed & hoſtili ipſos odiô proſequitur, eundemq; affectũ hoſtilem

hoſtilem realibus & verbalibus injuriis teſtatur. Geneſ. *19,9*. Amos 5,10. 2. Par. *36,16*. Jerem. *15*. 10. & 18,18. & *20*, 8. Ezech. *3*, 25. & 33, 32. Cantic. *1,6*. *1*. Reg. *2*,23. *1*. Cor. *4*,12. 2. Cor. *12*,15 Matth. *10*,25.

X. De communi ſorte Eccleſiæ omniumque piorum, quòd odiis mundi ſint expoſiti. Matth. *13*, 37. Vide locum de cruce.

XI. Pii in hoc mundi odio Chriſti ſeſe exemplô ſolentur. Matth. *10*, 38. & *16*, 24. Luc. *9*, *23*. Hebr. 12,3. Gal. 6, 17. 1. Petr. 2, 21. 1. Reg. *19*, 4.

XII. Propter mundi autem odia nec à veritate cœleſti deſciſcamus, nec vindictam meditemur, ſed patientiâ Chriſtianâ nos muniamus. *1*. Joh. 3,13. *1*. Pet. 2, *23*. & 4, 4. *5*. Rom. 5, *3*. *4* 5.

XIII. Similitudo naturæ, vitæ, morum ac ſtudiorum cauſa eſt amoris, diſſimilitudo odii. Sir. 3, *19*. 20, Ioh. 7, *7*. Amos 5, 10. Sap. 2, *15*.

XIV. Odium mundi erga pios, verbi potiſſimùm miniſtros, inde exiſtit, quòd à malis operibus ſtudioſè ſibi caveant. *Ioh.* 3,*19*. Pſal. 38, *21*. Prov. *29*, 27. Sap. 2, *12*. & ſeqq. *1*. Pet. 4, 4.

XV. Nullum eſt acerbius odium, quàm quod ex religionis diverſitate oritur. Matth. *10*, *21*, Galat 6, *14*. Iohan. 8, 48. & ſeqq.

XVI. Pii ſunt in mundo, ſed non de mundo, ſunt enim à Chriſto electi de mundo. Ioh. 17, *16*. *1*. Cor. 2, *12*. *Philipp.* *3*, *19*. 1. Pet. 2, *9*. 20. Iac. 1, 27.

XVII. Pii mundi odia non magnopere curant, ſed hilari animô ferunt. Jacob. 4, 4. 2. Corinth. 12. 10. *1*. Iohan. 3, *13*. *14*. Rom. 5, *3*. 4. *5*.

XIIX. Cùm de mundo electi ſimus, non conformemur mundo. *R*oman. 12, 2. Gal. 1, 10. Eph. 1, 4.

XIX. Verbum Domini non ventis committendum, ſed auditum memoriâ firmiter retinendum. Matth. 16, 9. Marc. 8, 18. Luc. 17. 32. Iohan. 16, 4. Act. 20, *31*, *35*. Luc. 8, *15*. Eph. 2, *11*. 1, 1. Theſſ. *2*. *9*. Theſſ. 5, 5. 2. Tim. 2, 8.

XX. Scandalo paucitatis inſervit exemplum Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum omnium. Eſai. 40, *4*. & *53*, 1. Jerem. *6*, 10. & 20, *7*. 8. Ezechiel. 3, 7 & 33, *31*. Oſe. 7, 15. Mich *2*, 11.

XXI. *Prædicatio* Evangelii nunquam planè futura eſt infrugifera. Eſai. *55*, 11. *1*. Cor. 15, ult.

XXII. Propter nomen Chriſti adfligi magnû eſt ſolatium, Pſ. 44, *23*. Rom. *8*, *35*. *36*. Matth. 10, 17. 18. & 24, 10. Luc. 21, 12. Ioh. 16, 1. 2. 1. Cor. 4, 9. & ſeqq. Act. *4*, 2. *3*. *5*. 6. 7. & 5, 17. & ſeqq & 9, *15*.

XXIII.

XXIII. Odium Chriſti & perſecutiones Eccleſiæ oriuntur ex veri Dei ſupina ignorantia, Ioh 5,23.1.Ioh.2,23.

XXIV. Ignorantia autem veri Dei oritur ex contemtu verbi. Pſ.36,10.2.Pet.1,19.Luc 10,16.1.Ioh 3,1.

XXV. Eximia Iudæorum prærogativa eſt illa, quòd *Meſſias* in propria perſona ad illos venerit. Matth.15,24.Joh.4,22.Ro.15,8.

XXVI. Iudæi, quia noluerunt verbum & miracula Chriſti attendere, rei facti ſunt peccati graviſſimi, & planè ἀναπολόγητοι: eadem eſt ratio reliquorum oſorum & perſecutorum Evangelii. Act.20,26,27.Hebr.2,3.Matth.11,21.& 24,14.Luc 12,47.

XXVII. Ignorantia eſt duplex, *una* ex defectu informationis; *altera* ex contemtu informationis, illa culpam & pœnam peccati minuit, hæc auget. Ignorantia duplex.

XXIIX. In peccatis magis quærimus prætextûs & excuſationes, quàm ingenuam confeſſionem.

XXIX. Perſecutores laborant non tantùm ignorantiâ, ſed & odiô Chriſti ac Dei. Act.9,4.Luc.10,16.Joh.5,23.& 10,30. Perſecutores.

XXX. Tria ſunt genera eorum, qui odio Deum habent: 1. à conſortio Eccleſiæ alieni, hoſtes populi Dei manifeſti; Num. 10, 35. Pſal. 68, 2. 2. Errantes in Eccleſia de perſona & officio Chriſti: Phil. 3, 18. 3. Mandata Dei voluntariè tranſgredientes. Exod. 20,5, Deut. 5, 9.

XXXI. Odia & perſecutiones non ſine Dei providentis notitia obveniunt.

XXXII. Cauſa odii & perſecutionum quærenda in hominum malevolentia.

XXXIII. In omni adverſitatum genere ad ſcripturam eſt recurrendum. Pſ.119,92.Jer.15,16.Pſ.94,20.& 73,28.2.Tim.3,16.

XXXIV. Nihil Deo vel neſciente, vel negligente nobis obtingit. Matth.10,30.

XXXV. Danda nobis omnibus eſt opera, ut in adflictionibus de innocentia gloriari queamus. 1. Pet.3,17. & 4,15. Pſalm. 26, 1. & ſeqq. Innocentiæ in cruce.

XXXVI. Divinitas Chriſti probatur ex futurorum prædictione aliiſque argumentis quàm plurimis. Joh.1,1.2.&ſeqq.& 3,16. & 5,18. & 10, 10. & 10, 28. Act.20, 28.1. Tim.3, 16. Rom.8,32.& 9,5. 1. Joh.5,20. Pſ 2, 7.

XXXVII. Errant Eſawitæ, felicitatem temporalem pro veræ Eccleſiæ nota allegantes. Johan. 15,18. Matth. 16,14. Pſal.34,20. 1. Tim. 3,12. Eccleſiæ nota falſa felicitas.

XXXIIX. Errant etiam Anabaptiſtæ, à verò miniſterio auditorum obſequium requirentes. Joh. 6,64.66.68. Jer. 44,16.

XXXIX. A mundo ſegregatur is, qui à peccatorum impuritate abſtinet. 2. Cor. 6,17. 1. Joh. 2,15. Rom. 12, 2. Col. 3,2.

Electio nō eſt univerſalis.

XL. Electionem non eſſe univerſalem omnium hominum, ex verſ.19 patet. Matth. 24,24. Rom. 11,7. Act. 13,48.

XLI. Gloria miraculorum nullatenus conſtituitur Eccleſiæ nota; comparatè enim Chriſtus loquitur: ſemper autem eſſe neceſſaria miracula, ex h. l. probari nequit.

PARS III.

Reſtant fontes conſolationum, ex hoc ipſo textu mundi odiis, perſecutionibus & contemtui, quin quibusvis adverſitatibus opponendarum. Harum deſumitur

1. *Ex Chriſti ſive adſimilatione, ſive conſociatione.* Nam & ipſe odio habitus eſt à mundo: gaudium eſt miſeris ſocios habuiſſe malorum.

2. *Ex mundi abrenunciatione:* nôrunt enim pij, quòd mundo valedixerint; nullum proinde ipſis debet eſſe cum mundo commercium, qui totus in maligno eſt poſitus. Quisquis autem non eſt de mundo, is non eſt de numero infidelium ſive malorum.

3. *Ex noſtra in Chriſto & per Chriſtum electione,* quæ gratuitam in ſe complectitur Dei dilectionem, unde originem etiam trahit. Deut. 4,37. & 7,6 8. & 10,15: unde ipſis gaudendi potiùs, quàm triſtandi materia, cùm præſertim ad decretum æternæ Electionis calamitates etiam pertineant. Rom. 8, 29. Actor. 14,22. Phil. 1, 28. 2. Tim. 2, 12. Apoc. 1, 9.

4. *Ex certa Chriſti prænunciatione:* mementote ſermonis, quem Ego dixi vobis.

5. *Ex relationis inter Dominum & ſervum conſideratione.* Servus enim non poteſt, nec debet meliori eſſe conditione ac locô, quàm Dominus, ſufficit ipſi, ſi æqualem & eandem cum Domino ſortem experiatur.

6. *Ex cauſæ æſtimatione:* patiuntur enim propter nomen Chriſti, non propter proprium aliquod malefactum.

7. *Ex paſſionis μὲθεξῃ communicatione:* redundat enim in Deum ipſum, & Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM omnis à mundo piis illata injuria.

8. Ex

Digitized by Google

8. *Ex pœnæ irrogatione:* peccatum enim habent, h. e. manet peccatum & ira Dei ſuper ipſos. Hæc verò omnia ex ſecunda parte evadent dilucidiora, unde etiam παραμύθια pleraq;, conſolationi noſtræ ſub cruce admodum neceſſariæ, peti debent. Huc referri poteſt integra de cruce & calamitatibus piorum doctrina, quam vide in locis & libellis methodicis. Nos ad ſecundam diſpoſitionem, quia & ad finem meditationum noſtrarum, cum Bono Deo, properamus.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

FEſtivales pericopæ concluduntur elegantiſſimâ particulâ ex concione Chriſti valedictoriâ deſumtâ, quam nos duarum partium contemplatione enarrabimus, audituri

I. CHRISTI præſagium;
II. Ejusdem ſolatium.

PARS I.

Initiò vatem agit Salvator, prænuncians in via, extra urbem Hieroſolymam, ad montem Oliveti, Apoſtolis ſuis, à quibus ad Patrem jam erat iturus, fatum ſive fortunam, quæ ipſos in mundo eſſet exceptura. Notetur autem

I. Προθεραπεία *præparatio*, quâ, veluti exordiô, animos diſcipulorum præmunire voluit, promulgationem mandati de φιλαδελφίᾳ vel dilectione mutua repetendo. Neceſſaria admodum hæc ipſis fuit repetitio: in mundo enim amicitiæ parùm, odij abundè habituri cùm eſſent, ipſa rei neceſſitas exigere videbatur, ut ipſi Apoſtoli amicitiam inter ſe mutuam colerent: ita enim mutuô etiam ſolatiô, in communi mundi odio, erigere ſeſe poterant: συνάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθροὺς ὁ κοινὸς κίνδυνος. Denuo autem inculcat hoc præceptum dilectionis, ád ſignificandam

1. *Cordis humani depravationem;*

2. *Charitatis commendationem.* Vid. pr. diſp.

II. Παρακαταθήκη ἢ προφητεία; qua triplex Salvator Apoſtolis prænunciat malum:

1. *Mundi odium*, quod v. 18, 19. bis ponit, rei certitudinem

Mundus quid ipſis inſinuans. Mundus ſignificat h. l. malos homines in mundo, Judæos cumprimis, atrociſſimos Chriſti & Apoſtolorum, omniumq; Chriſto cohærentium hoſtes, oſores & perſecutores.

2. *Exilium vel exterminium.* Hic eſt effectus odij: innuit hoc

διώκω quid ſignificet. ipſum Græcum διώκω, quod dictum putant nonnulli, quaſi δίω ἄκω, perſequendo expello, in exilium ejicio. In N. T uſurpatur, pro quavis injuria, *ſive* reali, *ſive* verbali, *ſive* infortunas, *ſive* in famam, *ſive* in vitam hominis graſſetur, ac plerunq; uſurpatur pro perſecutione, quam hoſtes veritatis Chriſto & Eccleſiæ ipſius inferunt, *tùm* inſidias ſtruendo, *tùm* manus injiciendo, *tùm* carceribus includendo, *tùm* contumeliâ adficiendo, *tùm* cædendo, *tùm* ejiciendo, *tùm* de loco in locum propellendo, *tùm* deniq; occidendo. Et hujusmodi calamitatem imminere Apoſtolis ſuis teſtatur Chriſtus iis verbis: Si me perſecuti ſunt (homines mundani & impij, hoſtes cœleſtis veritatis peſſimi;) & vos perſequentur: Verum prius: Verum itaq; erit & poſterius.

3. *Verbi ab Apoſtolis prædicati repudium & faſtidium.* Ita enim pergit: *Si meum ſermonem ſervaverunt, ſervabunt & veſtrum: ſubſume: At Chriſti ſermonem non ſervaverunt:* E. *nec Apoſtolorum ſermonem ſervabunt.* Per λόγον intelligit ſimpliciter doctrinam, concionem & negotium Evangelij, quod docebant Apoſtoli. Τηρεῖν,

Servare verbum ſervare eſt credere, admittere, recipere, magnifacere. Innuit ergò Jeſus ſummum fore Verbi prædicati contemtum, qui vel maximè angit & adfligit prædicantium animos. Suum autem & illorum dixit ſermonem, non quòd diverſus eſſet ſermo, ſive alia doctrina, ſed quòd per diverſos miniſtros traderetur.

USUS

I. Informatorius.

I. De cauſis diligendi nos mutuò. Tenemur hoc facere, propter

1. de

Digitized by Google

1. dominicam juſſionem;
2. teſtamentariam inſtitutionem;
3. facilem ejuſdem expeditionem; 1. Ioh 5, 3.
4. charitatis fructificationem. Eſt enim dilectio mutua
1. fidei teſtimonium; Gal. 5, 6. Iac. 2, 18.
2. ſpiritus inhabitantis indicium; Gal. 5, 22.
3. Chriſtianorum proprium, tanquam vinculum perfectionis. Col. 3, 14. Matth. 5, 48.
4. donorum reliquorum condimentum; 1. Cor. 13, 1. & ſeqq.
5. legis complementum; Rom. 13, 10. Gal. 6, 2
6. vitæ ſubſecuturæ ornamentum. 1 Cor. 13, 13.

II. De odio mundi erga Chriſtum, Chriſtique adſeclas ac miniſtros. Matth. 10,16.22. Pſal. 120,3.6.7. Gal. 1,10. Iacob. 4,14. 2. Tim. 3,12. 1. Reg. 22,8.

III. De perſecutionibus piorum verbi miniſtrorum ac confeſſorum in mundo. Jer. 11,18. 19. & 18,18. 20. Joh. 16,2. 1. Cor. 4,9. 11. 1. Reg. 22,26. Act. 12,1. 2. 3. Amos 5,10 Sap. 2,10 11,12. 2. Par. 16, 10. & 25,15.16. & 26,19 Matth. 14,3. Amos. 7,12. Act. 13.50. Apoc. 1.9.

IV. De contemtu Verbi prædicati. Eſ. 28,13. & 65,5. Ezech. 2,4. & 33,31. Oſe. 4, 4. & 8,12. Jer. 20,8. 2. Reg. 17,13. 2. Par. 30, 10, & 36,16. Matth. 11,16, Actor. 2,13.

II. Conſolatorius.

I. Odio mundi opponatur Dei ſuos diligentis favor. Eſa. 51. 7. Jer. 1,8. & 15,20. & 20,11. Ezech. 2,6. 2. Cor. 4. 8. 9. Eſa. 49,2.

II. Nihil novi, ſi mundus miniſtros Eccleſiæ, & omnes communiter verè pios odiô proſequatur. Matth. 5, 12. &. 23,35. Gal. 4,29.

III. Calamitatibus ac perſecutionibus opponantur futuræ vitæ præmia. Matth. 5, 11. 12. Sap. 5, 1. & ſeqq. 1. Pet. 5,4. Apoc. 2,10. Matth. 25, 23. Luc. 22, 28. 29. 2. Tim. 4,6,7.8. Apocal 3,21. Dan. 12,3. Joh, 12, 26.

III. Monitorius.

1. Ut fideles verbi miniſtri promtô animô in ſe recipiant non modò contemtû, ſed & omnis generis perſecutiones. Sir. 10,31

Jerem. 26, 12. Am. 7, 14. 15. 16. Actor. 4, 19. 20. Joh. 3, 30. 2. Cor. 11, 7.

2. Ut debitam Deo conſtantiam præſtent, neq; minis neq; odiis, neq; ullâ aliâ re abſterreri ſe permittentes. Eſ. 40, 9. & 58, 1. Jerem. 9, 2. & 20, 8. 9. & 17, 15. 16. Joh. 1, 20. & 5, 33. Matth. 11, 7. Act. 20, 23. 24. 1. Cor. 9, 16. 2. Cor. 6, 4. 2. Tim. 2, 24.

3. Ne recuſent ſubire pericula vocationis. Jer. 19, 2. & 22, 1. & 26, 2. Joh. 1, 2. 3. 4. & 3, 1. 2. 3. Actor. 13, 50. 51. & 18. 16.

IV. Refutatorius.

Eorum, qui ex ſortis adverſæ conditione Eccleſiam æſtimantes doctrinam illorum damnant, qui crucem ac calamitates, perſecutiones, mortem deniq; ipſam, Dominô ita diſponente, ſubire coguntur. Pſal. 34, 20. 2. Tim. 3, 12. Pſal. 73, 15. Act. 28, 22.

PARS II.

Ne animis concidant Apoſtoli, pergit Salvator fideliſſimus variis eosdem rationibus ac conſolationibus erigere, proponens

I. Proprij exempli imitationem, hoc ſenſu: quod mihi contigit à mundo, idem ſi vobis contingat, *neq;* mirum, *neq;* novum, *neq;* inſolens videri, ſed maximo vobis ſolatio eſſe debet. Jam verò odio à mundo me haberi contigit. Ergò: & per conſequens, non meliori eſſe velitis conditione, quàm Ego ipſe fui, ſed ſolari meô vos exemplô poteſtis, ſcientes, quòd me odio habuerit mundus, & quidem ante vos, ut hac ratione patientiæ vobis præberem exemplum.

II. Mundi & Apoſtolorum oppoſitionem. Si de mundo eſſetis, (h. e. ex numero hominum τὰ ἐπίγεια terrena curantium, Deum contra & viam ſalutis adſpernantium;) *mundus quod ſuum eſt diligeret. At vos de mundo non eſtis:* (non quòd origine veſtrâ mundani non ſitis, ſed quia Ego elegi, h. e. ſegregavi vos de mundo:) *Ergò mundus vos non diligit*, ſed odiô perſequitur. Collectio eſt hypothetica, deſtruitque antecedens, ut tollat conſequens.

Remotio

Remotio antecedentis eſt: Vos de mundo non eſtis, h. e. non eſtis pars ſatanæ & impiorum. Conſequentis deſtructio per contrarij poſitionem enunciatur; quos enim non diligimus, odio habemus. Τὸ ἴδιον eſt pars nativa totius, quemadmodum ſoboles eſt pars parentum, pullus gallinæ. Concluditur ita: *Quicquid argumento eſt, vos nihil cum mundo perdito habere commune ſed de mundo eſſe electos, illud & æquô animô ferre, & in lucro ponere debetis: Mundi odium eſt argumento, vos nihil cum mundo habere commune, ſed de mundo vos eſſe electos:* Ergò. Non enim magis dolendum de mundi odio, quàm de eo, quòd ad mundum quis pertineat; quin de odio mundi ita gaudendum, ſicut gaudemus de Electione ad vitam æternam & ſeparatione à conſortio mundi immundi.

III. Priſtini præcepti recordationem, per collationem imparium, ut ſunt Dominus & ſervus. Mementote ſermonis, quem dixi vobis; non eſt major ſervus Dominô ſuô. Facit tertium hoc conſolationis fundamentum, ad illuſtrationem primi, quod ab exemplo Chriſti proprio deducebatur: *Servus non debet meliorem præ domino ſuo ſortem expetere, ſed ſorte Domini ſui contentus eſſe: Vos eſtis ſervi; Ego Dominus veſter:* Ergò.

IV. Cauſæ veræ manifeſtationem, cur Apoſtoli odiis & perſecutionibus futuri ſint expoſiti. Hæc omnia facient vobis propter nomen meum:

Quicunq; enim honeſtiſſimam habet patiendi cauſam, is æquâ mente crucem impoſitam ferre poteſt:

Vos honeſtiſſimam habetis patiendi cauſam: Ergò.

Minor probatur ἐνδείξει cauſæ perſecutionis ac odij veræ: odio habebunt, perſequentur vos, non ob aliqua veſtra ſcelera ac flagitia, ſed propter nomen meum, quòd à me miſſi prædicabitis Evangelium, mundo incredulo odioſum ac inviſum. 1. Cor. 1, 23.

5. *Miſerandam perſecutorum conditionem.* Illos verò deſcribit,

1. A *ſpontanea ignorantia*, quâ ſuâpte culpâ laborent. Non noverunt eum, qui miſit me: q. d. gloriantur quidem de vera θεογνωσίᾳ, ſed falſò: ſi enim rectè cognoviſſent Deum, ſcirent utiq; doctrinam & opera mea eſſe à Deo, me eſſe æternum Dei Patris Filium, ipſi ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον eo fine in mundum miſſum, ut doctrinam Evangelij ex ſinu Patris proferrem, & victima

pro

pro peccatis mundi fierem. Hæc illi dum ignorant, nec ſcire ac diſcere deſiderant, mirum non eſt, eos cauſam meam extremô odiô proſequi.

2. Ab *affectata malitia*, quæ manifeſtatæ & monſtratæ veritati cedere nolit; idq́ue tale & tàm grande eſſe peccatum, quod ipſos reddat ἀναπολογήτες. Si enim non veniſſem, (in hunc mundum, & quidem ad Judæos, factus miniſter circumciſionis, Roman. 15, 8.) & locutus eſſem eis, (revelans omne Patris de ſalute hominum conſilium, & ad regni cœleſtis conſortium eos invitans) peccatum non haberent; (h.e. tantum non haberent peccatum, quantum nunc habent, veritate contumaciter repudiatā; *vel* deſinerent ſeſe excuſare, & innocentes clamiatre: *vel* peccatum non haberent κατ' ἐξοχὴν, h. e. peccatorum maximum, incredulitatis, quô reliqua continentut peccata: q.d. potuiſſent videri boni & excuſabiles, niſi tàm perſpicuè docuiſſem omnia.) Nunc autem non habent, quod prætexant peccato ſuo. Ergò peccatum habent, h. e. ipſos manet, quod eſt peccatum in Spiritum S.

Quod verò de neglecto & ſpreto verbo dixit; idem quoque de operibus & miraculis pronunciat. Illa enim cùm blaſphemârint hoſtes & oſores Chriſti, iterum inexcuſabiles, h. e. rei incredulitatis & peccati ad mortem aguntur. Si opera (miracula) non feciſſem inter eos, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, ſcilicet tantum ac tàm enorme, ut ſi non à toto, tamen à tanto fuiſſent excuſati. Nunc autem viderunt opera illa & miracula mea, quibus in mei cognitionem deduci potuiſſent: at illi nihilominùs oderunt & me, & conſequenter Patrem meum, in quem injuria hæc redundat. E. peccatum hoc manebit, ſuô tempore juſtô Dei judiciô vindicandum.

Quæritur hîc de operibus Prophetarum, e. g. Eliæ & Eliſæi, qui mortuos reſuſcitârunt, & alia miracula patrârunt, quomodo dici queat, neminem alium tanta feciſſe opera? Reſp. Fecerunt quidem Elias & Eliſæus, aliique Prophetæ ſtupenda miracula, at non 1. *tantâ facilitate*, ſed admodum operosè; 2. *propriâ auctoritate*; 3. *divinâ, ſed alienâ poteſtate*; 4. *tantâ frequentiâ & multitudine*; 5. *cum prædictionibus Prophetarum convenientiâ*; Eſ. 35, 5. Matt. 15. 30: quibus conditionibus opera Chriſti omnium Prophetarum miracula longè exſuperârunt. Proinde ad obfirmandos Apoſtolorum animos ex hoc capite ita concludit Salvator: *Quorum conditio eſt miſerrima, ab illis ſi quid mali nobis inferatur, id patienter eſt ferendum*:

ferendum : Atqui perſecutorum & hoſtium noſtrorum conditio eſt miſerrima, laborant enim ἀγνοίᾳ καὶ κακίᾳ *inexcuſabili. E. id mali, quod ab illis nobis infertur, patienter eſt ferenduni.*

VI. Cauſa ſuæ, Apoſtolorumq́ue ſuorum cum Deo Patre conjunctionem : qui me odit, Patrem meum odit, in hunc redundat omne odium, exilium & repudium : ideoque graviter tandem hanc nobis illatam injuriam ulciſcetur, fidelibus ſuis magna cum gloria ereptis.

VII. Vaticinii Prophetici impletionem. Ita prædictum eſt de me, capite Eccleſiæ, omnibusq́ue meis fidelibus, veris myſtici corporis membris. Sed (hoc ſcilicet accidit) ut (conſequentiam notat, non cauſam) impleatur ſermo, qui in lege (Veteri Teſt.) eorum ſcriptus eſt: oderunt me gratis, immeritò, ſine cauſa. Non eſt ea Salvatoris mens, ac ſi ad Chriſtum odio habendum impulſi fuerint hoſtes ac perſecutores, ſed ex odio ipſorum conſecutum eſt, ut quod de ſe ſcripſerat David, typus Meſſiæ, id in antitypo Chriſto conſummatum intelligeretur. Reſpicit itaque Chriſtus divinæ providentiæ operationem, hoc ferè ſenſu:

Quicquid DEI providentiâ regitur, illud magno vobis eſſe debet ſolatio.

At mundi erga vos odia, perſecutiones, &c. ita ſeſe habent.

Ergò *magno vobis eſſe debent ſolatio.*

USUS

I. Informatorius.

I. Quòd mundus etiam apud nos ſit: à pleriſque enim miniſtri Eccleſiæ habentur odio, plùs quàm Vatiniano, ii præſertim, qui peccata mundi juſtô ac debitô zelô aliquanto acriùs reprehendunt; nec deſunt perſecutores & verbi contemtores. 1. Reg. 2, 23. & 22, 8. 2. Paral. 16, 10. & 36, 16. Geneſ. 6. 3. & 19, 9. 15. Amos 5, 10. Jerem. 5, 12. & 11, 21. & 15, 10. & 18, 18. & 20, 8. Ezechiel 3, 25. & 33, 32. Cantic. 1, 6. 1. Corinth. 4, 12. Galat. 4, 29. 2. Corinth. 12, 15. Matth. 10, 25. Joh. 16, 2. 38. & 17, 14. Eſ. 58, 1. Ezech. 33, 9.

II. Quô locô habendi ſint illi, qui oderunt & perſequũtur, eos, qui nomen Chriſti & Evangelii doctrinam profitentur; quod ſtudioſè AntiChriſtiana perſecutrix obſervet Eccleſia, quæ certè non novit Deum.

III. Notandæ veniunt cauſæ, cur Chriſtus in mundum veniens odio à mundo ſit habitus; quia nim. Chriſtus quare à mũdo ſit contemptus

Rrrr 1. Non

Odia mundi, perſecutiones, contemtus verbi, proficiſcuntur ex affectata tali ignorantia. Ergò

Non noverunt Deum, qui me miſit: qui enim ignorat Filium, ignorat etiam, propter eſſentiæ identitatem, Patrem.

Emphaſis eſt in circumlocutione: pro Patre enim ſuo dicens, eum qui miſit me, inſinuat myſterium Incarnationis; haud obſcurè inſimulans Judæos & alios, qui pro Meſſia nec agnoſcere, nec recipere JESUM Nazarenum cupiebant.

Amplificatur πρόληψει, quâ tacitæ occurritur objectioni. Videri enim poterant ob ignorantiam iſtam quodammodo excuſati hoſtes Chriſti & Apoſtolorum: *aliud* enim eſt, & longè gravius, ex malitia, *aliud* & quidem levius, ex ignorantia aliquid committere.

Reſpondetur per diſtinctionem, inter ignorantiam ſimplicem, & affectatam ſive voluntariam. *Hoſtium* ac perſecutorum ignorantiam eſſe affectatam, & cum voluntaria cœcitate conjunctam, adeoque planè inexcuſabilem oſtendirur dupliciter.

1. Ex διδασκαλία, *ſive doctrina prædicatione.* Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, (Evangelium ipſis meum evidentiſſimè proponendo peccatum non haberent: (poſſent aliquid in peccati & cœcitatis incredulitatis ſuæ exeuſationē prætexere, atq; ita excuſati eſſent, ſi non à toto, tamē à tanto:) Jā verò veni in hunc mundū Salvator, & locutus ſū eis, h. e. volui tenebris ignorantiæ depulſis, lucem agnitionis divinæ ipſis impertiri; quin & illud palām profeſſus ſum, me eſſe promiſſum *Meſſiam*, ſalvando generi humano miſſum. Ergò excuſationem de hoc peccato ſuo non habent: me enim docentem, concionantem, Patris cœleſtis voluntatem revelantem, & conciones è V. T. confirmantem audiverunt.

Πρόφασις eſt prolatio cujuſcunque cauſæ falſæ, cum diſſimulatione veræ cauſæ. Latini vocant colorem, velamen, prætextum. Significat itaque Chriſtus, Judæos (de his enim principaliter loquitur, primariis quippe ſuis & auditoribus & perſecutoribus; ſecundariò autem & minùs principaliter refertur etiam ad gentiles:) non grandi ſolum incredulitatis & contemtûs verbi peccatô ſeſe contaminâſſe; ſed nihil planè habere, quod excuſationis qualiſcunque locô peccato ſuo prætexere poſſint.

Peccatum non habere quid ſit. Quæſtio h. l. movetur de eo, quòd Chriſtus dicit, peccatum non haberent, cùm omnes ſint peccatores. Ventilatur & reſpondetur variè. Vide quæ de hac quæſtione ſcripſit D. Tarnovius, comment. in Johan. p. 236. D. Gerhardus d. l. p. 915. *initiò* in genere reſpondet; Chriſtum non loqui abſolutè & ſimpliciter de peccato,

cato, vel de certa peccati ſpecie ac gradu. *Deinde* varias interpretũ ſententias recenſet: *Tertiò* addit. idem eſſe, non habere peccatum, & non habere prætextũ peccati. *Tandẽ* diſtinguit inter finẽ adventus & prædicationis Chriſti propriũ, qui eſt hominũ converſio & ſalus, Matth. 1, 21. Luc. 9. 56. Joh. 10, 10: & accidentarium ejuſdem eventum, qui eſt omnis excuſationis ademtio, & damnationis aggravatio. D. Pelargus quæſt. in Matth. fol. 180. ita reſpondet: non excuſat Judæos Dominus, quaſi nullo ſint peccato obnoxii, propter adventum & ſermones ſuos; ſed accuſat potiùs, quòd cùm venerit, & coràm adnunciârit verbum veritatis, clauſis tamen auribus & mentibus ſpreverint & abjecerint, ideoque fore ἀναπολογήτους, ut quibus nihil reliquum ſit, quod obtendant ad levandam culpam. Confer *D.* Hunn. Comm. in Matth. p. *648*.

2. *Ex θαυματουργίᾳ ſive miraculorum operatione.* Excipere enim poterant Judæi: Chriſti doctrinam fuiſſe novam, Moſaicæ contrariam; fortiùs itaq; illos premit, demonſtrans ignorantiam eorum fuiſſe inexcuſabilem, propter miraculorum ſtupendorum evidentiam, quibus doctrinam ſuam Chriſtus confirmavit.

Creſcit ſubinde per αὔξησιν Rhetoricam oratio. *Magnum* eſt beneficium Chriſti adventus; *majus* prædicatio Evangelii; *maximum* doctrinæ per miracula confirmatio, & quidem talia ac tanta, qualia & quanta nemo alius fecerat. Matth. *9, 33*. Luc. *5, 26*. Johan. *9, 32*. Reſpicit autem Chriſtus ad Prophetarum de Meſſia edita vaticinia, de quo prædictum fuerat, ipſum doctrinam ſuam miraculis confirmaturum, Eſai. 35, 5. *6*: hinc adeò neceſſarium fuit, ad doctrinam accedere miracula. Ea autem miracula.

1. Fecit ἐν αὐτοῖς, h. e. ἐνώπιον αὐτῶν, vel in ipſorum præſentia, coram oculis eorum, videntibus illis.

Chriſtus quomodo miracula ſua fecerit.

2. Fecit ejuſmodi miracula, qualia nemo alius fecit: quo διορισμῷ miracula ſua non ſolùm à Pſeudo Chriſtorum falſis, ſed & Môſis ac Prophetarum veris miraculis diſtinguit. Chriſtus enim fecit miracula τῇ φύσει καὶ παντοκρατορικῶς, Moſes & Prophetæ τῇ χάριτι καὶ διακονικῶς. Vide Gerh. p. 927. & ſeqq.

Senſus itaque verborum genuinus eſt: Si *tantùm veniſſem & prædicâſſem; non autem miraculis prædicationem Evangelii mei confirmâſſem, peccatum non haberent*; h. e. non haberent ſingulare & magnum illud adfectatæ & voluntariæ ignorantiæ, nec non pertinacis contemtûs verbi peccatum. *Sed & veni, & prædicavi, &*

7. Particulam *δωρεὰν* (Hebr. חִנָּם) aliàs excludere precium & mercedem, & tunc idem eſt quod gratis; *aliàs* cauſam & meritum, ſic exponitur temerè, immeritò; *aliàs* effectum ſive eventum, & redditur fruſtrà: omnia huc poſſunt accommodari. Significat ergò Salvator, quicquid hujus fiat, illud non temerè, non caſu, non de improviſo ſibi ſuisque obtingere, ſed jam pridem ita per Dei Spiritum prædictum eſſe. Jam *δωρεὰν particula quid ſignificet.*

Quod contingit Deô ſciente, ſanctô conſiliô permittente & prædicente, illud patienti ac forti animô ferre decet:

Odium, quô mundus & me & vos proſequitur, contingit Deô ſciente, permittente & prædicente.

Ergò *patienti ac forti animô eſt ferendum.*

Poriſmata & Theoremata Theologica ſecundæ partis.

I. Errant Clauſtrales, Cœnobitæ & Eremitæ, ſomniantes, de mundo ipſos non fore, ſi clauſtris & cellis incluſi ab hominum conſuetudine ſegregentur; committunt enim elenchi ignorationem: quia de mundo non eſſe: eſt Chriſtum agnoſcere, confiteri & vitæ inculpatæ operam dare, quod fieri poteſt, immò debet, in media hominum turba. Col. 3, 18. 20. 23. Phil. 2, 15. Matth. 24, 25. *De mundo non eſſe quid ſit.*

II. In adverſitatibus noſtris recordemur afflictionum Domini noſtri IESU CHRISTI. 1. Pet. 2, 21. Ioh. 14, 5. *Rom.* 8, 29. 1. Pet. 4. 1. 2. Joh. 13, 14. 15.

III. Miniſtri Eccleſiæ præ ceteris ad ferendas ærumnas ſeſe parent. Sirac. 10, 31. 2. Cor. 4, 9. Matth. 10, 16. 2. Cor. 4, 9.

IV. Fruſtrà de Patris cœleſtis honore & cultu gloriantur, qui Chriſtum, verbum atq; miniſtros ejus perſequuntur. Joh. 5, 23. & 8, 50. 55.

V. Minùs graviter coràm Deo peccant, qui ignorantes peccant. Act. 3, 17. & 17, 30. 1. Tim. 1, 13.

VI. Qui verbum audiunt, nec convertuntur, omni excuſatione deſtituuntur. Luc 12, 47. Rom. 2, 4. 5.

VII. Patrem non honorat, qui Filium contumeliâ adficit: in Patrem itaque ſunt contumelioſi, qui æternam Filii divinitatem negant.

IIX. Non impatienter feramus, ſi pro benefactis malâ nobis mundus repõdat gratiâ. Matt. 5, 45. Eccl. 9, 15. Gen. 40, 23. Luc. 17, 17.

IX. Mundus non ſolùm negligit & parùm curat Eccleſiæ Doctores, ſed & hoſtili ipſos odiô proſequitur, eundemq; affectũ

hoſtilem

Digitized by Google

hoſtilem realibus & verbalibus injuriis teſtatur. Geneſ. 19, 9. Amos 5, 10. 2. Par. 36, 16. Jerem. 15. 10. & 18, 18. & 20, 8. Ezech. 3, 25. & 33, 32. Cantic. 1, 6. 1. Reg. 2, 23. 1. Cor. 4, 12. 2. Cor. 12, 15. Matth. 10, 25.

X. De communi ſorte Eccleſiæ omniumque piorum, quòd odiis mundi ſint expoſiti. Matth. 13, 37. Vide locum de cruce.

XI. Pii in hoc mundi odio Chriſti ſeſe exemplô ſolentur. Matth. 10, 38. & 16, 24. Luc. 9, 23. Hebr. 12, 3. Gal. 6, 17. 1. Petr. 2, 21. 1. Reg. 19, 4.

XII. Propter mundi autem odia nec à veritate cœleſti deſciſcamus, nec vindictam meditemur; ſed patientiâ Chriſtianâ nos muniamus. 1. Joh. 3, 13. 1. Pet. 2, 23. & 4, 4. 5. Rom. 5, 3. 4. 5.

XIII. Similitudo naturæ, vitæ, morum ac ſtudiorum cauſa eſt amoris, diſſimilitudo odii. Sir. 3, 19. 20, Ioh. 7, 7. Amos 5, 10. Sap. 2, 15.

XIV. Odium mundi erga pios, verbi potiſſimùm miniſtros, inde exiſtit, quòd à malis operibus ſtudioſè ſibi caveant. Ioh. 3, 19. Pſal. 38, 21. Prov. 29, 27. Sap. 2, 12. & ſeqq. 1. Pet. 4, 4.

XV. Nullum eſt acerbius odium, quàm quod ex religionis diverſitate oritur. Matth. 10, 21, Galat 6, 14. Iohan. 8, 48. & ſeqq.

XVI. Pii ſunt in mundo, ſed non de mundo, ſunt enim à Chriſto electi de mundo. Ioh. 17, 16. 1. Cor. 2, 12. Philipp. 3, 19. 1. Pet. 2, 9. 10. Iac. 1, 27.

XVII. Pii mundi odia non magnopere curant, ſed hilari animô ferunt. Jacob. 4, 4. 2. Corinth. 12, 10. 1. Iohan. 3, 13. 14. Rom. 5, 3. 4. 5.

XIIX. Cùm de mundo electi ſimus, non conformemur mundo. Roman. 12, 2. Gal. 1, 10. Eph. 1, 4.

XIX. Verbum Domini non ventis committendum, ſed auditum memoriâ firmiter retinendum. Matth. 16, 9. Marc. 8, 18. Luc. 17, 32. Iohan. 16, 4. Act. 20, 31, 35. Luc. 8, 15. Eph. 2, 11. 1, 1. Theſſ. 2. 9. Theſſ. 5, 5. 2. Tim. 2, 8.

XX. Scandalo paucitatis inſervit exemplum Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum omnium. Eſai. 40, 4. & 53, 1. Jerem. 6, 10. & 20, 7. 8. Ezechiel. 3, 7 & 33, 31. Oſe. 7, 15. Mich. 2, 11.

XXI. Prædicatio Evangelii nunquam planè futura eſt infrugifera. Eſai. 55, 11. 1. Cor. 15, ult.

XXII. Propter nomen Chriſti adfligi magnū eſt ſolatium, Pſ. 44, 23. Rom. 8, 35. 36. Matth. 10, 17. 18. & 24, 10. Luc. 21, 12. Ioh. 16, 1. 2. 1. Cor. 4, 9. & ſeqq. Act. 4, 2. 3. 5. 6. 7. & 5, 17. & ſeqq & 9, 13.

XXIII.

XXIII. Odium Chriſti & perſecutiones Eccleſiæ oriuntur ex veri Dei ſupina ignorantia, Ioh 5,23.1.Ioh.2,23.

XXIV. Ignorantia autem veri Dei oritur ex contemtu verbi.Pſ.36,10.2.Pet.1,19.Luc 10,16.1.Ioh 3,1.

XXV. Eximia Iudæorum prærogativa eſt illa,quòd *Meſſias* in propria perſona ad illos venerit. Matth.15,24.Joh.4,22.Ro.15,8.

XXVI. Iudæi, quia noluerunt verbum & miracula Chriſti attendere, rei facti ſunt peccati graviſſimi, & planè ἀναπολόγητοι: eadem eſt ratio reliquorum oſorum & perſecutorum Evangelii. Act.20,26,27.Hebr.2,3.Matth.11,21.& 24,14.Luc 12,47.

XXVII. Ignorantia eſt duplex, *una* ex defectu informationis; *altera* ex contemtu informationis,illa culpam & pœnam peccati minuit, hæc auget. Ignorantia duplex.

XXIIX. In peccatis magis quærimus prætextûs & excuſationes, quàm ingenuam confeſſionem.

XXIX. Perſecutores laborant non tantùm ignorantiâ, ſed & odiô Chriſti ac Dei. Act.9,4.Luc.10,16.Joh.5,23.& 10,30. Perſecutores.

XXX. Tria ſunt genera eorum, qui odio Deum habent: 1. à conſortio Eccleſiæ alieni, hoſtes populi Dei manifeſti; Num. 10, 35. Pſal. 68, 2. 2. Errantes in Eccleſia de perſona & officio Chriſti: Phil. 3, 18. 3. Mandata Dei voluntariè tranſgredientes. Exod. 20.5, Deut. 5, 9.

XXXI. Odia & perſecutiones non ſine Dei providentis notitia obveniunt.

XXXII. Cauſa odii & perſecutionum quærenda in hominum malevolentia.

XXXIII. In omni adverſitatum genere ad ſcripturam eſt recurrendum. Pſ.119,92.Jer.15,16.Pſ.94,20.& 73,28.2.Tim.3,16.

XXXIV. Nihil Deo vel neſciente, vel negligente nobis obtingit. Matth.10,30.

XXXV. Danda nobis omnibus eſt opera, ut in adflictionibus de innocentia gloriari queamus.1.Pet.3,17.& 4,15. Pſalm.26,1. & ſeqq. Innocentiæ in cruce.

XXXVI. Divinitas Chriſti probatur ex futurorum prædictione aliiſque argumentis quàm plurimis.Joh.1,1.2.&ſeqq.& 3,16. & 5,18.& 10,10.& 20,28.Act.20,28.1.Tim.3,16.Rom.8,32.& 9,5. 1.Joh.5,20.Pſ 2,7.

XXXVII. Errant Eſawitæ, felicitatem temporalem pro veræ Eccleſiæ nota allegantes. Johan.15,18.Matth.16,14.Pſal.34,20. 2.Tim.3,12. Eccleſiæ nota falſa felicitas.

by Google

8. *Ex pœnæ irrogatione:* peccatum enim habent, h. e. manet peccatum & ira Dei ſuper ipſos. Hæc verò omnia ex ſecunda parte evadent dilucidiora, unde etiam πρακτικὰ pleraq;, conſolationi noſtræ ſub cruce admodum neceſſariæ, peti debent. Huc referri poteſt integra de cruce & calamitatibus piorum doctrina, quam vide in locis & libellis methodicis. Nos ad ſecundam diſpoſitionem, quia & ad finem meditationum noſtrarum, cum Bono Deo, properamus.

DISPOSITIO SECUNDA.

Propoſitio διμερής.

FEſtivales pericopæ concluduntur elegantiſſimâ particulâ ex concione Chriſti valedictoriâ deſumtâ, quam nos duarum partium contemplatione enarrabimus, audituri

I. CHRISTI præſagium;
II. Ejusdem ſolatium.

PARS I.

Initiò vatem agit Salvator, prænuncians in via, extra urbem Hieroſolymam, ad montem Oliveti, Apoſtolis ſuis, à quibus ad Patrem jam erat iturus, fatum ſive fortunam, quæ ipſos in mundo eſſet exceptura. Notetur autem

I. Προθεραπεία *præparatio*, quâ, veluti exordiô, animos diſcipulorum præmunire voluit, promulgationem mandati de φιλαδελφίᾳ vel dilectione mutua repetendo. Neceſſaria admodum hæc ipſis fuit repetitio: in mundo enim amicitiæ parùm, odij abundè habituri cùm eſſent, ipſa rei neceſſitas exigere videbatur, ut ipſi Apoſtoli amicitiam inter ſe mutuam colerent: ita enim mutuô etiam ſolatiô, in communi mundi odio, erigere ſeſe poterant: συνάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθίστους ὁ κοινὸς κίνδυνος. Denuo autem inculcat hoc præceptum dilectionis, ád ſignificandam

1. Cordis humani depravationem;

2. Charitatis commendationem. Vid. pr. diſp.

II. Προκαταγγελία ἢ προφητεία; qua triplex Salvator Apoſtolis prænunciat malum:

1. Mundi odium, quod v. 18, 19. bis ponit, rei certitudinem ipſis inſinuans. Mundus ſignificat h. l. malos homines in mundo, Judæos cumprimis, atrociſſimos Chriſti & Apoſtolorum, omniumq; Chriſto cohærentium hoſtes, oſores & perſecutores.

Mundus quid

2. Exilium vel exterminium. Hic eſt effectus odij: innuit hoc ipſum Græcum διώκω, quod dictum putant nonnulli, quaſi δίω ὤκα, perſequendo expello, in exilium ejicio. In N. T. uſurpatur, pro quavis injuria, *ſive* reali, *ſive* verbali, *ſive* in fortunas, *ſive* in famam, *ſive* in vitam hominis graſſetur, ac plerunq; uſurpatur pro perſecutione, quam hoſtes veritatis Chriſto & Eccleſiæ ipſius inferunt, *tùm* inſidias ſtruendo, *tùm* manus injiciendo, *tùm* carceribus includendo, *tùm* contumeliâ adficiendo, *tùm* cædendo, *tùm* ejiciendo, *tùm* de loco in locum propellendo, *tùm* deniq; occidendo. Et hujusmodi calamitatem imminere Apoſtolis ſuis teſtatur Chriſtus iis verbis: Si me perſecuti ſunt (homines mundani & impij, hoſtes cœleſtis veritatis peſſimi;) & vos perſequentur: Verum prius: Verum itaq; erit & poſterius.

διώκω quid ſignificet.

3. Verbi ab Apoſtolis prædicati repudium & faſtidium. Ita enim pergit: *Si meum ſermonem ſervaverunt, ſarvabunt & veſtrum: ſubſume: At Chriſti ſermonem non ſervaverunt:* E. *nec Apoſtolorum ſermonem ſervabunt.* Per λόγον intelligit ſimpliciter doctrinam, concionem & negotium Evangelij, quod docebant Apoſtoli. Τηρεῖν, ſervare eſt credere, admittere, recipere, magnifacere. Innuit ergò Jeſus ſummum fore Verbi prædicati contemtum, qui vel maximè angit & adfligit prædicantium animos. Suum autem & illorum dixit ſermonem, non quòd diverſus eſſet ſermo, ſive alia doctrina, ſed quòd per diverſos miniſtros traderetur.

Servare verbum

USUS

I. Informatorius.

I. De cauſis diligendi nos mutuò. Tenemur hoc facere, propter

1. do

1. dominicam juſſionem;
2. teſtamentariam inſtitutionem;
3. facilem ejuſdem expeditionem; 1. Ioh. 5, 3.
4. charitatis fructificationem. Eſt enim dilectio mutua
1. fidei teſtimonium; Gal. 5, 6. Iac. 2, 18.
2. ſpiritus inhabitantis indicium; Gal. 5, 22.
3. Chriſtianorum proprium, tanquam vinculum perfectionis. Col. 3, 14. Matth. 5, 48.
4. donorum reliquorum condimentum; 1. Cor. 13, 1. & ſeqq.
5. legis complementum; Rom. 13, 10. Gal. 6, 2
6. vitæ ſubſecuturæ ornamentum. 1 Cor. 13, 13.

II. De odio mundi erga Chriſtum, Chriſtique adſeclas ac miniſtros. Matth. 10, 16. 22. Pſal. 120, 3. 6. 7. Gal. 1, 10. Iacob. 4, 14. 2. Tim. 3, 12. 1. Reg. 22, 8.

III. De perſecutionibus piorum verbi miniſtrorum ac confeſſorum in mundo. Jer. 11, 18. 19. & 18, 18. 20. Joh. 16, 2. 1. Cor. 4, 9. 11. 1. Reg. 22, 26. Act. 12, 1. 2. 3. Amos 5, 10 Sap. 2, 10 11. 12. 2. Par. 16, 10. & 25, 15. 16. & 26, 19 Matth. 14, 3. Amos. 7, 12. Act. 13. 50. Apoc. 1. 9.

IV. De contemtu Verbi prædicati. Eſ. 28, 13. & 65, 5. Ezech. 2, 4. & 33, 31. Oſe. 4, 4. & 8, 12. Jer. 20, 8. 2. Reg. 17, 13. 2. Par. 30, 10, & 36, 16. Matth. 11, 16, Actor. 2, 13.

II. Conſolatorius.

I. Odio mundi opponatur Dei ſuos diligentis favor. Eſa. 51, 7. Jer. 1, 8. & 15, 10. & 20, 11. Ezech. 2, 6. 2. Cor, 4. 8. 9. Eſa. 49, 2.

II. Nihil novi, ſi mundus miniſtros Eccleſiæ, & omnes communiter verè pios odiô proſequatur. Matth. 5, 12. &. 23, 35. Gal. 4, 29.

III. Calamitatibus ac perſecutionibus opponantur futuræ vitæ præmia. Matth. 5, 11. 12. Sap. 5, 1. & ſeqq. 1. Pet. 5, 4. Apoc. 2, 10. Matth. 25, 23. Luc. 22, 28. 29. 2. Tim. 4, 6, 7. 8. Apocal 3, 21. Dan. 12, 3. Joh, 12, 26.

III. Monitorius.

1. Ut fideles verbi miniſtri promtô animô in ſe recipiant non modò contemtû, ſed & omnis generis perſecutiones. Sir. 10, 31

Digitized by Google

Jerem. 26, 12. Am. 7, 14. 15. 16. Actor. 4, 19. 20. Joh. 3, 30. 2. Cor. 11, 7.

2. Ut debitam Deo conſtantiam præſtent, neq; minis neq; odiis, neq; ullâ aliâ re abſterreri ſe permittentes. Eſ. 40, 9. & 58, 1. Jerem. 9, 2. & 20, 8. 9. & 17, 15. 16. Joh. 1, 20. & 5, 33. Matth. 11, 7. Act. 20, 23. 24. 1. Cor. 9, 16. 2. Cor. 6, 4. 2. Tim. 2, 24.

3. Ne recuſent ſubire pericula vocationis. Jer. 19, 2. & 22, 1. & 26, 2. Joh. 1, 2. 3. 4. & 3, 1. 2. 3. Actor. 13, 50. 51. & 18. 16.

IV. Refutatorius.

Eorum, qui ex ſortis adverſæ conditione Eccleſiam æſtimantes doctrinam illorum damnant, qui crucem ac calamitates, perſecutiones, mortem deniq; ipſam, Dominô ita diſponente, ſubire coguntur. Pſal. 34, 20. 2. Tim. 3, 12. Pſal. 73, 15. Act. 28, 22.

PARS II.

Ne animis concidant Apoſtoli, pergit Salvator fideliſſimus variis eosdem rationibus ac conſolationibus erigere, proponens

I. Proprij exempli imitationem, hoc ſenſu: quod mihi contigit à mundo, idem ſi vobis contingat, *neq;* mirum, *neq;* novum, *neq;* inſolens videri, ſed maximo vobis ſolatio eſſe debet. Jam verò odio à mundo me haberi contigit. Ergò: & per conſequens, non meliori eſſe velitis conditione, quàm Ego ipſe fui, ſed ſolari meô vos exemplô poteſtis, ſcientes, quòd me odio habuerit mundus, & quidem ante vos, ut hac ratione patientiæ vobis præberem exemplum.

II. Mundi & Apoſtolorum oppoſitionem. Si de mundo eſſetis, (h. e. ex numero hominum τὰ ἐπίγεια terrena curantium, Deum contra & viam ſalutis adſpernantium;) *mundus quod ſuum eſt diligeret. At vos de mundo non eſtis:* (non quòd origine veſtrâ mundani non ſitis, ſed quia Ego elegi, h. e. ſegregavi vos de mundo:) *Ergò mundus vos non diligit*, ſed odiô perſequitur. Collectio eſt hypothetica, deſtruitque antecedens, ut tollat conſequens.

Remotio

Remotio antecedentis eſt: Vos de mundo non eſtis, h. e. non eſtis pars ſatanæ & impiorum. Conſequentis deſtructio per contrarij poſitionem enunciatur; quos enim non diligimus, odio habemus. Τὸ ἴδιον eſt pars nativa totius, quemadmodum ſoboles eſt pars parentum, pullus gallinæ. Concluditur ita: *Quicquid argumento eſt, vos nihil cum mundo perdito habere commune ſed de mundo eſſe electos, illud & æquô animô ferre, & in lucro ponere debetis: Mundi odium eſt argumento, vos nihil cum mundo habere commune, ſed de mundo vos eſſe electos:* Ergò. Non enim magis dolendum de mundi odio, quàm de eo, quòd ad mundum quis pertineat; quin de odio mundi ita gaudendum, ſicut gaudemus de Electione ad vitam æternam & ſeparatione à conſortio mundi immundi.

III. Priſtini præcepti recordationem, per collationem imparium, ut ſunt Dominus & ſervus. Mementote ſermonis, quem dixi vobis; non eſt major ſervus Dominô ſuô. Facit tertium hoc conſolationis fundamentum, ad illuſtrationem primi, quod ab exemplo Chriſti proprio deducebatur: *Servus non debet meliorem præ domino ſuo ſortem expetere, ſed ſorte Domini ſui contentus eſſe: Vos eſtis ſervi; Ego Dominus veſter:* Ergò.

IV. Cauſæ veræ manifeſtationem, cur Apoſtoli odiis & perſecutionibus futuri ſint expoſiti. Hæc omnia facient vobis propter nomen meum:

Quicunq; enim honeſtiſſimam habet patiendi cauſam, is æquâ mente crucem impoſitam ferre poteſt:

Vos honeſtiſſimam habetis patiendi cauſam: Ergò.

Minor probatur ἐνδείξει cauſæ perſecutionis ac odij veræ: odio habebunt, perſequentur vos, non ob aliqua veſtra ſcelera ac flagitia, ſed propter nomen meum, quòd à me miſſi prædicabitis Evangelium, mundo incredulo odioſum ac inviſum. 1. Cor. 1, 23.

5. *Miſerandam perſecutorum conditionem.* Illos verò deſcribit,

1. A *ſpontanea ignorantia*, quâ ſuâpte culpâ laborent. Non noverunt eum, qui miſit me: q. d. gloriantur quidem de vera θεογνωσίᾳ, ſed falſò: ſi enim rectè cognoviſſent Deum, ſcirent utiq; doctrinam & opera mea eſſe à Deo, me eſſe æternum Dei Patris Filium, ipſi ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον eo fine in mundum miſſum, ut doctrinam Evangelij ex ſinu Patris proferrem, & victimam

pro

ferendum : Atqui perſecutorum & hoſtium noſtrorum conditio eſt miſerrima, laborant enim ἀγνοίᾳ καὶ κακίᾳ *inexcuſabili. E. id mali, quod ab illis nobis infertur, patienter eſt ferenduni.*

VI. Cauſa ſua, Apoſtolorumque ſuorum cum Deo Patre conjunctionem : qui me odit, Patrem meum odit, in hunc redundat omne odium, exilium & repudium : ideoque graviter tandem hanc nobis illatam injuriam ulciſcetur, fidelibus ſuis magna cum gloria ereptis.

VII. Vaticinii Prophetici impletionem. Ita prædictum eſt de me, capite Eccleſiæ, omnibusque meis fidelibus, veris myſtici corporis membris. Sed (hoc ſcilicet accidit) ut (conſequentiam notat, non cauſam) impleatur ſermo, qui in lege (Veteri Teſt.) eorum ſcriptus eſt: oderunt me gratis, immeritò, ſine cauſa. Non eſt ea Salvatoris mens, ac ſi ad Chriſtum odio habendum impulſi fuerint hoſtes ac perſecutores, ſed ex odio ipſorum conſecutum eſt, ut quod de ſe ſcripſerat David, typus Meſſiæ, id in antitypo Chriſto conſummatum intelligeretur. Reſpicit itaque Chriſtus divinæ providentiæ operationem, hoc ferè ſenſu:

Quicquid DEI providentiâ regitur, illud magno vobis eſſe debet ſolatio.

At mundi erga vos odia, perſecutiones, &c. ita ſeſe habent.

Ergò *magno vobis eſſe debent ſolatio.*

USUS

I. Informatorius.

I. Quòd mundus etiam apud nos ſit: à plerìſque enim miniſtri Eccleſiæ habentur odio, plùs quàm Vatiniano, ii præſertim, qui peccata mundi juſtô ac debitô zelô aliquanto acriùs reprehendunt; nec deſunt perſecutores & verbi contemtores. 1. Reg. 2, 23. & 22, 8. 2. Paral. 16, 10. & 36, 16. Geneſ. 6. 3. & 19, 9. 15. Amos 5, 10. Jerem. 5, 12. & 11, 21. & 15, 10. & 18, 18. & 20, 8. Ezechiel 3, 25. & 33, 32. Cantic. 1, 6. 1. Corinth. 4, 12. Galat. 4, 29. 2. Corinth. 12, 15. Matth. 10, 25. Joh. 16, 2. 38. & 17, 14. Eſ. 58, 1. Ezech. 33, 9.

II. Quô locô habendi ſint illi, qui oderunt & perſequũtur, eos, qui nomen Chriſti & Evangelii doctrinam profitentur; quod ſtudiosè AntiChriſtiana perſecutrix obſervet Eccleſia, quæ certè non novit Deum.

III. Notandæ veniunt cauſæ, cur Chriſtus in mundum veniens odio à mundo ſit habitus; quia nim. Chriſtus quare à mũdo ſit contemptus

Rrrr 1. Non

1. *Non venit cum ſplendore illo externo*, quem in Meſſia falſò ſibi imaginati fuerant Judæi: Eſa. 53, 2. Matth. 11, 5.

2. *Repudiavit juſtitiam carnalem* de perfecta legis impletione: Matth. 5, 20. Luc. 17, 10.

3. *Sapientiam hujus mundi improbavit*; 1. Corinth. 1, 21. 2. Cor. 10, 5.

4. *Opera tenebrarum taxavit*, quibus mundus apprimè delectatur. Johan. 3, 20. & 7, 7.

IV. Chriſtus paſſione ſuâ non tantùm promeruit nobis vitam æternam, ſed & exemplum, ad ſimilem ſortem patienter ſufferendum, nobis reliquit. Matth 10, 22 24 38. Luc. 22, 29. 1. Petr. 2. 21. & 4, 15. 16. Matth. 5, 10. 11. Eſa. 51. 8.

V. Quod gravius ſupplicium maneat eos, qui de peccatis ſuis per prædicationem Evangelii admoniti reſipiſcere noluerunt, quàm accipient illi, qui per verbum non admoniti in peccatis ſuis perierunt. Matth. 11, 21. Luc. 12, 47.

VI. Contemtus verbi & perſecutiones Eccleſiæ πρόφασιν ſive excuſationem admittunt nullam, idque in tanta verbi luce Pontificii cumprimis ſibi dictum putent. 2. Theſſ. 1, 6. 9. & 2, 8. 1. Tim. 4, 1. 3.

II. Conſolatorius.

Qui propter nomen Chriſti odia & perſecutiones pati coguntur, erigant ſe, 1. *Chriſti exemplô*: Galat. 6, 17. Apocal. 1, 9. 2. *electionis indiciô*: Rom. 8, 17. Actor. 14, 22. 2. Tim. 3, 11. 3. *Spiritus ſancti præſagiô*; 4. *innocentiæ teſtimoniô*: quid enim glorioſius, quàm pro Chriſti nomine multa pati? Act. 5, 41. & 21, 13. 1. Pet. 4, 16. Phil. 1, 29. 5. *futuræ recompenſationis præmiô*: Pſ. 116, 15. Matt. 5, 11. 12. 1. Pet. 4, 16. Vide præc. diſp. 6. *Chriſti auxiliô & ſubſidiô*. Joh. 14, 18. 1. Cor. 10, 18.

III. Monitorius.

1. Ne Chriſtiani mala ſibimetipſis ſpontè attrahant; non enim martyrium, ſed cauſa facit martyrem. 1. Petr. 4, 15. Luc. 5, 35. Matth. 10, 23. 1. Reg. 8. 28. 2. Cor. 1, 7.

2. Ut perſecutores & tyranni pios adfligere & inſectari deſinant; redundat enim omnes in Deum injuria. Zach. 2, 8. Pſalm. 105, 15. Act. 9, 4. Rom. 1, 28. 2. Theſſ. 2. 11. 12. 2. Tim. 3, 3. 4. 5.

3. Ut cum patientia poſſideamus animas, quam excitare debent in nobis verba Chriſti, non eſt ſervus major Domino. Matth. 10, 24.

4. Ut

4. Ut conſtantiam humiliter à Deo petamus; non enim eſt noſtrarum virium opus. Jerem. 10,23. & 17,9. Phil. 1,6. Pſal. 119, 43. Actor. 4,29. Matth 10,19,20. Luc. 21,15. 1. Cor. 1,8. 1. Pet. 1,5.

DISPOSITIO TERTIA.

Propoſitio μονομερής.

FEſtum Apoſtolorum Simonis & Judæ (quos fratres uterinos fuiſſe hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores tradunt) Papiſtæ celebrant.

I. Privilegia eorum enarrando & exaggerando; quòd
1. Conſanguinei Domini noſtri Jeſu Chriſti;
2. In numerum Apoſtolorum relati fuerint;
3. Fidem dilataverint;
4 Omnia propter Chriſtum reliquerint; ideoque mundum cum Chriſto judicaturi ſint;
5. Martyribus connumerati fuerint;
6. Ad fidei articulos ſuum Symbolum adjecerint;
7. In toto mundo feſtum eorum celebretur, & in omnibus miſſis nominentur:

II. Aliena tractando, cujus rei documentum nobis præbet Eſavvita Schererus; is enim quaſi quod ageret, & ex præſenti Evangelio quod tractaret, non haberet, de epiſtola Judæ, ejusque canonizatione, vera falſis miſcens multa fruſtrà deblaterat.

III. Ad cultum & invocationem Apoſtolos hoſce proſtituendo, ſic præcipiente Diſcipulô de tempore ſerm. 38. de Sanctis: Sciendùm, quod omnes homines debeant invocare Sanctos (illos) Apoſtolos, tanquam ſingulares patronos & adjutores in omnibus neceſſitatibus.

At *nos* rectiùs facturi ſumus, ſi meliorem feſti hujus Apoſtolici *celebrandi modum inquiſiverimus, eundemq; ex prælecta pericope, primis ſaltem ductis lineis, monſtrare conati fuerimus.*

Ἐξήγησις.

Celebrabimus ergô *tùm* præſentem, *tùm* reliquas feſtivitates omnes piè ac decenter. Feſta Apoſtolorum quo pacto celebranda.

Rrrr 2 *I. Mutua*

I. Mutuæ dilectioni ſtudendo. Hoc enim præceptum multoties Salvator noſter inculcavit, ut animas noſtras firmiores faceret in charitate, uti Theophylactus loquitur.

II. Odium mundi negligendo : Si enim mundus (qui odit, quæ diligit) vos odit, ſcitis, quod me primùm oderit. Theoph. *Quia*, inquit, *res ardua & valdè moleſta, eſt, perſecutionem pati & odio haberi, conſolatur nos dicens : ſi vos odio habent, nihil novum eſt; nam & me primùm odio habuerunt : atque ita, quia commune hoc mecum habetis, ut odio habeamini, ſit vobis magnæ conſolationis locó :* quia, uti gloſſ. ord. habet, grandis conſolatio membris ex capite.

III. A mundo exeundo, vel ſeceſſionem faciendo. Illud enim eſt, de mundo non eſſe, non participare operibus tenebrarum malis. Theophyl. *Oportebat vos mœrore adfici, ſi mundus vos non haberet odio.* Mundus, h. e. mali homines. Ex eo enim, quòd non haberemini odio, oſtenderetur, quòd & ipſi illorum maliciæ & iniquitati communicaveritis; nunc autem quia odio vos habent mali, gaudete. Nam propter veritatem veſtram vos oderunt; alioqui ſi non eſſetis virtute præditi, mundus, quod ſuum eſt, amaret. 2. Cor. 6, 14. 15. 1. Johan. 2, 15.

IV. Rebus mundanis cor non adponendo. Mundus enim (mali homines in mundo) τὸ ἴδιον, quod ſuum eſſe putat, amat, ſed ut gl. ord. addit, falsâ dilectione, quâ ſe falsò diligit, ſed verè odit ſe : quod naturam odit diligit vitium. Pſal. 62, 11. Col 3, 1. 2. 5.

V. Electionem in Chriſto factam extollendo. Elegi vos (παρα-φρᾶζ. h. l. Theoph.) de mundo iniquitatis, propterea odio vos habet mundus, uti eos, qui operibus ſuis non communicant. Epheſ. 1, 4. & ſeqq. & 3, 11. 1. Cor. 1, 30. & 2, 7. 1. Theſſ. 5, 9. Tit. 1, 2. & 3, 5. 2. Theſſ. 2, 13. Matth. 25, 34. Cauſas, cur electionis hîc mentionem fecerit Jeſus, require ex D. Gerh. harm. part. 3.

VI. Verbi prædicati reminiſcendo. Sumus in terra oblivionis : ergò μνημονεύετε, mementote, ô mei, ſermonis, quem Ego dixi vobis. Ita verbum vitæ nobis commendatur, quod ſalvare poteſt animas noſtras. Deuter. 6, 6 7. Prov. 6, 21. Pſal. 1, 1. 2. Luc. 11, 28. & 8, 18. Eſa. 2, 3. Act. 10, 33. Heb. 13, 17. Jac. 1, 21.

VII. Ad obſequium Domini nos parando, perſecutiones etiam & contemtum mundi non recuſando. Huc ſpectant verba : non eſt ſervus major Dominô ſuô; nec poteſt placere ſervus, cui diſplicet Dominus, gl. ordin. Et addit : quia exemplô ſui, quô aliud melius non eſt, monuit, adferenda odia mundi, ſubdit, quare debeant

Digitized by Google

beant eum in hoc imitari, quia ipſe Dominus, illi ſervi. Pſalm. 123, 2. 3.

IIX. Verbi prædicati contemtum patienter ferendo. Hoc ſingulare eſt, ſolos Apoſtolos, eorundemq; in officio ſucceſſores genuinos concernens: *Si meum ſermonem ſervaverunt, etiam veſtrum ſervabunt: At Chriſti ſermonem non ſervaverunt, ſed rejecerunt.* Ergò.

IX. Propter nomen Chriſti adverſa quævis tolerando. Hæc omnia facient vobis propter nomen meum, hoc eſt, me in vobis oderunt, & perſequuntur ſermonem, & quòd meus eſt, contemnunt: quia non noverunt (gloſſ. ordin. eâ ſcientiâ, de qua ſcriptũ eſt, ſcire autem tenentur) eum qui miſit me. Theophylactus: *Aliter*, inquit, *conſolatur, quia injuriâ afficiunt & eum, qui me miſit: itaq; ſi nihil aliud, certè hoc ſit vobis in conſolationem, quòd ipſi & veſtri, & mei, & Dei ſunt inimici.*

X. Peccatum inexcuſabile (hoc eſt in Spiritum ſanctum) *cavendo.* Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, (illud ſcil. quod tenentur ſcire, & ſine quo dimittuntur, hoc eſt, credere in Chriſtum, qui ideò venit, ut credatur in eum; gl. ord) peccatum non haberent. Hîc expreſſiùs Judæos oſtendit, ad quos venit, de quibus ſub nomine mundi ſuperiore dixerat. Et quia ad eos venit, hîc inexcuſabiles de omnibus malis oſtendit: gloſſ. ord. Nunc autem excuſationem non habent, (illi, quibus non venit, nec locutus eſt, habent excuſationem, non de omni peccato, ſed de hoc, quod in Chriſtum non crediderunt: Hi verò, quibus in Apoſtolis venit & locutus eſt, non excuſantur; priores verò, qui ſine lege peccaverunt, ſine lege peribunt:) de peccato: *Peccatum hoc* ait, Theophyl. *incondonabile eſt.* Numquid enim non veni & docui; Si non veniſſem, ſi non fuiſſem locutus, potuiſſent dicere; non audivimus: nunc autem prætextu caret eorum malitia.

XI. Adventum, verba & facta Chriſti attendendo. Omnia enim hæc ad ſalutem hominum facta fuerunt. Luc. 19, 10. Matthæi 11, 17. 21. 28. 1. Tim. 1, 15. *Noſtrum eſt tempus gratiæ non negligere; peccatum enim hoc redundat in Deum Patrem & Filium: inter prædicationem itaque verbi & miraculorum operationem inſerit verba: qui me odit, is & Patrem meum odit: atque ita nihil tale eis relictum eſt in excuſationem. Non ſolùm autem doctrinam exhibui, ſed opera adjeci, qualia nullus alius: quam igitur habebunt excuſationem?* Theophyl.

XII. Scriptu-

Digitized by Google

XII. Scripturarum complementum intuendo & exſpectando. David Spiritu prædixit (*Pſalm. 35, 7. & 69, 5.*) qualis futura eſſet illorum malitia, & ipſi, ut mali, dictum à Propheta, impleverunt, & propheriam veram eſſe comprobaverunt. Fidei hoc ipſum confirmandæ inſervit: pauca adhuc reſtant vaticinia, quorum complementum pii anxiè deſiderant, de ſeculi nim. conſummatione, mortuorum reſurrectione, gratuitâ vitæ æternæ donatione; in *primo* Chriſtus non fefellit, in *ultimo* non deficiet. Premitur jam paſſim vera JESU CHRISTI Eccleſia, expoſiti ſumus omnium odiis ac perſecutionibus, mortem indies nobis AntiChriſti ſatellitibus minantibus, nihil præterea boni in mundo. *Multa* mala fecimus, *multa* mala videmus, *multa* mala patimur; gemitibus itaq; ac ſuſpiriis ἐγκαρδίοις καὶ ἀδιαλείπτοις adventum Salvatoris ac Redemtoris noſtri devotè deſiderantes clamamus: Veni, etiam veni Domine JESU, noſq; omnes ad te ſimul attractos, & ab omni malo liberatos æternâ beatitudine dona, ubi Tecum *Patre* & Spiritu ſancto videbimus ſine fine, amabimus ſine faſtidio, & laudabimus ſine fatigatione,

Amen.

Δόξα Θεῷ γενετῆρι, Θεῷ υἱῷ καὶ ἀληθινῷ·
δόξα Θεῷ ἱερῷ πνεύματι αἰὲν ἔῃ!

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM ALPHABETICUS

A

ABel cur juſtus dicatur 61
Abitus Chriſti ejus præſentiam non tollit 421
Abitûs Chriſti fructus 415. 420
Abnegatio ſui cur facienda 26. 27. 140
quid 261 :0
Abrahæ mentio facta præ ceteris 626
Abſolutum decretum. 616. 725
Acceſſio ad Chriſtū quomodo fiat 155
Ad cœnam admittendi 699
Adflictiones inæquales 58
ſuæ cuiq; 58
Adoptio 104
Adplicatio beneficiorum Chriſti 607
Adſcenſio Chriſti verè à nobis creditur 478
ſpiritualis 481
viſibilis 477
Adſcenſionis articulus diſtinctus ab articulo ſeſſionis 471. 478
articulus τὸ ῥητὸν retinet 469. 479
Chriſti fructus & beneficia. 482
differentia ſpecifica 468
effectus 478. 430
eventus & conſequentia 458
finis 470. 480
fructus 471
termini à quo & ad quem 467. 470. 477
Adventûs Chriſti finis 713
poſtremus 499
primus 459
ratio 45
Æqualitas inter Apoſtolos 725
ἀγαλλιᾶν 609
ἀγαλλιᾶσθαι 136
ἀγαλλίασις 624
Agnitio Dei in ſolo Chriſto 446
Agnitionis Chriſti gradûs 359
Altiſſimus quid ſignificet 213
Ambitio fugienda 641. 663. 724
Ambitioni quomodo reſiſtendum . 650. 663
Amen 61
ubi & quomodo in ſacris uſurpetur 127
ἁμαρτωλοὶ 697
Anabaptiſmus de Baptiſmo infantium 621
de bonorum deſertione 12. 13. 126. 138
de Chriſti humanitate 210
de Eccleſia 650. 662. 731
de Magiſtratu politico 654. 668. 681
de miniſterii labore manuario 8
de regno Chriſti 212
de verbo Dei 266
de vocatione ad miniſterium 6
ἀναβαίνειν 390
ἀνακείμενος 667

a ἀνα-

ἀνακεῖσθαι 546
ἀναπαύεσθαι quid 181
ἀνατολὴ 545
Andreæ & Petri vocatio generalis 7.13
ſpecialis 8
virtutes 27
vocatio, patria, parens, hiſtoria 1.2
Angeli adminiſtratorii 733
multi ibid.
non adorandi ibid
quibus hominibus gaudeant 744
ſpiritùs 733
ſunt ib.741
Angelolatria cavenda 747
Angelorum officium reſpectu Dei & hominum 733.741
præſentia 742
promtitudo 204
Angelos attrahendi media 747
erga noſtrum debitum 734
Angelus ad Mariam cur miſſus fuerit 238
cur Meſſiam non dixerit Immanuel 242
Anima & ſpiritus idem 6:4
Anonyma ſcripta 495
Ante Chriſtum venire 513.525
ἀντιλαμβάνεσθαι 613
Antinomi 752
Antiquitas doctrinæ noſtræ 710
ἀπ' ἄρτι 424
Apert.o oculorum 262
ἄφαντος 263
Apocrypha 397
ἀποκαλύπτειν: ἀποκάλυψις 590
ἀποκτείνειν 55
ἀπολύειν quid 151 161
Apoſtoli architecti Eccleſiæ 5
cur piſcatores nominati 7.9
carnaliter de Chriſto ſapiunt 676
dicuntur Prophetæ, ſapientes, Scribæ, & cur 65
errârunt in vita 658
immediatè vocati 5
in doctrina non errârũt 658
judicabunt cum Chriſto 673
judices mundi 135
non fuerunt ſtupidi, vocantem Chriſtũ ſequentes 694
omnia ut reliquerint ib.
ſcribendi mandatum acceperunt 92.561
ternâ vice de primatu contendunt 660
teſtes Chriſti 400
undecim 377
Apoſtolicæ doctrinæ certitudo 5
Apoſtolorum conſtantia non meritoria eſt 671
feſta ut celebranda
meritum nullum 9
officium 91
præmium 135
prærogativa in regno cœlorum 672
ſequelæ 1.5
vocatio triplex 14
Apoſtolos cur binos vocârit Chriſtus 98
Aquæ pro tribulationibus 652
Aretius de Chriſti diſparentia 376
de mediis ſalutis 187
de promiſſionibus Evangelii 193
Aria-

Ariani refelluntur 430
Arii error 441
Ars moriendi 163.167.168
Artes manuariæ Deo placent 9
Articuli ſecundi ex ſacris confirmatio 198
Auditorum officiũ erga miniſteriũ 18
Auditus verbi ad ſalutẽ neceſſarius 42
externus 206
Ave Maria 241
Papiſtarum 241
Auxilium Dei εὔκαιρον 220
αὐτοσοφία 31
B.
Baptiſmi doctrina in epitomen redacta 465.466
fructus durat per omnem ætatem 465
Baptiſmus crucis 640
prima ſalutis janua 461
Baptizare licet domi 535
Baptizare Chriſti baptiſmô 652
Barachiæ filius quis 67
Bartholomæi hiſtoria 659
privilegia Papiſtica 687
Beatus quis 574
Bellis Eccleſia infeſtatur & cur 56
Beneficia Chriſti ad nos quomodo perveniant 105
λόγου 102
Paſtoris Chriſti 520.522
Beneficiis Chriſti qui fruantur 104
Bona corporalia & ſpiritualia diſtinctè petenda 657
Bona opera non prohibemus 495
quæ 495.498.574
renatorum 495
Bona ſpiritualia 612
terrena quomodo relinquenda 138
Bonorum jactura ferenda 58
operum proba 514
Brachium Dei 625
θέλεσθαι quid notet 177
C.
Cæcitas hominum poſt lapſum 100
Cæſarea Philippi 566
Calamitates pœnitentiâ mitigãtur 538
Calviniani lucifugæ 91
Lhomizantes 36
Calviniſmus de abſoluto decreto 190
de adſcẽſione Chriſti 481
de zelo empyreo 481
de cœna 674
de communicatinne 210
de corpore Chriſti 393
de dextra Dei 470.485
de feſtis 41
de gentilium ſalute 17
de habitaculis cœli 440
de illocali Deo 471
de omnipræſentia Chriſti 211
de particularitate 183
de præſentia Chriſti in cœna 398
de proprietatibus Chriſti 190
de renatis 137
de ſalute gentiliũ 427.505
de ſeſſione ad dexteram Dei 639
de ſola electorum dilectione & redemtione 501
de termino adſcenſionis 481
de throno & ſeſſione Apoſtolorum 673
de verbo sum pro ſignifico 426

 de

Digitized by Google

de viſibilitate corporis Chriſti 266.391
Calvinus Arianizans 432
Calicem bibere 652
Calix crucis omnibus propinatur 643
pro piis & impiis 646
quadruplex 640
quid 652
Calumniatorum morſus 700
Cononica & apocrypha ſcripta differunt 260
capitis cum membris conjunctio 672
carnis humanæ intemperies 31
vocabulò cur Joh. 1, 14. uſus 106
vocabulum in ſacris quid ſignificet 106.117
Caro cruci reluctatur. 437. 441
Caro & ſanguis 590
Catholicum & Papiſticum differunt 592
Cauſæ φθαρτικαὶ urbium, populorũ 62
ſalutis impedientes 502
χαῖρε quid ſignifice 205
χαρ[illegible] quid notet 221
chiliaſtæ 212
chriſtiani cruciani 285. 646
ſunt oves 515
ut pulli 54
chriſtianiſmi requiſita 466
chriſtianorum officium 174
Chriſti adpellationes 100
beneficia in imagine gallinæ 54
benevolentia erga Judæos 65
colloquium cum Petro poſt reſurrectionem 81
conceptio 215. 223
cum gallina comparatio 54. 75
divinitas 94. 111. 115. 116. 117. 421. 431. 446. 489. 586
divinitas unde probanda 99
erga nos adfectus 74
erga Thomam longanimitas 35
hominis gloria 259
ὁμουσία 431. 443
humanitas 111. 174. 586
in cruce occultatio 257
majeſtas 37. 130. 178
manſuetudo 185
nativitas 215
obedientia ſpontanea 159
officium 207. 547
officium triplex 232
paſtoris cura pro ovibus 426
perſona 41. 547. 587
præſentia 256. 257. 266. 271. 393
præſentia in cruce 265
regna diſtribuere non eſt 652
regnum non ſeculare 644
ſepulcrales theſauri 267
ſors in hac vita 59
ſτίγματα in corpore glorioſo 37
ſtudium in Judæis convertendis & ſalvandis 52. 53
viſio 40. 44
Chriſto quomodo adpropinquãdum 250
Chriſtum quomodo nos ſequamur 89
quomodo ſequatur Petrus 83
ſuſcipere 739
Chriſtus abiturus precibus retinetur 265
ad dextram Dei evectus eſt ſecundum humanam naturam 471. 479. 480
ad dextram Dei non otioſus, ſed negotioſus 484

ad

adſcendit ſecundum humanã Naturam 467
aſcendit viſibiliter 469. 479
agendo & patiendo ſalvator 146
à mundo cur contemtus 767
Apoſtolos dicit Prophetas, ſcribas, ſapientes 65
benedictus duplici modô 606
caput Eccleſiæ 515
conſolator noſter. 411
cornu 558
cur diſparuerit 377
cur octavô die Thomæ adparuerit 33
cur paſſus. 379
Deus eſt verus 52. 53. 209. 219
Deus ex reſurrectione declaratus 41
Eccleſiæ fundamentum 580
eſt τὸ πᾶν 515
εὐλογημένος 619
ex fractione panis quomodo cognitus 265
Filius Dei ſecundum utramq; naturam 572
fructus ventris Mariæ 619
gallinam quomodo agat 75
gloria Judæorum. 154
gratiam ſuam quomodo hominibus declaraverit 119
homines viles & indoctos facit Apoſtolos, & cur 10
homo verus 209. 230
ὁμοούσιος Patri 199
janua eſt & quomodo 511. 512. 524. 527
janua eſt & Paſtor 511
imitandus & quomodo 192
in forma peregrina adparens 24. 250. & cur 270
ingreditur foribus verè clauſis 402
in ſtatu exin. reale dominium non exercuit 654
in tentationibus timetur 388
in templo invenitur 150
juſtificationis cauſa tripliciter 494
lætatur ob Evangelium abſconditum ſapientibus 173
legis lator non eſt
λόγος dictus & cur 93. 94
lumen gentium 162
lux 497
magnus cur dicatur 206
Mediator 235. 410
Medicus 701 714
cur & quomodo 714
ſequendus 720
miracula quomodo fecerit 759
naturali modô auſit natus 145
natus ex virgine, ſed deſponſata 204. 218. 239
nobis eſt τὸ πᾶν 272
non fallit in prædictionibus & comminationibus 64
non Judex ſeverus primô adventu 501
non novus Legis lator. 496. 7 3
omnes credentes recipit in regnum ſuum 218
Pacificator & quomodo 45
Paſtor bonus 249
Paſtor vocat oves & quomodo 519

patrem cur dicat Dominum cœli & terræ 172
patrem ſolus novit 176
pax noſtra 410
peccatores non reſpuit 194
plenus gratiâ & veritate 107. 119
pœnas minatur contemtoribus miniſtoum 77
poſt reſurrectionē manet 40 dies manet in terris & cur 473
præſcit adverſitates noſtras 57
promtè excipiendus 46
puer legi Moſaicæ cur ſe ſubjecerit 143.145.155
quomodo aſcenderit 485
quomodo comederit poſt reſurrectionem .492
qumodo recipiendus 104
refectorium noſtrum 184.192
regnat Spiritu oris ſui 211
requirit ab Apoſtolus converſionem: humilitatem: obedientiam: puerorum adſimilationam 722.723
reſurrectionem ſuam ut probet 390
Rex 558
Rex catholicus 211
Salvator catholicus 153
Salvator per ſe, I..dex per accidens .495
Salvator verus & perfectus 234
ſalus noſtra 513
ſalutare Domini & cur 162
ſcopus ſcripturæ 258 397
ſequendus 695
ſibi tribuit, quæ piis fiunt 235
ſolus Paſtor bonus 523
ſolus ſine labe cōceptus & natus 622
ſpiritualiter ubi videatur 168
ſuam erga Judæos clementiam prodit 49
ϑεάνϑρωπος 207.229.209
ϑεάνϑρωπος cur debuerit eſſe 99. 210
turbari cur nolit diſcipulos 414
verè comedit 393
veritas, vita & quomodo 426. 441
via & quomodo 425. 441.
via, veritas & vita 423. 446
videtur tripliciter 40
vicarium non habet 669
unctus 571
ut ad nos alliciatur 271
Circumciſio Bapiſtæ glorioſa 532
Claves cœli 577. 594
duplices 594
num ſoli Petro datæ 577.593
Claves pro poteſtate 592
Clavicum abuſſus papalis 582. 595
vis & efficiacia 578. 582
uſus 593
clauſtralium hypocriſis 604
cleophas 246
clerici non dominentur 669
cœlibatus Sacerdotibus non poteſt præcipi 126
cœlum calviniſticum 733
domus dicitur 435
in aſcenſione Chriſti 469
quid ſignificet 468. 479
non eſt locus phyſicus 420

ſine

ſine Chriſto inacceſſibile 435.
Cœnæ uſus ſub una non poteſt probari 379
Cœtûs piorum amandi 30
cogitationes adfl ctorum 250
hominis verè pii 27
cognitionis Chriſti utilitas 233
colloquia pia non infrugifera 248. 249. 266
communicatio idiomatum 41
multipex, naturarũ, proprietatum, operationum, dignitatum 112
effectus unionis 132
Communicatio talis, qualis unio 111
communicationis idiomatum, hoſtus 114
primum genus 490. 572.
communio naturarum unitarum 586
conceptio Chriſti cur in Martium collocata 217
conceptio Chriſti cur Spiritui S. adſcripta 243
myſterium 242
conceptionis Chriſti beneficia 241
conceptio noſtra mundata 236
concordia alenda 35
neceſſaria 22
condonatio mutua requiritur ab omnibus 85
confeſſio oris 153
confeſſorum Chriſti requiſita 597
confiuentia humana 642
confiteri quid ſignificet 171
conjugii finis 164
probatio 158
conjugium Sacerdotum 535
conſcientia bona cuſtodienda 105
conſcientiæ terror 358
conſenſus univerſalis in Eccleſia non ſperandus 587
conſilium muliebre 536
conſolatio cruci oponenda 437. 453
hominis ſumma 150
optima vita æterna 132
conſortia prava vitanda 249
conſuetudo verbo non præjudicare poteſt 533
Contentiones in Eccleſia prodromi perſecutionum 663
contentiones vitandæ 688
cõventus Eccleſiaſticos deſerere nocet plurimùm 30. 44
converſatio cum bonis 31
cum malis 700.709
duplex 709
Converſio eſt opus Dei mediatũ 718
opus gratiæ 100.150
unius eſt facilior alterius 33
Converſionis noſtræ modus 39 46
conſinia 709
cor hominis in manu DEI 11
cordis dolores & anguſtiæ unde 250
cornu 539.56
ſalutis 539.556
Corporis Chriſti conditiones 388
prærogativæ 393
Corporum clarificatorum conditiones 392
proprietates 4 7
reſuſcitatorum conditio 36. 37
Corpus clarificatum ſolita corpora penetrans 390
Chriſti non evanuit 263

coru-

Corruptæ naturæ ſignum 641
creatura pro homine 460. 474
credendum in Chriſtum 451
credentes beati 42
non timeant damnationem 495
credere Deo, Deum, in Deum 452
credere Deum 451
in Chriſtum 451
in Chriſtum officium reſpicit 42
in Deum 451
in nomen Chriſti 494
crucifixio apud Judæos ſupplicii genus infame 55
crucis acerbitati quid opponendum 654
diſtributio inæqualis 84
prædictio 643
ſcandalo quid opponendũ 259
utilitas 256. 257
crux ferenda 654. 689
jugum Chriſti cur dicatur 201
non accerſenda, ſed ferenda 85
piorum jugum eſt 182. 85. 196
curioſitas Petri exemplum infirmitatis 84

D.

Danæi error 42
damnationis cauſa non in Chriſto, ſed homine 77
David in Regem quando unctus 211
puer Dei 540
decretum abſolutum 175
nullum 464
Dei cognitio unde 593
conſtantia in ſervandis promiſſis & comminationibus 219
gratia & miſericordia unde æſtimanda 499
miſericordia 615
mos 256
notitia nulla extra Chriſtum 426
omnipotentia 11. 216
potentia 615
præſentia 234. 256
ſanctitas 615
veri deſcriptio 542
vocabulum in Johanne quomodo uſurpetur 95
deſertio qualis 13. 134
terrenorum propter Chriſtum 12. 131
deſertum 534
deſiderium Meſſiæ 150
deſperandum non eſt 642
δεῦτε quid ſignificet 180
Deus beneficum ſe præſtitit 339
cauſa damnationis non eſt 496
de ſalute hominum quid velit 475
diligendus & proximus 501
Dominus cœli & terræ 172
Dominus dupliciter 160
homines non Angelos, miniſterio deſtinavit 16. 174
in infantibus poteſt extraordinariè operari 623
Iſraelis 538. 555
Judæis nihil contra latam Legem eſt minatus 63
laudandus 542. 559
magna facit per vilia 204
non eſt alligatus cauſis ſecundis 551
non vult hominum interitum 58. 59. 488
peccatores miſericordiâ ſuâ prævenit 718
plura dat, quàm petimus 628

poten-

potentiam ſuam quomodo exſerat 626
promiſſionum ſervantiſſimus 626
reſpicit homines & quomodo 615
ſalutem hominum quomodo operetur 59
ſalutem ſuam quibusdam cur occultaverit 188
ſemper excitat, qui erroribus contradicunt 88
ſemper ſibi 7000 reſervat 527. 573
ſuos variè exercet 382
verbum ſcribi etiam voluit 91
vult omnium hominum ſalutem 67. 109. 194. 463. 506
dextra Dei quid notet 468. 470. 480
diaboli martyras 185
diabolus Dei ſimia 425
ſimilis latroni 133
διάκονος 667
διαλογισμοὶ 390
διαμένειν 671
διασκορπίζειν 611
διατίθεσθαι 671. 684
Dietenbergii ſtolida locutio, de reconciliatione mundi cum Deo 208
dies Dominicus cur cultibus ſacris deſtinatus 33
dies noviſſimus cur dicatur παλιγγενεσία 127. 135
differentia inter doctrinam V. & N. T. 474
Dilectio ad miniſterium neceſſaria 751
colenda & cur 753
dilectio Dei 488. 500
cauſa ſalutis primaria exaggeratur 497
in Chriſto fundata 488
qualis 491
tribuitur Patri, Filio & ſpiritui ſancto 495
dilectio proximi 699
Dei præſupponit dilectionem 751
vera 750
dilectionis gradûs 752
præceptum in ultima Cœna ter repertum 751
diligere non eſt arbitrarium 752
quid 486
διώκω quid 765
diſcipuli Chriſti poſt paſſionem cur territi 254
diſcipulus de tempore de Stephani ſepultura 75
de Mariæ purgatione 164
diſcrimen legis & Evangelii 179
regni politici & miniſterii Eccleſiaſtici 679
V. & N. T. 553
diſputationes Theologicæ 570
diſtinctio inter ordinariam & extraordinariam ſp. S. operationem 613
inter thronos Chriſti & ſanctorum 673
divinæ naturæ opera propria 117
divinitatis Chriſti hoſtes 10. 101. 113
divite 612. 626
doctores peccatores 638
doctrina Chriſti Evangelium dicitur & cur 474
falſa cavenda 597

δοκεῖν 666
dominium Eccleſiaſticis ademtum 669
dominus tecum in ſacris quid 205. 221
domus Jocob qui 207. 211. 224.
    Judæorum deſerta 62. 64
    Patris cœleſtis 416
donec quid notet 204
δωρεὰν quid 761
dubitatio Papiſtica 153. 419. 458
dubitationes ſanctorum quales 419
δύναμις ὑφίςῃ 227
δυνάςαι 612

E

Ecce in ſacris qualis particula 49. 268
Eccleſia ædificium ſpirituale 593
    cœtus exiguus 594
    Chriſto eſt curæ 5. 19
    dupliciter conſiderata 510. 513
    eſt parvulorum & ſimpliciorum 189
    eſt una 510. 515
    & ejus antiſtites poſſunt errare 658
    fundata non ſuper perſona, ſed confeſſione Petri 594
    habet ſua ſchiſmata 569
    inexpugnabilis 581
    in hac vita non ſine macula 638
    inviſibilis non imaginaria, ſed vera 514
    Lutherana mare an tranſierit 514
    manet 594. 595. 616
    non ſine cruce 581
    N. T. ex Judæis & gentibus 569
    N. T. nulli loco alligata 569
    oppugnatur 594
    ovile & cur 510. 523
    permittitur bellis & cur 56
    poteſt errare 514. 581
    quid 510
    Romam in ſucceſſione non eſt alligata 569
    ſancta & cur 514
    vera apud Lutheranos 24
    vera 525
    viſibibilis & inviſibilis 513. 514
Eccleſiæ ædificatio 591
    conſervatio & defenſio 592
    cura ad ſpecialem Dei providentiam ſpectat 3
    epitheta 525
    membra vera 189
    membrum eſſe 513
    nota ab amplitudine falſa 466
    nota non eſt { felicitas 763
    nota non eſt { multitudo 631
    petra ſolus Chriſtus 594
    plantandæ alia ratio ac plantatæ 448
    preſſæ conſolatio 616
    ſemen aliquod manet 149
    ſpecies miſera non ſcandalizet 175
    ſplendor 512
    ſplendor non eſt nota 175
    tranquillitas perſequendo non retinetur 63
    veræ proprietates 598
    vilitate non offendamur 523
Eccleſiam ſchiſmata non tollunt 664
Eccleſiaſtica & politica poteſtas uni ſubjecto non competit 679

ἐχθες-

ἐχθροφιλία 59
non eſt conſilium 752
Edere & bibere in regno Chriſti 672. 684
Effectus dilectionis in filio dato 487
ἐγένετο caro Verbum 10[illegible]
ἐγηγερμένος 456
εἰδεῖν. 417
εἰς τὸν αἰῶνα. 614
Electionis & ſalvationis eædem cauſæ 495
Electionis nomine quid intelligendum 756
Electio non eſt univerſalis 764
Eliſabetha cur Mariæ cognata dicatur 228
Emmahus 246
Emmaunticorum de chriſto ſententia 252
examen 382
ἐπελθεῖν 213
ἐπισκέπτεσθαι. 555
ἐπισκιάζειν 213
Eraſmi error de verbis; Sic DEUS dilexit 486
Errare humanum 87
Error in fide 570
ſine verbo facilis 258
Errores ex falſo verborum Chriſti intellectu ut corrigendi 87
in Eccleſia non ſeducant nos à verbo 87
unde oriantur 87
Eſurientes 612. 626
Evangelii curſus ſit omnibus gratus 174
patefactio 189
prædicati initium 400
Evangeliſtæ mandatum ſcribendi habuerunt. 92
Evangelium abſconditum ſapientibus revelatum parvulis 173
dupliciter capitur 459. 474
in V. & N. T. idem 198
myſterium 179
non eſt concio pœnitentiæ, quomodo 399
non licentia carnis 184
prædicatur etiam malis 53
quid ſit 97. 198. 474
ſalutis medium 464
ſignis confirmandum & quomodo 475
ἐυδοκία 173. 199
ἐυεργέται 666. 679
ἐυλάβεια 148
ἐυλογητὸς 518
& ἐυλογημένος differunt (1)
Eunomii error 179
Eutychis error 314
Exaltationis Chriſti ſtatus dicitur gloria Patris 355
Examina 570
inſtituenda 589
Exaudire preces Dei proprium 430
Exauditio interdum non ſequitur 433
Exauditionis requiſita 433
ἐξελθεῖν 652
ἐξηγεῖσθαι: ἐξηγηταί 264
Exilia divinitùs deſtinata 57
miniſtris verbi exſpectanda 56
moderatè ferenda 58. 140
Extra Chriſtũ miſerrimi homines 547
nulla ſalus 488
Eccleſiam nulla ſalus 513
Exulantium ſolatium 420.

 ἐξουσία

ἐξουσία 104
ἐξουσιάζειν 665

F.

Fabulæ Papiſtarum de Jacobo 634 655. de Michaele & Angelis 743
acies Dei 732
Feſta Apoſtolorum cur retineantur 4
quomodo celebranda 773
quas habeant conditiones 4
quomodo probentur 3
Feſtum purificationis, ut celebrandum 164
Fidei cauſa duplex 40
certitudo 607
confirmatio 496
deſcriptio 46.109
ἐνέργεια 491
duplex 496
infirmitas 250 379
lucta 258
natura 11.40.608
objectum 40.414.419.491
proprium 41
ſoli ſalus adſcribitur 461.490
vis 419.433
Fides antiqua 409
carbonaria 522
eſt una copulativa 259
facilè amittitur 32
implicita 57
infantium 727.730
medium ſalutis 47
nititur tantum verbô 40
non eſt ignorantia 547
non eſt nuda notitia 259. 460. 406
non eſt res levicula 752
obedientiam requirit 435
ὄργανον 490
res ardua 31
ſalvat relativè 490
ſalutem æt. conſequitur 40
vera 490
quid ſit, quid non 40
Fiducia in Deum 419
Filii Dei propter Chriſtum omnia ſpontè deſerunt 131
Filius Dei cur miſſus 540
λόγος dictus triplici de cauſa 94
noſtrum donum 500
utrum venturus, ſi homo non peccâſſet 489
Filius Hominis 568. 583
divinæ Majeſtatis particeps 573
eſt Filius Dei ib.
pro tota perſona 583
Finis dilectionis Dei 487
miſſionis vel Incarnationis Chriſti 493
miſſionis Chriſti duplex 563
ᾧ & οὗ miſſionis Filii Dei 487
Flacianiſmus 732
Fœcunditas à Deo 159
Fœminæ vaſa gratiæ 604
etiam legant Biblia 614
Fragilitas humana 134
Fragilitatis humanæ cogitatio 688
Fratres Chriſti quinam 86
cur vocati à Chriſto 13
debent eſſe animô & voluntate conjunctiſſimi 7
quadruplices 9
Fructus paſſionis Chriſti 596
ventris 605
Fures 517

in Eccleſia 519
& latrones 524.525

G.

Gabriel quid ſignificet 217
Gallinæ cum Chriſto comparatio 69
cura de pullis educandis 66
Gaudium Chriſtianorum 627
Chriſti ſuper Evangelio abſcondito 673
Gehenna 729
Γενεά 61. 67
Gentes etiam pertinent ad domum Jacob 211
Gentium vocatio 411
Gloria Chriſti à nobis quomodo conſpiciatur 119
Gloriam ſuam quomodo oſtenderit Chriſtus Apoſtolis 109
Gloriatio hominum 124.134
Γινώσκετε quomodo exponendũ 755
Γογγύζειν 699
Gradus dignitatum 724
miniſterii 668
gloria in vita æterna 438
Gratiæ certitudo ex fide 491
Gratioſi apud Latinos qui dicãtur 221
Gratitudo 719
erga Deum 627
erga miniſterium 159.659
Gratos erga Jeſulum, quomodo nos exhibeamus 115
Gretſeri blaſphemia 495
Γυναικοβαπτισμός 465

H.

Helvidii de Maria blaſphemia 204
Hieroſolymæ nomen cur repetatur 51
nomine quid Chriſtus velit 51
propriũ occidere Prophetas 55
ſolius cur mentio facta Matt. 23. 51
ἡγούμενος: ἡγεμὼν 667
Homines nihil boni ſine ſpe præmii agunt 124
omnes peccatores 703
ſuâ culpâ pereunt 504
terrent tria 406
Hominum de Chriſto opiniones 558
malorum tria genera 714
nemo ἀναμάρτητος 51
perverſa natura 214
poſt lapſum in rebus divinis ignorantia 100
Honores non tolluntur 641
Hoſtes Chriſti 174
& Eccleſiæ punientur 71
Hoſtes Eccleſiæ non nimium timendi 628
gratiæ non curandi 720
perſonæ & officii Chriſti 588
veritatis 700
ſanabiles & inſanabiles 36
Huberi error 489
Humanitas 257
Humanitatis Chriſti hoſtes 113
Humilis coram Deo 725
Humilitas 656.688
ante gloriam 642
Monaſtica 725
non cauſa ſalutis, ſed ſignum fidei 723
Humilitatis cauſæ moventes 737
fructus.
Hypocriſis 720
à cultu abſit 544

Digitized by Google

I.
Jacobi majoris hiſtoria 634
minoris epiſtola 414. & hiſtoria ib.
ſecundum Papiſtas privilegia 449
Jactantia 124
Jeſuitiſmus de Papæ primatu 6
de piis fraudibus 10
Jeſus cur Magnus dicatur 223
Nazarenus Meſſias 204
nomen concretivum 171
nomen Meſſiæ 223
Ignis ſacer 264
Ignorantia duplex 763
Illuminatio omnium hominum Joh. 1. quomodo intelligenda 102
Imitatio parvulorum 726
Ἵνα εἰδικὸν
ἐκβατικὸν 430
Incarnationis cauſa 627
cauſæ 213.251
deſcriptio 545
doctrina 110
nomina ibid.
In Chriſto habemus omnia 529
Incredulitas 31
cauſa damnationis 494. 496
502
eſt meticuloſa 388
naturalis 258
ſola damnat 504
taxanda 457
finalis damnat 466
Incredulitatis fructus 457
Infantes fidelium immundi 146
in limbum puerorum non relegandi 726
ſunt peccatores 703
Infantum ſalus ante Baptiſmum non dubia 465.604.620
Infirmi ferendi 417.457.669
Infirmitas humana 134.250
Infirmos Chriſtus ſuſcipit 483
Ingratitudo mundi erga Chriſtum 55.109
ejusq; miniſtros 57
Inimici noſtri 541
Injuriæ illatæ non ulciſcendæ 36
Innocentia in cruce 763
In nomine Chriſti fieri 397
petere 430
Jeſu recipere 727
Interpretatio Scripturæ non ex Papa 260
Invenire gratiam quid 222
Hebræis quid 206
Johannes Baptiſta an in limbum Patrum venerit 564
an ſine peccato 560
Chriſti præcurſor & viæ præparator 551. 563
dictus 530
in utero matris ſubſiliit 602
magnus dictus & cur 548
opus habuit circumciſione 532
πρόδρομος 530
Propheta 544.563
Johannes Evangeliſta teſtem ſe dicit & cur 89. aquilæ comparatus & cur 92. cur non omnia Chriſti dicta & facta ſcripſerit 89
Johannis Baptiſtæ educatio 534
feſtum Papiſticè profanatum 559
nativitas 560
nativitas & reliqua myſteriis plena 552
no-

Digitized by Google

nomen. 101. 533
officium. 101. 563
ſaltus non naturales. 618
vocatio. 101
Johannis Evangeliſtæ feſtum cur feſto natalitio immixtum. 79
immortalitas ficta & fabuloſa. 79. 85. 87
longævitas ejusq; cauſæ. 88
nomen, parentes, vocatio, dona & hiſtoria. 79
ſcripta, profeſſio. 80
teſtimonio cur credendum. 89
Iſraël, pro Judæis. 613
Judæ & Thomæ peccata differunt. 33
Epiſtola. 749
Thaddæi hiſtoria. 748
Judæi propriæ perditionis authores. 58
Judæis Deus nihil contra latam legem minatus eſt. 63
Judæorum de regno Meſſiæ opinio. 650
error de Meſſia. 681. ejusq; regno. 212
ingratitudo. 76
obſtinatio unde. 110
pœna. 60. quadruplex. 70
prærogativa. 542
Judicare pro condemnare. 493
Judicium Apoſtolorum & Sanctorum in die noviſſimo. 118
Jugum Chriſti. 185. 192
Chriſti leve & cur. 201
Papæ. 185
portare. 182
Julianus Apoſtata de Apoſtolis piſcatoribus. 10
Juſti δοξαστῶς. 702
legaliter non dantur. 702
qui dicantur. 60
Juſtificatio hominis peccatoris. 167
Juſtitia propria nulla. 720

K.

Καὶ adverſativum. 55
Καίσαρ. 263
Κατακλίνειν. 665
κατακυριεύειν. 262
Keckermanni principium de Trinitate. 179
Κηρίον. 391
Κηρύσσειν. 459
Κόπος quid ſignificet. 180
Κράτος. 611
Κυριεύειν. 665
Κύριος nomen Chriſto tribuitur & cur. 38

L.

LAborantes Matth. 11. qui. 201
Labor vocationis incumbit omnibus. 8
Laicis lectio Scripturæ concedenda. 614
Lapidatio uſitatiſſimum ſupplicij genus apud Judæos. 56
Lapſus in incredulitatem facilis 31
Latrones. 517
Legi primogenitorum cur Chriſtus ſubditus. 156
Legis & Evangelij diſcrimen. 194
Levitarum urbes. 617
Lex & Evangelium conjungendum in praxi. 457
Lex non ſalvat. 425
puerperarum cur ſancita. 155. 164
quoque in N. T. prædicanda. 400, 474. 582

Libera-

Digitized by Google

Lex non ſalvat 425
 puerperarum cur ſancita 155. 164
 quoq; in N.T. prædicanda 400 474.282
liberalitas 412
liberi arbitrii ἀδυναμία 257. 580
liberi donum Dei 535.551
liberorum præſentatio vel oblatio 147. 159.166
 procreatio res non mala 146. 158
liberum arbitrium in ſpiritualibus quale 59.179. 495
ligare 579
limbus patrum nullus 421
linguæ uſus 542
locus Joh. 14. quid notet 416
λόγος hur dicatur Chriſtus 93.94
 Deus verus 94
 lux cur dicatur 98
 mũdo quomodo patefactus 101
 quid notet 105
longævitatis finis reſpectu Dei 153
lumen gentium Chriſtus & unde 162. 163
Lutheri vocatio qualis 25
luthero Jovianiſmi falsò inſimulatur 439
lux cur dicatur λόγος 98
λυτρωσις 539. 555

M

Magiſtratus in falſæ religionis exercitio lenitas 36
 politici ſolatium 680
Magiſtratus Papæ jure ſe opponit 581
 politicus 668
magnus cur dicatur Chriſtus 223
majeſtas Chriſto communicata 178
μανδύας 590
manducatio naturalis & ſupernaturalis 394
manichæorum error de V. T. 519
manſiones in cœlo 435
manus Dei triplex in ſacris 537
marcionitarum error 215
Maria an ἀναμάρτητος 164 209.2 1
 an pro redimendo Filio λύτρον dederit 143
 beata eſt, non adoratur 605
 beata prædicatur 610
 benedicta 211
 deſponſata & cur 203
 εὐλογημένη 205.619
 fatetur peccatum 624
 honoranda non adoranda 608
 κεχαριτωμένη 205, 220. 221
 legem purificationis cur obſervet 142. 144. 165
 legi non alligata 144
 non adoranda 179. 208
 non punita ob interrogationem ut Zacharias 225
 quater locuta 234
 ſalvata per fidem 608
 ſalutatione Angeli perturbata 205
 ſui exaltationem prædicat 610
 virginitatis votum non fecit 212. 216
 unde nomen habeat 203
Mariæ ὕμνον Papiſticum 240
 memoria honorifica 616
 nomen quid ſignificet 240
 partus an fuerit miraculoſus 244
 virginitas 215
vir-

virtutes. 234

Martyrium 57

triplex 85

Matthæi convivium & quô fine inſtitutum 707

Evangelium an Hebraicè ſcriptum 691

fabula 690

hiſtoria 690

obedientia 707

privilegia Papiſtica 7.7

Matthæus fuit publicanus 692

Levi dictus 693

Matthiæ privilegia Papiſtica 197

Matthias cur pingatur cum ſecuri 170

quis 159

Media ſalutis 460

non divellenda 461

medium offerens & recipiens 453

μεγαλεῖα 610

μεγαλύνειν 605.624

μείζων 666

membrorum amputatio quid 729

μένειν 262

mercatura licita 700

merita à ſalutis negotio aliena 644

meritoria juſtificationis cauſa 492. 498

meritum Chriſti univerſale 463

meſſiæ regnum non terrenum 570

meſſias brachium Dei 611

cur ex virgine deſponſata naſci voluerit 218. 239

eſt Jeſus 204

gloria Judæorum, 154

lumen gentium 153

venit 238.620. 631

μετάνοια 396

Miniſter verbi ſit δυνατὸς ἐν λόγῳ 258

miniſterii auctor 22.53

cauſa efficiens 16

cõtemtu ne ſcadalizemur 19

contemtus 59

contemtores 19

delegatio 592

dignitas 16. 109. 409

efficacia 20

finis ſalus 460. 18.109.547

hoſtes puniuntur 63

inſtitutio 408. 411

jurisdictio & poteſtas 669

materia 16

neceſſitas unde dependeat 15

unde probanda 6

objectum 16

poteſtas 17

proprietas 409

ſors in hac vita 59

ſubjectum 16

tractatio 18. 53. 64. 68

utilitas 16.409

Miniſterium eſt piſcatura 6. 16.

habet plerumq; tenuioris ſortis homines 10.19.

ingens Dei donum 53

legitimum in Eccleſiis Lutheranorum 24

pacis 388

per homines, non Angelos adminiſtratur, & cur 16.17

quid 475

Miniſtri verbi 709

ad exilia ſe præparent 56

debent concorditer inter ſe vivere 9

Digitized by Google

ἡγέμενοι 674
non contemdi 18
non ſint animô abjectô 21
non ſint otioſi 8
non ſint politici 668
officium 260
officium faciant ſuâ ſorte contenti 12
quæ alios docent, faciant ipſi 258
vocationem non recuſent 12
Miniſtrorum verbi officium 25 31. 88
præmia 19
requiſita 7. 10. 2 . 53
tituli, nomina 74
Miniſtros verbi conſtituere officium Chriſti propheticum ſpectat 2
Miracula ad vocationem extraordinariam non neceſſaria 537
Apoſtolorum majora 445
Chriſti quid probent 431
deſierunt 476
diei 25 Martii 237. 238
doctrinam quatenus confirment 432
fruſtrà à nobis requiruntur 448
jam non fiunt & cur 476
non ſunt veræ Eccleſiæ nota 447
Papiſtica 432. 448
petere hoc tempore eſt Deum tentare & mendacem facere 476
ſine doctrina nihil probāt 448
ſpiritualia 448
ſunt propter Evangelium, non contrà 477
Miraculorum duratio 432
diſtinctio 448
doctrinæ σύνοψις 466
Miſeria hominis poſt lapſum 718
noſtra in pictura ovium 522
Miſericordia Dei 611
in Filii miſſione 612
Miſſa repugnat officio Chriſti 573
Miſſio Prophetarum opus eſt S.S. Trinitatis 53
μνησθῆναι 313
modeſtiæ exemplum in Johanne 88
modi præſentiæ 395
modus emigrandi ad cœleſtes manſiones 450
mola aſinaria 728. 739
monachorum paupertas 125
μοναὶ manſiones multæ 416
Mors bona & beata 163. 167
non pertimeſcenda 420
piorum ἀπέλυσις 151
mortis meta patienter ab omnibus exſpectanda 168
Mulieres cur liberos offerant Deo 166
ſalvandæ 204
Mundi auctor Deus 174
nomine quid veniat 487. 497. 506
de Mundo eſſe 755
de Mundo non eſſe 756. 761
Mundus mari comparatur 22
quid notet 89. 103. 754. 766

N

Nativitas hominis immunda 158
Johannis miraculoſa 531
Nativitatis Chriſti præparatoria 43. 44
Naturæ corruptio 662

Na-

Naturæ in Chriſto duæ 229
Nazaræus quid ſignificet 217
Nazareth 218
Nemo à regno Dei excluditur 476
[illegible] 666
Neſtorii craſſi errores de Chriſto 114
 error 607
Neſtorius negat Mariam θεοτόκον 215
νήπιος 172.187
Nolle Judæorum & velle Chriſti quid 56
Nomen Chriſti quid ſignificet 757
Nomen Dei quomodo rectè ſanctificetur 21
 ſanctum 611
Nomen Filii Mariæ 206
Nomina liberis quæ imponenda 536
 quid moneant ibid.
Nominis mutatio Papæ uſitata 536
Nominum impoſitio in circumciſione & Baptiſmo 535
Notia Dei 430
 unde haurienda 20
Novatianorum error 183
Novati error 704

O

OBedientia Deo debita qualis 25. 26
 regularis 711
 Chriſti paſſiva non tollit activam 259
Obedientiam Chriſto omnes homines debent 12
Objurgatio Chriſti 259
Oblivio facilis 424
Obumbrare quid 227
Oculi Emaunticorum detenti & quomodo 249
Oculorum apertio 270
Oculus Dei notat providentiam 3
Odium quid ſignificet 754
ὁδός 249
Officium Apoſtolorum prædicare 459
 Chriſti 544.686
 Chriſti mediatorium 387
 paſtorale 256. 520
 paſtorale & Sacerdotale 5
 propheticum ſpectat miniſterii procuratio 2. 521
 proprium 713
 Sacerdotale & regium 573
 Magiſtratûs politici 679
 miniſtrorum verbi 25.88 546
 nemo legitimè vocatus negligat 21
 parentum 537
 paſtoris boni 519
ὁμιλεῖν 268
ὁμιλία 269
Omnipotentia Chriſto communicata 178
Omni præſentia Chriſti 179
ὁμοουσία Filii probatur 443
ὀνειδίζειν 456
Onerati Matth. 11: qui 201
Opera vitæ magna 184.195
Opera Apoſtolorum majora & quomodo 419. 445
 Chriſti duplicia 432
 Dei ſancta 627
 divinæ naturæ propria 117
 fidelium 445
 hominum mala 503
 miſericordiæ 702. 720

non renatorum & hæreticorum peccata. 504
ὁμουσίαν Patris & Filij probantia. 429
ſupererogationis 522
Operum neceſſitas 544
Opificia manuaria Deo placent 9
Opificum officium 9
Opiniones de Meſſia 597
inveteratæ 570
præconceptæ 250
ὀπλὸς 391
ὅπυ 417
Orandi modus 656
Orantes malè 642
Oratio qualis eſſe debeat 653
Ordines non confundendi 688
Originale peccatum 145
Origenis error 731
Oris humani uſus 537
ὡς quid ſignificet 109
Oſtium quid 514
Oves vocare nomine 516
Ovicularum Chriſti officium. 521. 527
proprietates. 520

P.

Pacem Chriſtus precatur. 402
Paci ſtudendum & quomodo. 387
Pacis internæ effectus. 407
nomine omnia bona veniũt 388
Pædobaptiſmus. 731
Palæſtinæ reſtitutio non ſperanda. 64
Papa Antichriſtus. 212
falſò ſibi dominium ſumit. 668
fur & latro 519
in regno terræ nihil habet juris 582
non eſt audiendus. 522
omnipotens vult eſſe. 179
pro Spiritu S. obtruditur. 581
Papæ nomen mutantis levitas. 582
ſacrilegium. 581
ſecularia non competunt. 647
Papiſmus de adoratione Mariæ. 629. 630
de Apoſtolorũ peccatis 738
de aureolis. 418
de Baptiſmo Johannis. 548
de caſtitate Mariæ. 216
de Chriſto Mediatore. 501
ſevero Judice. 183. 501
de cœlibatu Sacerdotum. 125
de communione ſub una. 265
de clavibus. 592
de dubitatione. 458. 555
de Eccleſia Lutheranorum 524
de Eccleſiæ ſplendore. 512
de Evangelio non πανταχοῦ prædicato. 472
de feſtis. 5
de fide ſalvante. 42
de fide Scripturæ 5
de fide, quòd ignorantia 547
de fide infantum 612
de fide ſalvifica 613
de Johanne Baptiſta 537
ἀναμάρτητῳ 621. 554
de Johannis Evangeliſtæ ἀθανασίᾳ 8
de Johannis & Jacobi ſepulcro 646
de Johannis monachatu 553
de lapſibus ſanctorum. 651

de

de laudibus Petri, Chriſti plurimùm derogans. 596
de lectione Scripturæ 522
de libero arbitrio 37. 472
de Luthero Jovinianiſmi accuſato 439
de mandatorum DEI poſſibilitate & facilitate. 195
de Maria ἀναμαρτήτῳ 145. 628
de Maria benedicta & cur. 222
de Maria collo Eccleſiæ 209
de Maria errores. 220. 221
de Maria Filij adjutrice 501
de Maria Regina cœli 615
de meritis operum 643
de Michaële & Angelis. 743
de miraculis 477
de Monachatu. 125
de notis Eccleſiæ. 60. 175
de objecto fidei. 432
de ὀνομαθεσίᾳ. 536
de operum excluſione 190
de Papa Chriſti Vicario 654 669
de Papæ poteſtate & primatu. 682
de Papæ primatu. 6. 580. 589 595. 678. 680
de paupertate voluntaria. 147
de Petri Matth. 16. reſponſione. 571
de piis fraudibus. 10
de poteſtate Eccleſiaſtica 17. 18
de puerperis 146
de Sacramento Cœnæ in Emaus celebrato 379
de Sacrificiis omnibus à nobis ablatis 715
de ſanctis in cœlum evectis 43
de ſenſu iræ DEI in paſſione 51
de ſpectris 389
de tabulis ſalutis 465
de throno & ſeſſione Apoſtolorum 673
de traditionibus 425
de tranſubſtantiatione. 216 236
de verſione Latina. 716
de via in cœlum 425
de virginitate 553
de vitæ æ. beatitudine 438
de vita æt. meritoria ſeu mercenaria 137
de voto obedientiæ 710
Papiſtæ diabolum colunt. 425
& Chriſtum & Spiritum S. ab officio removent 515
majorem Mariæ quàm Chriſti rationem habent 630
regnum Chriſti faciunt politicum 570
Papiſtarum fabulæ de Andrea Apoſtolo 21
Papiſtica reformatio 36
παραβιάζεσθαι 261. 376
παρέγγυη 692
Paratus de Stephano 73
Parentes quando deſerendi 20
Parentum cura præpoſtera 637
impietas in poſteris quandoq; punitur 63
παρρησία 524
Parvuli qui ſint. 372
imitandi & quomodo 737. 744
Parvulorum commendatio. 726
cura 741

Digitized by Google

Paſchales diſcipulos quid deceat 381
 theſauri 410
Paſcua quid 516. 520
Paſſio & reſurrectio Chriſti conjuncta 399
Paſſiones non merentur aliquid 646
Paſſionis Chriſti fructus. 400 453. 437
 neceſſitas hypothetica 395
Paſſionum in vita æterna nulla memoria 257
Paſtor bonus 524
 malus 524
 nôſſe debet oviculas 519
 vocationem habeat 518
Paſtores mali fures & latrones 525
 officium ſuum faciant 523
 poſſunt errare 527
Paſtoris boni cum malis comparatio 526
 boni deſcriptio 516
 mali adjuncta 517
Pater aut Spiritus Sanctus cur non incarnatus 243
Pater in Filio & per eum cognoſcitur 442
 in Filio eſt & manet inſeparabiliter 444
Patris & Filij ὁμοουσία 428
 voluntas in Filio pateſcit 431
Pauli converſio, patria, ſtudia, res geſtæ, zelus 122
 miracula, viſiones, mors 123
Pax abſq; veritate nulla 664
 Chriſti merito parta 388
 fructus reſurrectionis Chriſti 387
 in ſacris quid 151. 385
Peccata opera tenebrarum 498
Peccati cum morbo comparatio 714
Peccatores 707
 Phariſaici 702
 reſipiſcentes recipiēd: 705
Peccatorum confeſſio 708
Peccatum non habere quid ſit 758
 non omne voluntarium 703
 originis non extenuandum 184
 requirit Medicum 704
Πειρασμός 670
Perditio ex homine 58
Peregrinatio Chriſtiana 655
Peregrinationes Papiſtarum 86
 religioſæ 604
Peregrinus Chriſtus 250
περίοικοι 531
περιούσιοι 521
Perſecutores 763
 CHRISTUM tangunt 58
 habent terminum 86
Perſona Chriſti per certos aphoriſmos expoſita 229 ſeq.
Perſonarum in Deitate pluralitas 180
Petra quid 598
 unum ex divinis nominibus 591
Petri de Chriſto confeſſio 585
 hiſtoria: Papatus fabuloſus: mors 565
 poteſtas Papiſtica 596
 privilegia Papiſtica 596
Petrus non eſt fundamentum Eccleſiæ 575
 Romæ 25. annos non ſedit 463
 unde dictus 575. 590
φιλανθρωπία DEI. 64. 146. Chriſti. 36. 79. 83. 129. 183
φιλαρχία 737

Philippi

Philippi Apoſtoli hiſtoria 413
privilegia Papiſtica 449
φιλονεικία 662. 676
φραγέλλιον quid ſignificet 180
Rhotinianiſmus de Chriſti divinitate 42. 174. 210
de Dei promiſſionibus 426
de Filio unigenito 489
de miraculis Chriſti 432
de perſonis Divinitatis 431
de reſuſcitatorum corporibus 36
de ſalute patrum V. T. 261
de ſatisfactione Chriſti 489. 502
de vocatione. 646. ad miniſterium 6
Pietatis præmia 124. 132. 137
Piorum officium 125
Piſcator de obedientia Chriſti 502
Piſcatores cur Chriſtus vocarit Apoſtolos 9 10
Piſcatoris error 42. 59 145
de Chriſti nativitate 145
Pœnam quadruplicem Chriſtus minatur Judæis 70
Pœnitentia 703
dupliciter capitur 399
Pœnitentiæ modus 46
neceſſitas 704
Pœnitentiarius Chriſtianus 717
Politici quidam Theologis inviſi 724
πολυπράγμονες qui 84
πολυπραγμοσύνη 688
Petri 84
vitanda 8. 84
Portæ inferni & mortis 582
Portare jugum 182
Potentiæ divinæ declaratio 635
Poteſtas Eccleſiaſtica in noſtris Eccleſiis 18
Pontificũ quomodo exerceatur 17
Prædicantium nomen honorificum 464
Prædicare Evangelium præcipua pars officij Apoſtolici 459
Præmia pro deſertione bonorum terrenorum 136. 137
ſi deſint, nihil benè fit 124
Præſentia Chriſti in cœna per adſcenſionem non tollitur 471. 479
naturalis & perſonalis diſtincta 421
Preces cur non exaudiantur 642
inconſideratæ 653
Precum vis 265
Primatui Papæ quid opponendũ 582
Primatus arguit Antichriſtum 724
Papæ evertitur 724
Papæ fruſtrà adſeritur 575
Primogenituræ jus 146
lex Chriſtũ notat 146
Primogenitorum redemtio 165
Principium Joh. 1, 1. quid 94. 95
Procreatio ſobolis à Deo 534
Promiſſiones Evang. univerſales 193
Promiſſionum certitudo 426
Prophetæ etiam Apoſtoli 65
qui 50. 55. 65. 74
quomodo miracula fecerint 759. 770
ſancti dicuntur 540

Pro-

Prophetare 538
propheтia pro cantico 538
πρὸς in Joh. quid 95
προσκυνεῖν 637. 648
προσποιεῖσθαι 261
Proximi ſalus curanda 719
Pſeudo Chriſtiani 526
Pſeudopaſtores 526
Pſeudo doctorum nota 525
πτοεῖσθαι 386
publicani 692
vocati cauſæ 709
pueri quadruplices 613
puerorum mores 723
puerulus typus humilitatis 722
puerperas Deus curat 159
quid deceat, quid non 160
pulli cum Chriſtianis comparantur 69 76
purgatio Mariæ 165
purgatorii vanitas 495. 731
purgatorium 466
puſilli 730

Q

Quæſtiones curioſæ 85
Qui es in Chriſto 195

R

Ratio captivanda 176. 215. 558
impedit fidem 558
Rationis cæcitas 446 59
Redemtionis finis 556
redimere officium Meſſiæ 258
reformatio Papiſtica 36
regeneratio duplex 135
Reges gentium 654. 677
Regni Chriſti conditio 657. 650
conditio alia in hac, alia in futura vita 685
propagatio 400
Regnorum mundanorum proprietas 677
Regnum Chriſti ad gentes uſq; 463
non de hoc mundo 752
non mūdanum 213 225
quale 224
Regnum cœlorum 722. 735.
quibus paratum 647
Religionis falſæ exercitium 36
reliquiæ fidelium 616
peccatorum 680
remiſſio peccatorum opus maximum 547
renati poſſunt excidere gratiâ 177. 582
renovatio imperfecta 458. 638 662
reprobatio ſapientum an ſit bona Dei voluntas 174
reſpicere 625
Reſurrectio Chriſti probatur 405
mortuorum probatur 32
Reſurrectionis Chriſti cauſæ 378
difficultas 394
fructus 37
noſtræ certitudo 406
ſpiritualis probatio 394
Revelationes extra verbum non quærendæ 260
ſingulares non expectandæ 42

S

Sabellii error 444
Sabellius refutatur 430
Sacramenta non excluduntur à ſalute 490
Sacrificia ſpiritualia 715
V. T. typica 710

Sacri-

Sacrificiorum abrogatio 704
Sacrificium labiorum 627
puerperarum 158
Salome matrona pia 635
Salvamur fide, meritô Chriſti, Baptiſmô. 464
Salvari homines vult Deus ordinatè & mediatè 475
Salus { ex ſolo Chriſto 153
Salus { gratuita 488
hominum quibus in rebus cōſiſtat 545
noſtra in Chriſto 199. 543.
per fidem 464
una in V. & N. T. 260
Salutationes 620
piæ 387
Salutationis Angelicæ abuſus 208
Salutis cauſæ procreantes 496. 547 557
media ſufficienter in ſacris propoſita 90
noſtræ certitudo unde 37
noſtræ ordo 197. 198
Sancti honorandi non invocandi 5. 184. 426
non ſunt ἀναμάρτητοι 257
ſanctorum cultus duplex 615
errata cur ſcripta 32
infirmitates 638. 649
lapsûs cur ſcripti 639
quid moveant 650
ſuffragia vana 484
ſanguis effuſus à Deo repoſcitur 63
pro reatu 60
ſapientes 65. 74. 172
& ſcribæ qui 50
Sapientiam & prudentiam non damnat Chriſtus 176
Satisfactio Chriſti probatur 489. 544
cum dilectione Dei non pugnat 496
Scandali atrocitas 739
neceſſitas qualis 728. 739
pœna 728
Scandalizare 727
Scandalum cavendum 730
duplex 730. 740
non fiat in Dei operibus 630
quid 730
Schererus Calvinizans 188
de abſoluto decreto 191
de Deo tyranno, ſi lex non poſſibilis 196
de fide infantum 622
de Johanne ſine peccato originis nato 554
de loco, ubi Angelus Mariam invenerit 240
de Luthero inferno deſtinato 439
de Maria ἀναμάρτητῳ 628
de miraculis 477
de nomine Mariæ, Meerſtern 240
de *Papæ* primatu & poteſtate 589, 682
de ſacrificiis ſublatis 715
de ſynodo prima N. T. 630
de verſione Latina 716
de virginitate 553
de voto obedientiæ 710
Schola Chriſti 412

Scholaſticorum error 260
Schvvenckfeldio Weigelianiſmus 603
Scientia imperfecta 425
Scribæ 65.74
quotuplices 65
Scripta plura non poſtulanda 91
Scriptura certa, perſpicua & ad ſalutem perfecta 91
S. eſt θεόπνευστος 545
Vet. T. 598
Scripturæ S. certitudo 695
neceſſitas 91
ſcopus Chriſtus 258
ſufficientia 90. 91
vis & efficacia 378
Securitas excutienda 31
Sedere ad dextram Dei 468 480
à dextris & ſiniſtris 649
in throno majeſtatis quid 129
pro regnare 471
Sedes beatorum 410
Seneſcendi honeſtè media 160
Sequela Chriſti 12.83 duplex 83.129 140
Chriſti cur facienda 140
Sequi Chriſtum 706 720
Serpentis ænei typus reſpondet antitypo 497
Servare verbum 766
Servi Dei ſumus 543
Serviendum ſoli Deo 26
Servitus noſtra quid requirat 153
Servum cur ſe dicat Simeon 161
Seſſio Apoſtolorum 128. 135
Seſſio Chriſti ad dextram 470
Chriſti ad dextram quando inclaruerit 127
competit humanæ naturæ 480
non eſt duplex 470
Seſſionis Chriſti ſolatium 472
Sic θαυμαστικόν 487
Signorum duratio 475
Simeonis commendatio 157
imitatio 163
mores, virtutes, dotes 148
157
patria, nomen 147
res geſtæ 149
Simonis Cananæi hiſtoria 748
Simplicitati ſtudendum 175. 189
Simplicitas laude digna 11
puerilis 745
Simulatio pſeudo politica 265
σκανδαλίζειν 727
σκηνὴ inter homines 108
σκιρτᾶν 602. 608
σκληροκαρδία gravior incredulitate 473
σκυθρωπὸς 251
Solâ fide juſtificamur 490
Sola particula quid excludat 461
notet 490
Solitaria vita periculoſa 32
Solvere 579
σωτὴρ 609
σωτήριον 152
Spectra dari 389
tangi non poſſunt 403
Spectrum 386
Spiritum S. retinendi media 528
Spiritûs Sancti officium 515. 526
in infantibus operatio 603
Spiritus Sanctus an dici poſſit Pater Chriſti 243
à notia Patris & Filii non excluſus 177

ejici poteſt 529
eſt oſtiarius Eccleſiæ 512. 520. 524. 526
oſtiarius quomodo 526
oſtium aperit doctoribus 516
per verbum efficax 260. 266
Stancari error 491
Status exaltationis } 233
exinanitionis }
Stephani Protomartyris privilegia papiſtica 72
Stephani commendatio ex ſacris 48
conſtans doctrinæ confeſſio 48
fabulæ papiſticæ 49
feſtum cur ſecundam feriam conſtituat 47
Stigmata an adhuc habeat Chriſtus 394. 405
in corpore Chriſti glorioſo 37
Stoici ſancti non ſunt 85
Subjectum condemnationis } 493
ſalvationis }
Sui qui dicantur Joh. 1. 103
Superbi 633
Superbia fugienda 159
Supplicia, quibus Judæi legatos Chriſti adficiunt 55
συζητεῖν 268
συμβεβηκότα quid 247. 269
συμπορεύεσθαι 269
Synodorum & conciliorum utilitas 604

T

Ταπείνωσις 610
Ταράσσειν. 413
τελώνιον. τελώνης 692. 706
Templorum ſpiritûs Sancti conditio 604
Tenebræ 497. 498. 503. 546
Terminus hominum in manu Dei 152
Terrenorum cupiditas 124
deſertio 138
θεάσασθαι 109
Thomæ & Judæ peccatum differunt 33
feſtum cur præcedat Chriſti natalitia 27. 28. 43.
nomen & peccatum 29. 44. 45
peccata cur vitanda 44
ſecundum Papiſtas privilegia 43
vocatio, hiſtoria, fabulæ 28
Thomas cur non crediderit 29
peccavit tripliciter 30
Thronus Chriſti quid 119
Davidis quid 214
Patris quid 119
Timor Domini quid ſignificet 148
Timoris profugium 209
Traditiones rejiciendæ 260
Transſubſtantiatio Papiſtarum 236
Trinitas ſtat ſine traditione 431
Trinitatis teſtimonium 150. 216. 572
Triſtitia 257
quomodo expellenda 272
Triſtitiæ cauſa 256. 257
locus non concedendus 248. 256. 4 8. 450
Tritheitæ 331
Turbatio duplex 414. 450
triplex 419

Turcica fides de vita æt. 674
Typi ſunt etiam vaticinia 255
Tyranni Chriſtum tangunt 58
& hoſtes Eccleſiæ habent accuſatores ſuos 68
Tyrannis certus terminus conſtitutus 86
certus modus perſequendi miniſtros præſcriptus. 68
Tyrannorum pœnæ. 64

V

Valentinianiſmus 608
de Chriſti carne 215
Vaticinia ex eventu judicantur 397
Væ comminantis 740
dolentis 728
indignantis 728
Velle Chriſti & nolle Judæorum quid comprehendat 56
Venire ad Chriſtum quid 191
Verba temere prolata in judicium venient 37
Verbi contemtus punitur 63
efficacia 266
ſcripti neceſſitas 88. 91
Verbum caro factum eſt; quis ſenſus propoſitionis 107
habitavit in nobis 108
Verbum domi ruminandum 249
non fallit 389
promiſſionis in Baptiſmo 474
ſcribi etiam Deus voluit 91
Veritas quando tacenda 589
Veritatem facere 498
Verſio antiqua Bibliorum vitioſa 86

Ver-

Verſionem vulgatam Græcæ in N. T. Jeſuitæ præferunt 716
Veſperâ mundi Chriſtus orandus 265
Veſpera triplex 382
Vetus potandi conſuetudo 640
Viam parare 545. 557
Via pacis 546
 ſalutis unica 607
Vicinitas amica 535
Viciſſitudo lætitiæ & triſtitiæ 266
Videndum quid in Chriſto 44
Videre Chriſtum quid 162. 168
 & nôſſe Deum ſynonyma 424
 mortem 149
Vidimus gloriam ejus 108
Virginalis ſedulitas 6.3
Virtutes matronales 604. 631
Viſibile dupliciter dicitur 393
Viſio Chriſti triplex 40
 Dei triplex 431
 Leonis de Maria fallax 425
Viſionis vocabulum pro providentia 3
Viſitatio Chriſti 558
 Dei 539. 555. 558
 duplex 539
Vita æterna 420
 conſiſtit in Dei viſione 732
 deſcribitur phraſibus hujus ſeculi 685
 donum 675
 gradûs ſuos habet 685
 gratuita 646
 non datur propter opera 438

Digitized by Google

non eſt merces 516
non eſt meritum 132
non niſi credentibus datur 504
quid 195
Vitæ æternæ gradus 420
ſpes certa 419
Vita reſtat alia 491
Unio naturarum in Chriſto & communio 607. 235
perſonalis 41. 111. 209. 215. 231
hypoſtatica in quibus conſiſtat 231
Unionis naturarū Chriſti hoſtes 113
modus ſecundum Neſtorium 113
Unmündige Leute 187
Vocari Luc. 1. quid notet 224
Vocatio ad miniſterium duplex 23
Chriſtianorum duplex ejusque fundamentum 9
immediata an ſemper miracula habeat 23
immediata an hodiè exſpectanda 23
mediata etiam divina 5. 23
miniſtrorum Evangelicorum legitima 24
non repudianda 12. 21
univerſalis 183
Vocationi DEI obtemperandum & quomodo 7. 8
Vocationis legitimæ neceſſitas 6
propriæ habenda ratio 85
Voluntas antecedens 175
DEI de ſalute hominum revelata 475
Voluntates in Chriſto non ſunt contrariæ 59
Vota monaſtica evertuntur 711
nuſpiam mandata 711
V. T. ceremonialia 711
Uſura licita & illicita 700
Uſus cœnæ ſub una non poteſt probari 379
Vulnera Chriſti monſtrantur 393
cur retinuerit Chriſtus 394
Vulnerationis Chriſti initium 46
Uxorum deſertio non præcepta 125

W

Weigelianiſmus de luce naturæ 580
de Thomæ incredulitate 33
de vocatione ad miniſterium verbi 6

Y

ὑπάγειν 417
ὑπερήφανοι 611
ὑπὲρ 454

Z

Zachariæ mortis mentio cur facta 67
Zacharias quis Matth 23. 61. 67
cur occiſus 67
Zebedæus 635
Zelus qualis requiratur 259

Errata

Errata tertia Partis.

Pag 5 lin.25 in marg.leg Pontificii p.15.l.24.leg. vobis l. 17. leg. fingit pag. 28.l 28.leg.ſiſtit Chriſtus l.ult.tranſeant. p. 33. l.33.leg. juſtam pro juſtitiam. p.37.l.24.leg ac pro a l.p.43.l 16 leg.elegerit pro elegit.p.68.l.18.moderatione. p.73. l.8.leg.mauſeolo p 75.l.24.leg protegens. p.80.l.11.leg.Mago.p.101.l. ult. leg. teſtari. p 135.l.23.l g. Judicis.p.136.l. 15 leg. ulla pro nulla.p.171. l.18 l g. עֵצָה. *p.191.l.28. leg morit'orium.p.217. l.34. quater pro* ב *ſubſtitue* נ *per Nun omnia legendo* נזיר ,נזר נֵזֶר & בְּצֵר *ſignum* παραγόγεως *retrahe ad nomen* בֶּצֶר *p.225. l.3.leg. inſertis p.226. l.ult.l. ſingularum perſonarum p.238.l.6 leg. ſolide.p.241. l. 23. leg. dum dicimus, audimus p.254.l. 15.leg corporis, pro temporibus l. 31.leg duram p.257.l.pen leg Actor.5 p.262.l.29.leg ut Dominum.p.268.l.28. leg ejus pro cujus. l.29.leg inquirunt p.270.l 10 leg.agnoſcantur p.273.l.10.leg urgens p.374 l.16.leg. illo l 21.leg. fruſtrati p.375 l6.leg increpatione, quâ taxat.p.376 l.5 leg. Quid pro quod.l. 25 leg noti pro non.p.378.l 15. leg.inde iam p. 386. l.3 leg.pollicitus, à quo pacem & ſalutem exſpectatis, (hoc enim comma totum eſt om ſſum:) l 6. leg. reſurgens l.12 leg.re aliquâ p 387.l.33.leg.adſequimur p.396.l.21.leg.poſsit l 24* χεῖρες; *p.391.l.2 .leg.clarificato p. 392.l.22.leg.falſa.p 393 l 31.l.ac pro ad p.396.l.16. leg. de pro ne.p. 406.l.6.l g liberum.l 8 propoſitis. p.416.l.19 leg Iovinianus.p 420 l.33. leg. per illam enim p. 421.l 28 leg.Divinitas p 425.l.13.leg adſcenderent p. 426 l.8. leg certi inde ſumus l 9 leg. & certitudine.p.429 l. 23. leg. Alii, pro At. p.431 l.29. leg alius p.434 l.35 leg gloriamini p 442.l.24.leg.debebant.p.451.l. 29 leg.habetq. p.454 l.16 leg adparitionem.p 455.l.1.leg.Gregorius p. 464.l 5. leg. à gratia: l.14. leg prædicantium nomen p 465.l.1 leg.quicquam debet, vel etiam poteſt.p 470.l.37. leg facilitate p 482.l. 21. hec ſunt omiſſa: h. e quid commodi ex Chriſti adſcenſione victorioſa ad nos redeat, hac vice diſpiciemus: ita ſimul patebit quid hodieq; &c. p.483.l 21.leg.quam arguunt.p.486.l.29.tollatur particula non p 497. l. ult.leg. 1.Joh.5.19 p. 498. l.33.leg. interveniens p. 506. l.25.leg. efficaciſſimis.p.517. l. 4. leg.detrimentoſi.p.523.l.28. leg crudelitatem p.524.l.32 leg immittit p.525. l.19 leg pollicitis. p.536.l.7.leg. tenentes & pro(;)pon.(,)p.541.l.7.leg patribus. p.544. l.27.leg.quòd Johannes l.35.leg. Eſai. 40,3.p.545. l. pen. leg.per voluntatem.p 547.l 20. leg. aut ullius p.550.l.10. leg. factus, pro ſanctus.p. 554. l.30.leg.non fuit.p.569. l.36. leg.varietate uni & ſoli DEI verbo p.583. l.13. leg.poſterioris exemplum p 586 l 3.omiſſa ſunt aliqua. Ita autem legendum: & in ordine præeminentiam loquitur voce ſuâ; communem autem de Chriſto[l. 8.leg. Filium Dei viventis.p.590. l. 25. leg. eſſe auguſtius l.32.leg. dico tibi. adverſativa δὲ p. 591. l. 13 leg.divinatore opus non eſt. p. 592. l.1. leg.* [illegible] *l. 20. leg. ſed ut cælum & infernus.p.602.l. 24. leg. virtutem, pro veritatem pag.605.*

ANT 1742752

Digitized by Google

p. 605. l, 23. leg. in unitate p. 609. l. 27. leg. magnificat. pag. 610. l. 14. leg. deligeret. l. 15. leg. in ſummam p. 612. l. 32. leg. non habemus pag. 618 l. 11. leg. שִׂירוֹם *p. 619. l. 17. leg, exhibitus. p. 625. l. 24. leg.* דוֹר *p. 632. l. 13. lege Ibid. pro lib. l. 33. leg. Oecumenica. p. 638. l. 10. leg. in marg. Renovatio, pro regeneratio p. 719. l. 2. leg. convenienter. p. 724. l. 14. leg adfectatione. p. 725. l. 7. leg. hominibus pro homines. p. 726 l. 13. leg. Vide: & in marg. commendatio. p. 728. l. 3. leg. unquam, pro nunquam. p. 729. l. 35. leg.* הוֹנִם — גֵּי *p. 714. l. 28. leg. συνέπεσε. p. 742. l. 3. leg. in vitis ſuis. p. 748. l. 1. ad marg deeſt: Simonis Cananai Hiſtoria p. 751. l. 33. leg. prima part. pag. 761 l. 1. leg* חָנַם *pro Beth ſumendo Nun.*

F I N I S.

ANT 1742752

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

F34.

Digitized by Google

Digitized by Google